¶Cum vero in Proprio de Tempore dicitur aliqua Dominica esse prima mensis, in qua primo ponitur Initium libri de Scriptura cum sua historia, idest cum Responsorijs: animaduertendum est, eam dici primam Dominicam mensis, quæ venit in calendis illius mensis, vel est proximior calendis, hoc modo. Si calendæ venerint in ij. iij. & iiij. feria, Dominica prima mensis erit quæ præcedit calendas, etiam si venerint in præcedenti mense: si autem calendæ venerint in v. & vj. feria, ac sabbatho, prima Dominica erit quæ sequitur post ipsas calendas.

¶Cum etiam in distributione Scripturæ per menses Augustum, Septembrem, Octobrem, & Nouembrem, vnicuique mensi quinque Dominicæ assignentur cum suis hebdomadis. & post quartam hebdomadam aliquando aduenerit Dominica, quæ est propinquior calendis sequentis mensis: tunc omittitur Dominica quinta cum sua hebdomada, & ponitur Dominica prima sequentis mensis similiter cum sua hebdomada.

¶Id quoque obseruetur: quando mensis præcedens habuit quatuor Dominicas, sequens habebit quinque: & econtra, quando præcedens habet quinque, sequens habebit quatuor, excepto mense Nouembri, quia Dominica prima Aduentus non sumitur ea quæ est propinquior calendis Decembris, sed quæ festo sancti Andreæ: vel quæ venerit in ipso festo.

¶Officium Dominicæ fit semiduplex, incipit à primis Vesp. in sabbatho: & habet totum officium integrum, vsque ad Cõpletorium Dominicæ inclusiue, nisi cum aliquo concurrat, vt dicitur in Rubrica de Concurrentia Officij.

¶Ad Matutinum dicuntur tres nocturni cum Psalmis de Psalterio: & nouem lectiones leguntur, vt in proprio de tempore.

¶Quomodo autem sit ordinandum eius officium: insuper & de lectionibus, Responsorijs, & alijs: quomodo initia librorum Scripturæ cum sua historia sint ponenda: habentur de singulis inferius propriæ rubricæ.

De Ferijs.

De Feria semper fit officium in ferijs Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarũ, & Rogationum quando infra hebdomadam non occurrit festum duplex, vel semiduplex. Si tunc simplex festum occurrat, fit tantum de eo commemo. vt dicitur in rubrica de Commemorationibus: similiter & quando infra hebdomadam Responsoria sunt primo ponenda, cum non occurrit dies in quo fiat de feria, vt dicitur in rub. de Responsorijs. Alio tpe per annum fit offm de feria illis

illis diebus, quibus infra hebd. in Calendario non ponitur aliquod festum duplex, semiduplex, vel simplex: & non occurrit aliqua octaua, vel aliquod festum solenne, aut cõsuetũ in aliqua Ecclesia celebrari, quãuis in Calẽdario hui⁹ Breuiarij non sit descriptum, & nisi in sabbatho fieri debeat officium de S. Maria.

¶ Officium feriæ fit simplex. & in Aduẽtu, Quadragesima, Quatuor tẽporibus, Vigilijs, & Rogationibus, incipit a Matutino: in alijs vero ferijs per annum, inde fit de feria, vbi desinit officiũ præcedentis diei: ita vt si præcedẽti die fuerit duplex, vel semiduplex, offi. feriæ incipiat sequenti die à Matutino. Si præcedenti die fuerit festum simplex, de feria fit à Vesp. illius præcedentis diei inclusiue. Similiter & quando in feria quarta, & sexta Quatuor temporum Septembris, & in feria iiij. Cinerum, ac in Vigilijs occurrit aliquod festũ simplex, de quo fit cõmemoratio: tunc præcedẽti die, nisi fuerit festum nouem lectio. à Vesper. fit de feria, vt in Psalterio, sine precibus, cum oratione Dñicæ præcedentis, & cum cõme. festi triũ lectionũ in sequenti feria occurrentis. Terminatur autem officium de feria sequẽte duplici, vel semiduplici, ad Nonam: subsequente simplici, in ferijs per annum extra aduentum, Quadragesimam, Quatuor tẽpora, Rogationes, & Vigilias ad Capitulum Vesperarum, quia inde fit de festo simplici absque vlla deinceps commemoratione feriæ.

¶ Ad Matutinum dicitur vnum tãtum nocturnu, cum psalmis, secundum ordinem feriarum in Psalterio, cum tribus lectio. vt in proprio de tempore.

¶ Excipiuntur ab hoc ordinario officij de feria, Feriæ hebdomadæ sanctæ, & teriæ octauarum Paschæ, & Pentecostes.

¶ Quomodo ordinandum sit officium de feria ad Matutinum & alias Horas: item quomodo dicendæ sint lectiones, & Responsoria, & quando dicendæ sint Preces feriales, ac de alijs quæ ad officium feriæ pertinent: habentur inferius de singulis propriæ rubricæ.

De Vigilia.

DE Vigilia fit officiũ in omnibus vigilijs per annum quæ ieiunantur, vbi in Calendario annotatur hæc vox, Vigilia: nisi in die Vigiliæ occurrat festum nouem lectionum, vel octaua: tũc enim in officio nouẽ lecti. legitur nona lectio de Homilia Vigiliæ, & fit comme. de ea ad Laudes tãtum. cum aña ad Benedictus & Versu feriæ occurrentis de Psalterio, & oratione Vigiliæ, præterquam in illis festis quæ inferius excipiuntur.

¶ Si Vigilia occurrat in Dominica, de Vigilia fit officium in Sabbatho, quod nõ sit impeditum officio nouem lectionum, quia tunc de Vigilia fit tantum commemoratio, vt dictum est. Excipitur ab hac regula Vigilia Natiuitatis, & Epiphaniæ Domini, quæ si venerint in Dominica fit de illis, vt in proprijs rubricis dicitur. Si autem in Vigilia occurrat festum solenne alicuius loci, vel ex solenniotibus infra annum, quæ inferius in rubrica de Commemorationibus numerantur (veluti si in vigilia sancti Iohannis Baptistæ venerit festũ corporis Christi) nihil tunc prorsus, nec commemoratio fit de Vigilia. Idem seruetur, quando aliqua Vigilia venerit in Aduentu, Quadragesima, & Quatuor temporibus: nulla enim in eorum ferijs de Vigilia fit commemoratio.

¶ Officiũ Vigiliæ incipit ad Matutinũ; sicut dictum est de prædictis ferijs in superiori rubrica de ferijs; terminatur autem ad nonam, quia Vesperæ sunt de sequenti festo.

¶ Officium Vigiliæ totum fit de feria occurrenti, vt in Psalterio: & tres lectiones leguntur de homilia in euangelium Vigiliæ, cum tribus Responsorijs de feria occurrenti, ordine in superiori rubrica de ferijs descripto. Dicuntur Preces, & comm. de Cruce, S. Maria, Apostolis, & Pace. aliaque omnia sicut in prædictis ferijs Quadragesimę, & Quatuor temporum, de quibus habentur inferius, tam de ordinando eius officio, quam de alijs propriæ rubricæ.

¶ Excipitur ab hoc ordinario Vigilarum quæ ieiunantur, Vigilia Pentecostes, quæ cum tribus noct. sub officio semiduplici celebratur, ut ibi & Vigilia Natiuitatis Dñi, quæ nocturno feriæ excepto

cepto,in Laud. & horis habet reliquum offm dup. In Vigil. vero Epiphaniæ, & Ascensionis quæ nõ ieiunantur, fit offm nouem lectionum vt suis locis dicitur.

De Octauis.

DE octaua fit offm, vel saltẽ cõm. quando aliquo festo vel Dñica nõ impedit, p octo dies cõtinuos in Natiuitate Dñi & tribus sequẽtibus festis, in Epiph. in Paschate Resurrectio nis, in Ascẽsione Dñi, in Pẽtecoste, in festo Corporis Christi, in festo Dedica. ppriæ ecclesiæ, in festis quibus in Calẽdario apponitur octaua, in festo Patroni & Titularis ecclesiæ, & in festis aliorũ Sanctorum, quæ apud quasdam Ecclesias, Congregationes, & Religiones con sueuerũt solẽniter cũ octauis celebrari.

Infra octauas Epipha. & Paschæ, & Pẽtecostes nõ fit de festo duplici, vel semiduplici occurrẽti, sed trãsfertur post octauã. Infra alias octauas fit de eis cũ cõmemor. octa. nisi illud festũ fuerit ex enumeratis in sequẽti rubrica de cõm. in quibus nulla fit cõm. de octaua, excepta octaua Corporis Christi: infra quã octa. fit tãtũ de duplicibus cũ cõmemo ra. octa. de semidup. vero infra eam non fit, sed transferuntur, vt dr̃ in rubrica de Translatione festorũ. De simplicibus infra quascunq; octa. occurrentibus fit tantũ cõmemora. præterquã in duobus diebus post Pascha & Pẽtecostes, vt in sequenti rubrica de cõmem. dr̃. De Dñicis infra octauã occurrẽtibus fit offm, vt dictũ est supra in rubrica de Dñica. De festis occurrẽtibus in die octaua, ser uetur quod dicitur in rubrica de Translatione festorum. Si duæ octauæ simul concurrant, fiat de digniori: vt dicitur in rubrica de Concurrentia officij.

¶ Officium de octaua in paschate & Pẽtecoste fit cũ vno nocturno, vt suis locis ponitur. In alijs octauis fit cũ tribus nocturnis, nouẽ scilicet psalmis & nouẽ lectionibus, & oĩa dicuntur sicut in die festi, præter lectiones, quarũ primæ tres semp sunt de scriptura occurrẽti in officio de Tẽpore, præterquã infra octa. assumptionis S. Mariæ. Aliæ lectiones secundi & tertij nocturni dicuntur q infra octauam ponuntur. Infra octa. vero Patroni, aut alterius festi, quod in aliqbus ecclesijs cõsueuit cũ octa. celebrari, si propriæ apud illas ecclesias lectiones infra octa. non habent, sæpius in ea repetantur lectiones positæ in cõi Sanctorum, si de Sanctis fiat octaua: alioquin lectiones diei festi. Infra octauam officium fit semiduplex, in die oct. dup.

¶In Vesperis infra octa. oĩa dicuntur sicut in secundis Vespe. festi, & in primis Vespe. diei octauæ, oĩa sicut in primis Vespe. festi, præterquã in diebus octauis S. Stephani, sancti Iohannis apostoli, & sanctorum Innocẽtium, in quorum Vespe. añæ & psalmi nõ dicuntur, sicut in eorum diebus festis venientibus infra octauã Natiuitatis, sed Añæ sumunt de Laud. diei festi, psalmi aũt vt signantur pro secundis Vespe. in Cõi Sanctorum.

¶Infra octauas non fiunt suffragia consueta de S. Maria, Apostolis, & Pace: nec dicuntur Preces ad Primam & Cõplet. In alijs, quomodo sit ordinãdum offm de octa. habenti, ppriæ rubricæ infertius.

De Commemorationibus.

COmmemorationes fiũt de festis simplicibus, quãdo in eorũ dieb9 incidit festũ nouẽ lectionũ etiã trãslatũ, vel dñica, vel octaua, vel sabbathũ. & quãdo Responsoria sunt primo ponẽda, vel aliter de feria fieri pcipiat.

¶De feria Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporũ, Vigiliarũ, & Rogationum fit cõme. quãdo festum nouem lectionũ in illis ferijs occurrit. Si simplex festũ in eijsdẽ ferijs occurrat, offm fit de feria, & cõme. de festo simplici.

¶Præterea fit cõme. de Dñicis, a Pentecoste vsq; ad Aduentum, & ab Epipha. vsq; ad Septuagesimã, & à Dñica in Albis vsq; ad Ascensionem exclusiue, quã do festo duplici impediuntur. De alijs Dñicis à prædictis nulla fit commemo. Dñicæ occurrente festo duplici, quia festum in illis occurrens transfertur, nisi illud festum fuerit principale Patroni, vel Tituli ipsius ecclesiæ, nõ aũt alicuius capellæ vel altaris eiusdem ecclesiæ: & tũc de huiusmodi principali festo fit tãtum in eo loco, vel ecclesia, cuius est Patronus vel titulus, cũ commemoratione Dñicæ, excepta prima Dñica Aduẽtus, prima Dñica Quadragesimæ, Dñica Passionis, Dominica Palmarũ, Dñica Paschæ.

Paschæ,& Dñica in Albis,ac Dñica Pentecostes,& Trinitatis, in quibus huiusmodi occurrens festũ transfertur in sequentem simili,vel digniori,nõ impeditum:dummodo nõ fuerit infra maiorẽ hebdomadam, & per octauam Paschæ, & Pentecostes, quibus diebus nõ fit de aliquo festo duplici occurrenti.

¶De octaua etiã,qñ festo nouẽ lectionũ vel Dñica impeditur,fit cõmemora.nisi illud festũ nouem lectionũ fuerit solẽne principale alicuius locis vt supra. Nam in primis vesp. & laudibus huiusmodi festi nulla fit cõme. festi simplicis occurrentis, nec alicuius Vigiliæ, nec alicuius præcedentis festi nouẽ lectio. nisi id festũ fuerit eiusdẽ solẽnitatis cũ sequenti,nec Dnicæ, si festum illud solẽne celebret feria secũda: exceptis Dñicis Aduentus,& Dñicis a Septuagesima vsq; ad oct. Paschæ inclusiue de quibus Dñicis, sicut etiã de ferijs Aduentus & Quadragesimæ, semper fit commemoratio, quocunque festo adueniente.

¶Idem seruatur in quibusdã festis maioribus per annũ, scilicet in Natiuitate Dñi,in cuius offõ nulla fit cõm.de festo simplici,sed in secunda tantũ Missa, de S. Anastasia: in Pascha Resurrectionis cũ tribus proxime antecedẽtibus,& duobus sequentibus diebus: in Ascensione Dñi:in Pẽtecoste cũ duobus sequẽtibus diebus in festo Corporis Chri: in festis Natiuit.S. Iohannis Baptistæ, Sanctorũ apostolorum Petri & Pauli, & Assumptionis B.Mariæ:in festo Omnium Sanctorum, ac in festo Dedicationis ꝓpriæ ecclesiæ: in quibus festis, nec in primis Vespe. nec in laudibus vlla prorsus fit cõme.festi simplicis, aut alterius nouẽ lectionum, vt dictum est supra de festo solenni alicuius loci: nisi titularis ecclesiæ priuilegio aliter fieri oporteat.

¶In festo aũt Circuncisionis, in Dñica in Albis, & in festo Trinitatis, in festis Purificationis,Anuunciationis, & Natiuitatis S.Mariæ: in festis Apostolorũ, & Euangelistarum,S. Laurentij,& Dedic. S.Michaelis Archangeli, de simplicibus occurrentibus fit cõme. in Laudibus tãtũ: de Dñica vero,de Octaua, & de alijs nouem lectio.in eisdem occurrentibus, non fit cõmemo.modo, quo nec in primis Vesp.festi solennis alicuius locis vt venientis feria ij. vt dictum est supra: nisi eadẽ festa occurrant infra octa. Natiuitatis Dñi,& Corporis Christi,de quibus octauis semper fit commemoratio quocunque duplici infra eas adueniente.

¶De Dñicis,de octauis, & de ferijs Aduentus, & Quadrasimæ cõmem. fit in vtrisq; Vesperis & Laudibus. De ferijs Quatuor temporum,Vigiliarum,& Rogationum,(quãdo de illis cõme.fieri debet) cõme. fit in Laudibus tantum. De festis autem simplicibus, nisi in diebus supradictis,occurrant, commemoratio fit in primis tantum Vesperis & Laudibus eo die quo in Calendario assignat. De Dominicis vero & octauis commemoratio fit in vtrisque Vesperis, & Laudibus, nisi in illis adueniat aliquod ex supra enumeratis festis.

¶Commemorationes fiunt hoc modo. Post orationẽ diei, in primis Vespe. dr̃ Aña quæ posita est ad Magnificat, & in Laudibus q̃ posita est ad Bñs in Cõi (si propriam non habuerit)cõueniens eius offõ, cuius fit comme. Post Añam dicit ℣.inde sumendus vnde sumpta est Antiphona,scilicet,post Hymnũ Vesperarum, & Laudum: deinde dicitur Oro. Si Aña & ℣. festi,de quo fit comme. sumẽda essent de eodẽ Cõi, vnde sumpta sunt in offõ diei, in festo cõmemorationes variãtur:ita vt in Vesperis sumantur ex laudibus, & in Laudibus ex Vespe. eiusdem Communis:nisi aliter signetur Si de Tempore fiat commemoratio, de Dominica,scilicet,vel de feria, Antiph. & ℣.ante orationẽ eodẽ modo sumantur ex Proprio de Tempore, si habuerit proprium, alioquin de Psalterio: Oratio vero ex proprio de Tempore.

¶Quando fit commemoratio de Dominica,vel feria,quæ habet propriam homiliã,nona lectio in officio diei nouem lectionũ legitur de homilia Dñicæ, vel feriæ,quæ erit,vel prima de homilia, vel tres simul in vna lectione coniunctæ.

¶Si in die quo fit officium noue lectionum fiat commemoratio de festo triũ lectionum, nona lectio in offõ nouem lectionum legitur de festo trium lectionum,si propriam habuerit, quod festũ triũ lectionũ si duas lectiones proprias habuerit,

habuerit,ex duabus fiat vna lectio, quæ sit nona in officio nouem lectionum. Qua lectio de Sancto,non legitur qñ de eo fit commemoratio in Dñicis,quæ habent nonum responsorium, nec quando nona lectio legenda est de homilia Dñicæ vel feriæ,vt supra.nec in ferijs & alijs diebus,qñ in officio diei leguntur tantum tres lectiones.

¶ Quando contingit fieri plures cōme. seruetur hic ordo. De duplici fiat ante Dñicā, de Dñica ante diem infra octauam:de octa.ante festum semidup. de semiduplici ante feriā Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor tēporum, Vigiliarum, & Rogationum: & de dictis ferijs,ante festū simplex,nisi aliter signetur. De Dñica,de octaua, de festo semiduplici,& de sancta Maria, qñ de ea fit cōmemo.in Vesperis præcedētibus sabbathum propter festū nouē lectionū in sexta feria occurrens, fiat ante festum simplex, quod celebrandū erat diebus p̄dictis, nisi eorū officio impediretur. De festo simplici fit cōmem.ante suffragia,seu cōes cōmemo.de Cruce, sancta Maria, Apostolis,& Pace, ac etiam ante commemo.consuetā Tituli,vel Patroni ecclesiæ, quę etiam pro sui dignitate alijs suffragijs prædictis præponeretur. De quibus suffragijs & cōibus cōmemorationibus Sanctorum, quō agendum sit, habetur inferius propria rubrica.

De Translatione festorum.

SI aliquod festū duplex occurrat in Dominicis Aduentus, & in dominicis à septuage.vsq; ad Dominicā in Albis:in Vigil.Nati.Domini: intra octauā Epiph. in feria quarta Cinerū: in tota maiori Hebd.& infra octa. Paschę: in Ascensione Dñi, in diebus a Vigilia Pentecostes vsq; ad festū Trinitatis inclusiue,in festo corporis Christi,& eius die octaua,transfertur in primam diem festo duplici,vel semiduplici non impeditā, exceptis tamen festis Natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ, & sanctorum apostolorū Petri,& Pauli,q̄ in die octa. Corporis Christi celebrantur: excepto quoque festo solenni alicuius loci, q̄d in propria tantū ecclesia, etiā in aliquibus ex supradictis diebus occurrens,vt in rubrica de Comme.dictū est,celebratur. Si aūt festum Nat.S. Iohannis Bapt. venerit in die corporis Christi,transfertur in sequentē diem cum cōm.oct.corporis Christi: & sequentibus diebus fit officium de eadē octa.corporis Christi cum cōmem. octa. S. Iohann. Baptistæ. Dies aūt octa.S.Iohannis tunc veniens in die octa.corporis Christi. non transfertur,sed de octa. S. Iohannis Bapt. eo anno fit tantū cōme. in vtrisque Vesp. & Laudibus diei octauæ corporis Christi. Et id semper seruetur,qñ festum habens octauam transfertur, vt non ideo dies octa.transferatur, sed ea die, de ea fiat commemo.quæ alias erat tota oct. si festum non fuisset translatum.

¶ Si in die octa.alicuius festi habentis octauā, occurrat aliquod festū duplex ex maiorib' supra in rubrica de cōme. enumeratis, fiat de festo cum cōmem. diei octauæ:si aūt non fuerit ex prædictis festis,fiat de octaua,& festū transferatur I primā diē similiter nō impeditā.

¶ Si aliquod festū dup.infra oct. occurrens alio maiori festo duplici impeditur, trāsferatur I primā diē similī nō impeditā,& in eo fiat commemo.de octa.

¶ Si in alijs dominicis per annum à supradictis occurrat festum duplex, non transfertur,vt dictum est in rubrica de commemorationibus.

¶ Festum semiduplex occurrēs diebus supradictis, & alijs dominicis per annū transfertur in primam diem simili festo non impeditam: occurrens vero in dominicis īfra illas octauas, in quibus fit de festis occurrentibus, vt dictū est in rubrica de octauis,transfertur in sequētē diē,cū cōmemo.octauæ:quæ si fuerit simili festo impedita,prædictū festū semidu.veniēs in dñica trāsfert post oct.

¶ Si duo festa nouem lectionum simul eodem die veniunt,fiat officium de digniori,seu de maiori: & quod minus est transfertur.

¶ Si plura festa nouē lectionū transferenda essent,prius transferatur duplex quā semiduplex,& iter plura duplicia, q̄d est dignius,itē p prius transferatur & prius celebretur,alioquin si sūt equalia,vnū ante aliud trāsferat suo ordine.

¶ Festum simplex nunquam transfertur; sed si de eo officium fieri non po-

test,fiat cōmemoratio: vt dictum est in rubrica de cōmem. si aūt venerit in die bus,in quibus de simplici nulla fit com me.eo anno non fit de eo amplius.

¶ Si aliquod festū nouē lectionū in quo annotatum est fieri comme.alicuius Sācti,transferatur ꝓpter aduenientē dñi-cam ,vel aliud festū maius, non tñ trāsfertur cum illo comm. illius Sācti in eo assignata : sed dicta cōme. fit die suo in dñica,vel alio festo , in quo fieri possit , cum sua nona lect. si propriam de vita Sancti habuerit: festum vero nouē lect. transfertur , sine vlla amplius comme. festi.simplicis prædicti. Quod etiam ser uatur in comme. occurentibus in Vigilijs,cum de Vigilia veniente in dñicā fit in Sabbatho:tunc enim cōme.festi sim plicis nō fit i officio Vigiliæ,sed i dñica.

De Concurrentia Officij.

Concurrentia Officij attēdēda est semp in secundis Vesp.quādo fit or dinādū officium cū sequenti die. Itaq; cū dicitur officiū aliquod cū alio concurrere , intelligitur de pcedenti in ij. Vesp. cum sequen. in primis Vesp.vt de hodierno in Vesp.cū seq. in crastino.

¶ Duplici ergo in ij. Vesp. concurrente cū alio sequēti duplici regulariter à Ca pitulo fit de sequēti cum commemora: præcedentis, nisi aliter in proprijs locis annotetur.

¶ Duplici vero cōcurrente cum festo se miduplici,cum dñica,cū die infra octa. cum festo simplici , & cū officio S.Ma riæ in sabbatho,omnia in ij.Vesp.de du plici,cum commemo.illorum.

¶ Duplici etiam concurrente cum feria vel potius sequēte feria,omnia de dupli ci: & nihil de feria sequenti. Sed si festū celebretur in Aduentu: Quadragesimæ & Quatuor temporibus , fit semper cō-me. de feria , non ratione concursus cū sequente feria,vt infra dicetur. Idē di-cendum de festis simplicibus venienti-bus cū festo nouem lect.de quibus etiā comme. fit non ratione concursus , sed quia eodem die veniunt , vt dictū est in rub.de commemorationibus.

¶ Semiduplici festo,Dominica,& die in fra oct. concurrentibus cū seq. duplici omnia de duplici cum comme. illorum nisi duplex fuerit ex numero maiorum quæ supra in rubrica de Comme.nume rata sunt, in quibus nulla fit cōme.præ-cedentis. Semiduplici festo concurrēte cū sequenti alio semiduplici , cū dñica, vel cum die infra octauā , à Capitulo fit de sequenti,& comme.præcedentis.Se-miduplici autem festo concurrente cū sequente festo simplici,vel cū officio S. Mariæ in sabbatho,omnia de semidupli ci cum comme.sequentis. Semiduplici concurrente cū sequente feria, nihil de feria,vt dictum est supra.

¶ Dominica concurrente cum seq.festo semiduplici,& cum die infra oct. vel cū festo simplici,omnia de dominica cum com. sequentis , nisi aliter signetur Dñi ca concurrente cum feria , nihil de fe-ria,vt supra .

¶ Die intra octauam concurrente cū se-quente Dominica,vel semiduplici,à Ca pitulo de sequenti,cum cōmemoratio-ne octauæ. Si duæ octauæ simul concur rant,vt octaua S.Iohan.Bapt.cum octa. Corporis Christi , vel contra , & octaua S. Laurentij cum octaua Assumptionis S.Mariæ,totum officium fit de digniori cum cōmemoratione alterius, nisi dies octaua minus digni veniat intra oct. al-terius: tunc enim totum officium fit du plex de die oct. cum cōme. diei infra o-ctauam.Dies infra octauā cum simplici proprie non habet concursum, quia in sequenti die infra octauā non fit de sim plici,nisi commemoratio : quæ & eadē ratione in præcedenti die infra octa. fie ri debet. Dies infra oct.cum feria nihil fit, nisi intra octa. veniat aliqua ex su pradi ctis ferijs Aduentus: Quadragesimæ: & Quatuor tēporū , de quibus infra octa. fiet tantum commemoratio .

¶ Die octaua concurrente cum alia die octaua,à Capitulo fit de sequenti, exce-pta octa. Natiuitatis Domini , cum oct. S.Stephani,& octa.Corporis Christi, cū oct. S. Iohannis Bapt. in quibus de seq. fit tantum commemoratio. Die octaua concurrente cum sequenti duplici etiā translato , a capitulo fit de sequenti cū commemoratione octa . exceptis dieb⁹ octa.Epipha.Paschæ. Ascensio . Pentec. & Corporis Christi:in quibus fit tātum cōme. de sequenti . Si autem sequens fe stum

ftum etiam translatum fuerit, ex solenioribus supra enumeratis in rubrica: de commemorationibus, totum officium fit de sequenti cum commemoratione octauæ.

¶ Simplex cum alio non potest concurrere in secundis Vesperis, (licet cum ipso possit esse concursus in primis Vesperis) quia non habet secundas Vespe. sed eius officium terminatur ad Nonam, & deinceps nihil fit de eo, nec commemo. Si sequatur aliud simplex, psalmi erunt secundum feriam occurrentem in Psalterio ad Vesp. & a Capitulo fit de seque ti simplici sine vlla commemoratione præcedentis. Si sequatur officium nouem lectionum. Vesperæ totæ erunt de eo sine vlla similiter commemoratione simplicis præcedentis. Si nullum festum sequatur, subintrat officium de Tempore, & Vesperæ totæ erunt de feria.

¶ Feria non potest concurrere cum alio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis: quia eius officium incipit, & desinit vbi desinit & incipit quodcunq; aliud officium: Quamuis proprie si ei dandum est principium, sequente feria post aliam feriam, eius officium incipiat a matutino: terminatur tamen sequente alia feria ad Completorium, & ideo si feria sequatur aliam feriam, in Vespe. precedentis feriæ nihil fit de sequeti, quo ad ea quæ in sequeti feria sunt propria. Verbi gratia, si in Vesp. feriæ tertię ante feriam iiij. Cinerum, dicitur oratio dominicæ præcedentis, non autem ea quæ est propria in sequenti feria quarta Cinerum: nec commemorationem dicuntur Preces, quæ dicendæ sunt in dicta feria quarta Cinerum. Quod etiam fit quando feria per annum præcedit feriã Quatuor temporum, & Vigiliarum. Hac etiam ratione superius dictum est in concurrentia aliorum officiorum, cum feria nullum officium concurrere, & nihil fieri de feria præcedente adueniente alio officio. Si autem de ea aliquando commemorari debet, non fit ratione concursus: sed quia eo die quo officiũ feriarum Aduentus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum & Rogationum impeditur, illarum commemoratione temporis ex præcepto Ecclesiæ prætermitti non debet.

¶ Cum vero occurrit vt festum simplex veniat in feria quarta & sexta Quatuor temporum, in feria quarta Cinerum, & in Vigilijs, quæ ieiunantur, Vesperæ antecedentes erunt de feria communi per annum, non autem de sequenti, vt dictum est, cum comme. festi simplicis, in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens feria habeat primas Vesperas, sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat officiũ propter feriam prædictam in ea occurrentem, nec etiam conuenit illud habere Vesperas præcedentis diei.

De Officio sanctæ Mariæ in Sabbatho.

IN omnibus sabbathis per annũ extra Aduentum, Quadragesimam, & Quatuor tẽpora, & nisi officium fieri debeat de Feria propter Vigiliam in sabbatho occurrentem, vel propter Responsoria primo ponenda, vel propter officium Dominicæ xxiij. post Pentecosten in officio feriæ aliquãdo ponendũ, vt in rubrica de Dominicis dictum est, ac nisi fiat officium nouẽ lectionũ, vel de octaua Paschæ & Pentecostes, semp fit officium de S. Maria: quemadmodũ circa finem Breuiarij disponitur. Si autem in sabbatho occurrat festũ simplex fit officium de S. Maria, & de festo simplici fit tantum commemoratio.

¶ Cum vero de ea supradictis diebus officium fieri non potest, nulla tunc fit cõmemoratio de S. Maria propter sabbathum: sed tantum in semiduplicibus, quando eius officium pariter non dicitur fit cõmeratio eius commemoratio per annum posita in Psalterio, post Vesperas sabbathi.

¶ Eius officium in sabbatho incipit feria sexta, ad modum festi simplicis, à Capitulo, & terminatur ad Nonam sequentis diei sabbathi. Si autem feria sexta, fuerit officium nouem lectionũ, in Vesperis fit tantum de ea commemoratio cum antiphona, versu, & oratione, quæ habetur in officio eius in sabbatho.

¶ Ad Matutinũ post Inuita. & Hymn. de S. Maria, dicitur vnũ nocturnũ cum duodecim psalmis ferialib⁹, versus, tres lectiones, quarũ prima & secunda sunt ex Scriptura de tpe, & alia oĩa tã in matutino, quã in Laudib⁹, & Horis, vt in offõ S. Mariæ in sabbatho assignatur.

¶ Dicũtur preces dñicales ad primã, & Cõpleto. & fiunt suffragia cõsueta de Apostolis, & pace, & tpe Paschali sola cõ memo. de Cruce, vt in ij. feria post oct. Paschæ. Post nonam nihil fit de ea, nisi consueta eius cõmem. cum alijs suffragijs, qũ agẽda est in offõ de Dominica.

De ordinãd. Offõ ex pdictis rubricis.

Si quis velit ex supradictis rubricis ordinare officiũ occurentis diei, videat in Calẽdario, & ĩ tabula festorũ mobil. de quo fiat officium sequenti die: & vt inuenerit esse faciendum, sic ordinabit illud in vesperis, & aliis Horis nocturnis & diurnis.

¶ Si ordinandum sit officium de tpe, i. de Dñica, vel feria, recurrendũ est semp ad Psalterium, vbi ordinate ponitur qđ est cõe officij de tpe, cum distributione psalmorũ: & ad propriũ de Tpe, vbi lectiones, ℟ia, quædã Añæ, & orationes ponũtur, q̃ desunt in psalte. Inuitat. hymni, capitula, versus, ℟ia breuia, & añæ, quæ diuersis tpibus ponuntur in proprio, dñt loco eorũ q̃ sunt in Psalterio. cũ vero ꝓpria nõ fuerint, dñr vt in Psal.

¶ Si officiũ sit ordinandũ de sancto, recurrendum est semper ad Cõe Sanctorum, nisi propriũ habeat in proprio Sanctorum, vbi pro qualitate festi, si nouẽ lectionum, i. duplex vel semidupl. fuerit, omnia ordinate ponuntur, illis exceptis, quæ propria suis locis habentur.

¶ Si festũ fuerit triũ lectionũ (nocturno feriæ, & lectionibus exceptis) oĩa de eodem Cõi sumuntur. Tres lẽtões primi noct. in officio nouẽ lec. & prima, & ij. lectio, vel prima tantũ in festis triũ lectio. sumuntur de Scriptura in officio de Tpe. Quę vero ꝓpria, aut de Cõi sanctorum in festis assignatur, ex Proprio, vel Cõi Sanctorum requirantur.

¶ In maioribus solennitatibus, & festis per annũ, totum officiũ ordinatur, vt in proprijs locis ponitur.

¶ In festis Beatæ Mariæ (omissis his quæ propria in illis habentur) hymni, nouẽ psalmi & alia quædam requirenda sunt ex communi eius officio paruo, circa finem Breuiarij.

¶ Modus inchoandi officium, dicendi Inuitato. hymnos, añas, & ℣. habetur in principio Psalterij.

¶ Cum vero añæ duplicandæ sunt, dicũtur integræ ante psalmos, sicut in fine psalmorum.

¶ Modus dicendi Absolutiones, & Benedictiones ante lectiones, legendi, & terminandi lectiones, dicendi ℟ia post lectiones ac ℟ia breuia post capitula, habetur in j. Dominica de Aduentu.

¶ Quõ sit inchoandum & terminandũ offĩc ĩ per Horas habetur in Psalte.

¶ Quõ terminandũ per añas B. Mariæ habetur in fine completorij.

¶ Sed vt hæc omnia facilius habeantur, positæ sunt sequentes rubricæ, de singulis Horis, earumque partibus distincte cognoscendis.

De Matutino.

Ad Matutinum, hæc per ordinẽ regulariter dicuntur secundum diuersitatem officij: nisi aliter in quibusdam diebus annotetur. Pater noster. Aue Maria. Credo. omnia secreto deinde clara voce hebdomadarius dicit, Dñe labia mea &c. pollice signando sibi os signo crucis, De⁹ in adiutoriũ &c. manu extẽta signãdo se signo crucis à fronte ad pectus, & à sinistro humero vsq; ad dextrũ, cũ Gloria patri, & alijs, vt in principio Psalterij. Deinde dr Inuitatoriũ conueniens officio de Tempore, vel de sancto: quod dicitur cũ psalmo, Venite, eo modo quo in principio Psalterij describitur. Dicto psalmo, & repetito Inuitatorio, dicitur hymnus, q offõ de Tpe, vel de sancto conuenit.

¶ Postea in duplicibus, & semiduplicibus dicuntur nouem psalmi: sed in Dominicis plures, vt in psalterio: cum suis Antiphonis, & versibus, quæ tempori vel festo conueniunt: & totidem lectiones cum octo Responsorijs, aliquando cum nouem, vt suis locis ponitur, per tres nocturnos distinctos hoc modo.

¶ In primo nocturno dicuntur tres psalmi, cum tribus añis, post singulos psalmos vna añã sed tempore paschali, i. à

dñica in albis usque ad Pentec. præterquam in offõ Ascẽsio. Dñi: tres psalmi cuiusque noct. dñr sub vna aña: & in fi. psalmorum post vltimã añam cuiusque noct. dicitur versus. Postea Pater nost. Et ne nos. Absolutio. Exaudi. Benedictio. Benedictione perpetua, & aliæ ad singulas lectiones, vt in prima dominica de Aduẽtu ordinantur. Deinde legũtur tres lectiones de Scriptura, quæ per ordinem in offõ de Tpe occurrũt, nisi aliæ assignentur, & ad singulas lcõnes dicitur vnum ℟ium cõueniens officio, si de tpe, vt in proprio temporis: si de sãcto, vt in proprio Sanctorum alioquin, vt in Cõi, etiam si lectiones primi noct. sint de scriptura officij de tempore.

¶ In fine vltimi ℟ij cuiusq; noct. dicitur Gloria patri, cum repetitione partis ℟ij, eo modo quo dicitur in prima dominica de Aduen. primo ℟io illius dominicæ excepto.

¶ In secundo noctur. dñr alij tres psalmi, & añæ, Versus, Pater nost. Absol. Ipsius, & eius cõsequentes Benedictiones, vt in dicta prima dñica de Aduentu habẽtur: tres lect. de aliquo sermone, aut de vita alicuius Sãcti, & ad quamlibet lectionem vnũ ℟ium offõ conueniens.

¶ In tertio noct. alij tres psalmi, cũ añis vt supra; post tertiam añam, Versus, Pater noster, Absolutio, A vinculis, & Benedictiones cõsequentes ad singulas lectiones quæ erũt de homilia euangelij, de tẽpore vel de festo ſm qualitatẽ officij: vt in eadẽ prima dñica de Aduẽtu. Post septimam & octauam lect. dicitur ℟ium offõ cõueniens, aliqñ aũt dicitur etiam post nonam lect. vt suis locis dicitur, & in fine vltimi Responsorij, aut octaui, aut noni dicitur Gloria patri vt supra. Si nõ dicitur nonum ℟ium, post vltimã lectionẽ dicitur Hym. Te Deũ.

¶ In offõ trium lctõnũ ad matutin. Pater noster, Aue Maria, Credo. Dñe labia &c Inuitato. & hymnus in feriali offõ de feria, si non sint in proprio de Tpe, dicuntur vt in Psalterio: in festis, de festo, vt i Cõi Sanctorum: deinde nocturnũ feriæ vt in Psalterio, idest duodecim psalmi, cũ sex Antiphonis; & tẽpore Pasch. cũ vna Antiphona, qui dicũtur tam in offõ feriali, quam in festis simplicibus.

¶ Post psalmos, & añas dicit̃ Versus: in feriali offõ, vt in Psalterio, in festis, vt in communi Sanctorum: qui in festis sumitur, secũdum ferias, ex nocturno Cõmunis, vnde sumuntur Responsoria: vt dicitur infra in rubricis, de Versibus, & Responsorijs. Post versum, dicitur Pater noster, absolutio, & Benedictiones: vt habetur infra in rubrica de Absolutionibus, & Benedictionibꝰ. Tres lectiones (si non adsit homilia) singulæ in officio feriali dicuntur de Scriptura, quæ eo die occurrit in Proprio de Tpe: si adsit homilia, singulæ tres de homilia. In festis, prima & secunda de eadem Scriptura: tertia de Sancto.

¶ Si fuerint duæ lectiones de Sancto, prima tm erit de scriptura; reliq̃ de Sctõ.

¶ Post singulas lectiones in ferijs extra tempus Paschale dicitur vnum ℟ium, ita vt dicantur tria responsoria. Tẽpore vero Paschali: & in festis duo tantũ Responsoria dicuntur, scilicet post primã & secundam lectionem tantum: In fine vltimi Responsorij, secũdi scilicet, aut tertij, dicitur Gloria patri, cum repetitione partis Responsorij. Quæ responsoria in Officio de sanctis, sumuntur ex Communi sanctorum: in feriali officio, ex Dominicis, quando propria ꝑ ferias non distribuuntur, ordine descripto in rubrica de Responsorijs. Quando non dicitur tertium Responsorium post tertiam lectionem, dicitur Hym. Te Deũ.

De Laudibus.

AD Laudes, Deus in adiutoriũ &c. Deinde dñr psalmi & cãticũ Benedicite, vel aliud vt habet̃ in feriali officio extra tẽpus Paschale, cũ Antiphonis officio conuenientibus. Qui Psalmi, & canticum in Dominicis per annum, exceptis Dominicis à Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue, & in feriali officio temporis Paschalis, ac in festis tam nouem q̃ trium lectionum, dicuntur de Dominica, vt in Psalterio. In prædictis vero dominicis à Septuagesima vsque ad Dominicam Palmarum inclusiue dicũtur vt suis locis ponitur. In feriali officio per annum, extra tempus Paschale, dicuntur vt in Psalterio.

Antiphonæ in Dominicis quãdo pro-

priç non aßignantur, dicitur vt in Psalterio. In festis nouem & trium lectionũ, si non adsint propriæ, dicuntur de Communi. Post psalmos dicitur Capitulũ, Hymnus, Versus, Antiphona ad Canticum Benedictus, cum eodem Cantico, & Oratio: omnia pro qualitate Officij, de Tempore vel de festo.

¶ Preces quando dicendæ sunt, dicãtur ante primam orationem. Commemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apostolis, & pace, similiter quando dicendæ sunt, post orationem, nisi alia commemoratio festi simplicis occurrat, q̃ semper prædictas commemorationes præcedit, de quibus infra in proprijs rubricis dicitur.

¶ Ante orationem dicitur, Dñs vobiscũ, & Oremus: post vltimam orationem repetitur, Dñs vobiscũ. Deinde, Benedicamus dño: & versus, Fidelium animæ: Pater noster. Dñs det nobis suam pacẽ: & Aña beatæ Mariæ, vt habetur in fine Completorij, si tunc discedendũ sit a Choro: alioquin in fine vltimæ horæ, nisi sequatur missa, vel officium Defunctorum, aut Litaniæ, vt in propria rubrica dicitur.

De Prima.

AD primã, Pater noster, Aue Maria, Credo secreto, Deus in adiutoriũ, &c. Hymnus, Iã lucis.

¶ Deinde inchoatur aña, quæ cõuenit: quæ in festis ad oẽs Horas sumitur ex laudib⁹ p ordinẽ, quarta prætermißa. In alijs seruẽt tab. inferius posita de Añis. Postea dñr psalmi, qui in dñicis & ferijs dñr vt in psal. In festis aũt, & tpe Pasc. tres tantum, vt etiam ibi annotatur.

¶ Post Añas dr̃ Cap Regi seculorũ. In feriali officio extra tẽpus paschale dicitur Capitulũ, Pacẽ: deinde ꝟsum breue. Chr̃e fili dei viui, &c. Post ꝟ. ubreue in offõ duplici, & infra oct. statim dicitur oratio, Dñe deus omnipotens: in alio offõ non duplici dr̃, Kyrie eleison, cum reliquis precib⁹ oĩa vt in psalt. vbi qñ aliquis solus dicit officium, semel tñ dicit, Confiteor, omissis illis verbis, Tibi pater, vel vobis fratres, & te pr̃, & vos fres, qđ & seruatur, qñ dr̃ ad Cõple. In feriali offõ, qñ dicẽ sũt pces ad laudes, adduntur aliæ preces, vt i psalterio.

¶ Post orationem, in choro legitur martyrologiũ, deinde dicitur, Preciosa, cum reliquis. Quę etiam dicantur ab ijs qui extra Chorum non legerint martyrologium. In fine ad absolutionem Capituli, in festis dicitur Capitulum Nonæ, Alio tempore tam in Dominicis, quam in ferijs, vt in psalterio.

De Horis Tertia, Sexta, & Nona.

AD Tertiam, Sextam, & Nonam, ante singulas horas dicitur Pater noster, Aue Maria, Deus in adiutoriũ. Hym. & psalmi, vt in psalterio. Añæ ſm officij qualitatem ordine quo supra. Dictis psalmis, post añam dr̃ Capitulũ, & ꝟ. ũ breue pro qualitate officij: in dñicis & ferijs, quando non habentur propria in proprio de tempore, dicuntur, vt psalterio: in festis, si in proprio Sanctorum non sunt propria, sumũtur de Communi. Post ꝟ. ũ breue dicitur oratio quæ habetur in ꝑprio de Tẽpore: si autẽ sit de sancto, vt in proprio sanctorum: alioquin, vt in Communi.

¶ Post orationem repetit, Dominus vobiscum: & dicitur, Benedicamus domino. Fidelium animæ: & pater nr̃. secre.

De Vesperis.

AD Vesperas Pater noster: Aue Maria: Deus in adiutorium, &c. Deinde dicuntur quinque psalmi, cũ ſuis añis, vt in proprio, aut Cõi sanctorũ signantur. In dñicis aũt, & ferijs: añæ & psalmi semper dicuntur vt in psalterio, vbi Tẽpore paschali psalmi dicũtur sub vna aña: nisi aliæ propriæ añæ, vt in dñicis Aduentus, aßignãtur.

¶ Post psalmos, & añas dicitur capitulũ hymnus, versus, aña ad Magnificat cũ eodem cantico, & oratio, omnia de tẽpore, vel sancto pro qualitate officij.

¶ Preces quando dicendæ sunt, dicuntur ante orationem: cõmemorationes vero de Cruce, S. Maria, Apostolis, & pace post eam, vt infra in proprijs rubricis dicitur.

De Completorio.

AD Completoriũ absolute dicitur lectio breuis, vt in psalterio: deinde pater noster, Confiteor, Misereat, Indulgẽtiã, Cõuerte. Aña, psalmi, hymnus, Capitulũ, ꝟ. ũ breue, Canticũ cũ aña, oĩa vt in fine psalterij, & post

eam

eam in duplicibus,& infra octa. dicitur oratio: in alio officio non duplici ante orationem dicitur Kirie eleison, cum reliquis precibus, vt ibidem in psalterio.
¶Post versum, Benedicat & custodiat nos &c. dicitur vna ex añis b. Mariæ, cũ versiculo & oratione. vt ibidem: & dicto ℣. Diuinum auxilium, dicitur secreto, pater noster, Aue Maria, & Cre.

De Inuitatorio.

Inuitatoriũ semp dicitur in omni officio ad matutinũ cũ psalmo, Venite, ordine I principio psalterij descri pto: sed variatur pro officij qualitate, vt in psalterio & in proprio de tpe, ac in proprio & communi sanctorum.
¶Non dicitur in die Epiphaniæ, nec in triduo ante pascha, vt suis locis dicitur nec in officio Defunctorum per annũ, excepto die commemorationis omniũ fidelium defunctorũ, & pñte corpore.

De Hymnis.

Hymni semp dñr in qualibet Hora. pterquã in triduo ante pascha, vsq; ad Sabba. in Albis inclusiue, & præterquam in offõ defunctorũ.
¶Ad matut. hym. dicitur post psalmũ, Venite, repetito Inuita. pterquam in die Epipha. Ad Laud. & Vesp. dr post Capitulum: ad Horas ante psalmos & añas, ad Completoriũ post psalmos & añam.
¶Dñr aũt in offõ de Tpe, vt in psalt. qñ proprij hym. in proprio de Tpe non adsunt; qui hymni de psalterio in dñicis & ferijs assignati dñr ab octa. pentecost. vsque ad Aduen. (Dñica infra octa. Corporis Christi excepta) & ab octa. Epiph. vsq; ad Dñicam primã Quadrage. exclusiue. In officio de sanctis dñr, vt in cõi sanctorum, nisi proprij in proprio sanctorum habeantur.
¶In natiuitate Domini, & vsq; ad Epipha. in festo corporis Christi, per octauam, & quandocunq; fit officium sanctæ Mariæ tam nouem quam trium lectionum, etiam tempore paschali, in fine omnium hymnorum (præterquam in fine hymni, Aue maris stella) dicitur Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine, vt in eius officio paruo: etiam si dicantur hymni de sanctis, qui infra octauas prædictas celebrantur: dummodo hymni de sanctis sunt eiusdem metri.

¶In Epiphania Domini, & per totam octauã, ac in festo Transfigurationis, in fine omnium hymnorũ dicitur. Gloria tibi domine, Qui apparuisti hodie.
¶A Dominica in Albis vsq; ad Ascensionem in fine omnium hymnorum dicitur, Gloria tibi dñe, Qui surrexisti à mortuis, etiam in festis sanctorum eodẽ tempore paschali occurrentium, dummodo hymni sint eiusdem metri.
¶Ab Ascensione autem vsq; ad pentec. dicitur Gloria tibi domine, Qui scandis super sydera, similiter etiam & in festis occurrentibus.
¶In penteco. vero & per octa. dicitur. Gloria patri domino, Natoque qui a mortuis, &c. Alijs temporibus terminantur hymni, vt suis locis ponuntur.

De Antiphonis.

Ad omnes horas semper cum suis psalmis dicũtur Antiphonę, vel vna vel plures pro diuersitate officij, & horarum.
¶Si de tempore fiat officium: idest de Dominica, aut feria, dicuntur antiphonæ, vt in psalterio: quæ cum psalmis positæ ie Vesperis Dominicæ, & feriarum, in Completorio, ac in nocturnis (etiam quando fit officium de festo trium lectionũ, idest simplici) nunquam mutantur nisi tempore paschali, quo tẽpore dicitur vna tantum antiphona, Halleluiah: excepto tempore etiam Aduentus, quo tempore ad Vesperas & nocturnos Dominicæ ponuntur propriæ Antiphonæ. In Laudibus & alijs horis mutantur pro diuersitate temporum, vt in proprio de Tempore habentur: cum vero non assignantur, semper dicuntur quæ positæ sunt in psalterio.
¶Antiphonæ, quę in proprio de Tempore sabbatho ponuntur ad Magnificat, pro prima Dominica alicuius mensis, sumendæ sunt ex ea Dominica, quæ est propinquior Calendis, vel est in Calendis illius mensis, vt supra in rubrica de dominicis, ac etiam in rubrica mensis Augusti dicitur, & semper in sabbatho ponitur antiphona ad Magnificat, quæ contigua est libro scripturæ in Dominica ponendo.

¶ In festis nouem lect. ad Vesp. dñt añæ de Laudibus, nisi propriæ in Vesp. assignentur. ad Horas similiter, tam in officio de Tpe quã de Sanctis, quãdo habẽtur propriæ in Laudibus, & aliæ ꝓpriæ nõ fuerint ad Horas, sumuntur ex Laudibus quarta prætermissa, hoc ordine. Ad primam, prima: ad Tertiam, secũda: ad Sextam, tertia: ad nonam, quinta.

¶ In ferijs Aduentus, quæ non habent ad Horas proprias añas, sumuntur ex Laudibus Dominicæ præcedentis. Vbi vero in Laudibus feriarũ Aduentus fuerint propriæ, sumuntur, vt dictũ est, ex ipsis Laudibus feriarum propriæ.

¶ Tpe pasch. in officio iã nouẽ, quã triũ lectionũ psalmi nocturnorum cuiuslibet noct. dicuntur sub vnica aña, q offició conuenit. vt suis locis ponitur.

¶ In duplicibus ad Vesp. & Matutin. & Laudes tãtum, antiphonæ dicuntur ante psalmos integræ, & post psalmos integræ repetuntur; & in alijs Horis, & in officio nou duplici, in principio psalmi inchoatur tãtum antiphona, deinde in fine integra dicitur. Et quãdo antiphona incipit sicut psalmus, post inceptam antiphonam dicatur quod sequitur in psalmo sine repetitione principij, ab eo loco, vbi desinit antiphona.

¶ Añis proprijs tam in offõ de tpe, quã de sanctis semper cedũt quæ hñr tam in psalt. quam in Communi Sanctorum.

¶ Quando fit aliqua cõme. semper dicitur antiphona ante orationẽ, cum versu, quæ sumitur ex officio quod conuenit ei, de quo fit cõme. ita vt in Vesperis sumatur aña quæ assignatur ad Magnif. in Laudibus quæ ad Benedictus, cũ versibus, qui habentur post Hymnum.

¶ Aña S. Mariæ posita in fine Cõpletorij dñr vt inferius in ꝓpria rubrica dicitur.

De Psalmis.

Psalmi, in officio de Tpe, p omnes Horas, in Dñicis, & Ferijs dicũtur eo modo quo distributi sunt i psalterio: nisi aliquã do aliter in Proprio de Tempore signentur In festis autem dicuntur: vt in proprijs locis signantur: alioquin vt in communi Sanctorum.

¶ Psalmi ad Laudes de dominica cũ cãtico Benedicite, dicũtur in oib⁹ festis ꝑ annũ, & in ferijs temporis paschalis.

¶ Psalmus, Confitemini, dicitur ad Primam cũ alijs Psal. in psalterio assignatis in oibus dominicis (qñ officium fit de dñica) a tertia Dñica post Pentecost. inclusiue vsq; ad Natiui. Dñi exclusiue: & a secũda dñica post Epiph. inclusiue vsque ad Septuag. exclusiue: à Septuagesima aũt inclusiue vsq; ad Pascha exclusiue. eius loco dicitur psalmus, Domin⁹ regnauit: & psalmus, Cõfitemini, tũc dicitur ad Laudes post psal. Miserere, vt suo loco dicitur. In dñicis vero temporis paschalis à dñica in Albis inclusiue, vsque ad Ascensionẽ exclusiue, dicunt tantum tres psalmi sicut in festis, addito symbolo Athanasij. Alij psalmi per singulas feras distributi ad Primam, dicũtur singuli loco psalmi, Confitemini, in feriali tantũ officio, quãdo de feria agitur extra tempus paschale. In ferijs vero tẽporis paschalis, in festis per annũ & in Sabbatho, siue de S. Maria, siue de feria fiat officium, dicuntur tantũ tres psalmi: scilicet, Deus in noĩe tuo, Beati immaculati, & Retribue: etiam si festũ duplex celebretur in dominica.

¶ In dñicis aũr, qñ offm fit de dñica, post psalmos addit semp symbolũ Athanasij Quicũq;: vt infra in ꝓpria rubr. dicet.

¶ Psalmi Horarum: scilicet ad tertiam: Sextam: & Nonam. & ad Completoriũ: nunquam mutãtur, vt in psalterio, siue de Sanctis, siue de Tẽpore fiat officiũ.

¶ Psalmi de dominica ad Vesp. vt plurimũ dñt in Vesp. festorum, excepto vltimo qui mutatur: cũ vero aliter fit suis locis annotatur. In Vesp. infra oct. dicuntur psalmi, vt in ij. Vesp. festi, exceptis primis Vesp. diei oct. in quibus dicuntur, vt in primis Vesp. festi.

¶ In fine psalmorũ semp dr Gloria patri, præterquã in psalmo, Deus De⁹ me⁹ ad te de luce vigilo: & in psalmo, Lauda te dñm de cœlis: in qbus dicitur tñ in fine vltimi psalmi ante canticum Benedicite, & ante Capitu. Præterea nõ dr in triduo maioris hebdo. ante Pascha, nec i officio Defunctorũ, cuius loco pro Defunctis dicitur, Requiem ęternam. &c.

De Canticis.

Cantica dñt in offõ de tpe, tam de Dñicis, quã de ferijs, vt i Psal. distribuuntur ad Laudes: Vesp. & Cõp.

¶ In festis, & Tpe paschali ad Laudes, semper dicitur Cãticũ, Benedicite, vt in Dñica, & in fine eius nõ dicitur, Gloria patri, sicut in alijs Cãticis dicitur, nec respõdetur. Amẽ. Alia Cãtica ferialia, vt in Psalterio, ad Laud. non dñr nisi qñ offm fit de feria extra tempus paschale.
¶ Canticum: Benedictus, Mag. & nũc di mittis, semper dñr suo loco, vt in Psalt.

De Versiculis.

Versus semp dicũtur ad matuti. post vltimũ psalmũ, & antiphonã nocturnorũ: siue in offõ dicã tur tres noct. siue vnus. Ad Laud. & Vespe. versus dicit post hymnũ; Ad Horas dicitur in Respõsorio breui post repetitionem partis eius, dicto Gloria patri.
¶ In pascha resurrectionis; & per eius octauam vsque ad Sabbathum in Albis, inclusiue, in Nocturno tantum dicitur versus, in alijs Horis non dicitur, vt ibi.
¶ Quando fit aliqua commemo. semper post antiphonam eius, dequo fit cõme. dicitur Versus qui in eius officio ponitur post hymnum Vesperarũ & Laudũ.
¶ Versibus tpe Pasch. semp adit. Halle.
¶ Versus Dñs vobiscum, semper præponitur orationi, & post eam repetitur, vt infra dicitur in rubrica de oratione.
¶ In officio festi trium lectionum, post oẽs psalmos feriales cum añis, dñr versus de Cõi Sanct. hoc ordine, Feria ij. & v. Ver. j. noct. Feria iij. & vj. versus secundi noct. Fe. iiij. versus tertij nocturni.
¶ Versus positi in Psalterio ad Laudes, & Vesp. semper dicuntur, quando alij. proprij non assignant, i Proprio de tpe.

De Absolutionibus, & Benedictionibus ante Lectiones.

Absolutiones, & Bñdictiones dicũtur pordinẽ in officio nouẽ lectionũ ante lect. vt in prima Dñica de Aduentu ponunt, scilicet post versum dicto Pater noster, Et ne nos, dicit Absolutio & Bñdictio, vt ibi præterquã i Matuti. tenebrarũ Maioris hebdomadæ, & in officio Defunctorũ, in quibus Absolutio & Benedictio non dicuntur.
¶ Si officiũ nouem lectionum fit de Sãcto, octaua Benedictio erit, Cuius, vel Quorum festum colimus &c. vt ibi. Si de S. Maria octa. Benedictio erit, Cuius festum colimus ipsa virgo virginũ: &c.

Cum leguntur tria euãgelia, eum hom. fiat sicut in Natiuit. Domini dicitur.
¶ Si fit officium trium lectionum, & fit de feria ĩ qua singulæ tres lectiones sũt de scriptura, Absolutio, & Benedictiões sumuntur ex prima Dominica de Aduẽtu, hoc ordine, Feria ij. & v. Absolutio, & Bñones j. noct. dñr. Fer. iij. & vj. secũ noct. Feria iiij. & Sabbatho tertij noct.
¶ Si aũt singulæ tres lect. nõ sunt de scriptura, Absol. dĩ sm ferias, sicut qñ tres sunt de scriptura. Bñones vero semp dñr vt in iij. noct. dñicæ ordinantur.
¶ Si tres lect. sunt de hom. Prima Bñoerit, Euangelica lectio. Secunda, Diuinũ auxilium. Tertia, Ad societatem.
¶ Si fit desctõ, de Absolutionib' idẽ seruat qdin ferijs qñ nõ legit homilia: sed Bñones dñr vt i iij. noc. hoc mõ: Prima. Ille nos bñdicat. Scda, Cuius, vel quorũ festum colimus: Tertia, Ad societatem.
¶ Quando fit officium B. Mariæ in Sabbatho, Absolutio & Benedictiones dicũtur, vt i eius offõ paruo circa fi. Breuia.

De Lectionibus.

Lectiones leguñt ad Matuti. dictis psalmis nocturnorũ cũ añis, versibus, Absolutionib' quoq; & Benedictionibus, vt supra. In duplicib' & semid. dicuntur nouẽ lect. idest in quolibet nocturno tres: in ferijs & festis simplicibus legũtur tantum tres lectiones.
¶ In officio nouem lect. legũtur hoc modo. In primo noct. semper legũtur tres lectiones de Scriptura, quæ, quando suis locis propriæ, aut de Cõi Sanctorũ non assignantur, sempre leguntur vt in offõ de tpe, quæ sua quaque die occurrunt legendæ. In ij. noct. si fit de Sancto, tres lect. leguntur de vita Sancti: quæ si non adsint propriæ, leguntur de sermone, q ei conuenit, ex Cõi Sanctorum: Vnde et numerus trium lect. completur, quãdo officium fit nouem lect. de aliquo Sctõ, qui non habet nisi vnam, vel duas lect. de vita sancti. Si fit de Dñica, vel alio officio nouem lectionum, per annum, etiã de octa. legũtur tres lectiones de aliquo sermone, qui in illis ponitur. In iij. nocturno semper legũtur tres lectiones de homilia in euangelium, positę in Proprio, aut de Communi assignatæ, & primæ lectioni de homilia semper præponitur

natur principium lectionis de Euangelio, de quo est homilia: etiam infra octauas. Excipiuntur ab hoc ordinario lectionum matutinę tenebrarum ante pascha, & Defunctorū, vt in suis offi. ponit.

Benedicite spiritus, & anime iustorũ dño; benedicite sancti, & humiles corde domino.
Benedicite Anania, Azaria, Misael domino; laudate: & superexaltate eum in secula.
Benedicamus patrem, & filiũ cuz sancto spiritu; laudemus, & superexaltemus eum in secula.
Benedict⁹ es dñe in firmamēto celi; & laudabilis, & glorios⁹, & superexaltatus in secula.
Non di Gloria pñi, neq; Aña.
Tpe Pasc. Añ. Surrexit Christus de sepulcro, qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, haleluiah. Aña. Halelu.
Per Annũ. Aña. Tres pueri iussu regis in fornacem missi sunt, non timentes flammam ignis, dicentes, benedictus Deus. Aña. Halle. Ps. 148.
Laudate dñz de celis; laudate eum in excelsis.
Laudate euz oës angeli eius; laudate euz oës virtutes eius.
Laudate eum Sol, & Luna; laudate eũ oës Stelle, & lumē.
Laudate eum celi celorum; & aque omnes, que super celos sunt, laudent nomen domini.
Quia ipse dixit, & facta sunt;

ipse mandauit, et creata sunt.
Statuit ea in eternum, et in seculum seculi: preceptũ posuit, et non preteribit.
Laudate dñm de terra: dracones, et omnes abyssi.
Ignis, grãdo, nix glacies, spũs pcellarũ: q̃ faciunt verbũ eius.
Montes, et omnes colles: ligna fructifera, et omnes cedri.
Bestie, et vniuersa pecora: serpentes, et volucres pennate.
Reges terre, et oẽs populi: principes, et omnes iudices terre.
Iuuenes, et virgines, senes cũ iunioribus laudent nomen dñi: q2 exaltatũ est nomẽ eius soli⁹.
Cõfessio eius sup celũ, et terrã: et exaltauit cornu populi sui.
Hymn⁹ oibus sãctis eius: filijs Israel, ppło appropinquãti sibi.
Dic nõ di Gloria pri. ps. 149.
Cantate dño canticum nouũ: laus eius in ecclesia sanctorũ.
Letetur Israel i eo q fecit eũ: et filie Sion exultẽt in rege suo.
Laudẽt nomẽ eius in choro: i tympano et psalterio psallãt ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: et exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabũt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis.
Exultatiões dei i gutture eorũ: et gladij ancipites i manib⁹ eorũ.
Ad faciendã vindictã in nationib⁹: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorũ in compedibus: et nobiles eorũ in manicis ferreis.

Ut faciant in eis iudiciũ cõscriptum: gloria hec est omnibus sanctis eius.
Dic nõ di Gloria pri. ps. 150.
Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamẽto virtutis eius.
Laudate eũ in virtutibus ei⁹: laudate eum secundũ multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eũ in sono tube: laudate eũ in psalterio, et cithara.
Laudate eũ i tipano, et choro: laudate eũ i chordis et organo.
Laudate eũ in cymbalis bñ sonãtib⁹: laudate eũ in cymbalis iubilatiõis: ois spũs laudet dñm.
Aña. Alleluiah, allel. allel.
Sequẽs Capłm di a Dñica ij. post Epipha. vsq3 ad Sept. et a Dñica iij. post Pentecostẽ vsq3 ad Aduentum. Capitulum.

Benedictio, et claritas, et sapiẽtia, et grãrũ actio, honor, virt⁹, et fortitudo Deo nr̃o in scła sclorũ. Amen. apo. 7. R. Deo grãs. sic rñdeẽ in fine oiuz cap. Dñi ad noct. di Hym. Primo dierũ. ad Laudes di Hymn⁹.

Eterne rerum conditor,
Noctẽ diẽq3 qui regis,
Et temporum das tempora,
Ut alleues fastidium.
Preco diei iam sonat
Noctis profunde peruigil,
Nocturna lux viantibus,
A nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer
Soluit polum caligine:
Hoc omnis errorum chorus,

Viam nocendi deserit:
Hoc nauta vires colligit,
Pontiqꝫ mitescunt freta.
Hoc, ipsa petra ecclesię
Canente, culpam diluit.
Surgamus ergo strenue,
Gallus iacentes excitat,
Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente, spes redit,
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides reuertitur.
Iesu labentes respice,
Et nos videndo corrige,
Si respicis, lapsi stabunt,
Fletuqꝫ culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus,
Mentisqꝫ somnum discute,
Te nostra vox primum sonet,
Et ora soluamus tibi.
Deo patri sit gloria,
Eiusqꝫ soli filio,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc, ⁊ in perpetuũ Amẽ.
A Septuag. vsqꝫ ad xl. ℣.
Dñe refugiũ factus es nobis.
℟. A generatione ⁊ progenie.
Dñi ad noct. di: Hy. Nocte sur gentes. ad Laudes di: Hym.

Ecce iaꝫ noctis tenuatur vmbra, Lucis aurora rutilans coruscat:
Nisibus totis rogitemus oẽs Cunctipotentem.
Vt Deus nostri miserat⁹, oẽs Pellat languorem, tribuat salutem:
Donet ⁊ nobis, pietate patris, Regna polorum.
Praestet hoc nobis deitas beata Patris, ac nati, pariterqꝫ sancti Spũs, cuius reboat in omni Gloria mundo. Amen.

Per Annũ. ℣. Dñs regnauit, decorẽ induit. ℟. Induit dñs fortitudinẽ, ⁊ pcinxit se virtute.
In aduetu. ℣. Vox clamantis in deserto, Parate viam dñi. ℟. Rectas facite semitas eius.
In Quadrag. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiant te in oibus vijs tuis.
Tpe Passionis. ℣. Eripe me de inimicis meis De⁹ me⁹. ℟. Et ab insurgẽtib⁹ i me libera me.
Tpe Pascha. Capit. de dñica. Hym. Aurora lucis. ℣. In resurrectione tua Christe, alel. ℟. Celi ⁊ terra lętentur, alel.

Canticum Zacharię.

Benedictus dñs Deus Israel, qa visitauit, ⁊ fecit redemptionem plebis sue. Luc. 1

Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui.
Sicut locut⁹ est p os sanctoꝝ, quia a seculo sunt pphetaꝝ ei⁹.
Salutẽ ex inimicis nostris: ⁊ de manu oium qui oderũt nos.
Ad faciendam misericordiaꝫ cum patribus nostris: ⁊ memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandũ quod iurauit ad Abraham patrem nostruꝫ: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate ⁊ iustitia coraꝫ

ipso omnibus diebus nostris.
Et tu puer, ppheta altissimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam scientiam salutis eius plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordie dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his, q in tenebris et umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nros in viã pacis.
Gloria. Deinde di: Aña, et oro ppria, et post eã si ptigat fit cõ. alicui' scti occurrẽtis. postremo (si id tẽpus requirit) fiunt cõm. de S. Maria, de Apostolis, de Pace, et de Patrono Ecclesie i ordine aliarũ cõm. ẽm illi' dignitatẽ, vt infra i Vesp. Sabba.
¶ In fine si discedẽdum sit a choro, di vna ex añis B. Marie vt habet i fine Cõplet.

D O M I N I C A.

Ad Primam.

P inf. Aue Maria. Credo.
V. Deus i adiutoriũ. vt su. hy.

Iam lucis orto sidere
Deum precemur supplices,
Ut in diurnis actibus
Nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet:
Uisum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima:
Absistat et vecordia:
Carnis terat superbiam
Potus cibiq parcitas.
Ut cum dies abscesserit,
Noctemq sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.
Deo patri sit gloria.

Tpe Pasc. et p annũ. All. Das.
In Feriali Officio. Antiphona.
Beati qui ambulãt. Psal. 52.

Deus in nomine tuo saluũ me fac: et in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, et fortes quesierunt animam meam: et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
Ecce enim Deus adiuuat me: et dñs susceptor: est anime mee.
Auerte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos.
Uoluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: et super inimicos meos despexit ocul' meus.
Sequens ps. Confitemini. dicitur tantũ in Dñica, qñ fit officium de Dñica, cui' loco a Septua. vsq ad Pascha dicit Psalm'.
Dominus regnauit, decores. vt sup. in Laudib. Psal. 117.

Confitemini domino, qm bonus: quoniam in seculorum misericordia eius.
Dicat nũc Israel, qm bonus: quoniam

qm̄ in seculū misericordia eius.
Dicat nūc domus Aaron: qm̄ in seculum misericordia eius.
Dicant nunc, qui timent dn̄m: qm̄ in seculū misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: et exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: nō timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in domino: quā confidere in homine.
Bonū est sperare in domino: quā sperare in principibus.
Oēs gentes circuierūt me: et in nomine dn̄i, q: vltus sum in eos.
Circundantes, circundederūt me: et in nomine domini, quia vltus sum in eos.
Circūdederūt me sicut apes, et exarserūt sicut ignis in spinis: et in noīe dn̄i, q: vltus sum in eos.
Impulsus, euersus sum vt caderem: et dominus suscepit me.
Fortitudo mea, et laus mea dominus: et factus est mihi in salutem
Vox exultationis, et salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera dn̄i fecit virtutē, dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar, sed viuam: et narrabo opera domini.
Castigans, castigauit me dn̄s: et morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitię, et ingressus ī eas ↄ̄fitebor dn̄o: hęc porta dn̄i, iusti intrabūt in eam.
Confitebor tibi, qm̄ exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Lapidem, quem reprobauerunt ędificantes: hic factus est in caput anguli.
A domino factum est istud: et est mirabile in oculis nostris.
Hęc dies, quā fecit dominus: exultemus, et lętemur in ea.
O domine saluū me fac, o dn̄e bene prosperare: benedictus q venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo dn̄i: Deus dn̄s, et illuxit nobis.
Constituite diem solēnē in condensis: vsq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu, et confitebor tibi: Deus meus es tu, et exaltabo te.
Confitebor tibi, qm̄ exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Confitemini domino, qm̄ bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Psalmus 118.

Beati immaculati in via: q ambulant in lege dn̄i.
Beati q scrutant̄ testimonia eius: in toto corde exquirūt eū.
Non enim qui operant̄ iniquitatem: in vijs eius ambulauerūt.
Tu mandasti mandata tua: custodiri nimis.
Utinam dirigant̄ vię meę: ad custodiēdas iustificatiōes tuas.
Tunc non confundar: cum perspexero in omnibus mandatis tuis.
Confitebor tibi ī directiōe cordis: in eo qđ didici iudicia iustitię

ititie tue.
Iustificationes tuas custodiã; nõ me derelinquas vsquequaqz.
In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
In toto corde meo exquisiui te; ne repellas me a mãdatis tuis.
In corde meo abscõdi eloqa tua; vt non peccem tibi.
Benedictus es domine; doce me iustificationes tuas.
In labijs meis pronunciaui; omnia iudicia oris tui.
In via testimoniorum tuorũ delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs.
In mandatis tuis exercebor; et considerabo vias tuas.
In iustificatiõibus tuis meditabor: nõ obliuiscar sermões tuos.
Retribue seruo tuo: viuifica me, et custodiã sermones tuos.
Reuela oculos meos; et considerabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sum in terra; non abscondas a me mandata tua.
Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.
Increpasti superbos; maledicti qui declinant a mandatis tuis.
Aufer a me opprobriũ et contemptum; quia testimonia tua exquisiui.
Etenim sederunt principes, et aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam et testimonia tua meditatio mea est; et consilium meum iustificationes tue.
Adhesit pauimẽto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enũciaui, et exaudisti me; doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarũ instrue me; et exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea pre tedio; cõfirma me in verbis tuis.
Viã iniquitatis amoue a me; et de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi; iudicia tua non sum oblitus.
Adhesi testimonijs tuis domine; noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri; cum dilatasti cor meum.

Symbolũ S. Athanasij. qd dicitur in Dñicis, qñ fit de Dñica.

Quicunqz vult saluus esse; ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem.
Quam nisi quisqz integram, inuiolatamqz seruauerit; absqz dubio in eternum peribit.
Fides aũt catholica hec est: vt vnum Deum in trinitate, et trinitatem in vnitate veneremur.
Neqz confundentes personas; neqz substantiam separantes.
Alia est enim persona patris; alia filij, alia spiritus sancti.
Sed patris, et filij, et spiritus sancti vna est diuinitas; equalis gloria, coeterna maiestas.
Qualis pater, talis filius; talis spiritus sanctus.

Increatus

Increatus pater, increatus filius; increatus spiritus sanctus.
Immensus pater, immēsus filius; immensus spiritus sanctus.
Aeternus pater, ęternus filius; ęternus spiritus sanctus.
Et tamen non tres ęterni; sed unus ęternus.
Sicut nō tres icreati, nec tres immensi; sed unus increatus, et unus immensus.

Da. 3.

Similiter omnipotens pater, omnipotens filius; omnipotēs spiritus sanctus.
Et tamen non tres omnipotētes; sed unus omnipotens.
Ita Deus pater, Deus filius; Deus spiritus sanctus.
Et tamen nō tres dij; sed unus est Deus.
Ita Dñs pater, dominus filius; dominus spiritus sanctus.
Et tamen non tres domini; sed unus est dominus.
Quia sicut singillatim unamquamque personam Deum, ac dñm confiteri Christiana veritate compellimur; ita tres deos aut dños dicere, catholica religione prohibemur.
Pater a nullo est factus; nec creatus, nec genitus.
Filius a patre solo est; nō factus nec creatus, sed genitus.
Spiritus sanctus a patre et filio; non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.
Unus ergo pater, nō tres pr̄es, unus filius, nō tres filij; unus spūs sanctus, nō tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus; sed totę tres psonę coęternę sibi sunt, et coęquales.
Ita ut p oia, sicut iam supra dictū est; et unitas in trinitate, et trinitas i unitate venerāda sit.
Qui vult ergo saluus esse; ita de trinitate sentiat.
Sed necessarium est ad ęternā salutem; ut incarnationem quoque domini nostri Jesu Christi fideliter credat.
Est ergo fides recta: ut credamus, et cōfiteamur; quia dominus noster Jesus Christus, Dei filius, Deus et homo est.
Deus est ex substātia pr̄is, ante secula genitus; et homo est ex substātia matris in seculo natus.
Perfectus Deus, pfectus homo; ex anima rationali, et humana carne subsistens.
Aequalis prī ſm diuinitatē; minor patre ſm humanitatem.
Qui licet Deus sit et homo: nō duo tamē, sed unus est Christus.
Unus autem, nō conuersione diuinitatis in carnē; sed assumptione humanitatis in Deum.
Unus omnino, nō confusione substantię; sed unitate personę.
Nam sicut anima rationalis, et caro unus est homo; ita Deus, et homo unus est Christus.
Qui passus est p salute nostra; descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.
Ascēdit ad cęlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotētis;

Inde venturus est iudicare vi/uos, et mortuos.
Ad cuius aduentum, oēs ho/mines resurgere habent cū cor/poribus suis; et reddituri sunt de factis proprijs rationem.
Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam; qui vero mala, in ignem eternum.
Hec est fides catholica; quā ni/si quisqꝫ fideliter, firmiterqꝫ credi/derit, saluus esse non poterit.
Aña. Halleluiah, halle. hallelu.
Tpe Paschali additur quartū halleluiah. hic, et p alias Horas.

IN FERIIS.

post Psalos assignatos, et Añaz. Beati, q ambulāt. et Cap. Pa/cē, et veritatē. vt hic iacet post Cap. Regi sclo℞ Capłm.

Regi seculo℞ immortali, et inuisibili, soli Deo ho/nor, et glia in scl'a sclo℞. Amē. (1. Ti. 1)
℞. Deo gratias. ℞. br. Christe fi/li dei viui, Miserere nobis
Rep. Christe fili Dei viui, Mise/rere nobis. ℣. Qui sedes ad dexteram patris. ℞. Miserere nobis. ℣. Gloria pri, et filio, et spūi scō. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. ℣. Exurge Christe adiuua nos. ℞. Et li/bera nos propter nomen tuuz.
Sequentes preces non dicun/tur in festis duplicibus, nec in/fra octauas, sed tunc dicto ℞. bre. dicitur. Dns vobiscum. et Oro. Dñe Deus omnipotēs.
Kyrie el. Christe el. Kyrie el.
Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos iducas in tētatio/
℞. Sed libera nos a malo.
Credo in Deuz. secre. vsqꝫ ad
℣. Carnis resurrectionem.
℞. Vitam eternam. Amen.
℣. Et ego ad te dñe clamaui.
℞. Et mane oro mea pueniet te
℣. Repleatur os meum laude.
℞. Ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuaz.
℣. Domine auerte faciem tuā a peccatis meis.
℞. Et oēs iniqtates meas dele.
℣. Cor mūdū crea in me De^{s}.
℞. Et spiritū rectuz innoua in visceribus meis. ℣. Ne proicias me a facie tua. ℞. Et spiritum sanctum tuuz ne auferas a me.
℣. Redde mihi letitiaz saluta/ris tui. ℞. Et spiritu principa/li confirma me.
℣. Adiutorium nostrum in no/mine domini.
℞. Qui fecit celum et terram.
Deinde Hebdomadarius facit Confessionem.

Confiteor Deo omnipo/tenti, beate Marie sem/per virgini, beato Michaeli ar/changelo, beato Johanni Ba/ptiste, sanctis apostolis Pe/tro et Paulo, et omnibus san/ctis, et vobis fratres, quia pec/caui nimis cogitatione, verbo, et opere: mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo pre/cor beatam Mariam semper virginē, beatum Michaelē ar/changelum, beatuz Johannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum

Petrum & Paulũ, omnes sanctos, & vos fratres, orare pro me ad dñm Deum nostrum.

Chorus respondet.

Misereatur tui omnipotens Deus: & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam eternam. ℟. Amen.

Deinde repetit cõfessionẽ, & vbi dicit vobis fratres, & vos fratres, dicat tibi pater, & te pr.

Facta cõfes. a choro, hebd. dicit.

Misereatur vestri omnipotẽs Deus, & dimissis oĩbus peccatis vestris, pducat vos ad vitam eternã. ℟. Amen. ℣.

Indulgentiã, absolutionẽ & remissionem omniũ peccatorum nostrorum, tribuat nobis oĩpotens, & misericors dñs. ℟. Amen. Et prosequitur ℣.

Dignare domine die isto.
℟. Sine peccato nos custodirẽ.
℣. Miserere nostri domine.
℟. Miserere nostri.
℣. Fiat misericordia tua domine sup nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te.
℣. Dñe exaudi orationẽ meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute, vt in hac die ad nullum declinemus peccatũ: sed semper ad tuam iustitiam faciẽdã nostra pcedãt eloquia, dirigant cogitationes, & opera. Per dñm nostrũ Jesum Christum filium tuum, Qui tecum viuit, & regnat in vnitate spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorũ. ℟. Amẽ. ℣. Dñs vob. ℟. Et cũ spũ tuo. ℣. Benedicamus domino. ℟. Deo gratias. Deinde in choro legitur Martyrologium. Postea hebdomadarius dicit ℣.

Preciosa in conspectu domini. ℟. Mors sanctorum eius. Oratio

Sancta Maria, & oẽs sci intercedãt p nobis ad dñz, vt nos mereamur ab eo adiuuari, & saluari, qui viuit, & regnat in secula seculorum. ℟. Amen.
℣. Deus in adiutoriũ meũ intende. ℟. Dñe ad adiuuandũ me festina. Et di ter. vlt. addit.
Gloria patri. Sicut erat. &c.
Kyrie el. Christe el. Kyrie el.
Pater noster.
℣. Et ne nos iducas i tẽtatiõ.
℟. Sed libera nos a malo.
℣. Respice in seruos tuos dñe, & i opa tua, & dirige filios eorũ.
℟. Et sit splendor dñi Dei nostri super nos, & opera manuuũ nostrarum dirige super nos, & opus manuuũ nostrarũ dirige.
℣. Gloria patri, & filio. ℟. Sicut erat in principio. Oremus.

Dirigere, & sanctificare, regere, & gubernare digna re dñe Deus rex cęli, & terrę, hodie corda, & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in leg-

in lege tua, & in operibus mãda torũ tuorũ, vt hic, & in ęternũ, te auxiliãte, salui, & liberi eẽ me reamur Saluator mundi. Qui viuis, & regnas in scla sclorum. ℟. Amẽ. ℣. Jube domne benedicere. Bñd. Dies, & actus nros in sua pace disponat dominus omnipotens. ℟. Amẽ.

Ad absol. Cap. i Dnicis, & ferÿs Per Annum. Lectio breuis.

2. thes. 3. Dominus aũt dirigat corda, & corpora nra, in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autẽ dñe miserere nostri. ℟. Deo gratias. In Aduentu.

Jr. 3. Domine miserere nostri: te eniꝫ expectauimꝰ: esto brachiuꝫ nostruꝫ in mane, & salus nostra in tẽpore tribulationis. Tu autem dñe miserere.

In Quadragesima.

Jsa. 55. Quęrite dñm dum inueniri potest: inuocate eũ duꝫ prope est. Tu autem domine.

Tempore Passionis.

Jsa. 50. Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, & cõspuẽtibus in me, domine Deꝰ auxiliator meus: & ideo non sum cõfusus. Tu autẽ dñe miserere.

Tempore Paschali

Col. 3. Si consurrexistis cũ Christo, quę sursum sunt quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedẽs: quę sursum sunt, sapite, non quę super terram. Tu autem domine. ℟. Deo gratias. dicitur. Adiutorium nostrũ in nomine dñi. ℟. Qui fecit cęlum & terram. ℣. Benedicite ℟. Deus. Benedictio. Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat ęternã. Et fidelium animę per misericordiam Dei requiescãt in pace. ℟. Amen.

IN FERIALI OFFICIO.

extra tps Paschale, loco psal. Confitemini. di vnus ex infra scriptis psalmis secundũ feriã.

FERIA II. Psalmus 23.

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarũ & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse sup maria fundauit eũ: & sup flumina pparauit eũ.

Quis ascẽdet in mõtẽ dñi: aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictioneꝫ a domino: & misericordiã a Deo salutari suo.

Hęc est generatio quęrẽtiũ euꝫ; quęrentium facieꝫ Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras; & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię; dñs fortis, & potẽs, dñs potẽs in prelio.

Attollite portas principes vestras; & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię.

Quis est iste rex glorię; dñs virtutum ipse est rex glorię.

Beati immaculati. Retribue.

FERIA III Psal. 24.

Ad te domine leuaui aiaz meam: Deus meus in te confido non erubescam.
Neq; irrideat me inimici mei; etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes: superuacue.
Uias tuas domine demonstra mihi; z semitas tuas edoce me.
Dirige me i veritate tua, z doce me; quia tu es Deus Saluator meus, z te sustinui tota die.
Reminiscere miserationu3 tuarum domine; z misericordiarū tuarum, que a seculo sunt.
Delicta iuuētutis mee; z ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuā memento mei tu; propter bonitatem tuam domine.
Dulcis z rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquētibus in uia.
Diriget mansuetos i iudicio; docebit mites vias suas.
Uniuerse vie dñi misericordia z veritas; requirentibus testamentu3 eius, z testimonia eius:
Propter nomē tuū dñe, ppitiaberis pctō meo: multū est enim.
Quis est homo q timet dñm; lege statuit ei in uia quaz elegit?
Aia eius in bonis demorabit, z semen eius hereditabit terrā.
Firmamentum est dominus timentibus eum; z testamentum ipsius, vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominū; quonia3 ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me z miserere mei; quia vnicus, z pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicate sunt; de necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meā, z laborem meum; z dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniā multiplicati sunt; z odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam, z erue me; non erubescam quoniā speraui in te.
Innocentes z recti adheserūt mihi; quia sustinui te.
Libera Deus Israel: ex oibus tribulationibus suis. Gloria. Sicut erat.

FERIA IIII Psal. 25.

Iudica me dñe, qm̄ ego in innocētia mea igressus sū; z in dño sperās nō infirmabor.
Proba me dñe, z tenta me; vre renes meos, z cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est; z cōplacui in veritate tua.
Non sedi cum concilio vanitatis; z cum iniqua gerentibus non introibo.
Odiui ecclesiam malignantiū; z cum impijs non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas; z circundabo altare tuum domine.
Ut audiam vocem laudis; z enarrem vniuersa mirabilia tua.
Dñe dilexi decorē dom' tue z locum

locum habitationis glorię tuę.
Ne perdas cum impiis Deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te domine.
Beati immaculati in via.

FERIA V. Psalmus 22.

Dominus regit me, et nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit.
Super aquā refectionis educauit me: animam meam cōuertit.
Deduxit me super semitas iustitię propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio umbrę mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mēsam: aduersus eos q tribulāt me.
Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quam pręclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitę meę.
Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.
Beati imma.

FERIA SEXTA. Psal. 21.

Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe a salute mea, verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diē, et non exaudies: et nocte, et non ad insipientiam mihi.
Tu autem in sancto habitas: laus Israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, et liberasti eos.
Ad te clamauerunt, et salui facti sunt: in te sperauerunt, et nō sunt confusi.
Ego autem sum vermis, et nō homo: opprobrium hominum, et abiectio plebis.
Omnes vidētes me, deriserūt me: locuti sunt labiis, et mouerunt caput.
Sperauit in dño, eripiat eum: saluum faciat eum, qm̄ vult eū.
Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meę: in te proiectus sum ex vtero.
De ventre matris meę Deus meus es tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulatio proxima est: quoniam nō est qui adiuuet.
Circūdederūt me vituli multi: tauri pingues obsederūt me.
Aperuerūt super me os suum: sicut leo rapiens, et rugiens.
Sicut aqua effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea.
Factū est cor meū tāquā cera liquescēs: in medio vētris mei.
Aruit tāquā testa virtus mea, et lingua mea adhęsit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederūt me

canes

canes multi: concilium mali/gnantium obsedit me.
Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi vero considerauerunt, et inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem dñe ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice.
Erue a framea Deus aiam meã: et de manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: et a cornib⁹ vnicornium humilitatẽ meã.
Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis: in medio eccl̃e laudabo te.
Qui timetis dominũ laudate eum: vniuersum semen Jacob glorificate eum.
Timeat eũ omne semẽ Israel: quoniam nõ spreuit, neq͂ despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciẽ suã a me: et cũ clamarẽ ad eũ exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddã in conspectu timentium eum.
Edẽt pauperes, et saturabunt, et laudabunt dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur, et cõuertentur ad dominũ: vniuersi fines terrę.
Et adorabunt in cõspectu eius: vniuersę familię gentium
Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium.
Manducauerunt et adorauerũt omnes pingues terrę: in conspectu eius cadent omnes qui descẽdunt in terram.
Et anima mea illi viuet, et semen meum seruet ipsi.
Annunciabitur dño generatio ventura, et annũciabunt celi iustitiã eius: populo, q nascetur, quẽ fecit dñs. Beati immacu.

SABBATHO.

nihil addit. Deinde di Psalm. Beati immacula. et Retribue. Aña. Beati qui ambulãt in lege tua domine. Capitulum.

Pacem, et veritatem diligite, ait dominus ops. ℟. Deo gratias ℟. br. Christe fili Dei. cum reliq. vt supra. Zac. 8.

¶ Sed quãdo dicte sũt preces feriales ad Matutinũ addunt sequentes genib⁹ flexis post ℣.

Redde mihi letitiam salutaris tui. Respon. Et spiritu principali confirma me.
℣. Eripe me dñe ab hoie malo ℟. A viro iniquo eripe me.
℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me.
℣. Eripe me de operãtib⁹ iniquitatem. ℟. Et de viris sanguinum salua me.
℣. Sic psalmũ dicam nomini tuo in seculũ seculi. ℟. Ut reddam vota mea de die in diem.
℣. Exaudi nos Deus salutaris noster. ℟. Spes omnium finium terrę, et in mari longe.
℣. Deus in adiutoriũ meũ intẽde. ℟. Dñe ad adiuuandum me festina.

festina. ℣. Sanctus Deus, sanctus fortis, sanct⁹ & immortalis. ℟. Miserere nobis. ℣. Benedic anima mea dño. ℟. Et oia que intra me sunt nomini sancto eius. ℣. Benedic aia mea dño. ℟. Et noli obliuisci oés retributiones eius. ℣. Qui propitiatur oib⁹ iniquitatibus tuis. ℟. Qui sanat omnes infirmitates tuas. ℣. Qui redimit de interitu vitá tuá. ℟. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. ℣. Qui replet in bonis desiderium tuum. ℟. Renouabitur vt aquile iuuentus tua. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum & terram. Confiteor Deo omnipotenti. Misereatur. Indulgentiam. ℣. Dignare domine die isto. ℟. Sine pctó nos custodire. ℣. Miserere nostri domine. ℟. Miserere nostri. ℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Dñe exaudi orationé meá. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cú spiritu tuo. Oratio. Dñe Deus omnipotés, vt sup.

IN FERIALI OFFICIO. tpe Pasc. & i festis p annú, post ps. Deus in noie tuo. dicit ps. Beati imaculati. Retribue. Deinde Aña pp̃ria, & rel. vt su. in dñica. sed in duplicibus & infra octa. nó dñr pces, sed dicto Benedicamus dño. ℟. Deo gratias, legit Martyrologium: deinde di ℣. Preciosa. vt sup. Ad absol. cap in festis di ca. ix.

AD TERTIAM.

Pater noster. Aue Maria. Deus in adiutorium. Hymn⁹.

Nunc sancte nobis spirit⁹
Unum patri cum filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, més, sensus, vigor,
Confessionem personent,
Flamme scat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Presta pater pyssime.
Patriq; compar vnice,
Cum spiritu paraclito,
Regnans p oé seculú. Amen.

In dnicis p annú, & tpe pasc. Aña. Dñe. In fer. ofió p annú. Aña. Deduc me dñe. Psalẽ 118.

Legem pone mihi dñe viá iustificationú tuarum; & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum & scrutabor legem tuá; & custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semitá mádatorum tuorum; quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua; & non in auaritiam.
Auerte oculos meos, ne videant vanitatem; in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquiú tuú; in timore tuo.
Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum; quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mãdata tua; in equitate tua viuifica me.
Et veniat super me misericordia tua domine; salutare tuũ secundum eloquium tuum.
Et respõdebo exprobrãtibus mihi verbũ; quia speraui in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaq; quia in iudicijs tuis supersperaui.
Et custodiã legẽ tuã semper; in seculum, & in seculum seculi.
Et ambulabã in latitudine; quia mandata tua exquisiui.
Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum; & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis; quę dilexi.
Et leuaui manꝰ meas ad mãdata tua, q̃ dilexi; & exercebor in iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui seruo tuo; in quo mihi spem dedisti.
Hęc me cõsolata est i humilitate mea; quia eloquium tuũ viuificauit me.
Superbi iniq; agebãt vsquequaque; a lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorũ tuorũ a seculo domine; & cõsolatus sum.
Defectio tenuit me; pro peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationes tuę; in loco peregrinationis meę.
Memor fui nocte nominis tui domine; & custodiui legẽ tuam.
Hęc facta est mihi; quia iustificationes tuas exquisiui.
Portio mea domine; dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuã in toto corde meo; miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas; & cõuerti pedes meos i testimonia tua.
Paratus sum, & nõ sum turbatus; vt custodiã mandata tua.
Funes peccatorũ circumplexi sunt me; & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebã ad confitendum tibi; super iudicia iustificationis tuę.
Particeps ego sum omniũ timentium te; & custodientium mandata tua.
Misericordia tua domine plena est terra; iustificationes tuas doce me.

Bonitatẽ fecisti cũ seruo tuo dñe; ſm verbũ tuũ.
Bonitatem, & disciplinam, & scientiã doce me; quia mandatis tuis credidi.
Priusquã humiliarer, ego deliqui; propterea eloquiũ tuum custodiui.
Bonus es tu; & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum; ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor

corum

corum;ego vero legem tuã me/ ditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me:vt discã iustificatiões tuas.
Bonum mihi lex oris tui; su/ per millia auri,& argenti.
Manus tuę fecerunt me,& plas mauerunt me; da mihi intelle/ ctum,vt discam mandata tua.
Qui timent te videbunt me,& lętabuntur; quia in verba tua supersperaui.
Cognoui domine, quia ęqui/ tas iudicia tua; & i veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua,vt cõso/ letur me; secundum eloquium tuum seruo tuo.
Veniant mihi miserationes tuę,& viuam;quia lex tua medi tatio mea est.
Cõfundant superbi,q: iniuste inigtaté fecerũt in me; ego au/ tem exercebor in mãdatis tuis.
Cõuertant mihi timentes te; & qui nouerunt testimonia tua.
Fiat cor meũ imaculatũ i iu/ stificationib⁹ tuis;vt nõ cõfũdar.
Ana. Pas.hal.hal. Tpe Pasc. ad iij.vj.& ix.addit aliud Hale. Seq.Cap.& alia Cap.i aliis ho ris dñr i dñicis a ij.post Epiph. vsq ad Sept.& a ij. post Pen/ tec.vsq ad Adu. R. bre. ét vsq ad Dñicã j. Quadrag. sũt quę sequunt i feriali Officio. Cap.

1.Jo. 4. Deus charitas est:& q ma net i charitate,i Deo ma net,& De⁹ in eo.R.v. Inclina cor meũ Deus. In testimonia tua. Inclina cor. V. Auerte ocu los meos ne videãt vanitaté,in via tua viuifica me. In testimo nia. Gloria. Inclina. V. Ego dixi,dñe miserere mei. R. Sa na aiã meã,quia peccaui tibi.

In feriali Officio. Ana. Deduc me dñe in semitam mã datorum tuorum. Capitulum.

Jer. 17. Sana me dñe, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. R. bre. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. V. Ego di/ xi, domine miserere mei. R. Quia peccaui tibi. V. Adiutor meus esto, ne derelinquas me. R. Neque despicias me Deus salutaris meus. Quan/ do ad Matut. dictę sunt pre/ ces, ad Tertiam, Sextam, & Nonam flexis genibus, dicitur: Kyrie el. Christe el. Kyrie el. Pater noster.
V. Et ne nos. R. Sed libera.
V. Domine Deus virtutũ cõ/ uerte nos. R. Et ostẽde faciem tuam,& salui erimus.
V. Exurge Christe adiuua nos.
R. Et libera nos pp nomẽ tuũ.
V. Dñe exaudi oratiõnẽ meã;
R. Et clamor me ad te veniat.
V. Dñs vobiscũ. R. Et cũ spi/ ritu tuo. Oremus. Oio ppria;

AD SEXTAM.

Pater noster. Aue Maria.
V. Deus in adiutoriũ. Hymn.

Rector potés, vãx De⁹, Qui temperas rerũ vices,

Splendore

Splendore mane instruis.
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramque pacem cordium.
Presta pater pyssime,
Patrique compar vnice,
Cum spiritu paraclito,
Regnans per omne sclm. Amen.
An. Pas. An. Adiuua me. Ps.

Defecit i salutare tuū anima mea; et in verbū tuum supersperaui.
Defecerūt oculi mei in eloquium tuum, dicentes; quando consolaberis me?
Quia factus sum sicut vter in pruina; iustificationes tuas nō sum oblitus.
Quot sunt dies serui tui; quādo facies de persequētibus me iudicium?
Narrauerūt mihi iniqui fabulationes; sed non vt lex tua.
Omnia mandata tua veritas; iniqui persecuti sunt me, adiuua me.
Paulominus consummauerūt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tuā viuifica me; et custodiam testimonia oris tui.
In eternum domine; verbum tuum permanet in celo.
In generatione, et generationem veritas tua; fundasti terram, et permanet.
Ordinatiōe tua pseuerat dies; quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi q lex tua meditatio mea est; tunc forte perijssem in humilitate mea.
In eternum non obliuiscar iustificationes tuas; quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego, saluū me fac; quoniam iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores, vt perderent me; testimonia tuā intellexi.
Omnis ꝯsummationis vidi finē: latū mandatū tuum nimis.

Quomodo dilexi legem tuam domine; tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudētem me fecisti mandato tuo; quia in eternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi; quia testimonia tua meditatio mea est.
Super senes intellexi; quia mandata tua quesiui.
Ab oi via mala phibui pedes meos; vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis non declinaui; quia tu legem posuisti mihi.
Quā dulcia faucib⁹ meis eloquia tua; super mel ori meo.
A mādatis tuis intellexi; ppea odiui omnem viā iniquitatis.
Lucerna pedibus meis verbū tuum; et lumen semitis meis.
Iuraui et statui custodire iudicia iustitie tue.
Humiliatus sum vsquequaque dñe; viuifica me sm verbū tuū.
Voluntaria oris mei beneplacita fac

ta fac dñe; τ iudicia tua doce me
Anima mea in manibus meis semper; τ legem tuam non sum oblitus.
Posuerunt pctõres laqueũ mihi; τ de mãdatis tuis nõ erraui.
Hereditate acquisiui testimonia tua in eternũ; quia exultatio cordis mei sunt.
Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in eternum; propter retributionem.
Iniquos odio habui; τ legem tuam dilexi.
Adiutor τ susceptor me⁹ es tu; τ in verbũ tuum supersperaui.
Declinate a me maligni; τ scrutabor mandata dei mei.
Suscipe me secundũ eloquiũ tuum, τ viuam; τ non confundas me ab expectatione mea.
Adiuua me, τ saluus ero; τ meditabor i iustificationibus tuis semper.
Spreuisti oẽs discedentes a iudicijs tuis; quia iniusta cogitatio eorum.
Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre; ideo dilexi testimonia tua.
Confige timore tuo carnes meas; a iudicijs eni tuis timui.
Feci iudicium τ iustitiam; non tradas me calũniantibus me.
Suscipe seruum tuũ in bonum; non calumnientur me superbi.
Oculi mei defecerũt in salutare tuũ; τ in eloquiũ iustitie tue.
Fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuam; τ iustificationes tuas doce me.
Seruus tuus sum ego; da mihi itellectũ vt sciã testimonia tua.
Tempus faciendi domine, dissipauerunt legem tuam.
Ideo dilexi mandata tua; super aurum, τ topazion.
Propterea ad oĩa mãdata tua dirigebar; omnẽ viã iniquam odio habui. Añа. Halleluia, halla, halla. Capitulum

Alter alteri⁹ onera portate: τ sic adimplebitis legẽ Chri. Gal. 6. ℟. In eternũ dñe, Permanet vbũ tuũ. ℣. In sclm sclĩ veritas tua. Per. ℣. Dñs regit me, τ nihil mihi deerit. ℟. In loco pascue ibi me collocauit. [illegible] Adiuua me, τ saluus ero dñe. C[illegible]

Alter alterius. ℣. Vi. Benedicã dñm, In oĩ tpe. ℣. Semp laus eius in ore meo. In oĩ. ℣. Dñs regit. vt sup.

AD NONAM.

Pater noster. Aue Maria. ℣. Deus in adiutoriũ. Hymn.

Rerũ deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurne tpa
Successibus determinans.
Largire clarum vespere,
Quo vita nusquã decidat,
Sed premium mortis sacre
Perennis instet gloria.
Presta pater piissime,
Patriqз compar vnice,
Cum

Cum spiritu paraclito,
Regnas per oē seculū. Amē.
An. Dal. Xii. Aspice i me. ps.
Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat: ꝛ itellectū dat puulis.
Os meū aperui, ꝛ attraxi spūꝫ: quia mādata tua desiderabaꝫ.
Aspice in me, ꝛ miserere mei: secunduꝫ iudicium diligentiū nomen tuum.
Gressus meos dirige secunduꝫ eloquiū tuum: ꝛ non dominetur mei omnis iniustitia.
Redime me a calumnijs hominuꝫ: vt custodiā mandata tua.
Faciē tuā illumina super seruum tuum: ꝛ doce me iustificationes tuas.
Exitus aquaruꝫ deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.
Iustus es domine, ꝛ rectuꝫ iudicium tuum.
Mandasti iustitiaꝫ testimonia tua: ꝛ veritatem tuaꝫ nimis.
Tabescere me fecit zelus meꝰ: quia obliti sunt verba tua inimici mei.
Ignitū eloquiū tuū vehementer: ꝛ seruus tuus dilexit illud.
Adolescentulus sum ego, ꝛ cōtemptus: iustificationes tuas nō sum oblitus.
Iustitia tua, iustitiaī ęternū: ꝛ lex tua veritas.
Tribulatio, ꝛ angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
Equitas testimonia tua in ęternū: intellectū da mihi, ꝛ viuaꝫ.
Clamaui in toto corde meo, exaudi me dn̄e: iustificationes tuas requiram.
Clamaui ad te, saluū me fac: vt custodiam mandata tua.
Preueni in maturitate, ꝛ clamaui: quia in verba tua supersperaui.
Preuenerūt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloq̄a tua.
Vocē meā audi secundū misericordiam tuā dn̄e: ꝛ secunduꝫ iudiciū tuuꝫ viuifica me.
Appropinquauerunt psequentes me iniquitati: a lege auteꝫ tua longe facti sunt.
Prope es tu domine: ꝛ omnes vię tuę veritas.
Initio cognoui de testimonijs tuis: q̄a in ęternū fundasti ea.
Vide humilitatē meā, ꝛ eripe me: q2 legē tuā nō sum oblitus.
Iudica iudiciū meū, ꝛ redime me: propter eloquiū tuū viuifica me.
Longe a peccatoribus salus: quia iustificationes tuas nō exquisierunt.
Misericordię tuę multę dn̄e: sm̄ iudiciū tuum viuifica me.
Multi qui persequūtur me, ꝛ tribulant me: a testimonijs tuis non declinaui.
Vidi pūaricātes ꝛ tabescebā: q̄a eloquia tua nō custodierūt.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia

 tua vi/

tua viuifica me.
Principium verborum tuorū veritas:in eternum omnia iudicia iustitie tue.
Principes persecuti sunt me gratis:& a verbis tuis formidauit cor meum.
Letabor ego sup eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
Iniquitatē odio habui:& abominatus sum:legem autē tuā dilexi.
Septies in die laudē dixi tibi: super iudicia iustitie tue.
Pax multa diligentibus legē tuam:& nō est illis scandalum.
Expectabā salutare tuū domine:& mandata tua dilexi.
Custodiuit aīa mea testimonia tua:& dilexit ea vehementer.
Seruaui mandata, & testimonia tua:quia omnes vie mee in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe:iuxta eloquium tuū da mihi intellectū.
Intret postulatio mea in conspectu tuo:secundum eloquiū tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum: cum docueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuum:quia omnia mandata tua equitas.
Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuū domine:& lex tua meditatio mea est.
Viuet aīa mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis, que periit: quere seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.
Ana. Alleluia, alleluia, alleluia. Cap. 1. Cor. 6.
Empti enim estis pcio magno:glorificate,& portate Deum in corpore vestro. R.br. Clamaui i toto corde meo, Exaudi me dñe. V. Iustificationes tuas reqrā. Exaudi. V. Ab occultis meis munda me dñe. R. Et ab alienis parce seruo tuo.
In feriali officio. Antiphona. Aspice i me, & miserere mei domine. Capitulum.
Empti em̄ estis. R.br. Redime me dñe. Et miserere mei. V. Pes enim me⁹ stetit in via recta. R. Et. V. Ab occultis vt s.
Vespere i dñica & i ferijs habent infra post laudes sabathi.

FERIA SECVNDA.

Ad Matutinum.

Pr inf. Aue Maria. Credo. V. Domine labia mea apies. Inuitatoriū. Venite, Exultemus dño. Ps. Iubilemus Deo salutari nostro. Hymnus.

Somno refectis artubus,
Spreto cubili surgimus:
Nobis pater canentibus,
Adesse te deposcimus.
Te lingua primum concinat,
Te mentis ardor ambiat:
Vt actuum sequentium
Tu sancte sis exordium.

Cedant

Cedant tenebrę lumini.
Et nox diurno sideri.
Ut culpa, quam nox intulit,
Lucis labascat munere.
Precamur iidem supplices,
Noxas vt omnes amputes,
Et ore te canentium
Lauderis in perpetuum:
Presta pater piissime. fol. 17.
Inuit. p ferias dñr i fer. esicio ab oct. Epiph. vsq ad Dñicam Pass. 7 ab oct. Pentec. vsq ad Aduentum. Hym. vero tam ad Mat. q ad laudes, 7 vesp. vsq ad Dñicã j. Quadra. Añę autẽ noc. p totũ annũ vt infra. Aña. Dñs defensor. Tpe Pasc. Añ. Halla. Sub qua vna Aña. dnr oës psalmi nocturnorũ. Ps. 26.

Dominꝰ illuminatio mea 7 salus mea; quẽ timebo?
Dominus protector vitę meę; a quo trepidabo?
Dum appropiãt super me no/centes; vt edant carnes meas.
Qui tribulãt me inimici mei; ipsi infirmati sunt, 7 ceciderũt.
Si consistant aduersum me ca/stra; non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me prę/lium; in hoc ego sperabo.
Unam petij a dño, hãc requi/ram; vt inhabitẽ in domo domi/ni omnibus diebus vitę meę.
Ut videam voluntatẽ domi/ni; 7 visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in ta/bernaculo suo; in die malorũ protexit me in abscondito ta/bernaculi sui.
In petra exaltauit me; 7 nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui, 7 imolaui in taber/naculo eiꝰ hostiã vociferatiõis; cantabo, 7 psalmũ dicã dño.
Exaudi domine vocẽ meã, qua clamaui ad te; miserere mei, 7 exaudi me.
Tibi dixit cor meũ, exquisiuit te facies mea; faciem tuam do/mine requiram.
Ne auertas faciem tuã a me; 7 ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto, ne derelin/quas me; neque despicias me Deus salutaris meus.
Qm̃ pr meꝰ, 7 mr̃ mea dereli/querũt me; dñs ãt assũpsit me.
Legem pone mihi dñe in via tua; 7 dirige me in semitam re/ctam propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantiũ me; quoniã insurre/xerunt in me testes iniqui, 7 mẽ/tita est iniquitas sibi.
Credo videre bona domini; in terra viuentium.
Expecta dñm, viriliter age; 7 confortetur cor tuum, 7 sustine dominum. Psalmus 27.

Ad te dñe clamabo, Deꝰ meus ne sileas a me; ne/quãdo taceas a me, 7 assimila/bor descendentibus in lacum.
Exaudi dñe vocẽ deprecationis meę, dũ oro ad te; dum extollo manꝰ meas ad tẽplũ sctũ tuũ.
Ne sim. l tradas me cũ pecca/toribus; 7 cum operãtibus ini/

quitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum: et secundum nequitiam adinventionum ipsorum.
Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera domini: et in opera manuum eius destrues illos, et non edificabis eos.
Benedictus dominus: quoniam exaudivit vocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus, et protector meus: et in ipso speravit cor meum, et adiutus sum.
Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: et protector salvationum Christi sui est.
Salvum fac populum tuum domine, et benedic hereditati tue: et rege eos, et extolle illos usque in eternum.
Antiphona. Dominus defensor vite mee.
Antiphona. Adorate. Psalmus 28.
Afferte domino filii Dei: afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et honorem, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.
Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringentis cedros: et confringet dominus cedros Libani.
Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: et dilectus quemadmodum filius unicornium.
Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum, et commovebit dominus desertum Cades.
Vox domini preparantis ceruos, et revelabit condensa: et in templo eius omnes dicent gloriam.
Dominus diluvium inhabitare facit: et sedebit dominus rex in eternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. Psalmus 29.
Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine Deus meus clamavi ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum.
Psallite domino sancti eius, et confitemini memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: et vita in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: et ad matutinum letitia.
Ego autem dixi in abundantia mea: non movebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti decori meo virtutem.
Avertisti faciem tuam a me: et factus sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: et ad Deum meum deprecabor.
Que utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi pulvis: aut annunciabit veritatem

ritatem tuam.
Audiuit dñs, τ misert⁹ est mei; dñs factus est adiutor meus.
Conuertisti planctū meum in gaudiū mihi; cōscidisti saccum meū, τ circundedisti me letitia
Ut cātet tibi gloria mea, τ nō cōpungar; domine Deus meus in eternum confitebor tibi.
Ala. Adorate dñz in eula sctā ei⁹. An. In tua iustitia. Ps 30.
In te domine speraui, nō confundar in eternum; in iustitia tua libera me.
Inclina ad me; aurez tuā: accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem τ in domum refugij; vt saluum me facias.
Quoniā fortitudo mea, τ refugiuz meū es tu; τ ꝓpter nomen tuū deduces me, τ enutries me.
Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi; quoniam tu es protector meus.
In manus tuas cōmendo spiritum meum; redemisti me domine Deus veritatis.
Odisti omnes obseruantes vanitates; superuacue.
Ego autē in domino speraui; exultabo, τ letabor i misericordia tua.
Quoniā respexisti humilitatem meaz; saluasti de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimici; statuisti in loco spatioso pedes meos.
Miserere mei dñe, qm̄ tribulor
ꝯturbatus est in ira ocul⁹ meus anima mea, τ venter meus.
Quoniaz defecit i dolore vita mea; τ anni mei in gemitibus.
Infirmata est i pauptate vīus mea; τ ossa mea cōturbata sunt.
Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde; τ timor notis meis.
Qui videbant me, foras fugerunt a me; obliuioni datus sum tanq̄ mortuus a corde.
Factus suz tanq̄ vas perditū; qm̄ audiui vituperationez multorum cōmorantiū in circuitu.
In eo dum conuenirent simul aduersum me; accipere animā meaz consiliati sunt.
Ego autez in te speraui domine dixi, Deus meus es tu; in manibus tuis sortes meę.
Eripe me de manu inimicorū meorū; τ a persequentibus me.
Illustra faciē tuam super seruum tuuz; saluū me fac in misericordia tua: domine, non cōfundar, quoniam inuocaui te.
Erubescant impij; τ deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.
Que loquunt aduersus iustuz iniquitatē in supbia, τ i abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis tuę domine; quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis, q sperāt in te; in conspectu filiorum hominum.
Abscōdes eos in abscōdito faciei tue; a ꝯturbatione hominū.
Proteges eos in tabernaculo

 tuo:

tuo: contradictione linguarū.
Benedictus dñs: qm mirificauit misericordiam suā mihi in ciuitate munita.
Ego autē dixi in excessu mentis meę: proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis meę: dum clamarem ad te.
Diligite dñm oēs sancti eius, quoniam veritatē requiret dominus: et retribuet abundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite, et cōfortet cor vestrum: omnes qui speratis in domino.

Psalmus 31.

Beati quorum remissę sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui nō imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Qm tacui inueterauerunt ossa mea: dū clamarem tota die.
Qm die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meā dño: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
Verūtñ i diluuio aquar multarū: ad eū nō approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione q̄ circūdedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me.
Intellectū tibi dabo, et instruā te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite sperare i inīqtate; z rapinas nolite ɔcupiscere: diuitie si affluant, nolite cor apponere.

Semel locut9 est de9, duo hec audiui; qz ptās dei est, z tibi dn̄e misericordia, qa tu reddes vnicuiq3 iuxta opera sua. Ps. 63.

Exaudi de9 orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe animaz meaz.

Protexisti me a conuentu malignantiuz; a multitudine operantiuz iniquitatez.

Quia exacuerunt, vt gladiuz linguas suas; intenderunt arcū rez amaraz, vt sagittent in occultis immaculatuz.

Subito sagittabunt euz, z non timebunt; firmauerunt sibi sermonez nequaz.

Narrauerūt vt abscōderēt laqueos; dixerūt qs videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates; defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum; z exultabitur Deus.

Sagitte paruulor uz facte sunt plage eorū; z infirmate sunt cōtra eos lingue eoruz.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos; z timuit omnis homo.

Et annunciauerūt opera dei; z facta eius intellexerunt.

Letabitur iustus in dn̄o, z sperabit in eo; z laudabuntur omnes recti corde. Ana. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Ana. Benedicite. Psal. 65.

Iubilate Deo omnis terra, psalmū dicite nomini eius; date gloriā laudi eius.

Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua domine; in multitudine virtutis tue mentientur tibi inimici tui.

Ois terra adoret te, z psallat tibi; psalmū dicat nomini tuo.

Uenite, z videte opera Dei; terribilis

terribilis in cõsilijs super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridã, in flumine pertransibunt pede; ibi letabimur in ipso.
Qui dominat i virtute sua in eternũ, oculi eius super gẽtes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gẽtes Deũ nostrũ: et auditã facite vocẽ laudis ei⁹.
Qui posuit animã meã ad vitam: et non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniaz probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos i laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Trãsiuimus per ignez et aquã: et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddaz tibi vota mea que distinxerũt labia mea.
Et locutuz est os meum: in tribulatione mea.
Holocausta medulata offeraz tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, et audite, et narrabo, omnes qui timetis Deũ: quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exultaui sub lingua mea.
Iniquitatẽ si aspexi in corde meo: nõ exaudiet dominus.
Propterea exaudiuit Deus: et attẽdit voci deprecationis mee.
Benedictus Deus, qui non amouit orationez meaz, et misericordiaz suam a me. Psal⁹ 67.
Exurgat Deus, et dissipentur inimici ei⁹: et fugiãt, qui oderunt eum, a facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiãt: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereãt peccatores a facie Dei.
Et iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei: et delectẽtur in letitia.
Cantate Deo, psalmuz dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi.
Exultate in cõspectu eius, turbabuntur a facie eius, patris orphanorum, et iudicis viduarũ.
Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.
Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos, q exasperãt: qui habitant in sepulchris.
Deus cũ egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto.
Terra mota est, etenim celi distillauerunt a facie Dei Sinai: a facie Dei Israel.
Pluuiã volũtariã segregabis Deus hereditati tue, et infirmata est: tu vero perfecisti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: parasti i dulcedine tua pauperi Deus.
Dominus dabit verbum euãgelizantibus virtute multa.
Rex virtutuz dilecti dilecti: et speciei

speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros, penne columbe deargẽtate: et posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit celestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?
Mons, in quo beneplacitũ est Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus multiplex millia letantium: dominus in eis in Sinai in sancto.
Ascẽdisti in altũ, cepisti captiuitatẽ: accepisti dona in hoib᷒.
Etenim non credentes: inhabitare dominum Deum.
Benedictus dominus die quotidie: prosperũ iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.
Deus noster De᷒ saluos faciẽdi: et dñi domini exitus mortis.
Ueruntamen Deus cõfringet capita inimicorũ suorum: verticem capilli perambulantiũ in delictis suis.
Dixit dñs ex Basan cõuertã: conuertam in profundũ maris.
Ut intingatur pes tuus in sãguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.
Uiderunt ingressus tuos De᷒: ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.
Preuenerũt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuẽcularum tympanistriarum.
In ecclesijs benedicite Deo domino de fontibus Israel.
Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu.
Principes Juda, duces eorum, principes Zabulon, et principes Nepthalim.
Manda Deus virtuti tue: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Jerusalem: tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis: cõgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.
Dissipa gentes, que bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia preueniet manus eius Deo.
Regna terre cãtate Deo: psallite domino.
Psallite Deo, qui ascendit super celum celi: ad orientem.
Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis, date gloriam Deo super Israel: magnificẽtia eius, et virtus eius in nubibus.
Mirabilis Deus in sanctis suis: De᷒ Israel, ipse dabit virtutem et fortitudinẽ plebi sue: benedictus Deus. Aña. Benedicite gentes Deũ nostrũ. Per annũ.
℣. Deus vitam meam annunciaui tibi. ℟. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.
Pro vno m. ℣. Magna est gl'ia
Pro pluribus. ℣. Justi autem.

Pro pf.pōt. ℣. Tu es sacerdos. Pro pf.fimp. ℣. Lex Dei eius. Pro virg. ℣. Elegit eā Deus. In Aduetu. ℣. Egredietur dñs de loco sancto suo. ℟. Veniet vt saluet populum suum. In Quadra. ℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Non timebis a timore nocturno. Tpe Pass. ℣. Ne perdas cū impijs Deus animam meā. ℟. Et cum viris sanguinum vitā meā. Tpe Pasc. Añs Al. hal. hal. Pro Sāctis. ℣. Letitia sempi. Pro Feria. ℣ Gauisi sūt discipuli, hal. ℟ Viso dño, halelui.

A D L A V D E S.

Añs Amplius laua me dñe ab iniustitia mea. Ps. Miserere. 23 Añs Te decet. Psalmus 64

Te decet hymn⁹ De⁹ in Siō; & tibi reddet votū in Ierusalem.

Exaudi orationē meā; ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum preualuerunt super nos; & impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quē elegisti, & assumpsisti; inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuę; sanctum est templum tuū, mirabile in equitate.

Exaudi nos Deus salutaris noster; spes omniū finium terrę, & in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia; qui cōturbas profundum maris sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes; & timebunt, qui habitant terminos a signis tuis; exitus matutini & vespere delectabis.

Visitasti terrā, & inebriasti eā; multiplicasti locupletare eā.

Flumē Dei repletū est aquis; parasti cibum illorum, quoniā ita est preparatio eius.

Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius; in stillicidijs eius letabitur germināns.

Benedices coronę anni benignitatis tuę; & campi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti; & exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento; clamabunt, etenim hymnum dicent. Añs Te decet hymnus Deus in Sion. Añs Labia mea laudabunt te in vita mea Deus meus. ps. Deus deus meus. fol. 8. Añs pbona. Dominus iudicabit.

Canticum Anne.

Exultauit cor meū in domino; & exaltatū est cornu meum in Deo meo.

Dilatum est os meum super inimicos meos; quia letata sū in salutari tuo.

Non est sanctus, vt est dñs, neque enim est alius extra te; non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loq sublimia; gloriantes.

Recedāt vetera de ore vestro.

quia

quia Deus scientiarum dñs est: & ipsi preparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est: & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius, & pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt. Donec sterilis peperit plurimos: & que multos habebat filios infirmata est.

Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat. Suscitans de puluere egenum: & de stercore erigens pauperem. Ut sedeat cum principibus: & solium glorie teneat.

Domini enim sunt cardines terre: & posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine sua roborabitur vir.

Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in celis tonabit. Dominus iudicabit fines terre, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.

An. Dñs iudicabit fines terre. Ps. Celi celorum laudate Deum. Laudate dñm de celis. fo. 6. Hym. Nox precessit. 24. Hym.

Nox & tenebre, & nubila, Cõfusa mundi & turbida, Lux intrat, albescit polus. Christus venit, discedite.

Caligo terre scinditur, Percussa solis spiculo. Rebusque iam color redit Uultu nitentis sideris.

Te Christe solum nouimus, Te mente pura & simplici Flendo, & canẽdo, quesumus, Intende nostris sensibus.

Sunt multa fucis illita, Que luce purgentur tua, Tu lux eoi sideris, Uultu sereno illumina.

Deo patri sit gloria. ℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultauimus & delectati sumus.

Ad Bñs. An. De manu oium qui oderũt nos, libera nos dñe. Preces q̃ dñr su. in y. fer 24.

FERIA QVINTA.

Ad Matutinum. Inuitatorium. Dominũ qui fecit nos, Uenite adoremus. Ps. Uenite. Hym.

Nox atra rerum contegit Terre colores omnium: Nos cõfitentes poscimus Te iuste iudex cordium.

Ut auferas piacula, Sordesque mentis abluas, Donesque Christe gratiam: Ut arceantur crimina.

Mens ecce torpet impia, Quam culpa mordet noxia, Obscura gestit tollere, Et te redemptor querere.

Repelle tu caliginem Intrinsecus quam maxime, Ut in beato gaudeat Se collocari lumine.

Presta pater pyssime. fol. 2.

Antiphona. Domine Deus.

Toe Dasc. Aff. Valla. Ps. 68.

Saluū me fac deus: quo niaȝ intrauerūt aquę vſque ad animam meam.
Infixus ſuȝ in limo profundi: ꝛ non eſt ſubſtantia.
Ueni in altitudinem maris: ꝛ tempeſtas demerſit me.
Laboraui clamās, raucę factę ſunt fauces meę: defecerūt oculi mei, dū ſpero in deuȝ meuȝ.
Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: quid oderunt me gratis.
Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei iniuſte: q̄ non rapui tunc exoluebam.
Deus tu ſcis inſipiētiam meam: ꝛ delicta mea a te nō ſunt abſcondita.
Non erubeſcant i me qui expectant te dn̄e: domine virtutuȝ.
Non confundantur ſuper me: qui querunt te deus Iſrael.
Quī propter te ſuſtinui opprobriū: operuit cōfuſio faciē meā.
Extraneus factus ſum fratribus meis: ꝛ peregrinus filijs matris meę.
Quoniaȝ zelus domus tuę comedit me: ꝛ opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt ſup me:
Et operui i ieiunio aiaȝ meā: ꝛ factū eſt in opprobriū mihi.
Et poſui veſtimētuȝ meū cilicium: ꝛ factꝰ ſuȝ illis i parabolā.
Aduerſuȝ me loquebātur qui ſedebāt in porta: ꝛ i me pſallebant qui bibebant vinum.
Ego vero orationē meā ad te dn̄e: tempus beneplaciti deꝰ.
In multitudine miſericordię tuę exaudi me: in veritate ſalutis tuę.
Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his q̄ oderūt me, ꝛ de profundis aquarum.
Non me demergat tēpeſtas aquę, neq̧ abſorbeat me profundum: neq̧ vrgeat ſuper me puteus os ſuum.
Exaudi me domine, qm̄ benigna eſt miſericordia tua: ꝛ ſecū dum multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.
Et ne auertas faciē tuā a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intēde anime meę, ꝛ libera eā: pp̄ inimicos meos eripe me.
Tu ſcis improperiū meū ꝛ cōfuſionē meā: ꝛ reuerētiā meaȝ.
In conſpectu tuo ſūt oēs q tribulant me: improperiū expectauit cor meum ꝛ miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul cōtriſtaretur, ꝛ non fuit: ꝛ qui conſolaretur, ꝛ non inueni.
Et dederūt in eſcā meaȝ fel: ꝛ in ſiti mea potauerūt me aceto.
Fiat menſa eorum corā ipſis in laqueum: ꝛ in retributiones, ꝛ in ſcandalum.
Obſcurent oculi eoꝛuȝ ne videant: ꝛ dorſuȝ eoꝝ ſemp̄ icurua.
Effunde ſuper eos irā tuam: ꝛ furor irę tuę cōprehēdat eos.
Fiat habitatio eoꝝ deſerta: ꝛ in tabernaculis eorum nō ſit qui inhabitet.

Qm̄

Quoniam quem tu percussisti perse-cuti sunt: et super dolorem vul-nerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super ini-quitatem eorum: et non intrent in iustitiam tuam.
Deleantur de libro viventium: et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: sa-lus tua Deus suscepit me.
Laudabo nomen Dei cum canti-co: et magnificabo eum in laude.
Et placebit Deo super vitulum novellum: cornua producentem et ungulas.
Videant pauperes, et lætentur: quærite Deum, et vivet anima vestra.
Quoniam exaudivit pauperes Dominus: et vinctos suos non despexit.
Laudent illum cæli et terra: ma-re, et omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus salvam faciet Sion: et ædificabuntur civitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi: et heredi-tate acquirent eam.
Et semen servorum eius possi-debit eam: et qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea. Psal. 69.
Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiu-vandum me festina.
Confundantur, et revereantur qui quærunt animam meam.
Avertantur retrorsum et erube-scant: qui volunt mihi mala.
Avertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge, euge.
Exultent, et lætentur in te om-nes qui quærunt te: et dicant sem-per magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego vero egenus et pauper sum: Deus adiuva me.
Adiutor meus, et liberator me-us es tu: Domine ne moreris.
Antiphona. Domine Deus in adiutorium meum intende. Ana. Esto mihi. Psalmus. 70.

In te Domine speravi, non con-fundar in æternum: in iusti-tia tua libera me, et eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: et salva me.
Esto mihi in Deum protecto-rem et in locum munitum: ut sal-vum me facias.
Quoniam firmamentum meum: et refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: et de manu contra le-gem agentis et iniqui.
Quoniam tu es patientia mea Do-mine: Domine spes mea a iuven-tute mea.
In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris meæ, tu es pro-tector meus.
In te cantatio mea semper: tan-quam prodigium factus sum mul-tis, et tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proiicias me in tempore se-nectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerunt inimici mei mi-hi: et qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in unum.
Dicentes, Deus dereliquit eum:

 persa

persequimini, et cõprehendite eum; quia non est qui eripiat.
Deus ne elongeris a me: Deus meus in auxiliũ meum respice.
Confundantur et deficiant detrahentes animę meę: operiantur cõfusione et pudore qui quęrunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: et adijciã sup oẽm laudem tuam.
Os meũ annunciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quõ non cognoui literaturã, introibo in potentias dñi: dñe memorabor iustitię tuę solius.
Deus docuisti me a iuuẽtute mea: vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsq in senectam et senium: Deus ne derelinquas me.
Donec annunciẽ brachiũ tuũ generationi omni q̃ vẽtura est.
Potẽtiã tuã, et iustitiã tuã deus vsq in altissima quę fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?
Quantas ostẽdisti mihi tribulationes multas et malas, et cõuersus viuificasti me: et de abyssis terrę iterum reduxisti me?
Multiplicasti magnificentiam tuã: et conuersus consolatus es me?
Nam et ego cõfitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuã Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel.
Exultabunt labia mea, cũ cãtauero tibi: et anima mea quam redemisti.
Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiã tuã: cum confusi et reuerĩti fuerint q quęrũt mala mihi. Psalmus .71.

Deus iudiciũ tuũ regi da: et iustitiã tuã filio regis.
Iudicare populũ tuũ in iustitia: et pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo: et colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi: et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione et generationem.
Descendet sicut pluuia in vellus: et sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari vsq ad mare: et a flumine vsq ad terminos orbis terrarum.
Corã illo pcidẽt Aethiopes: et inimici eius terram lingent.
Reges Tharsis, et insulę munera offerent: reges Arabum, et Saba dona adducent.
Et adorabunt eũ omnes reges terrę: omnes gentes seruient ei.
Quia liberabit pauperẽ a potente: et pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi et inopi: et animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris et iniqtate redimet animas eorum: et honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, et dabit ei de auro Arabię: et adorabũt de ipso semper:

per: tota die benedicent ei.
Erit firmamētū i terra i sum mis montiū, superextolletur su per Libanū fruct⁹ eius: ⁊ flore/ būt de ciuitate sicut fenū terrę.
Sit nomē ei⁹ bñdictuȝ in scła: ante solē permanet nomē eius.
Et benedicent in ipso omnes tribus terrę: omnes gentes ma/ gnificabunt eum.
Benedict⁹ dñs Deus Israel: qui facit mirabilia solus.
Et bñdictū nomē maiestatis eius in ęternū: ⁊ replebitur ma iestate ei⁹ omnis terra, fiat fiat.
Añ. Esto mihi dñe in Deum protectorem. Antiph. Libera/ sti virgam. Psalmus. 72.
Quā bonus Israel Deus: his qui recto sunt corde.
Mei aūt pene moti sūt pedes: pene effusi sunt gressus mei.
Quia zelaui sup iniquos: pa/ cem peccatorum videns.
Quia nō est respect⁹ morti eo rū: ⁊ firmamētū in plaga eorū.
In labore hominū non sunt: ⁊ cū hominib⁹ non flagellabunt.
Ideo tenuit eos supbia: oper/ ti sūt iniqtate, ⁊ impietate sua.
Prodyt quasi ex adipe iniqui/ tas eorum: transierunt in affe/ ctum cordis.
Cogitauerūt, ⁊ locuti sunt ne quitiam: iniquitateȝ in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cęluȝ os suum: ⁊ lingua eorū trāsiuit in terra.
Ideo cōuertet populus meus hic: ⁊ dies pleni inuenient̄ i eis.
Et dixerūt, quomodo scit de⁹? ⁊ si est scientia in excelso.
Ecce ipsi peccatores ⁊ abūdā tes in sclo: obtinuerūt diuitias.
Et dixi, ergo sine causa iustifi caui cor meum: ⁊ laui inter in/ nocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: ⁊ castigatio mea in matutinis.
Si dicebā, narrabo sic: ecce na tioneȝ filiorū tuorū reprobaui.
Existimabam vt cognoscereȝ hoc: labor est ante me.
Donec intrē i sanctuariū dei: ⁊ intelligā in nouissimis eoruȝ.
Veruntamen ꝑpter dolos po suisti eis: deiecisti eos dum alle uarentur.
Quomodo facti sunt i desola tionem, subitō defecerūt: perie/ runt propter iniquitatem suaȝ.
Velut somniū surgentiū do/ mine: in ciuitate tua imagineȝ ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum, ⁊ renes mei commuta/ ti sunt: ⁊ ego ad nihilum reda/ ctus suȝ, ⁊ nesciui.
Ut iumentuȝ factus suȝ apud te: ⁊ ego semper tecum.
Tenuisti manuȝ dexterā meā: ⁊ in volūtate tua deduxisti me: ⁊ cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in cęlo: ⁊ a te quid volui super terram?
Defecit caro mea, ⁊ cor meū: Deus cordis mei, ⁊ pars mea Deus in ęternum.
Quia ecce, qui elōgant se a te peribunt: perdidisti omnes, qui fornica/

fornicantur abs te.
Mihi autez adherere Deo bonum est: ponere in domino deo spem meam.
Ut annunciē oēs pdicationes tuas: in portis filie Sion. Ps. 73.

Ut quid De⁹ repulisti in finē: iratus est furor tuus super oues pascue tue?
Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio.
Redemisti virgaz hereditatis tue: mons Sion in quo habitasti in eo.
Leua man⁹ tuas in superbias eorū in finem: quanta maligna tus est inimicus in sancto?
Et gloriati sunt qui oderunt te. in medio solennitatis tue.
Posuerunt signa sua, signa: et non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in silua lignoruz securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et ascia deiecerunt eam.
Incenderunt igni sanctuariū tuum in terra: polluerūt tabernaculum nominis tui.
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.
Signa nostra nō vidimus, iaz non est propheta: et nos non cognoscet amplius.
Usquequo Deus, improperabit inimicus? irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Ut quid auertis manū tuaz, et dexteram tuaz: de medio sinu tuo in finem?
Deus autē rex noster ante secula: operatus est salutez in medio terre.
Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti euz escam populis Ethiopum.
Tu dirupisti fontes, et torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.
Tuus est dies, et tua est nox: tu fabricatus es aurorā, et solem.
Tu fecisti omnes terminos terre: estatē et ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimicus improperauit dño: et populus insipiens incitauit nomen tuū.
Ne tradas bestijs animas cōfitentes tibi: et animas pauperuz tuorū ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentuz tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatū.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper et inops laudabunt nomen tuum.
Exurge Deus, iudica causaz tuaz: memor esto improperiorum tuorum, eorum que ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorū qui te oderunt, ascendit semper.
An. Liberasti virgā hereditatis tue. An. Et inuocabim⁹. Ps. 74.

Confitebimur tibi Deus: cōfitebimur, et inuocabimus

mus nomen tuum:
Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra, et omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, nolite inique agere: et delinquentibus, nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.
Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a desertis montibus: quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, et hunc exaltat: quia calix in manu domini vini meri plenus misto.
Et inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terre.
Ego autem annunciabo in seculum: cantabo Deo Jacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: et exaltabuntur cornua iusti. Psalmus.75.
Notus in Judea Deus: in Israel magnum nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: et habitatio eius in Sion.
Ibi confregit potentias: arcum, scutum, gladium, et bellum.
Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua deus Jacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, et quieuit.
Cum exurgeret in iudicium deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terre.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: et reliquie cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, et reddite domino deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, et ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terre. Aña. Et inuocabimus nomen tuum domine.
Aña. Tu es Deus. Psal.76.
Voce mea ad dominum clamaui: voce mea ad Deum, et intendit mihi.
In die tribulationis mee Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: et non sum deceptus.
Renuit consolari anima mea: memor fui dei et delectatus sum et exercitatus sum, et defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, et non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: et annos eternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: et exercitabar, et scopebam spiritum meum.
Nun-

Nunquid in eternum proijciet Deus: aut nō apponet, vt complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiā suā abscindet: a generatione in generationem?
Aut obliuiscet misereri De⁹: aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi, nunc cepi: hec mutatio dextere excelsi.
Memor fui operū domini: qa memor ero ab initio mirabiliū tuorum.
Et meditabor in omnib⁹ operibus tuis: ꝛ in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in scō in via tua, quis De⁹ magn⁹ sicut Deus nr̄: tu es Deus: qui facis mirabilia.
Notā fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum filios Jacob ꝛ Joseph.
Viderunt te aque Deus, viderunt aque, ꝛ timuerunt: ꝛ turbate sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim sagitte tue transeūt: vox tonitrui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi terre: commota est, ꝛ cōtremuit terra.
In mari via tua, ꝛ semite tue in aquis multis: ꝛ vestigia tua non cognoscetur.
Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu Moysi, ꝛ Aaron. Psalmus. 77.

Attende popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meū: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus, ꝛ cognouimus ea: ꝛ patres nostri narrauerunt nobis?
Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera.
Narrātes laudes dñi, ꝛ virtutes ei⁹: ꝛ mirabilia eius q̄ fecit.
Et suscitauit testimoniū i Jacob: ꝛ legem posuit in Israel.
Quāta mādauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascētur, ꝛ exurgēt: ꝛ narrabunt filijs suis.
Ut ponant in Deo spem suā, ꝛ non obliuiscantur operum dñi: ꝛ mandata eius exquirant.
Ne fiant sicut patres eorū: generatio praua ꝛ exasperans.
Generatio que nō direxit cor suum: ꝛ non est creditus cum Deo spiritus eius.
Filij Ephrem intendentes, ꝛ mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentū Dei: ꝛ in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum eius: ꝛ mirabilium eius, que ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: in campo Taneos.
Interrupit mare, ꝛ pduxit eos: ꝛ statuit

ꝛ statuit aquas quasi in vtre.
Et deduxit eos i nube diei: ꝛ tota nocte i illuminatiõe ignis.
Interrupit petram in eremo: ꝛ adaquauit eos velut in abysso multa.
Et eduxit aquã de petra: ꝛ deduxit tãquam flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerũt excelsum in inaquoso.
Et tẽtauerũt Deũ in cordib⁹ suis: vt peterẽt escas aiab⁹ suis.
Et male locuti sunt de Deo: dixerunt, nunquid poterit De⁹ parare mensam in deserto?
Quõ pcussit petram, ꝛ fluxerũt aque, ꝛ torrentes inundauerũt.
Nũquid ꝛ panẽ poterit dare: aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit dñs, ꝛ distulit: ꝛ ignis accensus est in Jacob, ꝛ ira ascendit in Israel.
Quia nõ crediderũt in Deo, nec sperauerũt in salutari eius.
Et mãdauit nubibus desup: ꝛ ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad mãducandũ: ꝛ panẽ celi dedit eis.
Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit Austrum de celo: ꝛ induxit in virtute sua Africum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: ꝛ sicut arenam maris volatilia pennata.
Et ceciderũt i medio castrorũ eorũ: circa tabernacula eorum.
Et manducauerũt, ꝛ saturati sunt nimis: ꝛ desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.
Adhuc esce eorum erant in ore ipsorum: ꝛ ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorũ: ꝛ electos Israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: ꝛ nõ crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerũt in vanitate dies eorũ: ꝛ anni eorũ cũ festinatiõe.
Cum occideret eos, querebãt eũ: ꝛ reuertebantur: ꝛ diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sũt quia De⁹ adiutor est eorum: ꝛ Deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eũ in ore suo: ꝛ lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse aũt est misericors, ꝛ propitius fiet peccatis eorum: ꝛ nõ disperdet eos.
Et abundauit, vt auerteret irã suã: ꝛ nõ accẽdit oẽm iram suam.
Et recordatus est qꝛ caro sũt: spiritus vadens, ꝛ non rediens.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in iram cõcitauerũt eum in inaquoso?
Et cõuersi sunt ꝛ tentauerunt Deum: ꝛ sanctum Israel exacerbauerunt.
Nõ sunt recordati manus ei⁹: die qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut

Sicut posuit i Aegypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.
Et puertit i sãguinẽ flumina eo℞: & imbres eorũ ne biberent.
Misit in eos cynomyã, & comedit eos: & ranã, & disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus eorum: & labores eorum locustę.
Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorũ in pruina.
Et tradidit grãdini iumenta eorũ: & possessiones eorum igni.
Misit in eos irã indignationis suę: indignationem, & iram, & tribulationem: immissiones per angelos malos.
Uiam fecit semitę irę suę, & nõ pepercit a morte aiabus eorũ: & iumẽta eorũ in morte conclusit.
Et pcussit omne primogenitũ in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.
Et abstulit sicut oues populũ suum: & perduxit eos tanquã gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis suę: mõtem quem acquisiuit dextera eius.
Et eiecit a facie eorum gẽtes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus Israel.
Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deũ excelsum: & testimonia eius non custodierunt.
Et auerterũt se, & non seruauerunt pactum: quemadmodũ patres eorum conuersi sunt in arcum prauum.
In irã cõcitauerũt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad ęmulationẽ eũ pvocauerũt.
Audiuit Deus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.
Et repulit tabernaculũ Silo: tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit i captiuitatẽ virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populũ suum: & hereditatẽ suã spreuit.
Iuuenes eo℞ comedit ignis: & virgines eorũ nõ sũt lamẽtatę.
Sacerdotes eo℞ i gladio ceciderũt: & viduę eo℞ nõ plorabãt.
Et excitatus est tanquã dormiens dominus: & tanquam potens crapulatus a vino.
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribũ Ephraim nõ elegit.
Sed elegit tribum Iuda: montem Sion quem dilexit.
Et ędificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra: quã fundauit in secula.
Et elegit Dauid seruũ suum, & sustulit eum de gregibus ouiũ: de post fętantes accepit eum.
Pascere Iacob seruũ suum: & Israel hereditatem suam.

Et pavit eos in innocētia cor dis sui:ꝛ i intellectibus manuū suarū deduxit eos. Añ. Tu es Deus q facis mirabilia. Añā. Propitius esto. Psalmus.78.

Deus venerūt gētes in hȩ reditatē tuā,polluerūt tē plum sanctuꝫ tuum: posuerunt Jerusalē in pomorū custodiaꝫ.

Posuerunt morticina seruorū tuorū escas volatilibus cȩli:car nes sanctorū tuoꝝ bestijs terrȩ.

Effuderunt sanguinē ipsorū tanquā aquaꝫ in circuitu Jerusaleꝫ:ꝛ nō erat,qui sepeliret.

Facti sumus opprobriū vici nis nostris:subsannatio ꝛ illusio his qui in circuitu nostro sunt.

Usquequo domine irasceris in finem:accēdetur velut ignis zelus tuus?

Effunde irā tuā in gentes quȩ te nō nouerunt: ꝛ in regna,quȩ nomen tuum nō inuocauerunt.

Quia comederūt Jacob: ꝛ lo cum eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatū no strarum antiquarum: cito anti cipiēt nos misericordiȩ tuȩ, qꝛ pauperes facti sumus nimis.

Adiuua nos Deꝰ salutaris no ster,ꝛ ꝓpter gloriā noīs tui dñe libera nos:ꝛ ꝓpitius esto peccā tis nostris propter nomē tuum.

Ne forte dicāt in gētibus: vbi est Deus eoꝝ? ꝛ innotescat in nationibus corā oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorū tuoꝝ qui effusus est:introeat in ɔspe ctu tuo gemitus compeditorū.

Secūdū magnitudinē brachij tui:posside filios mortificatoꝝ.

Et redde vicinis nostris septu plum in sinu eorum: impro perium ipsoꝝ quod exprobra uerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus, ꝛ oues pascuȩ tuȩ: confitebimur tibi in seculum.

In generatione ꝛ generatio nem: annunciabimus laudem tuam. Psalmus.79.

Qui regis Israel,intēde: qui deducis velut ouem Joseph.

Qui sedes super Cherubim: manifestare corā Ephraiꝫ,Be niamin,ꝛ Manasse.

Excita potentiam tuam,ꝛ ve ni:vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos:ꝛ ostende faciem tuam,ꝛ salui erimus.

Dñe Deus virtutuꝫ: quousqꝫ irasceris super orōnē serui tui?

Cibabis nos pane lacrymarū: ꝛ potum dabis nobis in lacry mis in mensura.

Posuisti nos in contradictio nem vicinis nostris: ꝛ inimici nostri subsannauerunt nos.

Deus virtutū cōuerte nos: ꝛ ostēde faciē tuā,ꝛ salui erimus.

Uineā de Aegypto trāstulisti: eiecisti gentes,ꝛ plantasti eam.

Dux itineris fuisti in ɔspectu eius,ꝛ plantasti radices eius:ꝛ impleuit terram.

Operuit montes vmbra eius: ꝛ arbusta eius cedros Dei.

Extēdit palmites suos vsqꝫ ad mare:

mare:ꝛ vſque ad flumen propagines eius.

Ut quid deſtruxiſti maceriã eius:ꝛ vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam?

Exterminauit eã aper de ſylua:ꝛ ſingularis ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtutum conuertere: reſpice de celo, ꝛ vide,ꝛ viſita vineam iſtam.

Et perfice eã, quam plãtauit dextera tua: ꝛ ſuper filiũ hominis quem confirmaſti tibi.

Incẽſa igni ꝛ ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt.

Fiat manus tua ſup virũ dextere tue:ꝛ ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi.

Et non diſcedimus a te:viuificabis nos, ꝛ nomen tuum inuocabimus.

Domine Deus virtutum conuerte nos:ꝛ oſtende faciem tuã, ꝛ ſalui erimus. Añã Propitius eſto peccatis noſtris dñe. Per Annũ. ℣ Gaudebunt labia mea cũ cãtauero tibi. ℟ Et anima mea quã redemiſti. Pro vno mar. ℣ Gloria:ꝛ ho. Pro plur.mar. ℣ Letamini i. Pro cõfeſſo. ℣. Amauit eum. Pro virginib. ℣ Specie tua. In Aduẽtu. ℣ Ex Siõ ſpecies decoris eius. ℟ Deus ñr mani feſte veniet. In Quadrage. ℣ Ipſe liberauit me de laqo venãtiũ. ℟ Et a verbo aſpero. T pe Paſſio. ℣ Erue a framea Deus animam meã. ℟ Et de manu canis vnicam meam.

Tpe Paſch. Añ Al.hal.hal. Pro Sãctis. ℣ Sãcti ꝛ iuſti. Pro Feria. ℣ Surrexit dñs de ſepulcro, hal. ℟ Qui pro nobis pepẽdit in ligno,halleluiah.

AD LAVDES.

Añ Tibi ſoli peccaui domine miſerere mei. ps. Miſerere. 23
Añã. Domine. Pſalmus. 89.

Domine refugiũ factus es nobis: a generatione in generationem.

Priuſquam mõtes fierent,aut formaretur terra ꝛ orbis: a ſeculo ꝛ vſque in ſeculum tu es Deus.

Ne auertas homineȝ in humilitatem:ꝛ dixiſti,conuertimini filij hominum.

Quoniaȝ mille anni ante oculos tuos:tanquam dies heſterna,que preterijt.

Et cuſtodia in nocte:que pro nihilo habenſ,eorum anni erũt.

Mane ſicut herba tranſeat mane floreat,ꝛ trãſeat:veſpere decidat,induret,ꝛ areſcat.

Quia defecimuſ in ira tua:ꝛ in furore tuo turbati ſumus.

Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrũ in illuminatione vult⁹ tui.

Quoniã omnes dies noſtri defecerũt:ꝛ in ira tua defecimuſ.

Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur:dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni.

Si autem in potentatib⁹ octo/ginta anni: & amplius eorū labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.
Quis nouit potestatē ire tue: & pre timore tuo iram tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notā fac: & eruditos corde in sapientia.
Conuertere domine vsquequo & deprecabilis esto super ser/uos tuos.
Repleti sum⁹ mane misericor/dia tua: exultauimus, & delectati sumus oībus diebus nostris.
Letati sumus pro diebus qui/bus nos humiliasti, annis qui/bus vidimus mala.
Respice in seruos tuos, & in o/pera tua: & dirige filios eorum.
Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuū nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige. Aña. Domine refugiū fa/ctus es nobis. Aña. In matuti/nis meditabor in te. Psalmus. Deus deus meus ad te. 8.

Canticum Moysi.

Cantem⁹ dño, gloriose enī magnificatus est: equū & ascensorem proiecit in mare.
Fortitudo mea & lau⁹ mea dñs: & factus est mihi in salutem.
Iste de⁹ me⁹, & glorificabo eū: deus patris mei, & exaltabo eū.
Dñs quasi vir pugnator, om/nipotens nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.
Electi principes eius submer/si sunt in mari rubro: abyssi o/peruerūt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.
Dextera tua domine magnifi/cata est in fortitudine: dextera tua dñe percussit inimicum: & in multitudine glorie tue deposui/sti aduersarios tuos.
Misisti iram tuam, que deuo/rauit eos sicut stipulam: & in spiritu furoris tui congregate sunt aque.
Stetit vnda fluens: cōgregate sunt abyssi in medio mari.
Dixit inimicus, persequar, & cō/prehendam, diuidā spolia: im/plebitur anima mea.
Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.
Flauit spirit⁹ tuus, & operuit eos mare: & submersi sunt quasi plūbū in aquis vehementibus.
Quis similis tui in fortibus do/mine: q̄s similis tui: magnificus in sanctitate, terribilis, atq̄ lau/dabilis, & faciens mirabilia.
Extendisti manum tuā, & de/uorauit eos terra: dux fuisti in misericordia tua populo, quē redemisti.
Et portasti eū in fortitudine tua: ad habitaculū sanctū tuū.
Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habi/tatores Philistijm.
Tūc cōturbati sūt principes E/dom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes ha/bitatores

bitatores Chanaan.

Irruat sup eos formido & pauor: i magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat popul⁹ tuus domine: donec pertráseat populus tuus iste, quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in mõte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es domine.

Sanctuarium tuuz dñe, quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in eternũ & vltra.

Ingressus est enĩz eques Pharao cuz curribus & equitibus eius in mare: & reduxit sup eos dominus aquas maris.

Filij autem Israel ambulauerunt per siccum: in medio eius.

Aña. Cantemus dño gloriose.

Aña. In sanctis eius laudate Deum. ps. Laudate dominũ de celis. Cap. Nox precessit. 24. Hymnus.

Lux ecce surgit aurea:
Pallẽs fatiscat cecitas.
Que nosmet in precepg diu,
Errore traxit deuio.

Hec lux serenum conferat,
Purosqz nos prestet sibi:
Nihil loquamur subdolum:
Voluamus obscurum nihil.

Sic tota decurrat dies,
Nec lingua mẽdax, nec man⁹,
Oculi nec peccent lubrici,
Nec noxa corpus inquinet.

Speculator astat desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusqz nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

Deo patri sit gloria.

℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultauimus & delectati sum⁹. Ad Bñs. Aña. In sanctitate seruiamus dño, & liberabit nos ab inimicis nr̃is. Preces qñ dñr, vt su. in v. fe. 24.

FERIA SEXTA.

Ad Matutinũ Inuitatoriũ. Adoremus dñm, Quoniã ipse fecit nos. ps. Venite. Hymnus.

Tu Trinitatis vnitas,
Orbez potenter qui regis,
Attende laudũ cantica,
Que excubantes psallimus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

Quo fraude quicquid demonum
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud celitus
Tue potestas glorie.

Ne corpus adsit sordidum,
Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

Ob hoc redemptor quesumus:
Reple tuo nos lumine:
Per quod dierum circulis,
Nullis ruamur actibus.

Presta pater pijssime. fol. 2.

Antiphona. Exultate Deo.

Tempore Pasce. Antiphona. Halleluiah. Psalmus 80.

Exultate

Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Jacob.
Sumite psalmum, et date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.
Buccinate i Neomenia, tuba: in insigni die solénitatis vestre.
Quia preceptum in Israel est: et iudicium Deo Jacob.
Testimoniú i Joseph posuit illud cú exiret de terra Aegypti: linguá quá nó noverat audivit.
Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt.
In tribulatione invocasti me, et liberavi te: exaudivi te in abscódito tempestatis, probavi te apud aquá contradictionis.
Audi populus meus, et contestabor te: Israel si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
Ego enim sum dñs deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuú, et implebo illud.
Et nó audivit populus meus vocem meam: et Israel non intendit mihi.
Et dimisi eos secundú desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.
Si populus meus audisset me: Israel si i viis meis ambulasset.
Pro nihilo forsitá inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manú meá.
Inimici dñi mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in secula.
Et cibavit illos ex adipe frumenti: et de petra melle saturavit eos. Psalmus. 81.

Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Usquequo iudicatis iniquitatem: et facies peccatorum sumitis.
Iudicate egeno et pupillo: humilem et pauperé iustificate.
Eripite pauperem: et egenum de manu peccatoris liberate.
Nescierunt neque intellexerút, in tenebris ambulát: movebuntur omnia fundamenta terre.
Ego dixi dii estis: et filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini: et sicut unus de principibus cadetis.
Surge Deus, iudica terrá: qm̃ tu hereditabis in oibus gétibus.
Añ. Exultate Deo adiutori nostro. Aña. Tu solus. psalm. 82.

Deus quis similis erit tibi: ne taceas, neque compescaris Deus.
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: et qui oderunt te, extulerunt caput.
Super populum tuú malignaverunt consiliú: et cogitaverunt adversus sanctos tuos.
Dixerunt, venite, disperdamus eos de gente: et non memoretur nomen Israel ultra.
Qm̃ cogitaverút unanimiter: simul adversum te testamentú disposuerunt tabernacula Idumeorum et Ismahelite.

Moab, et Agareni, Gebal, et Ammon, et Amalec: alienigenę cum habitantibus Tyrum.
Etenim Assur venit cũ illis: facti sunt in adiutoriũ filijs Loth.
Fac illis sicut Madiã et Sisare: sicut Jabin ĩ torrẽte Cisson.
Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terrę.
Pone principes eorum, sicut Oreb, et Zeb, et Zebee, et Salmana.
Omnes principes eorum, qui dixerunt: hereditate possideamus sanctuarium Dei.
Deus meus pone illos vt rotã: et sicut stipulã ante faciẽ venti.
Sicut ignis, qui cõburit syluã: et sicut flãma cõburens mõtes.
Ita persequeris illos ĩ tẽpestate tua: et in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorũ ignominia: et quęrent nomen tuũ domine.
Erubescãt et cõturbent in sęcũ seculi: et cõfundantur et pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra. Psalmus 83.

Quã dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: concupiscit et dẽficit aĩa mea ĩ atria dñi.
Cor meum et caro mea: exultauerunt in Deum viuum.
Etenim passer inuenit sibi domum: et turtur nidum, vbi reponat pullos suos.
Altaria tua domine virtutum: rex meus et Deus meus.
Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.
Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit.
Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.
Domine Deus virtutũ exaudi orationẽ meã: auribus percipe Deus Jacob.
Protector noster aspice Deus: et respice in faciem Christi tui.
Quia melior est dies vna in atrijs tuis: super millia.
Elegi abiectꝰ esse ĩ domo Dei mei: magis quã habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem diligit Deus: gratiã et gloriam dabit dominus.
Non priuabit bonis eos q ambulãt in innocẽtia: dñe virtutũ, beatus homo qui sperat in te.
Alia. Tu solus altissimus super omnem terram. Antiph. Benedixisti. Psalmus 84.

Benedixisti domine terrã tuam: auertisti captiuitatem Jacob.
Remisisti iniqtatẽ plebis tuę: operuisti omnia peccata eorũ.
Mitigasti oẽm irã tuã: auertisti ab ira indignationis tuę.
Conuerte nos Deus salutaris noster: et auerte irã tuã a nobis.
Nunquid in ęternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationẽ?

Deus tu cõuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe misericordiã tuã: et salutare tuũ da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniã loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Uerũtamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax osculate sunt.
Ueritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.
Etenim dñs dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.
Iustitia ante eũ ambulabit: et ponet i via gressus suos. Ps. 85.

Inclina domine aurẽ tuã et exaudi me: quoniam inops, et pauper sum ego.
Custodi animã meã quoniam sanctus sum: saluum fac seruũ tuũ Deus meus sperantẽ in te.
Miserere mei domine, quoniã ad te clamaui tota die: letifica animã serui tui, quoniã ad te domine animam meã leuaui.
Quoniã tu domine suauis et mitis: et multe misericordie omnibus inuocantibus te.
Auribus percipe orõnẽ meã: intẽde voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in diis dñe: et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascunq fecisti, venient, et adorabunt corã te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, et faciens mirabilia: tu es Deus solus.
Deduc me dñe in via tua, et ingrediar in veritate tua: letetur cor meũ, vt timeat nomen tuũ.
Confitebor tibi dñe De⁹ me⁹, in toto corde meo: et glorificabo nomen tuum in eternum.
Quia misericordia tua magna est super me: et eruisti animã meã ex inferno inferiori.
Deus iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentium quesierunt animã meam: et non proposuerũt te in conspectu suo.
Et tu domine De⁹ miserator et misericors: patiens, et multe misericordie et verax.
Respice i me, et miserere mei: da imperium tuum puero tuo: et saluum fac filium ancille tue.
Fac mecum signum in bonũ, vt videãt qui oderunt me, et cõfundãtur: quoniã tu dñe adiuuisti me, et consolatus es me.
Ana. Bñdixisti dñe terrã tuã.
Añ. Fundamẽta eius. Ps. 86.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.
Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.
Memor ero Raab, et Babylonis: scientium me.

Ecce alienigene, et Tyrus, et populus Aethiopum: hi fuerunt illic.
Nunquid Siō dicet, homo, et homo natus est in ea: et ipse fundauit eam altissimus?
Dominus narrabit in scripturis populorum: et principum horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium: habitatio est in te. Psalmus. 87.

Domine Deus salutis mee: in die clamaui et nocte coram te.
Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad ad precem meam.
Quia repleta est malis anima mea: et vita mea inferno appropinquauit.
Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormiētes in sepulcris, quorum nō es memor amplius: et ipsi de manu tua repulsi sunt.
Posuerūt me in lacu inferiori: in tenebrosis, et in vmbra mortis.
Super me confirmatus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, et nō egrediebar: oculi mei languerūt pre inopia.
Clamaui ad te dn̄e: tota die expandi ad te manus meas.
Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, et confitebuntur tibi?
Nunquid narrabit aliqs in sepulcro misericordiā tuā? et veritatem tuam in perditione?
Nunquid cognoscētur in tenebris mirabilia tua: et iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te dn̄e clamaui: et mane oratio mea preueniet te.
Ut qd dn̄e repellis orationem meā? auertis faciem tuam a me?
Pauper sum ego, et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus autē humiliatus sum, et cōturbatus.
In me transierūt ire tue: et terrores tui conturbauerūt me.
Circūdederūt me sicut aq tota die: circūdederūt me simul.
Elongasti a me amicum, et proximū: et notos meos a miseria.
Antiphona. Fundamenta eius in montibus sanctis. Antiphona. Benedictus. Psalmus. 88.

Misericordias domini: in eternum cantabo.
In generatione, et generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniā dixisti in eternū misericordia edificabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis, iuraui Dauid seruo meo: vsque in eternū pparabo semē tuū.
Et edificabo in generatione et generationem sedem tuam.
Confitebunt celi mirabilia tua domine: etenim veritatem tuam

In ecclesia sanctorum.
Quoniam quis in nubibus equabitur domino? similis erit deo in filijs dei?
Deus qui glorificatur in concilio sanctorum: magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.
Domine deus virtutum, quis similis tibi? potens es domine, et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.
Tu humiliasti sicut vulneratum superbum: in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt celi, et tua est terra: orbem terre, et plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem, et mare tu creasti.
Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua: iustitia et iudicium preparatio sedis tue.
Misericordia et veritas precedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationem.
Domine in lumine vultus tui ambulabunt: et in nomine tuo exultabunt tota die, et in iustitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.
Quia domini est assumptio nostra: et sancti Israel regis nostri.
Tunc locutus es in visione sanctis tuis, et dixisti: posui adiutorium in potente, et exultavi electum de plebe mea.
Inveni David servum meum: oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum.
Nihil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius: et odientes eum in fugam convertam.
Et veritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: et in fluminibus dexteram eius.
Ipse invocabit me, pater meus es tu: Deus meus, et susceptor salutis mee.
Et ego primogenitum ponam illum: excelsum pre regibus terre.
In eternum servabo illi misericordiam meam: et testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen eius: et thronum eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filij eius legem meam: et in iudicijs meis non ambulaverint.
Si iustitias meas prophanaverint et mandata mea non custodierint:
Visitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Neq3 profanabo testamentu3 meum: et que procedunt de labijs meis, non faciam irrita.
Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in eternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum, et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti: distulisti Christum tuum.
Auertisti testamentu serui tui: prophanasti in terra sanctuariu ei⁹.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentiu eu: letificasti oes inimicos eius.
Auertisti adiutoriu gladij ei⁹: et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eu ab emundatione: et sedem eius in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
Usquequo dne auertis i fine: exardescet sicut ignis ira tua?
Memorare q mea substantia: nunquid enim vane costituisti omnes filios hominum?
Quis est homo, q viuet, et no videbit mortem? eruet anima3 suam de manu inferi?
Ubi sunt misericordie tue antique dne sicut iurasti Dauid in veritate tua?
Memor esto dne opprobrij seruorum tuorum: quod continui in sinu meo multarum gentiu.
Quod exprobrauerut inimici tui domine: quod exprobrauerunt comutationem Christi tui.
Benedictus dominus in eternum: fiat, fiat. Psalmus. 93.

Deus vltionu dns: Deus vltionum libere egit.
Exaltare qui iudicas terra3: redde retributio nes superbis.
Usquequo peccatores dne: vsquequo pctores gloriabuntur?
Effabuntur, et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniustitiam?
Populum tuu3 domine humiliauerunt: et hereditatem tuam vexauerunt.
Uiduam, et aduena interfecerunt: et pupillos occiderunt.
Et dixerunt, non videbit dns: nec intelliget Deus Jacob.
Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum, non considerat?
Qui corripit gentes, no arguet: qui docet hominem scientia3?
Dominus scit cogitationes hominu3: quoniam vane sunt.
Beatus homo, que3 tu erudieris dne: et de lege tua docueris eum.
Ut mitiges ei a dieb⁹ malis: donec fodiat peccatori fouea.
Quia non repellet dominus plebem suam: et hereditatem suam non derelinquet.

Quoadusq; iustitia conuertatur in iudiciu: ꝛ qui iuxta illā: omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi qa dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebā motus est pes me?: misericordia tua domine adiuuabat me.
Secundū multitudinē dolorum meorum in corde meo: consolationes tuę lętificauerūt aiaȝ meā.
Nunquid adhęret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in pręcepto?
Captabunt in aiaȝ iusti: ꝛ sanguinē innocentē cōdemnabūt.
Et factus est mihi dominus refugium: ꝛ Deus meus in adiutorium spei meę.
Et reddet illis iniquitatē ipsorum, ꝛ in malitia eorū disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster.
Aña. Bñdictus dñs in ęternū.
Aña. Cantate domino. ps. 95.
Cantate dño cāticū nouū: cātate dño omnis terra.
Cātate domino, ꝛ benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius.
Annunciate inter gētes gloriā eius: in oib⁹ pplīs mirabilia ei⁹.
Quoniaȝ magnus dominus ꝛ laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
Quoniam oēs dij gentiuȝ demonia: dñs autem cęlos fecit.
Confessio ꝛ pulchritudo in cōspectu eius: sanctimonia, ꝛ magnificētia in sāctificatione ei⁹.
Afferte dño patrię gentiū, afferte dño gloriā ꝛ honorē: afferte domino gloriā nomini eius.
Tollite hostias, ꝛ introite in atria eius: adorate dominuȝ in atrio sancto eius.
Commoueatur a facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terrę, qui non commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.
Lętentur celi, ꝛ exultet terra: cōmoueatur mare, ꝛ plenitudo eius: gaudebunt campi, ꝛ omnia quę in eis sunt.
Tunc exultabūt omnia ligna syluarū a facie dñi, quia venit: quoniam venit iudicare terrā.
Iudicabit orbem terrę in ęquitate: ꝛ populos in veritate sua.

Psalmus. 96.

Dominus regnauit, exultet terra: letentur insulę multę.
Nubes ꝛ caligo in circuitu eius: iustitia, ꝛ iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum pręcedet: ꝛ inflammabit in circuitu inimicos eius.
Illuxerūt fulgura eius orbi terrę: vidit ꝛ cōmota est terra.
Mōtes sicut cera fluxerūt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.

Annunciauerunt celi iustitiã eius: et viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundãtur omnes,qui adorant sculptilia: et qui gloriãtur in simulacris suis.
Adorate eum oẽs angeli eius: audiuit,et letata est Sion.
Et exultauerunt filię Judę: ꝓpter iudicia tua domine.
Q̃m tu dominus altissimus super omnem terram:nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominũ: odite malum:custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto:et rectis corde letitia.
Letamini iusti in dño: et confitemini memorię sanctificationis eius. Aña. Cantate domino,et benedicite nominis eius.
Per Annũ. ℣. Jntret oĩo mea in cõspectu tuo dñe. ℟. Jnclina aurem tuã ad precem meã.
Pro vno mar. ℟. Posuisti dñe.
Pro plur.m. ℣. Exultent iusti.
Pro ɔfes.põti. ℣. Elegit eũ dñs
Pro ɔfe.simp. ℣. Os iusti med.
Pro virgine. ℣. Adiuuabit eã.
Jn Aduentu. ℣ Emitte agnũ dñe dñatorẽ terrę. ℟. De petra deserti ad montẽ filię Siõ.
Jn Quadragesima. ℣.
Scapulis suis obũbrabit tibi.
℟. Et sub pẽnis eius sperabis.
Tpe Passio. ℣. De ore leonis libera me dñe. ℟. Et a cornib⁹ vnicornium humilitatem meã.
Tpe Pasc. Aña. Hal. hal. hal.
Pro Sãctis. ℣. Lux perpetua.
Pro feria. ℣ Surrexit dominus vere,haleluiah. ℟. Et apparuit Simoni,haleluiah.

AD LAVDES.

Añ. Spiritu principali ɔfirma cor meũ De⁹. ps. Miserere. 23
Aña. Jn veritate tua. ps. 141.

Dñe exaudi orationem meã, auribus percipe obsecrationẽ meã: in veritate tua exaudi me, in tua iustitia.
Et non intres i iudiciũ cũ seruo tuo: quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi,et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierũ ãtiquorũ,meditatus sũ i oĩb⁹ opib⁹ tuis: et ĩ factis manuũ tuarũ meditabar.
Expãdi man⁹ meas ad te: aĩa mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine defecit spiritus meus.
Non auertas faciẽ tuã a me: et similis ero descẽdẽtib⁹ in lacũ.
Auditam fac mihi mane misericordiã tuã:quia i te speraui.
Notã fac mihi viã in qua ambulẽ:q̃a ad te leuaui aĩaʒ meã.
Eripe me d̃ inimicis meis dñe ad te

ad te cōfugi: doce me facere voluntatē tuā: q̄a deus meꝰ es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione aīaz meaz: ꝛ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et ꝑdes oēs, qui tribulāt aīaz meaz: qm̄ ego seruus tuus suz.
Añ. In veritate tua exaudi me dñe. Añ. Illumina dñe vultū tuū sup nos. Ps. Deus Deꝰ. 8.

Canticum Habacuc.

ca. 3. Domine audiui auditionem tuam: ꝛ timui.
Domine opus tuum: in medio annorū viuifica illud.
In medio annorum notuz facies: cum iratus fueris, misericordie recordaberis.
Deus ab Austro veniet: ꝛ sanctus de monte Pharan.
Operuit celos gloria eius: ꝛ laudis eius plena est terra.
Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius.
Ibi abscōdita est fortitudo eiꝰ ante faciem eius ibit mors.
Egredietur diabolus ante pedes eius: stetit ꝛ mensus est terram.
Aspexit ꝛ dissoluit gentes: ꝛ contriti sunt montes seculi.
Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius.
Pro iniquitate vidi tentoria Ethiopie: turbabuntur pelles terre Madian.
Nunquid in fluminibus iratꝰ es dñe: aut in fluminibus furor tuꝰ, vel i mari indignatio tua.
Qui ascēdis super equos tuos: ꝛ quadrige tue saluatio.
Suscitās suscitabis arcū tuū: iuramenta tribubus que locutus es.
Fluuios scindes terre, viderunt te ꝛ doluerunt montes: gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocē suaz: altitudo manus suas leuauit.
Sol, ꝛ Luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis haste tue.
In fremitu cōculcabis terrā: ꝛ in furore obstupefacies gētes.
Egressus es in salutez populi tui: in salutez cū Christo tuo.
Percussisti caput de domo impij: ꝛ denudasti fundamentum eius vsque ad collum.
Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad dispergenduz me.
Exultatio eorū, sicut eius qui deuorat pauperē in abscōdito.
Viā fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.
Audiui, ꝛ cōturbatus est venter meus: a voce cōtremuerunt labia mea.
Ingrediatur putredo in ossibus meis: ꝛ subter me scateat.
Ut requiescam in die tribulationis: ꝛ ascendam ad populuz accinctum nostrum.
Ficus enim nō florebit: ꝛ non

erit germen in vineis.
Mentietur opus oliuę: ꝛ arua non afferent cibum.
Abscindetur de ouili pecus: ꝛ nō erit armentum in pręsepib⁹.
Ego autem in domino gaudebo: ꝛ exultabo i deo Jesu meo.
Deus dñs fortitudo mea: ꝛ ponet pedes meos quasi ceruorū.
Et super excelsa me deducet me victor: in psalmio canentē.
Aña. Domine audiui auditū tuū, ꝛ timui. Aña. In tympano, ꝛ choro, in chordis, ꝛ organo laudate Deū. Ps. Laudate dominum de cęlis. 9. Cap. Nox pręcessit. 24. Hymnus.

Aeterna cęli gloria,
Beata spes mortalium,
Celsi tonantis vnice,
Castęq; proles virginis,
Da dexteram surgentibus,
Exurgat ꝛ mens sobria,
Flagransq; in laudem Dei,
Grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer,
Sparsamq; lucem nunciat,
Cadit caligo noctium:
Lux sancta nos illuminet.
Manensq; nostris sensibus,
Noctem repellat seculi,
Omnique fine diei
Purgata seruet pectora:
Quęsita iam primum fides
Radicet altis sensibus,
Secunda spes congaudeat,
Quo maior extat charitas:
Deo patri sit gloria.
℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultauimus ꝛ delectati sumus. Ad bñs. Aña. Per viscera misericordię dei nr̄i, visitauit nos oriēs ex alto. Preces qñ dñr vt sup. fol. 34.

SABBATHO.

Ad Matutinum. Inuitatorium. Dñm Deum nostrum, Venite adoremus. Ps. Venite. 1. Hymn.

Summę Deus clementię,
Mundiq; factor machinę,
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter
Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe:
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius.
Lumbos iecurq; morbidum
Adure igni congruo:
Accincti vt sint perpetim,
Luxu remoto pessimo.
Vt quiq; horas noctium
Nunc cōcinendo rumpimus,
Donis beatę patrię
Ditemur omnes affatim.
Pręsta pater piissime. fol. 2.
Antiphona. Quia mirabilia.
Tempore Pascha. Antiphona. Haleluiah. Psalmus. 97.

Cantate dño canticū nouum: q a mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius: ꝛ brachium sanctum eius.
Notū fecit dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Recordat⁹ ē misericordię suę: ꝛ veritatis suę domui Israel.
Viderunt

Viderunt omnes termini terre salutare Dei nostri.
Iubilate Deo omnis terra: cantate, et exultate, et psallite,
Psallite dño in cithara, in cithara, et voce psalmi: in tubis ductilibus, et voce tube cornee.
Iubilate in cõspectu regis domini: moueatur mare, et plenitudo eius: orbis terrarum, et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, simul montes exultabũt a cõspectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iusticia: et pplos in equitate. ps. 98.
Dominus regnauit, irascantur populi: qui sedes super Cherubim moueatur terra.
Dominus in Sion magnus: et excelsus super omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, et sanctum est: et honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium et iusticiã in Jacob tu fecisti.
Exaltate dominũ Deum nostrum, et adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
Moyses, et Aaron in sacerdotibus eius: et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.
Inuocabãt dñm, et ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius: et preceptum quod dedit illis.
Domine Deus noster tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, et vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus dominus Deus noster. Aña. Quia mirabilia fecit dominus. Sequens. Aña. et ps. Jubilate. hic pretermittitur qñ dr in Laud. bus: et qd accidit in Offi. de Bte Marie) et eius loco dr Aña et ps. Bonum est cõfiteri dño. fol. 51. vt infra in Laud. Psalmus 99.

Iubilate Deo ois terra: seruite domino in letitia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote qm̃ dñs ipse est Deus: ipse fecit nos, et non ipsi nos.
Populus eius, et oues pascue eius: introite portas eius in cõfessione: atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius, quoniã suauis est dominus, in eternum misericordia eius: et vsque in generationem et generationẽ veritas eius. Psalmus 100.
Misericordiam et iudiciũ: cantabo tibi domine.
Psallam, et intelligã in via immaculata: quãdo venies ad me.
Perambulabã in innocẽtia cordis mei: in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustã: facientes preuaricationes odiui.
Non adhesit mihi cor prauũ: declinantem a me malignũ nõ cogno-

cognoscebam.

Detrahentē secreto proximo suo: hunc persequebar.

Superbo oculo, ꝛ insaciabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terrę, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meę q facit superbiā: q loquitur iniqua, nō direxit in cōspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebā oēs peccatores terrę: vt disperderē de ciuitate dñi oēs operātes iniquitatē. Aña. Jubilate deo ois terra. Aña. Bonū est cōfiteri dño. Añ. Clamor meꝰ. pa. 201.

Domine exaudi orationē meam: ꝛ clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuā a me: in quacūq die tribulor inclina ad me aurem tuam.

In quacunq die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: ꝛ ossa mea sicut cremium aruerunt.

Percussus sū, vt fenū, ꝛ aruit cor meū: quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhesit os meum carni meę.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sū sicut nycticorax in domicilio.

Vigilaui, ꝛ factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ꝛ qui laudabāt me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquā panē manducabam: ꝛ potum meum cum fletu miscebam.

A facie irę indignationis tuę: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut vmbra declinauerūt: ꝛ ego sicut fenū arui.

Tu autē dñe in ęternum permanes: ꝛ memoriale tuū in generatione ꝛ generationem.

Tu exurgēs misereberis Siō: quia tempus miserēdi eius, q venit tempus.

Quoniā placuerūt seruis tuis lapides eius: ꝛ terrę eius miserebuntur.

Et timebunt gētes nomē tuū domine: ꝛ omnes reges terrę gloriam tuam.

Quia edificauit dñs Sion: ꝛ videbitur in gloria sua.

Respexit in orationē humiliū: ꝛ non spreuit preces eorum.

Scribantur hęc in generatione altera: ꝛ populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de cęlo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus cōpeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen domini: ꝛ laudem eius in Jerusalem.

In conueniendo populos in vnū, ꝛ reges vt seruiant dño.

Respon

Respondit ei in via virtutis sue:paucitatem dierum meorũ nuncia mihi.

Ne reuoces me i dimidio dierum meorum:in generatione ꝛ generationem anni tui.

Initio tu dñe terrã fundasti:ꝛ opera manuuꝫ tuarũ sunt celi.

Ipsi peribunt,tu autẽ permanes:ꝛ omnes sicut vestimentuꝫ veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos,ꝛ mutabunt: tu autem ideꝫ ipse es:ꝛ anni tui non deficient.

Filij seruorum tuoruꝫ habitabunt: ꝛ semen eorum in seculuꝫ dirigetur. Psalmus.102.

Benedic anima mea domino:ꝛ omnia que intra me sunt,nomini sancto eius.

Benedic aĩa mea dño : ꝛ noli obliuisci oẽs retributiones eiꝰ.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitã tuã:qui coronat te i misericordia,ꝛ miserationibus.

Qui replet in bonis desideriũ tuum:renouabitur vt aquile iuuentus tua.

Faciens misericordias dominus:ꝛ iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israel voluntates suas.

Miserator ꝛ misericors dominus: longanimis,ꝛ multum misericors.

Nõ in perpetuuꝫ irascetur:neque in eternuꝫ comminabitur.

Non secunduꝫ peccata nostra fecit nobis,neqꝫ secundũ iniquitates nostras retribuit nobis.

Quoniã secundũ altitudinem celi a terra:corroborauit misericordiã suã super timentes se.

Quantum distat ortus ab occidente:longe fecit a nobis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pater filiorum,misertus est dominus timentibus se:quoniã ipse cognouit figmentum nostrum.

Recordatus est.qm̃ puluis sumus:homo sicut fenũ:dies eius tãquam flos agri sic efflorebit.

Quoniam spiritus pertrãsibit in illo,ꝛ non subsistet: ꝛ non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autẽ domini ab eterno :ꝛ vsqꝫ in eternuꝫ super timentes eum.

Et iustitia illius in filios filiorum:his qui seruant testamentum eius.

Et memores sunt mandatorũ ipsius:ad faciendum ea.

Dominus in celo parauit sedem suam:ꝛ regnum ipsius omnibus dominabitur.

Benedicite domino omnes angeli eius potẽtes virtute:faciẽtes verbũ illius ad audiendaꝫ vocem sermonum eius.

Benedicite dño omnes virtutes eius : ministri eius qui facitis voluntatem eius.

Benedicite dño oia opera eiꝰ: in omni loco dominationis eiꝰ benedic

benedic anima mea domino.
Añ. Clamor me⁹ ad te veniat. Deus. Añ. Benedic. ps. 103.

Benedic aīa mea domino: dñe Deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionē ꝛ decorē induisti: amict⁹ lumine sicut vestimēto.
Extēdēs celum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius:
Qui ponis nubē ascēsū tuū: qui ambulas sup pēnas vētorū.
Qui facis angelos tuos spūs: ꝛ ministros tuos ignē vrentem.
Qui fundasti terraȝ super stabilitatem suaȝ: nō inclinabitur in seculum seculi
Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aque.
Ab increpatione tua fugiēt: a voce tonitrui tui formidabūt.
Ascēdunt mōtes, ꝛ descendūt cāpi: in locum quē fundasti eis.
Terminuȝ posuisti, quem non transgredientur: neqȝ cōuertētur operire terram.
Qui emittis fontes in cōuallibus: inter medium montiū pertransibunt aque.
Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.
Rigans montes de superioribus suis: de fructu operuȝ tuorum satiabitur terra.
Producens fenum iumentis: ꝛ herbam seruituti hominum.
Vt educas panē de terra: ꝛ vinum letificet cor hominis.
Vt exhilaret faciem in oleo: ꝛ panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi ꝛ cedri Libani quas plantauit: illic passeres nidificabūt.
Herodij domus dux est eorū: montes excelsi ceruis: petra refugium herinacijs.
Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras, ꝛ facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestie silue.
Catuli leonū rugientes vt rapiant: ꝛ querāt a deo escā sibi.
Ortus est sol ꝛ congregati sunt: ꝛ in cubilibus suis collocabunt.
Exibit homo ad opus suum, ꝛ ad operationem suaȝ vsque ad vesperam.
Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua.
Hoc mare magnū, ꝛ spatiosuȝ manibus: illic reptilia, quorū non est numerus.
Animalia pusilla cuȝ magnis: illic naues pertransibunt.
Draco iste queȝ formasti ad illudenduȝ ei, oīa a te expectant vt des illis escam in tempore.
Dante te illis, colligēt: aperiēte te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
Auertēte aūt te faciē turbabūtur, auferes spūȝ eorū, ꝛ deficiēt, ꝛ in puluerem suū reuertentur.

Emitte

Emitte spiritũ tuũ, & creabũtur: & renouabis faciem terrę.
Sit gloria dñi in seculũ: lętabitur dominus in operibus suis.
Qui respicit terram, & facit eã tremere: qui tangit montes, & fumigant.
Cantabo domino in vita mea: psallam deo meo quandiu sum.
Iucundũ sit ei eloquium meũ: ego vero delectabor i domino.
Deficiãt peccatores a terra, & iniqui ita vt nõ sint: benedic anima mea domino. Psalm. 104.

Confitemini dño, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.
Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: lętetur cor quęrentium dominum.
Querite dñm, & cõfirmamini: querite faciem eius semper.
Memento te mirabilium eius que fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.
Semen Abraham serui eius: filij Jacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui: verbi quod mandauit in mille generationes.
Quod disposuit ad Abrahã: & iuramenti sui ad Isaac.
Et statuit illud Jacob i pceptũ: & Israel i testamẽtũ ęternũ.
Dicẽs, tibi dabo terram Chanaã: funiculũ hereditatis vrę.
Cũ essent numero breui: pauci simi & incolę eius.
Et ptrãsierũt de gẽte in gẽtẽ: & de regno ad populũ alterũ.
Non reliquit hoiẽ nocere eis: & corripuit pro eis reges.
Nolite tãgere Chros meos: & i pphetis meis nolite malignari.
Et vocauit famẽ sup terrã: & oẽ firmamentũ panis cõtriuit.
Misit ante eos virum: in seruũ venundatus est Joseph.
Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertrãsiit animam eius, donec veniret verbum eius.
Eloquiũ dñi inflammauit eũ: misit rex & soluit eũ: princeps populorum, & dimisit eum.
Constituit eũ dñm domus suę: & principẽ oĩs possessionis suę.
Ut erudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.
Et intrauit Israel in Aegyptum: & Jacob accola fuit in terra Cham.
Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
Conuertit cor eorũ: vt odirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius.
Misit Moysen seruũ suũ: Aaron, quem elegit ipsum.
Posuit in eis verba signorũ suorũ: & prodigiorũ in terra Chã.
Misit tenebras, & obscurauit: & nõ exacerbauit sermones suos.
Cõuertit aquas eorũ in sanguinem:

guinem: et occidit pisces eorũ.
Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum.
Dixit, et venit cynomya, et cynifes in omnibus finibus eorũ.
Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorum.
Et percussit vineas eorum et ficulneas eorum: et contriuit lignum finium eorum.
Dixit, et venit locusta et bruchus: cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenũ in terra eorũ: et comedit omnem fructum terrę eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum.
Et eduxit eos cum argento et auro: et non erat in tribubus eorum infirmus.
Lętata est Aegyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.
Expandit nubem in protectionem eorum: et ignem vt luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix: et pane cęli saturauit eos.
Dirupit petram, et fluxerunt aquę: abierũt in sicco flumina.
Quoniã memor fuit verbi sancti sui: quod habuit ad Abraham puerum suum.
Et eduxit populũ suũ in exultatione: et electos suos in lętitia.
Et dedit illis regiones gentiũ: et labores populorum possederũt.
Ut custodiant iustificationes eius: et legem eius requirant.
Añ. Benedic anima mea dño.
Aña. Uisita nos. Psalmus. 105.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Quis loquetur potẽtias dñi: auditas faciet oẽs laudes eius?
Beati qui custodiunt iudiciũ: et faciũt iustitiã in omni tẽpore.
Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo.
Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lętandum in lętitia gentis tuę: vt lauderis cum hereditate tua.
Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.
Patres nostri in Aegypto nõ intellexerunt mirabilia tua: nõ fuerunt memores multitudinis misericordię tuę.
Et irritauerunt ascẽdẽtes in mare: mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomẽ suũ: vt notã faceret potẽtiã suã.
Et increpauit mare rubrum, et exiccatum est: et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odiẽtium: et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: et laudauerunt laudem eius.
Cito fecerũt, obliti sũt operũ eius: et nõ sustinuerũt cõsiliũ eius.

Et concupierunt cócupiscentiam in deserto: ⁊ temtauerunt Deum in inaquoso.
Et dedit eis petitioné ipsoꝝ: ⁊ misit saturitaté in aiãs eoꝝ.
Et irritauerút Moysen in castris: Aaron sanctum domini.
Aperta est terra, ⁊ deglutiuit Dathan: ⁊ operuit super congregationem Abiron.
Et exarsit ignis i synagoga eorũ: flãma cóbussit peccatores.
Et fecerút vitulũ in Horeb: ⁊ adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriã suã: in similitudinem vituli comedentis fenum.
Obliti sunt Deũ, qui saluauit eos: qui fecit magnalia i Aegypto, mirabilia i terra Chã: terribilia in mari rubro.
Et dixit, vt disperderet eos: si nó Moyses elect' eius stetisset in cófractione in cõspectu eius.
Ut auerteret irã eius, ne disperderet eos: ⁊ pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.
Non crediderút verbo eius, ⁊ murmurauerút i tabernaculis suis: nó exaudierunt vocé dñi.
Et eleuauit manũ suã super eos: vt pſterneret eos i deserto.
Et vt deiiceret semen eoꝝ in nationibus: ⁊ disperderet eos in regionibus.
Et initiati sút Beelphegor: ⁊ comederút sacrificia mortuoꝝ.
Et irritauerút eũ in adinuẽtionibus suis: ⁊ multiplicata est in eis ruina.
Et stetit Phinees, ⁊ placauit: ⁊ cessauit quassatio.
Et reputatũ est ei in iustitiã: in generationẽ ⁊ generationem vsque in sempiternum.
Et irritauerũt eũ ad aquas contradictionis: ⁊ vexat' est Moyses propter eos: quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labiis suis: nõ disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis.
Et commisti sunt inter gẽtes: ⁊ didicerút opera eorum, ⁊ seruierunt sculptilibus eoꝝ: ⁊ factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos: ⁊ filias suas demoniis.
Et effuderunt sanguiné innocenté, sanguiné filioꝝ suoꝝ, ⁊ filiarũ suarũ: quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
Et infecta est terra i sanguinibus, ⁊ cõtaminata est in operibus eoꝝ: ⁊ fornicati sunt in adinuentionibus suis.
Et iratus est furore dominus in populũ suũ: ⁊ abominatus est hereditatem suam.
Et tradidit eos in manus gẽtium: ⁊ dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eoꝝ, ⁊ humiliati sũt sub manibus eoꝝ: sepe liberauit eos.
Ipsi autẽ exacerbauerunt eũ in consilio suo: ⁊ humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cũ tribularentur: ⁊ audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamẽti sui,
⁊ penituit eum secundum mul
titudinem misericordię sue.
Et dedit eos: i misericordias:
in ɔspectu oīum q̄ ceperāt eos.
Saluos nos fac dñe Deus nr̄:
⁊ cōgrega nos de nationibus.
Vt cōfiteamur nomini sancto
tuo: ⁊ gloriemur in laude tua.
Benedictus dn̄s deus Israel a
seculo ⁊ vsq̄ in seculū: ⁊ dicet
oīs populus, fiat, fiat. Ps. 106.

Confitemini domino, q̄m
bonus: quoniam in secu/
lum misericordia eius.
Dicāt qui redēpti sunt a dño,
quos redemit de manu inimi/
ci: ⁊ d̄ regionib⁹ ɔgregauit eos.
A solis ortu, ⁊ occasu: ab Aqui
lone, ⁊ mari.
Errauerūt in solitudine in in
aquoso: viam ciuitatis habita/
culi non inuenerunt.
Esurientes ⁊ sitientes: anima
eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad dominuʒ
cum tribularentur: ⁊ de necessi
tatibus eorum eripuit eos.
Et eduxit eos in viā rectā: vt
irent in ciuitateʒ habitationis.
Confiteantur domino miseri/
cordię eius: ⁊ mirabilia eius fi/
lijs hominum.
Quia saciauit animā inanē: ⁊
aīaʒ esurienteʒ satiauit bonis.
Sedentes in tenebris, ⁊ vmbra
mortis: vinctos in mendicitate
⁊ ferro.
Quia exacerbauerūt eloquia
Dei: ⁊ consilium altissimi irri/
tauerunt.
Et humiliatuʒ est in laborib⁹
cor eorū: ⁊ infirmati sunt, nec
fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad dominuʒ
cum tribularentur: ⁊ de neces/
sitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris, ⁊
vmbra mortis: ⁊ vincula eo/
rum disrupit.
Confiteantur dño misericor/
dię eius: ⁊ mirabilia eius filijs
hominum.
Quia contriuit portas ęreas,
⁊ vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquita/
tis eorum: propter iniustitias
enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est
anima eorum: ⁊ appropinqua/
uerunt vsq̄ ad portas mortis.
Et clamauerunt ad dominuʒ
cum tribularentur: ⁊ de necessi
tatibus eorum liberauit eos.
Misit verbum suum, ⁊ sanauit
eos: ⁊ eripuit eos de interitioni
bus eorum.
Cōfiteant̄ dño mīficordię ei⁹:
⁊ mirabilia eius filijs hominū.
Et sacrificent sacrificium lau
dis: ⁊ annuncient opera eius in
exultatione.
Qui descendūt mare in naui/
bus: facientes operationem in
aquis multis.
Ipsi viderūt opera domini: ⁊
mirabilia eius in profundo.
Dixit, ⁊ stetit spirit⁹ procellę:
⁊ exaltati sunt fluctus eius.
Ascendūt vsq̄ ad cęlos, ⁊ de/
scendunt

scendunt vsq ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum devorata est.
Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius.
Et letati sunt, quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginem: a malitia inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocavit illic esurientes: et constituerunt civitatem habitationis.
Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas: et fecerunt fructum nativitatis.
Et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non minoravit.
Et pauci facti sunt, et vexati sunt a tribulatione malorum, et dolore.
Effusa est contentio super principes: et errare fecit eos in invio, et non in via.
Et adiuvit pauperem de inopia: et posuit sicut oves familias.
Videbunt recti, et letabuntur: et omnis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens, et custodiet hec: et intelliget misericordias domini.
An. Visita nos domine in salutari tuo.
Ana. Confitebor domino. Ps. cvii.
Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea.
Exurge gloria mea, exurge psalterium, et cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super celos misericordia tua: et vsq ad nubes veritas tua.
Exaltare super celos Deus, et super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Salvum fac dextera tua, et exaudi me: deus locutus est in sancto suo.
Exultabo, et dividam Sichimam: et convallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est Galaad, et meus est Manasses: et Ephraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: Moab lebes spei mee.
In Idumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene amici facti sunt.
Quis deducet me in civitatem munitam: quis deducet me vsq in Idumeam?
Nonne tu deus, qui repulisti nos: et non exibis deus in virtutibus nostris.
Da nobis auxilium de tribulatione

tione quia vana salus hominis.
In deo faciemus virtutē: et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.
Psalmus. 108.
Deus laudē meā ne tacueris: quia os peccatoris et os dolosi super me apertum est.
Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odij circundederunt me: et expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerēt, detrahebāt mihi: ego autem orabam.
Et posuerūt aduersum me mala pro bonis: et odium pro dilectione mea.
Cōstitue super eum peccatorē: et diabolus stet a dextris eius.
Cū iudicatur, exeat cōdēnatus: et oratio eius fiat in peccatum.
Fiāt dies eius pauci: et episcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: et vxor eius vidua.
Nutātes trāsferātur filij eius, et mendicent: et eijciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator oēm substantiam eius: et diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitū: in generatione vna deleatur nomen eius.
In memoriā redeat iniqtas patrū ei⁹ in cōspectu dñi: et peccatum matris eius non deleatur.
Fiant contra dominū semp, et dispereat de terra memoria eorum: pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.
Et persecutus est hominē inopem et mendicū: et compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem, et veniet ei: et noluit benedictionē et elongabitur ab eo.
Et induit maledictionē sicut vestimētū: et intrauit sicut aqua in interiora eius, et sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: et sicut zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dñm: et q loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu domine, domine fac mecum propter nomen tuū: quia suauis est misericordia tua.
Libera me, quia egen⁹, et pauper ego sum: et cor meū conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: et excussus sum sicut locuste.
Genua mea infirmata sūt a ieiunio: et caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum opprobriū illis: viderunt me, et mouerunt capita sua.
Adiuua me dñe Deus meus: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Et sciāt quia manus tua hec: et tu domine fecisti eam.
Maledicent illi, et tu bñdices: q insurgūt in me cōfundantur: seruus

seruus autem tuus letabitur.
Induantur qui detrahũt mihi pudore: ⁊ operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor domino nimis in ore meo: ⁊ in medio multorum laudabo eum.
Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret a persequentibus animam meã. Aña. Cõfitebor dño nimis in ore meo.
Per Annũ. ℣. Dñe exaudi orationem meam. ℟. Et clamor me' ad te veniat. Pro Beata virgine. ℣. Diffusa est gratia.
In Aduẽtu. ℣. Egredietur dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet, vt saluet populũ suum.
In Quadrag. ℣. Scuto circundabit te veritas eius. ℟. Non timebis a timore nocturno.
Tpe Passio. ℣. Ne perdas cum impijs Deus aiam meã. ℟. Et cũ viris sanguinũ vitam meam.
Tpe Pasc. Aña. Hal. hal. hal.
℣. Gauisi sunt discipuli, halel. ℟. Viso domino, haleluiah.

AD LAVDES.

Añ. Benigne fac in bona volũtate tua dñe. Ps. Miserere. f. 23
Aña. Bonum. Psalmus. 91.

Bonũ est cõfiteri dño: ⁊ psallere noi tuo altissime: Ad annunciandum mane misericordiam tuam: ⁊ veritatem tuam per noctem.
In decachordo psalterio: cũ cantico in cithara.
Quia delectasti me dñe in factura tua: ⁊ in operibus manuũ tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue.
Vir insipiens nõ cognoscet: ⁊ stultus non intelliget hec.
Cũ exorti fuerint peccatores sicut fenum: ⁊ apparuerint omnes qui operantur iniquitatẽ.
Vt intereant in seculũ seculi: tu aũt altissimus in eternũ dñe.
Quoniam ecce inimici tui domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: ⁊ dispergẽtur omnes qui operantur iniquitatem.
Et exaltabit sicut vnicornis cornu meum: ⁊ senectus mea in misericordia vberi.
Et despexit oculus me' inimicos meos: ⁊ insurgẽtibus in me malignãtib', audiet auris mea.
Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabit.
Plantati in domo dñi: in atrijs domus Dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabũtur in senecta vberi: ⁊ bene patientes erunt vt annuncient.
Quoniã rectus dñs Deus noster: ⁊ non est iniquitas in eo.
Aña. Bonum est confiteri dño.

Die 10 D

Añ. Metuãt dñm oẽs fines terre. Ps. Deus Deus meus ad te. 8.
Aña. Date magnitudinem.

Canticum Moysi.

Audite celi q̃ loquor: audiat terra vba oris mei.
Concrescat vt pluuia doctrina mea:

mea: fluat vt ros eloquiū meū. Quasi imber super herbam, et quasi stille super gramina: quia nomen domini inuocabo.

Date magnificentiā Deo no/stro: Dei perfecta sunt opera, et omnes vie eius iudicia.

Deus fidelis, et absq3 vlla iniq/tate, iustus et rect9: peccauerūt ei, et non filij eius in sordibus.

Generatio praua atq3 peruer/sa: hec ecine reddis domino po/pule stulte et insipiens?

Nunqd nō ipse est pr tuus, qui possedit te: et fecit, et creauit te?

Memento dierum antiquorū: cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuū, et an/nunciabit tibi: maiores tuos, et dicent tibi.

Quando diuidebat altissimus gentes: quādo separabat filios Adam.

Constituit terminos populoꝝ: iuxta numerum filioꝝ Israel.

Pars autem domini populus eius: Jacob funiculus heredi/tatis eius.

Inuenit eū i terra deserta: i lo/co horroris, et vaste solitudinis.

Circūduxit eū, et docuit: et cu/stodiuit quasi pupillā oculi sui.

Sicut aquila prouocās ad vo/landū pullos suos: et super eos volitans.

Expādit alas suas, et assumpsit eū, atq3 portauit i humeris suis

Dominus solus dux eius fuit: et nō erat cum eo Deus alienus.

Cōstituit eū sup excelsā ter/rā: vt comederet fruct9 agroꝝ:

Et sugeret mel d petra, oleū que de saxo durissimo.

Butyrum de armēto et lac de ouibus: cum adipe agnorum et arietum filiorum Basan.

Et hircos cū medulla tritici: et sanguinem vue biberent me/racissimum.

Incrassatus est dilectus, et re calcitrauit: incrassatus, impin/guatus dilatatus.

Dereliquit Deū factorē suū: et recessit a Deo salutari suo.

Prouocauerūt eū in dijs alie/nis: et in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.

Immolauerūt demonijs et nō Deo: dijs quos ignorabant.

Noui recētesq3 venerūt: quos non coluerunt patres eorum.

Deū q te genuit dereliquisti: et oblitus es dñi creatoris tui.

Uidit dominus, et ad iracun/diam ꝓcitatus est: quia prouo/cauerunt eum filij sui, et filie.

Et ait, abscondam faciem meam ab eis: et ꝯsiderabo noui/ssima eorum.

Generatio eniz peruersa est: et infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus: et irritaue/runt in vanitatibus suis.

Et ego prouocabo eos in eo, q non est populus: et in gente stul/ta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo: et ardebit vsq3 ad inferni nouissima.

Deuora/

Deuorabitq terram cum germine suo: et montium fundamenta comburet.
Cōgregabo super eos mala: et sagittas meas complebo in eis:
Consument fame: et deuorabūt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium super terram, atque serpentium.
Foris vastabit eos gladius, et intus pauor: iuuenē simul ac virginem, lactentem cum hoie sene.
Et dixi, vbinam sunt: cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed ppter irā inimicoꝝ distuli ne forte superbirent hostes eoꝝ.
Et dicerēt manus nostra excelsa: et non dñs, fecit hec omnia.
Gens absq consilio est, et sine prudentia: vtinam saperent, et intelligerent, ac nouissima prouiderent.
Quomodo persequebatur vnus mille: et duo fugarent decem millia.
Nonne ideo qr Deus suus vendidit eos: et dñs conclusit illos?
Non enim est Deus noster, vt dii eorum: et inimici nostri sunt iudices.
De uinea Sodomorum vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhe.
Uua eorum vua fellis, et botrus amarissimus.
Fel draconum vinum eorum: et venenum aspidum insanabile.
Nonne hec condita sunt apud me: et signata in thesauris meis?
Mea est vltio, et ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: et adesse festinant tempora.
Iudicabit dñs populum suum: et in seruis suis miserebitur.
Uidebit q infirmata sit manus, et clausi quoque defecerunt: residuique consumpti sunt.
Et dicent, vbi sunt dii eorum: in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes: et bibebant vinum libaminum.
Surgant, et opitulentur vobis: et in necessitate vos protegant.
Uidete quod ego sim solus: et non sit alius Deus preter me.
Ego occidam, et ego viuere faciam: percutiam, et ego sanabo: et non est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad celum manum meam et dicam, viuo ego in eternum.
Si acuero, vt fulgur, gladium meum: et arripuerit iudicium manus mee.
Reddā vltionē hostibus meis: et his qui oderunt me retribuam.
Inebriabo sagittas meas sanguine: et gladius meus deuorabit carnes.
De cruore occisorum, et de captiuitate nudati inimicoꝝ capitis.
Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.

Et vindictam retribuet in ho/stes eorum: ⁊ propitius erit ter/re populi sui.
Ana. Date magnitudinē Deo nostro. Ana. In cymbalis be/ne sonātibus laudate Deū. Ps. Laudate dñm de celis. fol. 9.
Cap. Nox precessit 24. Hymn.

Aurora iam spargit polū,
Terris dies illabitur,
Lucis resultat spiculum:
Discedat omne lubricum.
Phantasma noctis decidat,
Mentis reatus subruat,
Quicquid tenebris horridum
Nox attulit culpe, cadat.
Ut mane illud vltimum,
Quod prestolamur cernui,
In lucem nobis effluat,
Dum hoc canore concrepat.
Deo patri sit gloria. fol. 10.

℣. Repleti sumus mane miseri/cordia tua. ℟. Exultauimus ⁊ delectati sumus.
Ad Benedictus. Antiphona. Illuminare domine his, qui in tenebris sedent: ⁊ dirige pedes nostros in viam pacis Deus Is/rael. Preces quando dicuntur vt supra in secunda feria. 24.

D O M I N I C A
ad Vesperas.

Pater noster: Aue Maria. Deus in adiutorium. ℟. Do/mine ad adiu. Añ. Dixit dñs. Tempore Paschali. Ana. Halle/luiah. Sub qua vna Ana. dicun/tur omnes psalmi vesperarum tam in Dominicis, quam in ferijs illius temporis. ps. 109.

Dixit dominus do/mino meo: sede a dextris meis. Donec ponā ini/micos tuos: scabel/lū pedū tuorum.
Uirgā virtutis tue emittet do/minus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit dominus, ⁊ non peni/tebit eum: tu es sacerdos in eter/num secundum ordinem Mel/chisedech.
Dominus a dextris tuis: con/fregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus, im/plebit ruinas: cōquassabit capi/ta in terra multorum.
De torrēte in via bibit: propte/rea exaltauit caput. Ana. Di/xit dñs dño meo: sede a dextris meis. Ana. Fidelia. psalm. 110.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in cōsilio iustorum, ⁊ congregatione.
Magna opera domini: exquisi/ta in omnes voluntates eius.
Confessio ⁊ magnificētia opus eius: ⁊ iustitia eius manet in se/culum seculi.
Memoriam fecit mirabiliū suo/rū, misericors ⁊ miserator dñs: escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculū testamen/ti sui: virtutem operum suorū annunciabit populo suo.
Ut det illis hereditatem gen/tium

tium: opera manuum eius veritas, et iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate, et equitate.
Redemptionem misit dominus populo suo: mandauit in eternum testamentum suum.
Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie timor domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.
Aña. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculum seculi.
Aña. In mandatis. Psalm. 111.
Beatus vir qui timet dominum: in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.
Gloria et diuitie in domo eius: et iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, et miserator, et iustus.
Iucundus homo, qui miseretur, et commodat: disponet sermones suos in iudicio: quia in eternum non commouebitur.
In memoria eterna erit iustus ab auditione mala non timebit:
Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit: et irascetur: dentibus suis fremet, et tabescet: desiderium peccatorum peribit. Aña.
In mandatis eius cupit nimis.
Aña. Sit nomen domini. Psal. 112.
Laudate pueri dominum: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc, nunc, et vsque in seculum.
A solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius.
Quis sicut dominus Deus noster? qui in altis habitat: et humilia respicit in celo, et in terra.
Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem.
Aña. Sit nomen domini benedictum in secula. Aña. Nos qui viuimus. Psalmus. 113.
In exitu Israel de Aegypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta est Iudea sanctificatio eius: Israel potestas eius.
Mare vidit, et fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare, quod fugisti: et tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?
Montes exultastis sicut arietes et colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: a facie Dei Iacob.

Qui cōuertit petrã in stagna aquarũ: & rupē in fontes aquarũ.
Non nobis domine, nō nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia, tua & veritate tua: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum?
Deus autem noster i celo: omnia quecunque voluit fecit.
Simulacra gentium argentũ, & aurũ: opera manuũ hominũ.
Os habēt, & non loquent: oculos habent, & non videbunt.
Aures habent, & non audient: nares habent, & nō odorabunt.
Manus habēt, & nō palpabūt, pedes habēt, & nō ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui cōfidunt in eis.
Domus Israel sperauit in dño: adiutor eorũ, & protector eorũ est.
Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum, & protector eorum est.
Qui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.
Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.
Benedixit oībus qui timēt dominum: pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super vos: super vos & super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum & terram.
Celum celi domino: terram autem dedit filijs hominum.
Non mortui laudabunt te dñe: neq oēs q descēdunt in infernũ.
Sed nos qui viuimus, benedicimus domino: ex hoc, nunc, & vsq in seculum: Antiph. Nos qui viuimus benedicimus dño.
Tempore Paschali. Antiphona Halleluiah, halleluiah, hal. Cap.

Benedictus Deus, & pater dñi nostri Jesu Christi: pater misericordiarũ, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nr̃a. Hym. 2. Cor. 1.

Lucis creator optime.
Lucem dierum proferens
Primordijs lucis noue
Mundi parans originem:
Qui mane iunctum vesperi
Diem vocari precipis:
Tetrum chaos illabitur:
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine
Vite sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.
Celorum pulset intimum:
Vitale tollat premium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.
Presta pater pyssime. fol. 2.
℣. Dirigatur dñe oratio mea:
℟. Sicut incēsum in cōspectu tuo.
Predictus hymnus, cum suo vers. dicitur a dominica iij. post Epiph. vsq ad dominicam i. xl. & a Dominica iij. post. Pente. vsq ad Aduen. Capitu. vero predictum dicitur in eisdem Dominicis post Pentec. & Epipha. vsq ad lxx. tantũ. Dicit etiã in fer. of/

fer. officio ad oct. Pētc. vsq; ad Aduētū ꝛ ad octa. Epi. vsq; ad Dñicā i. Quadrag. Sicut ꝛ ps. ¶ Añe aūt cū ps. sp dicūtur, ūt offi. ō Dñica, exceptis Dñicis Aduēt. q̄ habēt añas ꝓprias. Canticum B. Marie virginis.

Luc. 1.

Magnificat anima mea dominum.

Et exultauit spiritus me° : i Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancille sue; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna q potēs est; ꝛ sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a pgenie in progenies timentib° eū.

Fecit potētiā i brachio suo; dispersit supbos mēte cordis sui.

Deposuit potentes de sede; ꝛ exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis; ꝛ diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum; recordatus misericordie sue.

Sicut locutus est ad pres nros Abrahā ꝛ semini ei° in secula.

Gloria patri, ꝛ filio, ꝛ spiritui.

[illegible]

FERIA SECVNDA

Ad Vesper. Aña. Inclinauit. Eps Da[illegible] Añ. Psalm. ps. 114.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee.

Quia inclinauit aurem suā mihi: ꝛ in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: ꝛ pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem, ꝛ dolorem inueni: ꝛ nomē domini inuocaui.

O domine libera animā meā: misericors dominus ꝛ iustus, ꝛ Deus noster miseretur.

Custodiēs paruulos dñs: humiliatus sum, ꝛ liberauit me.

Cōuertere aīa mea in requiē tuam: quia dñs benefecit tibi.

Quia eripuit animam meā de morte: oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placebo dño in regiōe viuorum. Aña. Inclinauit dñs aurē suam mihi. Aña. Credidi. ps. 115.

Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam dño: pro omnibus que retribuit mihi?

Calicem salutaris acipiam: ꝛ nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in cōspectu domini mors sanctorum eius.

O fie, quia ego seruus tuus ꝛ ego seruus tuus, ꝛ filius ancille tue.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: ꝛ nomen domini inuocabo.

Vota mea dño reddam in cōspectu oīs populi eius: in atriis

dom' dñi, i medio tui Jerusalē. An. Credidi ppter qđ locutus sum. Aña. Laudate. Psal. 116.

Laudate dñm oēs gētes: laudate eū oēs populi. Qm̄ cōfirmata ēst super nos misericordia eius: & veritas dñi manet i eternū. Aña. Laudate dñm oēs gētes. An. Clamaui. Canticū Graduū. Psal. 119.

Ad dñm cū tribularer clamaui: & exaudiuit me. Dñe libera animā meā a labijs iniquis: & a lingua dolosa. Quid detur tibi: aut quid apponat tibi ad linguā dolosam. Sagitte potētis acute: cū carbonibus desolatorijs. Hei mihi: quia incolatus me' prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: multū incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cū loquebar illis, impugnabant me gratis. An. Clamaui, & exaudiuit me. Aña. Unde veniet. Psal. 120.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meū a domino: qui fecit celum & terram. Nō det in cōmotionē pedē tuū: neqȝ dormitet qui custodit te. Ecce nō dormitabit neqȝ dormiet, qui custodit Israel. Dominus custodit te, dñs protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol nō vret te: neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus. Dominus custodiat introitū tuum, & exitum tuum: ex hoc, nunc, & vsqȝ in seculum. Aña. Uñ veniet auxiliū mihi. Tpe Pasc. An. Hal. hal. hal. Cap. Benedictus Deus. ... in Vesp. Dñice. fol. 53. Hym.

Immense celi conditor, Qui mixta ne confunderēt, Aque fluenta diuidens, Celum dedisti limitem. Firmans locum celestibus, Simulqȝ terre riuulis; Ut unda flāmas temperet, Terre solum ne dissipet. Infunde nunc pijssime Donum perennis gratie, Fraudis noue ne casibus Nos error atterat vetus. Lucem fides inueniat, Sic luminis iubar ferat, Ut vana cuncta terreat, Hanc falsa nulla comprimat, Presta pater pijssime. folio. ... ℣. Dirigatur dñe oratio mea. ℟. Sicut incēsū i cōspectu tuo. Ad Mag. Aña. Magnificat anima mea dñm, quia respexit Deus humilitatem meam. Preces si dicēde sunt dicāt ut in Laud. ij. ferie. Orō qñ ppria nō assignat di de dñica precedente, vt habetur in ppio de tpe.

¶ Añe cū psal. sēp dñr ad vesp. in offō feriali, vt hic in Psalte.

¶ Hymni vero ab oct. Pētec. vsqȝ

vsq; ad Aduē. & ab oct. Epiph. vsq; ad Dñicam j. Quadrage. ¶ Añe aūt ad Mā. sicut hymni eisdē tpibus vsq; ad Septuag.

FERIA TERTIA.

Ad Vesp. Aña. In domū dñi. Tōe Vaāe Ajña. Psal. 121.

Letatꝰ sū in his q̄ dicta sūt mi hi: in domū do mini ibimus.

Stantes erant pedes nostri; in atrijs tuis Jerusalem.

Jerusalē q̄ edificatur vt ci uitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enī ascenderūt tribus tribus dñi testimoniū Israel: ad confitendū nomini domini.

Quia illic sederūt sedes i iudi cio; sedes super domū Dauid.

Rogate q̄ ad pacē sūt Jeru salē: & abundātia diligētibꝰ te.

Fiat pax in virtute tua; & abū dantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proxi mos meos; loquebar pacē de te.

Propter domum dñi Dei no stri; quesiui bona tibi.

Aña. In domū dñi letātes ibi mus. Añ. Qui habitas. ps. 122.

Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in celis.

Ecce sicut oculi seruorū; i ma nibus dominorum suorum.

Ergo vna bona est, sed adhuc misera: altera melior & beata. Ista significata est p apostolū Petrū, illa per Johannem. Tota hic agit ista vsq in finē seculi huius, & illic inuenit finē: Differtur illa cōplēda post huius seculi finē, sed in futuro seculo nō habet finē. Ideo dicitur huic, Sequere me. De illo aūt sic eū volo manere, donec veniā: quid ad te? tu me sequere. Quid enī est hoc? Quantū sapio, quātū capio, quid est hoc? nisi, tu me sequere per imitationē, perferendo temporalia mala: ille maneat, donec sempiterna venio redditurus bona. Ad Laudes, & per Horas. Añe.

Valde honorādus est beatus Johānes, qui supra pectus dñi i cena recubuit. ℣℣. Dño reg. 8. cū ref. Añe. Hic est discipulus ille, qui testimoniū perhibet de his: & scimus quia verum est testimonium eius. Antiph. Hic est discipulus meus: sic eum volo manere, donec veniam. Antiph. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortē, donec videāt filium hominis in regno suo. Añs. Ecce puer meus electus quez elegi: posui sup eū spiritū meū. Cap.

Qui timet Deuz faciet bona: & qui continens est iusticie, apprehendet illā: & obuiabit illi quasi mater honorificata. Hym. Exultet celum. 493. de communi Apostolorum. ℣. Hic est discipul⁹ ille, q testimoniū perhibet de his. ℟. Et scimus

mus q: verũ est testimoniũ ei⁹.
Ad B.Añ. Iste est Iohãnes, q
supra pect⁹ dñi i cena recubuit:
btũs apls,cui reuelata sunt se/
creta celestia. Oro. E ccliã.90.
Deinde fit come.de Nati. Añã
Gloria i excelsis.87. ℣. Notuz
fecit. Oratio. C óncede,qs.85.
De s. Stephano.an. Stepha/
nus aũt. ℣. Sepelierũt.90.oro.
D a nobis.fo.88. Ad iij.Añã.
Hic est. La. Qui timet. ℟ br.
ad horas sumunt ɔ cõi Aplorũ.
℟. In oẽz ter. & Cõstitues.497
Ad vj.Añ. Hic est disci. Capi.

C Ibauit illum pane vite,
& intellectus, & aqua sa/
pientie salutaris potauit illum
dominus Deus noster. ℟. Cõ
stitues. & Nimis honorati.
Ad ix.Añã Ecce puer. Capit.

I N medio Ecclesie apuit
os eius, & impleuit eũ do
minus spiritu sapientie,& intel
lectus,& stolã glorie induit eũ.
℟. Nimis bono. & Annuncia/
uerunt. Ad Vespe.Añã. Tecũ
principium. cum rel'.Añis, &
Psal.vt sup.Capi. Qui timet.
Hym.Exultet.493. de cõi apo
stolorum. ℣. Valde honoran/
dus.90 Ad Magnificat.Añã.
Exiit sermo iter fratres, quod
discipulus ille nõ moritur:& nõ
dixit Iesus,Nõ morit,sed,Sic
euz uolo manere,donec ueniã.
Oro. E cclesiã tuam.folio.90.
Deinde p festo Innocentiũ.an.
Hi sunt qui cum mulierib⁹ nõ
sunt coinquinati: uirgines eni
sunt, & sequunt agnũ quocunqz
ierit. ℣. Herodes irat⁹ occidit
multos pueros. ℟. In Bethle
hẽ Iude ciuitate Dauid. Oro.



D Eus, cuius ho/
dierna die ꝑ
coniuz Inno/
centes marty
res,nõ loque/
do sed morien
do cõfessi sũt:
oia i nobis vi
tiorũ mala mortifica: vt fidez
tuam: quam lingua nostra lo/
quitur,etiam moribus vita fa
teatur . Per dominum no/
strum Iesum Christum filiuz.
Deinde fit cõm. de Nati.Añã.
Hodie Chrs. 88. ℣. Notuz fe.
Oro. C oncede quesumus .85.
De Sancto Stephano. Añã.
Seplierũt . 60. ℣. Stephanus
vidit. Oro. D a nobis.fol.88.

IN FESTO c.231
Sanctorum Innocentium
duplex.

Ad Mat. Inuit.Regẽ marty/
rũ dñz,Venite adorem⁹. Hy.

A Udit tyrannus anxius
Adesse reguz principẽ,
Qui,nomen Israel regat,
Teneatqz Dauid regiam:
E xclamat amens nuncio,
Successor instat,pellimur,
Satelles,i, ferrum rape.
Perfunde cunas sanguine.
Q uid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodẽ iuuat?
Unus tot inter funera

Impune Christus tollitur.
Gloria tibi dñe, Qui natus.
Añe, psalmi, & vñ. noct. sumun tur de cõi pluriũ mart. f.509.
De Jeremia pphet. Lectio j.

Jer. 31.

Hec dicit dñs: Vox in ex celso audita est lamentationis luctus, & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolẽtis ↄsolari sup eis: q2 nõ sunt. Hec dicit dñs. Quiescat vox tua a ploratu, & oculi tui a lacrymis: q2 est merces operi tuo, ait dominus, & reuertent de terra inimici. Et ẽ spes nouissimis tuis, ait dñs, & reuertẽtur filij tui ad terminos suos. ℟. Centũ quadraginta quatuor millia, q em pti sunt de terra, hi sunt q cum mulieribus nõ sunt coinquinati: Virgines enim permã serũt, & ideo regnant cũ Deo, & agn9 Dei cum illis. ℣. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Virgines. Lec. ij.

Audiens audiui Ephraim transmigrantẽ. Castigasti me, eruditus sum quasi iuuẽculus indomitus. Cõuerte me, & conuertar: q2 tu dñs De9 me9. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquã ostendisti mihi, percussi fœmur meũ. Confusus sum, & erubui: qm̃ sustinui opprobrium adolescentie mee. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius.

℟. Sub altare Dei audiui voces occisorum dicentium. Quare non defendis sanguinem nostrum? & acceperunt diuinũ responsum: Adhuc sustinete modicum tempus, donec impleat numerus fratrum vestrorum. ℣. Vidi sub altare Dei animas interfectorũ, propter verbum dei: & propter testimoniũ quod habebãt: & clamabãt voce magna dicẽtes. Quare. L. iij.

Statue tibi speculã, & pone tibi amaritudines. Dirige cor tuũ in viã rectã, in qua ambulasti. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usquequo delicijs dissolueris filia vaga? Qr creauit dominus nouum super terram: fœmina circundabit virum. Hec dicit dñs exercituũ Deus Israel. Adhuc dicẽt verbum istud in terra Juda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eius: Benedicat tibi dominus, pulchritudo iustitie, mons sanctus. ℟. Adorauerunt viuentem in secula seculorum. Mittentes coronas suas ante thronũ Dei sui. ℣. Et ceciderunt in cõspectu throni in facies suas: & benedixerũt viuentẽ i secula seculo2. Mittentes. Glo. Mittentes. 510.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Hodie fr̃es carissimi, natalẽ illo2 isantiũ colim9 quos ab Herode, crudelissimo rege, interfectos esse euangelij textus

tertus eloquitur. Et ideo cum summa exultatiōe gaudeat terra nostra celestiū militū ꝛ tantarum parēs fecunda virtutū. Ecce profanus hostis nunquā beatis paruulis tantū prodesse potuisset obsequio, quantū profuit odio. Nam sicut sacratissimum presentis diei festū manifestat, quantum contra beatos paruulos iniquitas abūdauit, tantum in eis gratia bñdictionis refudit. ℟. Effuderunt sanguinē sanctorum velut aquā i circuitu Jerusalē: Et nō erat q sepeliret. ℣. Posuerūt mortalia seruorum tuorum escas volatilibꝰ celi: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Et. Lect. quinta.

Beata es o Bethlehē terra Juda, q̄ Herodis regis immanitatē i puerorum extinctione ppessa es, q̄ sub vno tēpore candidatā plebē imbellis infantie offerre Deo meruisti. Digne tñ natalem illorum colimus, quos beatius eterne vite mundus edidit, quam quos mūdo maternorū viscerum partꝰ effudit. Siquidem ante vite perpetue adepti sunt dignitatē, quā vsuram presentis acciperent. ℟. Isti sunt sancti, qui passi sunt ppter te dñe, vindica eos: Quia clamant ad te quotidie. ℣. Vindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. Quia. Lectio sexta.

Aliorum quidem preciosa morte martyrum laudem in confessione promeruit, horum in consummatione complacuit. Quia in incipientis vite primordijs ipse eis occasus initium glorie dedit, qui psentis terminum imposuit. Quos Herodis impietas lactentes matrū vberibus abstraxit. Qui iure dicuntur martyrū flores: quos in medio frigore infideliatis exortos, velut primas erūpentes Ecclesie gemmas, q̄daꝫ persecutionis pruina decoxit. ℟. Isti sunt qui non inquinauerunt vestimēta sua. Ambulabunt mecū in albis, quia digni sunt. ℣. Hi sunt, qui cū mulieribus non sunt coinquinati, vgines eīi sunt. Ambu. Gloria. Am. 511.

Lcō s. eua. sm Math. Lec. vij ca. 2.

In illo tempore: Angelus dñi apparuit i somnis Joseph, dicens: Surge, ꝛ accipe puerum, ꝛ matrem eius, ꝛ fuge in Aegyptum: ꝛ esto ibi vsque dum dicam tibi. Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presb.

Quando tollit puerum, ꝛ matrē eius, vt in Aegyptum transeat, nocte tollit, ꝛ in tenebris: quia noctem ignorantie his, a quibus ipse recessit, reliquit incredulis. Quādo vero reuertitur in Judeam, nec nox, nec tenebre in euāgelio ponuntur: quia in fine mundi Judei fidem, tanquam Christum ab Aegypto reuertentem, suscipientes illuminabuntur. ℟. Cantabant sancti canticum

tudo celestis exercitus laudan/tium Deū, z dicentiū, G loria i excelsis Deo: z in terra pax hominib⁹ bonę voluntatis, hallel. Aña Paruulus fili⁹ hodie natus est nobis, z vocabitur De⁹ fortis, halleluia, halla. Cap.

Multifariā, multisque modis, olim De⁹ loquēs patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus ē nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit z secu'a. Hymnus.

A Solis ortus cardine
Adusqz terrę limitem,
Christuz canamus principē,
Natum Maria virgine.
Beatus auctor seculi
Seruile corpus induit:
Ut carne carnem liberans,
Ne perderet quos condidit.
Caste parentis viscera
Celestis intrat gratia:
Uenter puellę baiulat
Secreta quę non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei:
Intacta nesciens virum
Uerbo concepit filium.
Enixa est puerpera
Quem Gabriel predixerat,
Quem matris aluo gestiens
Clausus Johannes senserat.
Feno iacere pertulit,
Presepe non abhorruit:
Paruoqz lacte passus est:
Per quem nec ales esurit.

Gaudet Chorus celestium,
Et angeli canunt Deo.
Palamqz fit pastoribus
Pastor: creator omnium.
Gloria tibi dñe, Qui natus.
℣. Notum fecit dominus, hal.
℟. Salutare suum, halleluia.
Ad Bñs. Añ. Gloria in excelsis Deo, z in terra pax hominibus bonę voluntatis, hall. hall. Oro. C oncede quesumus. 85. Sūmo mane di primasqua nona celebrat ij. Missa i aurora z in ea fit cō de S. Anastasia. Ad j. Añ Quem vidistis. Capi Regi seculorum. ℟. bre. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. ℣ Qui natus es de Maria virgine.
Sic quotidie di vsqz ad Epip.
C Ad Absolonē Capl'i lec. bre: Ipsi pibūt. vt ad Monā. Tertia di hora sua, qua finita celebratur tertia Missa de die Natiui. Ad iij. Añ. Genuit. Cap. Multifariam. vt sup. ℟. bre. Uerbū caro factū est, Hal. hal. ℣ Et habitauit in nobis. ℟ Hal. hal. ℣ Ipse iuocabit me, hal. ℟. Pater me⁹ es tu, hall. Ad v. An Angelus ad pa. Ca

Et tu in principio dñe terrā fundasti: z opera manuuz tuarum sunt celi. ℟. Notum fecit dñs: Halleluia, hall. ℣ Salutare suum. Halleluia, halleluia. ℣. Uiderunt omnes fines terrę, halleluia. ℟. Salutare Dei nostri, halleluia. Ad ix. Añ. Paruulus. Capl. Ipsi

Marginal notes: Heb. 1. / Hebr. 1.

IPsi peribũt tu autẽ pmanebis:ꝛ oẽs sicut uestimẽtum ueterascent, ꝛ velut amictũ mutabis eos,ꝛ mutabũtur: tũ aũt idẽ ipse es, ꝛ anni tui nõ deficient. ℟. Viderũt oẽs fines terrę,Halla:halla. ℣. Salutare Dei nostri.Halle. halleluia. ℣. Verbũ caro factuȝ est,hall. ℟. Et habitauit in nobis,hall.

Ad Vesperas. Antiphona.

TEcuȝ principiũ in die virtutis tuę in splendoribus sanctorum,ex utero ante luciferum genui te. ps. Dixit do.52. Aña. Redemptionem misit dominus populo suo, mãdauit in ęternum testamentum suũ. ps. Confitebor.52. Aña. Exortum est in tenebris lumen rectis corde:misericors,ꝛ miserator,ꝛ iustus dñs. ps. Beatus vir q ti. 53. Aña. Apud dominũ misericordia, ꝛ copiosa apud eũ redẽptio. ps. De profund. 56. Aña. De fructu ventris tui ponaȝ super sedem tuam. ps. Memento do.56. Cap. Multifariam. Hym. Christe redem.85. ℣. Notum fecit dñs,hall. ℟. Salutare suuȝ,hal. Ad Mag. Antiph. Hodie Christus natus est: hodie Saluator apparuit: hodie in terra canunt angeli, lętãtur archãgeli: hodie exultant iusti dicẽtes,Gloria in excelsis deo, hall'a. Oro C oncede qs. 85. Deinde p S. Stephano. Aña. Stephanus autem plenus gratia,ꝛ fortitudine,faciebat signa magna in populo. ℣. Gloria ꝛ honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum sup opera manuum tuarum. Oratio.



DA nobis, qs domine,imitari qd colimus:vt discamus, ꝛ inimicos diligere:q: eius natalitia celebram':q nouit etiam pro persecutorib' exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuuȝ. Qui te.

Die 26. decẽ.

¶ In festo S. Stephani protomar.duplex.Ad Matu.Inuit. Christum natum, qui beatum hodie coronauit Stephanum, Venite adoremus. Hym. Aña, ꝛ Psal.ꝛ verñc.noct. dicuntur de communi vnius mar. f.501. ca.6.

De Actibus Apostolorũ. Lectio j.

IN dieb' illis: Crescẽte numero discipuloruȝ, factũ est murmur Grecorũ aduers' Hebręos, eo qd despicerentur in ministerio quotidiano viduę eorum. Conuocantes autem duodeciȝ multitudinem discipulorum dixerunt: Non est ęquum nos relinquere verbum Dei, ꝛ ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex uobis boni testimonij septem, plenos spiritu sancto, ꝛ sapientia, quos

quos constituamus super hoc opus. Nos vero orationi, ⁊ ministerio verbi instātes erimus. R. Stephanus autez plenus gratia ⁊ fortitudine. Faciebat prodigia ⁊ signa magna i populo. V. Surrexerunt quidam de synagoga disputantes cum Stephano: ⁊ non poterant resistere sapientie, ⁊ spiritui, qui loquebatur. Faciebat. Lectio secunda.

Et placuit sermo corā omni multitudine: ⁊ elegerūt Stephanum, virū plenum fide, ⁊ spiritu sancto, ⁊ Philippuz ⁊ Prochorū, ⁊ Nicanorem, ⁊ Timonē, ⁊ Parmenā, ⁊ Nicolaū aduenā Antiochenuz. Hos statuerunt ante conspectuz apostolorū, ⁊ orantes imposuerunt eis manus: ⁊ verbuz dñi crescebat, ⁊ multiplicabat numerus discipulorū in Jerusalē valde. Multa etiā turba sacerdotū obediebat fidei. Stephanus autē plenus gr̄a, ⁊ fortitudine faciebat prodigia, ⁊ signa magna in populo. R. Uidebant oēs Stephanum, qui erant in concilio: Et intuebantur vultū eius, tanquā vultuz angeli stantis inter illos. V. Plenus gratia ⁊ fortitudine faciebat pdigia ⁊ signa magna in populo. Et. Lec. iij.

Surrexerunt autē quidā de synagoga q̄ appellat Libertinorū, ⁊ Cyrenensiuz, ⁊ Alexandrinorū, ⁊ eorū qui erāt a Cilicia, ⁊ Asia, disputantes cū Stephano, ⁊ nō poterāt resistere sapientie, ⁊ spiritui, qui loquebatur. Tunc submiserunt viros, qui dicerent se audiuisse euz dicētem verba blasphemie in Moysen, ⁊ Deum: commouerunt itaque plebem: ⁊ seniores, ⁊ scribas: ⁊ concurrentes rapuerunt eum, ⁊ adduxerunt in concilium: ⁊ statuerunt falsos testes qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersum locuz sanctum, ⁊ legez. R. Intuēs in celū beatus Stephanus vidit gloriā Dei, ⁊ ait: Ecce video celos aptos, ⁊ filiuz hominis stantē a dextris virtutis Dei. V. Cum aūt esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendens in celuz vidit gloriā Dei, ⁊ ait. Ecce. O l. Ecce. fo. 2.

Sermo s. Fulgentij epi. L. iiij.

Heri celebrauim⁹ tēporalē sēpiterni regis nr̄i natalē, hodie celebramus triūphalem militis passionez. Heri enī rex nr̄ trabea carnis idutus, de aula vteri virginalis egrediēs, visitare dignat⁹ est mundū hodie miles de tabernaculo corporis exiens, triūphator migrauit ad celū. Ille sēpi terne deitatis maiestate seruata, seruile cīctoriū carnis assumēs, i hui⁹ secli cāpū pugnatur⁹ intrauit: iste depositis corruptilibus corpis indumētis, ad celi palatiuz perēniter regnaturus ascēdit. Ille descendit carne velat⁹ iste ascendit sanguine laureatus. R. Lapi/

℟. Lapidabāt Stephanū inuocantem, ⁊ dicentem, Domine Jesu Christe accipe spiritū meū. Et ne statuas illi hoc peccatum. ℣. Positis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine Jesu Christe accipe spiritum meū. Et. L.v.

Ascēdit iste lapidātibus Judeis, qa ille descēdit letātib⁹ angelis. Gloria i excelsis Deo, heri exultātes sācti angeli cātauerūt: hodie Stephanū letātes i suū cōsortiū susceperūt. Heri dñs exiuit ꝺ vtero virginis: hodie miles egress⁹ est ꝺ ergastulo carnis. Heri Chūs ꝓ nobis pannis est inuolutus: Hodie Stephanus stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri presepis angustia Chūm portauit infantē: hodie immēsitas celi suscepit Stephanū triūphantē. Solus descēdit dñs, vt multos eleuaret, humiliauit se rex nr̄, vt suos milites exaltaret. ℟.

Impetuz fecerūt vnanimiter in eū: ⁊ eiecerūt eum extra ciuitatem inuocantem, ⁊ dicētem. Dñe Jesu accipe spūm meum. ℣. Et testes deposuerunt vestimenta sua sec⁹ pedes adolescētis, qui vocabatur Saulus: ⁊ lapidabāt Stephanum inuocantem ⁊ dicētem. Domine. L.vi.

Necessariū tamen nobis est fratres cognoscere, qbus armis precinctus Stephanus seuitiā Judeoꝝ potuit superare, vt ita meruisset feliciter triū phare. Stephanus ergo vt nominis sui coronā meruisset accipere, charitatez ꝓ armis habebat, ⁊ per ipsaz vbique vincebat. Per charitatez dei seuientibus Judeis non cessit: per charitatem proximi, pro lapidantibus intercessit: Per charitatem arguebat errantes, vt corrigerentur: per charitatem pro lapidantibus orabat, ne punirentur. Charitatis virtute subnixus, vicit Saulum crudeliter seuientē: ⁊ quem habebat in terra persecutorē, in celo meruit habere cōsortē. ℟. Impij sup iustum iacturā fecerunt, vt eū morti traderent. At ille gaudens suscepit lapides, vt mereref accipere coronaz glorie. ℣. Cōtinuerunt aures suas, ⁊ impetum fecerunt vnanimiter in eū. At ille. Gloria. At ille. 506.

Lcō s. euā. sm Mattheū. L.vii.

In illo tēpore: Dicebat Jesus turbis Judeoꝝ, ⁊ principibus sacerdotum: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ sapiētes, ⁊ scribas: ⁊ ex illis occidetis, ⁊ crucifigetis: ⁊ ex eis flagellabitis in synagogis. Et rel. c.23.

Homilia s. Hieronymi presb.

Hoc qđ antea dixeram⁹, Implete mensurā patrū vestrorū, ad personā dñi pertinere, eo quod occidendus esset ab eis, potest ⁊ ad discipulos eius referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophetas, ⁊ sapientes, ⁊ scribas.

Similiqȝ obserua iuxta Apostolū scribentē ad Corinthios: varia eē dona discipuloꝝ Christi: alios prophetas, qui futura prędicant: alios sapientes qui nouerint quando debeant proferre sermonem: alios scribas in lege doctissimos. Ex quibus lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati in Actibus Apostolorum discipuli. ℟. Stephanus seruus dei, quē lapidabāt Judęi, vidit cęlos apertos: vidit, ꝛ introiuit. Beatus homo cui cęli patebūt. ℣. Cuȝ igit saxoꝝ crepitantium turbine quateref: inter ęthereos aule cęlestis sin⁹, diuina ei claritas fulsit. Beatus. Lectio viij.

Querimus, quis sit iste Zacharias filius Barachię: qa multos legimus Zacharias. Et ne libera nobis tribueref erroris facultas, additū est: Quē occidistis inter tēplū, ꝛ altare. In diuersis diuersa legi: ꝛ debeo singulorum opiniones ponere: Alij Zachariaȝ filiū Barachię dicunt, qui in duodecim pphetis vndecim⁹ est: patrisqȝ in eo nomē consentit: sed vbi occisus sit inter templū ꝛ altare, scriptura nō loquitur, maxime cuȝ tēporibus eius vix ruinę templi fuerint. Alij Zachariaȝ patreȝ Johannis intelligi volunt ex quibusdaȝ apocryphoꝝ somnijs probantes, ꝙ propterea occisus sit: quia Saluatoris pędicarit aduentū. ℟. Patefactę sunt ianuę cęli Christi martyri beato Stephano, qui in numero martyrum inuentus est primus. Et ideo triumphat in cęlis coronatus. ℣. Mortem enim quam Saluator noster dignatus est pro nobis pati, hanc ille primus reddidit saluatori. Et. Glo. Et. Le. ix.

Aly istum esse volunt Zachariā: qui occisus est a Joas rege Judęę inter templū ꝛ altare, sicut Regū narrat historia: Sed obseruanduȝ, quod ille Zacharias non sit filius Barachię, sed fili⁹ Joiadę sacerdotis: vnde ꝛ scriptura refert. Nō fuit recordat⁹ Joas patris ei⁹ Joiadę, qꝛ sibi fecisset bona. Cū ergo Zachariā teneam⁹ ꝛ occisionis ꝓsentiat locus, quęrim⁹ quare Barachię dicaf fili⁹, ꝛ si Joiadę. Barachia i ligua nostra benedictus dñi dicif, ꝛ sacerdotis Joiadę iustitia hebręo noie demonstratur. In euangelio quo vtunf Nazareni, pro filio Barachię, fili⁹ Joiadę reperimus scriptū. Tu autē do.

Ad Laudes, ꝛ p Horas. Aña.

Lapidauerūt Stephanū, ꝛ ipse inuocabat dñm dicēs: ne statuas illis hoc peccatū. Ps. Dñs reg. 8. cum reli. Aña. Lapides torrētis illi dulces fuerunt: ipsum sequuntur omnes animę iustę. Aña. Adhęsit anima mea post te: qa caro mea lapidata est p te deus meus. Aña.

Stepha

Stephanus vidit celos aptos: vidit, et introiuit: beatus homo cui celi patebūt. Aña. Ecce video celos apertos, et Jesuz stantē a dextris ꝟtutis Dei. Capi.

ca.6. Stephanus autez plenus gratia, et fortitudine, faciebat ꝓdigia, et signa magna i populo. ℟. Martyr dei. 504. ℣. Sepelierūt Stephanū viri timorati. ℟. Et fecerunt planctum magnum super eum.

Ad Bñs. Aña. Stephanus autez plenus gratia et fortitudine faciebat signa magna in pplo. Orō. Da nobis quesum⁹. 88. Deinde fit com. de Nati. Aña. Gaudia i excel. 87. ℣. Notū fecit Orō. Concede, qs, oipotēs. 85. Ad iij. Aña Lapides torrētis. Cap. Stephanus autē plenus. ℟. Gl'ia et hono. et Posuisti. ℟ris breuia ad iij. vj. et ix. sumuntur de cōi vnius marty. 504. Ad vj. Aña. Adhesit. Capitu.

Act. ca.6. Surrexerunt autem qdaz de synagoga, que appellabatur Libertinorum et Cyrenensium et Alexandrinorum, et eorum, qui erant e Cilicia, et Asia, disputantes cuz Stephano: et non poterant resistere sapientie, et spiritui qui loquebatur. ℟. Posuisti dñe. et Magna est gloria. Ad ix. Antipho. Ecce video. Capitulum.

Positis autē genibus clamauit uoce magna dicēs: Dñe ne statuas illis hoc pctūz: et cū hoc dixisset, obdormiuit in domino. ℟. Magna est. et Justus. Ad Vesper. Antiphona. Tecum principium. folio 88. cū res. Antiphonis, et Psalmis de Natiu. qd seruat et in alijs festis infra hanc octa. occurren. Capitul. Stephanus autem et vt s. Hy⁹. De⁹ tuoꝝ militū. 551. vt i cōi vnius mar. ℣. Stephanus vidit celos apertos. ℟. Vidit et introiuit: beat⁹ homo cui celi patebunt. Ad Mag. Aña. Sepelierunt Stephanum viri timorati, et fecerunt planctum magnum super eum. Oratio. Da nobis quesumus. fol. 88. Pro S. Johāne. Antiphona. Iste est Johānes, qui supra pectus domini in cena recubuit: beatus Apostolus, cui reuelata sunt secreta celestia. ℣. Valde honorandus est beatus Johannes. ℟. Qui supra pectus domini i cena recubuit. Oratio.



Ecclesiam tuam domine benignus illustra: vt beati Johannis apostoli tui et Euangeliste illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit, et regnat. etc. Et fit cōme. de Natiuita. Aña. Hodie Christus. folio 88. ℣. Notuz fecit. ℟. Salutare. 25. Oratio. Concede qsumus. 85.

IN FESTO S. IOHANNIS Apostoli, & Euangelistæ.

Ad Mat. ola usq; ad lectiones sumuntur de cõi Apsotr. 493.

Incipit Epistola prima beati Johannis Apli. Lectio prima.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus: quod uidimus oculis nostris, qd pspeximus, et manus nre ptrectauerũt de vbo uitę, & uita manifesta est, & uidimus, & testamur, & annũciamus uobis uitam ęternam, quę erat apud patrem, & apparuit nobis. Quod uidimus, & audiuimus, annunciamus uobis: ut & uos societatem habeatis nobiscũ, & societas nostra sit cũ patre, & cum filio eius Jesu Christo. Et hęc scribimus uobis, ut gaudeatis, & gaudiũ uestrũ sit plenum. Et hęc est annũciatio quã audiuimus ab eo & annunciamus uobis, qm̃ Deus lux est, & tenebrę i eo nõ sunt ullę. ℟. Ualde honorandus est beatus Johãnes, q supra pectus dñi in cęna recubuit. Cui Christus in Cruce matrem uirginé uirgini cõmendauit. ℣. Uirgo est electus a dño, atq; inter cęteros magis dilectus. Cui. Lec. ij.

Si dixerimus qm̃ societatẽ habemus cũ eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & ueritatem non facimus. Si aũt in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus adinuicem, & sanguis Jesu Christi filij eius emundat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniã peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem facimus eum, & uerbũ eius non est in nobis. ℟. Iste est discipulus ille qui testimoniũ phibet de his, & scripsit hęc: Et scimus quia uerum est testimonium eius. ℣. Fluenta euangelij d ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. Et. Lect. iij.

Filioli mei, hec scribo uobis ut nõ peccetis, sed & si qs peccauerit, aduocatũ habemus apud prẽm Jesũ Christum iustũ: & ipse est ppitiatio p peccatis nrĩs: nõ p nostris aũt tantũ, sed etiã pro totius mũdi. Et in hoc scimus, qm̃ cognouimus eũ, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse eũ, & mãdata eius nõ custodit, mẽdax est, & in hoc ueritas nõ est. Qui autẽ seruat uerbũ eius, uere in hoc charitas dei pfecta est. ℟. Iste est beatissimus euangelista, & Apostolus Johãnes. Qui priuilegio amoris pcipui, cęteris altius a dño meruit honorari. ℣. Hic est discipulus ille: quem diligebat Jesus: qui supra pectus dñi i cęna recubuit. Qui. Io. Qui. 495.

Et

Ex libro s. Hieronymi presb. de scriptorib' ecclesiasticis. L. iiij.

Johannes apostolus, quē Jesus amauit plurimū, filius Zebedei, frater Jacobi apostoli, quē Herodes post passionem domini decollauit, nouissimus oiu scripsit euāgeliū, rogatus ab Asię episcopis aduersus Cherinthum, aliosq; hereticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariā nō fuisse: vnde & compulsus est diuinam eius Natiuitatē edicere. R. Qui vicerit, faciā illum columbā in templo meo, dicit dominus. Et scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouę Jerusalē. V. Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod est in paradiso Dei mei. Et. Lectio quinta.

Quartodecimo autē anno secundam post Neronem persecutionē mouente Domitiano, in Pathmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsiū, quam interpretatur Justinus Martyr, & Hireneus. Interfecto autem Domitiano: & actis eius ob nimiam crudelitatem rescissis, sub Nerua principe redyt Ephesum, ibique vsque ad Traianum principem perseuerans, totas Asię fundauit, rexitque ecclesias. R. Diligebat autē eū Jesus, quoniā specialis prerogatiua castitatis, ampliori dilectione fecerat dignū. Quia ego electus ab ipso virgo in eū permansit. V. In cruce deniq; moriturus, huic matrem suam virginem virgini commendauit. Quia.

Ex comentarys eiusdem in epistolam ad Galatas. Lectio vj.

Beatus Johannes euāgelista, cum Ephesi moraretur vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud p singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tędio affecti, quod eadem semper audirent, dixerunt: Magister, quare hoc semper loqueris? Qui respondit dignam Johanne sententiam. Quia preceptum domini est: & si solum id fiat, sufficit. R. In medio Ecclesię aperuit os eius. Et impleuit eū domin' spiritu sapientię, & intellectus. V. Jucunditatem: & exultationē thesaurizauit super eū. Et. Gloria. Et. folio 496.

Lco s. eua. s'z Johanne. Lec. vij. C. 21.

In illo tempore: Dixit Jesus Petro: Sequere me. Conuersus Petrus vidit illū discipulum quē diligebat Jesus sequentem. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Duas vitas sibi diuinitus predicatas, & commendatas nouit ecclesia. Quarū vna

 est

est in fide, altera in specie. Una in tempore peregrinationis, altera in eternitate mansionis. Una in labore, altera i requie. Una in via, altera in patria. Una in opere actionis, altera in mercede contemplationis. Una declinat a malo, et facit bonu: altera nullu habet, a quo declinet, malum: et magnu hēt quo perfruatur, bonu. Una cu hoste pugnat, altera sine hoste regnat. ℟. In illum diem suscipiam te seruum meum, et ponam te sicut signaculum in conspectu meo: Quoniam ego elegi te, dicit dns. ℣. Esto fidelis usque ad morte, et dabo tibi coronam vite. Quoniā. Lect. viij.

Una subuenit indigeti: altera ibi est, vbi nullu inuenit indigentem. Una aliena peccata, vt sua sibi ignoscātur, ignoscit: altera nec patit quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci. Una flagellat malis, ne extollatur in bonis: altera tanta plenitudine gratie caret omni malo, vt sine vlla temtatione superbie coherceat summo bono. ℟. Iste est Johānes: qui supra pectus domini in cena recubuit. Beatus Apostolus, cui reuelata sunt secreta celestia. ℣. Fluenta euangelij de ipso dominici pectoris fonte potauit. Beatus. Gloria. Beatus. Lectio nona.

Ergo vna bona est, sed adhuc misera: altera melior et beata. Ista significata est p apostolu Petru, illa per Johannem. Tota hic agit ista vsq in finē seculi huius, et illic inuenit finē: Differtur illa cōplēda post huius seculi finē, sed in futuro seculo nō habet finē. Ideo dicitur huic, Sequere me. De illo aūt sic eu volo manere, donec veniā: quid ad te? tu me sequere. Quid eni est hoc? Quantu sapio, quātu capio, quid est hoc? nisi, tu me sequere per imitatione, perferendo temporalia mala: ille maneat, donec sempiterna venio redditurus bona. Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Valde honorādus est beatus Johānes, qui supra pectus dñi i cena recubuit. Ps. Dñs reg. &. cū rel. Aña. Hic est discipulus ille, qui testimoniu perhibet de his: et scimus quia verum est testimonium eius. Antiph. Hic est discipulus meus: sic eum volo manere, donec veniam. Antiph. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt morte, donec videāt filium hominis in regno suo. Aña. Ecce puer meus electus quez elegi: posui sup eu spiritu meu. Cap.

Qui timet Deuz faciet bona: et qui continens est iustitie, apprehendet illā: et obuiabit illi quasi mater honorificata. Hym. Exultet celum. 493. de communi Apostolorum. ℣. Hic est discipulus ille, q testimoniu perhibet de his. ℟. Et scimus

mus q: verũ est testimoniũ ei⁹. Ad B.Añ. Iste est Iohãnes, q supra pect⁹ dñi i cęna recubuit: btũs aplšs, cui reuelata sunt se/creta cęlestia. Orõ. Ecclesiã.90. Deinde fit come. de Nati. Aña Gloria i excelsis.87. ℣. Notuȝ fecit. Oratio. Concede, q̃s.85. De s. Stephano. an. Stepha/nus aũt. ℣. Sepelierũt.90. orõ. D a nobis.fo.88. Ad iij. Aña. Hic est. Ca. Qui timet. ℟ br. ad horas sumunt d̃ cõi Apsoꝝ. ℟. In oẽȝ ter. ⁊ Cõstitues.497 Ad vj. An. Hic est disci. Capi.

Cibauit illum pane vitę, ⁊ intellectus, ⁊ aqua sa/pientię salutaris potauit illum dominus Deus noster. ℟. Cõ stitues. ⁊ Nimis honorati. Ad ix. Aña Ecce puer. Capit.

In medio Ecclesię apuit os eius, ⁊ impleuit eũ do minus spiritu sapientię, ⁊ intel lectus, ⁊ stolã glorię induit eũ. ℟. Nimis bono. ⁊ Annuncia/uerunt. Ad Vespe. Aña. Tecũ principium. cum rel. Añis, ⁊ Psal. vt sup. Capi. Qui timet. Hym. Exultet.493. de cõi apo stolorum. ℣. Valde honoran/dus.90 Ad Magnificat. Aña. Exijt sermo iter fratres, quod discipulus ille nõ moritur: ⁊ nõ dixit Iesus, Nõ morit, sed, Sic euȝ uolo manere, donec ueniã. Orõ. Ecclesiã tuam.folio.90. Deinde p̃ festis Innocẽtib. an. Hi sunt qui cum mulierib⁹ nõ sunt coinquinati: uirgines enĩ sunt, ⁊ sequunt agnũ quocunq̃ ierit. ℣. Herodes irat⁹ occidit multos pueros. ℟. In Bethle hẽ Iudę ciuitate Dauid. Orõ.



Deus, cu ius ho/dierna die p̃ coniuȝ Inno/centes marty res, nõ loquẽ/do sed morien do cõfessi sũt: oia i nobis vi tioruȝ mala mortifica: vt fideȝ tuam: quam lingua nostra lo/quitur, etiam moribus vita fa teatur. Per dominum no/strum Jesum Christum filiuȝ. Deinde fit cõm. de Nati. Aña. Hodie Chrs. 88. ℣. Notuȝ fe. Orõ. Concede quęsumus.85. De Sancto Stephano. Aña. Sepelierũt. 60. ℣. Stephanus vidit. Orõ. D a nobis. fol.88.

IN FESTO Sanctorum Innocentium duplex.

c.231

Ad Mat. Inuit. Regẽ marty/rũ dñȝ, Venite adorem⁹. Hy.

Audit tyrannus anxius
Adesse reguȝ principẽ,
Qui, nomen Israel regat,
Teneatq̃ Dauid regiam:
Exclamat amens nuncio,
Successor instat, pellimur,
Satelles, i, ferrum rape.
Perfunde cunas sanguine.
Quid proficit tantum nefas?
Quid crimen Herodẽ iuuat?
Unus tot inter funera

Impune Christus tollitur. Gloria tibi dñe, Qui natus. Añe, Psalmi, ꝛ vñ. nocc. sumun tur de cõi pluriũ mart. f.509.

De Jeremia ꝓpheta. Lectio j.

Jer. 31. Haec dicit dñs: Vox in ex celso audita est lamenta tionis luctus, ꝛ fletus, Rachel plorantis filios suos, ꝛ nolẽtis ꝯsolari sup eis: qꝛ nõ sunt. Hec dicit dñs. Quiescat vox tua a ploratu, ꝛ oculi tui a lacrymis: qꝛ est merces operi tuo, ait do minus, ꝛ reuertent̃ de terra ini mici. Et ẽ spes nouissimis tuis, ait dñs, ꝛ reuertẽtur filij tui ad terminos suos. ℟. Centũ qua draginta quatuor millia, q em pti sunt de terra, hi sunt q cum mulieribus nõ sunt coinquina ti: Virgines enim permã serũt, ꝛ ideo regnant cũ Deo, ꝛ agnꝰ Dei cum illis. ℣. Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatio ne, ꝛ lauerunt stolas suas in san guine agni. Virgines. Lec. ij.

Audiens audiui Ephraim transmigrantẽ. Castiga sti me, eruditus sum quasi iuuẽ culus indomitus. Cõuerte me, ꝛ conuertar: qꝛ tu dñs Deꝰ meꝰ. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam, ꝛ postquã ostendisti mihi, percussi fẽmur meũ. Confusus sum, ꝛ erubui: qm̃ sustinui opprobrium adole scentiæ meæ. Si filius honorabi lis mihi Ephraim, si puer deli catus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius.

℟. Sub altare Dei audiui vo ces occisorum dicentium. Qua re non defendis sanguinem no strum? ꝛ acceperunt diuinũ re sponsum: Adhuc sustinete mo dicum tempus, donec impleat numerus fratrum vestrorum. ℣. Vidi sub altare Dei ani mas interfectorũ, propter ver bum dei: ꝛ propter testimoniũ quod habebãt: ꝛ clamabãt vo ce magna dicẽtes. Quare. L. iij.

Statue tibi speculã, ꝛ po ne tibi amaritudines. Dirige cor tuũ in viã rectã, in qua ambulasti. Reuertere vir go Israel, reuertere ad ciuita tes tuas istas. Usquequo deli ciis dissolueris filia vaga? Qꝛ creauit dominus nouum super terram: fœmina circundabit vi rum. Hec dicit dñs exercituũ Deus Israel. Adhuc dicẽt ver bum istud in terra Juda, ꝛ in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eius: Benedicat tibi dominus, pulchritudo iu stitiæ, mons sanctus. ℟. Ado rauerunt viuentem in secula se culorum. Mittentes coronas suas ante thronũ Dei sui. ℣. Et ceciderunt in cõspectu thro ni in facies suas: ꝛ benedixerũt viuentẽ i secula seculoꝝ. Mit tentes. Glo. Mittentes. 510.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Hodie fres carissimi, na talẽ illoꝝ isantiũ colimꝰ quos ab Herode, crudelissimo rege, interfectos esse euangelij textus

textus eloquitur. Et ideo cum summa exultatiōe gaudeat terra nostra cęlestiū militū & tantarum parēs fęcunda virtutū. Ecce profanus hostis nunquā beatis paruulis tantū prodesse potuisset obsequio, quantū profuit odio. Nam sicut sacratissimum pręsentis diei festū manifestat, quantum contra beatos paruulos iniquitas abūdauit, tantum in eis gratia bñdictionis refudit. ℟. Effuderunt sanguinē sanctorꝫ velut aquā i circuitu Jerusalē: Et nō erat q sepeliret. ℣. Posuerūt mortalia seruorꝫ tuorum escas volatilibꝰ cęli: carnes sanctorum tuorum bestijs terre. Et. Lect. quinta.

Beata es o Bethlehē terra Juda, q̄ Herodis regis immanitatē i puerorꝫ extinctione ppessa es, q̄ sub vno tēpore candidatā plebē imbellis infantię offerre Deo meruisti. Digne tū natalem illorꝫ colimus, quos beatius ęternę vitę ;mundus edidit, quam quos mūdo maternorū viscerum partꝰ effudit. Siquidem ante vitę perpetuę adepti sunt dignitatē, quā vsuram pręsentis acciperent. ℟. Isti sunt sancti, qui passi sunt ꝑpter te dñe, vindica eos: Quia clamant ad te quotidie. ℣. Vindica domine sanguinē sanctorum tuorum, qui effusus est. Quia. Lectio sexta.

Aliorum quidem preciosa more martyrum laudem in confessione promeruit, horum in consummatione complacuit. Quia in incipientis vitę primordijs ipse eis occasus initium glorię dedit, qui pñsentis terminum imposuit. Quos Herodis impietas lactentes matrū vberibus abstraxit. Qui iure dicuntur martyrū flores: quos in medio frigore infideli tatis exortos, velut primas erūpentes Ecclesię gemmas, q̄dā persecutionis pruina decoxit. ℟. Isti sunt qui non inquinauerunt vestimēta sua. Ambulabunt mecū in albis, quia digni sunt. ℣. Hi sunt, qui cū mulieribus non sunt coinquinati, vgines eñ sunt. Ambu. G lo. Am. 511. Lcō s. eua. ſm Math. Lec. vij ca. 2.

In illo tempore: Angelus dñi apparuit i somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi. Et reliqua. Homilia s. Hieronymi presb.

Quando tollit puerum, & matrē eius, vt in Aegyptum transeat, nocte tollit, & in tenebris: quia noctem ignorantię bis, a quibus ipse recessit, reliquit incredulis. Quādo vero reuertitur in Judęam, nec nox, nec tenebrę in euāgelio ponuntur: quia in fine mundi Judęi fidem, tanquam Christum ab Aegypto reuertentem, suscipientes illuminabuntur. ℟. Cantabant sancti canti-

cum.

cum nouum ante sedem Dei, et agni: Et resonabat terra in uoces eorum. ℣. Hi empti sunt ex omnibus primitie Deo, et agno: et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Et. Lectio octaua.

Ut adimpleretur, quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex Aegypto uocaui filium meum. Respondeant qui Hebreorum uoluminum denegant ueritatem, ubi hoc in septuaginta legatur interpretibus. Quod cum non inuenerint, nos eis dicemus in Osee propheta scriptum, sicut exemplaria probare possunt, que nuper edidimus. ℟. Uidi sub altare Dei animas interfectorum propter uerbum Dei quod habebant: et clara uoce dicebant: Uindica domine sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. ℣ Sub throno Dei omnes sancti clamant. Uindica. Lectio nona.

Tunc adimpletum est quod dictum est per Jeremiam prophetam: Uox in Rhama audita est, ploratus, et ululatus multus, Rachel plorans filios suos. De Rachel natus est Beniamin, in cuius tribu non est Bethlehem. Queritur ergo, quomodo Rachel filios Jude. i. Bethlehem quasi suos ploret. Respondebimus breuiter, quia sepulta sit iuxta Bethlehem in Ephrata: et ex matris corpusculi hospitio, matris nomen acceperit. Tu autem do. Nonum. ℟. ponitur quia Te Deum, non dicitur, nisi hoc festu ueniat in Dnica.

℟. Isti, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde uenerunt? Et dixit mihi. Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, et lauerunt stolas suas, et dealbauerunt eas in sanguine agni. ℣. Uidi sub altare Dei animas interfectorum propter uerbum Dei, et propter testimonium, quod habebant. Et dixit. Gloria. Et dixit.

Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Herodes iratus occidit multos pueros in Bethlehem Jude ciuitate Dauid. Psalm. Dominus reg. 8. cum reliq. Aña. A bimatu, et infra occidit multos pueros Herodes propter dominum. Aña. Angeli eorum semper uident faciem patris. Aña. Uox in Rhama audita est, ploratus, et ululatus, Rachel plorans filios suos. Aña. Sub throno Dei omnes sancti clamant: Uindica sanguinem nostrum Deus noster. Capitulum.

Uidi supra montem Sion agnum stantem, et cum eo centum quadragita quatuor milia habentes nomen eius, et nomen patris eius, scriptum in frontibus suis. Hymnus. Apoc. 14. c.

Saluete flores martyrum,
Quos lucis ipso in limine
Christi insecutor sustulit,
Ceu turbo nascentes rosas.
Uos prima Christi uictima,
Grex unmolatorum tener,
Aram

Aram ante ipsam simplices. Palma & coronis luditis. Gloria tibi dñe, Qui nat⁹ es. ℣ Herodes iratus occidit multos pueros. ℟ In Bethleē Iude ciuitate David. Ad Bñs. Antiphona Hi sunt qui cū mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt, & sequuntur Agnum, quocunque ierit. Oratio. Deus cuius hod. 92. Deinde fit cōm. de Nati. Aña. Gloria in excelsis. 88. ℣. Notū fecit. Oratio. Cōcede qs. 85. Pro S. Stephano. Aña. Stephanus autem. 90. ℣. Sepelierūt. 90. Oratio. D a nobis. 88. Pro sancto Iohanne. Aña. Iste est Iohānes. 92. ℣. Hic est discipul⁹. ℟. Et scim⁹. oro. Ecclesiam tuam, quesumus. 90. Ad iij. Aña. A bimatu & infra. Cap. Vidi supra mōtē. vt s. ℟ Letamini. & Exultent. 493. Ad vj. Aña. Angeli eor. Capi.

apo. c.14. Hi sunt qui cū mulierib⁹ non sunt coinquinati: virgines enī sunt, & sequunt Agnū quocunqȝ ierit. ℟. Exultent iusti in conspe. & Iusti autem. Ad ix. Aña. Sub throno. Cap. Hi empti sunt ex oīb⁹ primitię deo, & agno: & i ore ipsorū non est inuentuȝ mendacium: sine macula enim sunt ante thronum dei. ℟. Iusti autē. & Exultabunt. Ad Vesp. Aña. Tecum principium. 88. Capi. Vidi supra montem. vt sup. a. Hy⁹. Salvete flores martyrū.

℣ Sub throno dei omnes sancti clamant. ℟. Vindica sanguinem nostrum, Deus noster. Ad Magni. Aña. Innocentes pro Christo infantes occisi sūt: ab iniquo rege lactentes interfecti sunt: ipsuȝ sequunt Agnū sine macula: & dicunt semper, gloria tibi domine. Oro, vt su. Pro S. Thoma Cantuar. nisi fuerit Sabbathum. Antipho. Iste sanctus p lege dei sui certauit vsqȝ ad mortē, & a verbis impiorum non timuit: fundat⁹ enim erat supra firmā petram. ℣. Glia & honore coronasti euȝ dñe. ℟. Et constituisti eū super opera manuū tuarum. Oro.

Deus, pro cui⁹ Ecclesia glorios⁹ pōtifex Thomas gladys impiorū occubuit: presta qs: vt oēs qui eius implorant auxiliuȝ, petitionis sue salutarem consequantur effectum. Per dominum nostruȝ. Et fiunt cōme. Pro natiui. Aña Hodie Christus natus. 88. ℣. Notum fecit. Oro. Concede quesumus omnipotens. 85. Pro sancto Stephano. Aña. Sepelierūt. 90. ℣. Stephanus vidit. Oro. D a nobis, qs. 88. c.21. Pro sancto Iohanne. Antiph. Exijt ser. 92. ℣. Valde bo. 90. Oratio. Ecclesiā tuam, fo. 90. Si festū s. Thome venerit i dñica, transferē in ij. fer. & i Sabb. post oronem scōz Innocent. fit com.

cōme. Dñicę infra oct. quę paulo infra habetur: deinde fiūt cōme. octauarū, & in Vesp. Dñicę fit cōm. S. Thomę, & octauarū, & in ij. Vesp. S. Thomę a Capitulo fit de s. Syluestro cum cōme. s. Thomę, & octauarum.

Die 29. decē.

IN FESTO S. THOMAE Epi, & mar. omnia de coī vnius mar. pter lcōnes ij. & iij. noctur. In j. noc. De Actibus Aplo͛ꝝ. A Mileto Paulus. folio 501. de coī vnius mar. ponti. L. iij.

Thomas Londini in Anglia natus Theobaldo successit Cātuariē͂ epo: & q antea in administrādo Cācellarię munere pręclare se gesserat, in episcopali officio fortis & inuictus fuit. Cum enim Henricus Anglię rex coacta synodo ꝓuincialiū episcopoꝝ, leges ferret, vtilitati ac dignitati ecclesiasticę repugnantes, adeo ꝯstāter obstitit regię cupiditati, vt neq pollicitationib⁹, neq terroribus, de sentētia decedēs, i exiliū pulsus sit. Moxq ꝓpinqui ei⁹ ois ętatis eiecti, amici, fautores oēs: ijs, quib⁹ ꝑ ętatē liceret iureiurādo adstrictis, vniuersos Thomā aditurós, si fortasse miserabili suoꝝ calamitatis aspectu moueret, qui a sancto proposito priuatis incommodis deterreri minime potuisset. Nō respexit is carnē aut sanguinem, neq vllus i eo humanitatis sensus pastoralis officij constantiā labefactauit. ℟. Honestum. 503. Lectio v.

Contulit igit se ad Alexandrū tertiū pontificē, a quo benigne acceptus est: & in de ꝓfectus, monachis Pontiniacēsis monasterij Cisterciensis ordinis ab eodem cōmendatus. Quod vt cognouit Henricus, missis ad conuentū fratruꝫ Cisterciensiuꝫ minacibus literis, Thomā a Pontiniaco monasterio exturbare conat. Quare vir sanctus verit⁹ ne sua cā mali aliquid Cisterciensis familia pateret, sponte discessit, & Ludouicū Gallię regem eius inuitatu conuenit: vbi tandiu fuit, quoad pontifice maximo & ipso rege agentibus, ab exilio summa totius regni gratulatione reuocatur: qui dum boni pastoris officiū securus exequitur: ecce calumniatores ad regē deferūt, eū multa cōtra regnū, & publicā quietē moliri: vt propterea sępius conquereret rex, se in suo regno cum vno sacerdote pacem habere nō posse. ℟. Desider. 503. Lectio vj.

Ex qua regis voce nefarij satellites sperātes gratuꝫ se regi facturos, si Thomam e medio tollerēt, clā ꝯuenientes Cantuariā, episcopū i tēplo vespertinis horis operam dātem aggrediunt. Qui clericis templi aditus pręcludere conātib⁹, accurrens, ostium aperuit, illis

vsus

usus verbis ad suos. Non est dei ecclesia custodienda more castrorum: ⁊ ego pro ecclesia dei libenter mortem subibo. Tum ad milites: Uos dei iussu cauete, ne cuipiam meorū noceatis. Deinde flexis genibus Deo, beatę Marię sancto Dionysio, ⁊ reliquis sanctis eius ecclesię patronis ecclesiam, ⁊ seipsum commendans, sacrum caput eadē cōstātia, qua iniquissimi regis legib⁹ restiterat, impio ferro pcidēdū obtulit, quarto Calend. Ianuarij, millesimo centesimo septuagesimo primo: cuius cerebro respsū est toti⁹ tēpli pauimentū. Quem multis postea illustrem miraculis idē Alexander Pontifex retulit in sanctoꝝ numeꝝ. ℟. Stola. 506

Lcō s. euāg. ḃm Iohānē. L. vij.

c. 20. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sū pastor bonus. Et reliqua.

Hom. S. Iohā. Chrysostomi.

Magnum qddā, dilectissimi, magnū inquā est ecclesię prelatio, ⁊ quę multa indiget sapiētia, ⁊ fortitudine, qualem Chꝛs ꝓposuit: vt aiam pro ouibus ponamus, ⁊ nunq̄ illas deseramus: ⁊ vt lupo generose resistamus. Hec eni inter pastorē ⁊ mercenariū est differentiā. Alter ꝓprię, cōtēptis ouib⁹: alter sua cōtempta, ouiū sēp saluti inuigilat. Pastoris ergo exēplo demōstrato, deceptores duos meminit, furē mactantē ⁊ rapiētē oues, ⁊ mercenarium permittentē, neq defendētē cōmissas. ℟. Coron. 504. L. viij.

Quod superiori tempore Ezechiel his verbis insectatus est: Ve pastoribus Israel: nonne pascebant semetipsos? nonne greges pascuntur a pastoribus? Sed illi contrarium faciebant. Quod maxime malitię genus est, ⁊ plurimorū causa maloꝝ: idcirco inquit. Neque quod abiectum erat reducebant: neque quod perierat quęrebant: neq cōfractum alligabant: neq infirmum consolidebant: qm̄ se, nō greges pascebant. Idem Paulus significat: Omnes: quę sua sunt, quęrunt: non quę Iesu Christi. ℟. Hic est vere mar. 504. Lectio ix.

Uerum ab vtroq dissidet Christus: cū illis, q in peccatis erant diceret, ppea venisse, vt vitā haberēt ⁊ abūdantius haberent: his aūt qui oues a lupis rapi negligebāt, se propter eas animā ponere, ne oues perirent. Nam cū Iudęi ipsum interimere vellent, non propterea destitit a doctrina: neq credentes tradidit: sed perstitit, ⁊ pertulit mortem: ideo frequenter inquit. Ego sum pastor bonus. Quę cū nullo niti testimonio uiderent, (q enim poneret aiā suā, nō multo post, re monstratum est: q autem vitā haberent, ⁊ abundantius haberent, post hui⁹ vitę migrationē futuꝝ

erat)

erat) alterū ab altero ꝯfirmat.
Pro com.oct.Pro Nati. Ana.
Gloria in excelsis.88. ℟ Notū
fecit. Oratio. Concede, qs.88.
Pro sancto Stephano. Ana.
Stephanꝰ autē.90. ℟. Sepelie/
runt. Oro. Da nobis qs.f.88.
Pro S. Johanne. Antiphona.
Iste est Johānes.92. ℟ Hic est
discipulus ille. Oro. Ecclā
tuā.90. Pro Innocentibꝰ. An.
Hi sunt qui cum.folio 92. ℟.
Herodes iratus occidit. Oro.
Deus,cuius.fo.92. Si festū
S.Thome non venerit in Dñi/
ca,Officiū dñice fit die immedia
te seq. post festū S. Thome nisi
fuerit Sabbatum: qa tunc de
dñica fit tm̄ cōm.in die S.Syl
uestri, ⁊ in Sabba. fit offiū de
octa.Nati.vt inferius ponitur.
¶ In ij.Vesper. S.Thome,qn̄
nō venerit in dñica. Ana. O
cum principium. folio 88.
cu rel.aiis,⁊ psalmis de Natiu.

DOMINICA INFRA
Octauam Natiuitatis. Capit.

Gal. 4.

FRatres,Quanto
tpe heres paruu/
lus est, nibil dif/
fert a seruo,cum
sit dñs oium: sed
sub tutoribus ⁊
actoribus est,vsq ad pfinitū
tempus a patre. Hymnus.
Christe redēp.85. ℟ Verbū ca.
Ad Mag.Ana. Dum medium
silentium tenerent omnia,⁊ nox
in suo cursu medium iter pera
geret, omnipotens sermo tuus
domine,a regalibus sedibus ve
nit,alleluia. Oratio.

OMnipotens sempiterne
Deus, dirige actus no/
stros in beneplacito tuo: vt in
nomine dilecti filij tui, merea/
mur bonis operibus abūdare.
Per eundem dominū nostrū.
Deinde fit cōme.S.Ste. Ana.
Qui vult.505. ℟. Iustꝰ vt pal.
de coi vni mar. Oro vt sup 94.
Deinde fit cōm.de Natiuita. ⁊
alijs Oct. ¶ Pro Natiuitate.
Ana. Hodie Christus.88. ℟.
Notū fecit. Oratio Concede
qs.85. Pro sancto Stephano.
Ana Sepelie.90. ℟. Stepha/
nꝰ vidit. Oro. Da nobis qs.88
Pro S.Johāne.Ana. Exijt ser
mo.92. ℟. Valde bonor. Oro.
Ecclesiā.90 Pro Innoc. An.
Innocētes p Christo.94. ℟. Sub
throno. Oro. Deus cuius.92.
Ad Matu. omnia dicuntur si/
cut in die Natiuit.pter Anas
ad Bñs:⁊ Magnific. Oratio/
nem,⁊ lect.⁊ j. ℟. quod omitti
tur,sed incipiendo a ij. ℟.dicū
tur per ordinem,vt infra.
¶ Hac nocte ponunt Epl'e bti
Pauli,⁊ legit ŏ eis,vsq ad lxx.
Incipit epistola Beati Pauli
Apostoli ad Romanos. Lect.j.

PAulus seruꝰ Je/
su Christi vocatus
Apostolus segre
gatus in euange
lium dei, qd an/
te pmiserat per
prophetas suos i scripturis san
ctis

etis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: qui predestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi domini nostri: Per quem accepimus gratiam, et apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius: in quibus estis et vos vocati Jesu Christi: omnibus, qui sunt Rome, dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis, et pax a deo patre, et dno nostro Jesu Christo. ℟. Hodie nobis. 85. Lec. ij.

P Rimum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra anunciatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad uos. Desidero enim videre vos, vt aliquid imperciar vobis gratie spiritualis, ad confirmandos vos: idest simul consolari in vobis per eam, que inuicem est, fidem, vestram atque meam. ℟. Quem vidistis. Lectio iij.

N Olo autem vos ignorare fratres: quia sepe proposui venire ad vos, (et prohibitus sum usque adhuc) vt aliquem fructum habeam in vobis, sicut et in ceteris gentibus. Grecis ac Barbaris, sapientibus et insipientibus debitor sum: ita, quod in me, promptum est et vobis qui Rome estis, euangelizare. Non enim erubesco euangelium. Uirtus enim dei est in salutem omni credenti. Judeo primum et Greco. Justitia enim dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est. Justus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de celo super omnem impietatem et iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent quia quod notum est dei, manifestum est in illis: Deus enim illis manifestauit. ℟. O magnum myst. 86.
Sermo s. Leonis Pape. L. iiij.

E Xcedit quidem, dilectissimi, multumque supereminet humani eloquij facultatem diuini opis magnitudo, et inde oritur difficultas fandi, vnde adest ratio non tacendi. Quia in Christo Jesu filio Dei non solum ad diuinam essentiam, sed etiam ad humanam spectat naturam, quod dictum est per prophetam: Generationem eius quis enarrabit? Utranque enim substantiam in vnam conuenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat. Et ideo nunquam materia deficit laudis: quia nunquam sufficit copia laudatoris. ℟. Beata dei genitrix. 80. Lectio quinta.

G Audeamus igitur, quod ad eloquendum tante misericordie sacramentum impares sumus, et cum salutis nostre altitudinem

pro

promere non valeamus, sentiamus nobis bonum esse quod vincimur. Nemo enim ad cognitionem veritatis magis ꝓpinquat, quam qui intelligit, in rebus diuinis etiam si multũ proficiat, semper sibi superesse qđ querat. Nã qui se ad id quo tendit puenisse ꝑsumit, nõ quesita reperit, sed in inquisitione deficit. ℟. Sancta ⁊ im. 80. L. vi.

Preoccupem' faciē eius i 9fes sione: & in psalmis iubilem' ei. Aña. Uenite adoremus eu3: q2 ipse est dominus Deus noster. Quõ Deus magnus dñs, & rex magnus super omnes deos. Quia in manu eius sunt oēs fi nes terrę: & altitudines montiũ ipsius sunt. An. Uenite. vt su. Quõ ipsi' est mare, & ipse fecit illud: & siccã man' eius forma uerunt. Aña. Uenite. vt sup. Et nos populus pascuę eius, & oues manus eius: hodie si vo cem eius audieritis, nolite ob durare corda vestra. Sicut in irritatione ßm diē tē tationis in deserto, vbi tentaue runt me patres vestri, probaue runt & viderunt opera mea. Antiphona. Uenite. vt supra. Quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi, sem per hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas, vt iuraui in ira mea, si in troibunt in requiem meam. Antiph. Uenite. vt supra. Gloria pñi, & filio, & spiritui sã: Aña. Uenite adoremus eu3, q2 ipse est dominus Deus noster. Añ. parcta, cũ suo psal. dr in hac nocte. p oct. vero loco hui' di Aña. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Ps. Fundamēta. 42. Aña. Adorate dominum. all'. i aula sancta ei', al. Ps. Cãtate. An. Adorate Deũ, all'. oēs angeli ei': all'. Ps. Dñs reg. exult. 44. ℣. Adorate Dñm, alla. ℟. In aula sancta eius, alleluia. Lco s. euãg. ßm Matthęũ. c. ij.

Cum natus esset Jesus in Bethlehē Judę in dieb' Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymã, dicentes. Ubi est, qui natus est rex Judęorum? Et reliqua. Homilia S. Gregorij Papę.

Sicut in lectione euãgeli ca fratres carissimi au distis, cęli rege nato rex terrę turbat' ē: q2 nimirũ terrena alti tudo confunditur, cum celsitu do cęlestis aperitur. Sed quę rendum nobis est: quidnam sit quod Redēptore nato pastori bus in Judęa Angelus appa ruit: atq3 ad adorandum hunc ab oriente Magos non Ange lus, sed stella perduxit. Quia uidelicet Judęis, tanquam ra tione vtentibus rationale ani mal, idest angel' prędicare de buit: Gentiles vero quia vti ra tione nesciebãt, ad cognoscen dum dñm, non per voce, sed p signa perducuntur: vnde & per Paulũ dicit. Linguę in signu3 sunt, non fidelibus, sed infideli bus: prophetię autem non inst delibus, sed fidelibus. Q2 & illis prophetię tanquã fidelibus, nõ

infidelibus:ꝛ istis signa, tanquā infidelib⁹,nō fidelib⁹ data sūt. ℟. Stella, quā viderant Magi i oriēte: antecedebat eos do nec venirent ad locū, vbi puer erat. Vidētes aūt eā gauisi sūt gaudio magno. ℣. Et intrātes domū inuenerūt puerū cū Maria matre eius,ꝛ pcidētes adorauerūt eū. Videntes. Lc. viij.

Et notandū, quod Redēptorem nostrum: cum iam perfecte esset etatis,eisdē Gentilibus apostoli pdicant,eūque paruulū, ꝛ necdū per humani corporis officium loquentem, stella Gentibus denunciat: qa nimirum rationis ordo poscebat,vt ꝛ loquentē iam dn̄m loquentes nobis predicatores innotescerent:ꝛ necdum loquentem elemēta muta predicarēt. Sed in oībus signis q̄ vel nascēte dn̄o,vel moriente eo mōstrata sunt,considerandū nobis est, quāta fuerit in quorūdā Judeorum corde duritia,q hunc nec p prophetie donū,nec per miracula agnouerunt. ℟. Videtes stellā Magi gauisi sunt gaudio magno: Et intrantes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius, ꝛ procidentes adorauerunt eum:ꝛ apertis thesauris suis:obtulerunt ei munera, aurum,tus,ꝛ myrrhā. ℣. Stella,quā viderant Magi in oriēte,antecedebat eos, vsq̄ dum veniens staret supra vbi erat puer. Et. Gloria. Et. Lcō ix.

Omnia quippe elementa auctorē suū venisse testata sunt. Ut enim de eis quiddam vsu humano loquar: Deū hunc celi esse cognouerunt: q: stellā protinus miserunt. Mare cognouit: q: sub plantis eius calcabile se pbuit. Terra cognouit,: q: eo moriente cōtremuit. Sol cognouit, q: lucis sue radios abscondit. Saxa,ꝛ parietes agnouerunt: q: tēpore mortis eius scissa sunt. Infernus agnouit, q: hos quos tenebat mortuos, reddidit. Et tamen hunc quē omnia insensibilia elemēta dominum senserunt,adhuc infidelium Judeorū corda Deum minime esse cognoscunt:ꝛ durior saxis,scindi ad penitendū nolūt.

Ad Laudes,ꝛ p Horas. Ana.

Ante luciferū genitus,ꝛ ante secula. dn̄s Saluator noster hodie mundo apparuit. ps Dn̄s reg. 8. cū rel. ꝑs. Venit lumē tuū Jerusalem, ꝛ gloria domini sup te orta est, ꝛ ambulabunt gentes in lumine tuo,halle. An. Apertis thesauris suis obtulerunt Magi dn̄o aurū,tus,ꝛ myrrhā,hall. An. Maria, ꝛ flumina benedicite dn̄o,hymnum dicite fontes domino,hallelu. An. Stella ista sicut flāma coruscat, ꝛ regē regum Deū demonstrat: Magi eam ꝯ viderunt,ꝛ magno regi munera obtulerunt. Cap.

Surge illuminare. Hy⁹. O Sola magnarū vrbiū

Ma/

Maior Bethlehē, cui contigit
Ducem salutis cęlitus
Incorporatum gignere.
Quem stella, quę solis rotam
Vincit decore: ac lumine,
Venisse terris nunciat
Cum carne terrestri Deum.
Videre postquā illuz Magi,
Eoa promunt munera,
Stratiq; votis offerunt
Tus, myrrhā, ꝛ aurū regium:
Regem, Deumq; nunciant
Thesaurus, ꝛ fragans odor
Turis Sabęi, ac myrrheus
Puluis sepulcrum prędocet
Gloria tibi domine,
Qui apparuisti hodie,
Cum patre ꝛ sancto Spiritu
In sempiterna secula. Amen.
℣. Adorate deum, bal. ℟. Oēs angeli ei⁹, bal. Ad Bñs. ana. Hodie cęlesti sponso iuncta est ecclesia: quoniā in Jordane lauit Christus eius crimina: currunt cuz muneribus Magi ad regales nuptias, ꝛ ex aqua facto vino lętantur conuiuę, balleluia. Oratio.
Deus, qui hodierna die. 105.
¶ Ad j. ℟. br. Christe fili Dei viui. ℣. Qui apparuisti hodie. Et sic dicit p octa. Ad iij. Aña. Venit lumē. Cap. Surge, illuminare. ℟. br. Reges Tharsis, ꝛ Insulę munera offerent, Halleluia, balla. ℣. Reges Arabū, ꝛ Saba dona adducent. Hallā, balleluia. ℣. Omnes ð Saba venient, balla. ℟. Auruz, ꝛ tus deferentes, balleluia.

Ad vj. Aña. Aptis the. Capl.
Leua in circuitu oculos tuos, ꝛ vide: oēs isti cōgregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longe venient, ꝛ filię tuę de latere surgent. ℟. Oēs de Saba veniet, Halla, bal le. ℣. Aurum, ꝛ tus deferentes. Hallel. balla. ℣. Adorate dñm, ballel. ℟. In aula sancta eius, ballel. Ad ix. Aña. Stella ista. Cap.
Omnes de Saba veniēt, aurum, ꝛ tus deferentes, ꝛ laudē domino annunciātes. ℟. Adorate dñm, balla, ballel. ℣. In aula scā ei⁹. Halle. ball. ℣. Adorate Deum, balleluia. ℟. Omnes angeli eius, ballel. Ad Vesp. Añ. Ante luciferum. cū rel. vt su. pe Dixit dñs. f. 51. In ñ. ps. In exitu. Et sic dicitur p tota oct. Cap. Surge illuminare: Hymnus. Hostis Hero. 105. ℣. Reges Tharsis. Ad Mag. Añ. Tribus miraculis ornatum diem sanctum colimus: hodie stella Magos duxit ad presepium: hodie vinum ex aqua factum est ad nuptias: hodie in Jordane a Johanne Christus baptizari voluit, vt saluaret nos, balla. Oro, vt su.
¶ Intra oct. Epiph. Inuita. ꝛ hym. vt sup. ꝛ reliq. dicūtur vt in die, pręter lec. ꝛ Antiphonas ad Benedictus, ꝛ Magnificat.
¶ De festis simp. infra eam occurrentibus fit tantum commemo. Officiū dominicę infra eā occurrentis habetur infra.

PRIMA DIE INFRA Octauam Epiphanię.

Si post festũ Epiph. non sequatur dies dñicus, tunc ꝑ primis tribus lcõ. legunt sequẽtes ad Romanos quousq perueniat ad diem dñicum: vbi vero venerit dies dñicus, relinquuntur istę, & dicũr illę q̃ sequuntur post diem oct. Epiph. scriptę ad Corinth. vbi dĩ Dñica j. post Epipha. 113. Et semper lectis primis tribus lcõ. reuertit ad lcgẽ dũ sequentes de ij. & iij. noctur. Prima die infra oct. Epipha. dicũr lec. & Añę ad Bñs, & Mã. quę sequunt, nisi prima dies fuerit dñica: tunc prima dies post Epiph. erit j. post dñicam, & ij. post Epiph. qđ seruatur in alijs dieb⁹ post dñicã ifra oct. occurrentibus. Si dñica venerit in ij. die post Epip. tũc ij. dies erit iij. post Epiph. & ij. post dñicaз, & in alijs similiter, & in seq. diebus post Dñicã. Et omissis lec. de Epistola ad Ro. legit d̃ Epistola ad Corinth. vt inferius in rubric. Dñicę dicitur. fo. 113.

De epistola Beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lcõ prima.

Veritatẽ dico in Chřo Jesu, nõ mẽtior, testimoniũ mihi perhibente ɔsciẽtia mea in spiritu sancto, qm̃ tristitia mihi magna est, & cõtinuus dolor cordi meo. Optabã eniз ego ipse anathema esse a Chřo ꝓ fratrib⁹ meis, qui sũt cognati mei ꝺm carnem, qui sunt Israelitę, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamẽtũ, & legislatio, & obsequiũ, & promissa: quoruз patres, ex quibus est Christus ꝺm carnẽ, qui est super oia Deus benedictus in secula. Amen. ℞. Tria sunt. 105. Lectio ij.

Non autẽ q̃ ceciderit verbũ Dei. Nõ eniз oẽs, qui ex circuncisione sunt Israel, ij sunt Israelitę: neq qui semen sunt Abrahę, oẽs filij Abrahę: sed in Isaac vocabitur tibi semen: idest, non qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, ęstimẽtur in semine. Promissionis enim verbũ hoc est: Secũdũ hoc tempus veniã, & erit Sarę filius. Non solũ autẽ illa, sed & Rebecca ex vno cõcubitu habẽs Isaac patris nostri. ℞. In colũbę. 106. Lec. iij.

Cum eniз nõdũ nati fuissent, aut aliqd boni egissent aut mali, vt ꝺm electioneз propositum dei maneret, nõ ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei: q: maior seruiet minori, sicut scriptuз est, Jacob dilexi, Esau aũt odio habui. Quid ergo dicemus? nũquid iniquitas apud Deũ? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor, cui misertus sũ: & misericordiã pręstabo, cui miserebor. Igitur non volentis neq currentis, sed miserentis est dei. ℞. Reges Thar. 106.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Ad partũ virginis adorãdũ Magi ab oriẽte venerunt.

runt. Hūc diē hodie celebram⁹ huic debitā solennitatē sermonemq; psoluim⁹. Illis dies iste primus illuxit, anniuersaria nobis festiuitate redijt. Illi erant primitię gētiū, nos ppli gentiū. Nobis hoc ligua nūciauit apostolorum, stella illis tanq̄ lingua celorū: & nobis ydē apli tanquā alij celi, enarrauerūt gl'iaz dei. ℟. Illuminare. 106. Lectio v.

Magnū sacramentū? i pse pio tunc iacebat, & Magos ab oriente ducebat: abscondebatur in stabulo, & agnoscebatur in celo: vt agnitus in celo, manifestaretur i stabulo. Et appellatur Epiphania dies iste, quod latine manifestatio dici potest: simul eius celsitudinē humilitatemq; cōmendans: vt qui in aperto celo signis sidereis monstrabatur, in angusto diuersorio quesit⁹ inueniretur, inualidusq; infantilibus membris, inuolutus infantilibus pānis, adoraretur a Magis, timeretur a malis. ℟. Omnes de Saba. 106. Lectio sexta.

Timuit eniz eū rex Herodes eisdē Magis sibi nūciantibus, cū adhuc quererent paruulū, quē cognouerāt celo teste iaz natū. Quid erit tribunal iudicātis, qn superbos reges cuna terrebat īfantis? Quāto psultius reges, nō sicut Herodes interficere querāt, sed sicut Magi potius adorare velle(n)t ... iaz psertiz eū, qui & ipsā mortez, quā cuplebat inimicus inferre, et pro ipsis inimicis ab inimicis sustinuit, eamq; i suo corpore occisus occidit. Pie timeant reges ad patris dexterā iam sedentem, quez rex impius timuit adhuc matris vbera lambentez. ℟. Magi veniunt. folio 106.

In iij. noc. Leō s. euā. s̄z Matt. Cum natus eēt Jesus. fol. 107. vt su. in festo. Sic semp ppōit lec. euāgelij ante j. lec. de Dom. De Dom. s. Greg. papę. Le. vij.

Sed & inter hec sciendū est: qp Priscillianistę heretici nasci vnūquemq; hoiem sub constitutionibus stellarum putant: & hoc in adiutoriuz sui erroris assumunt: qp noua stella exijt, cū dns in carne apparuit: cui⁹ fuisse fatū eandē, quę apparuit, stellā putant. Sed si euāgelij verba pensemus, qb⁹ de eadē stella di, Usq; dū veniēs staret supra, vbi erat puer: dū nō puer ad stellā, sed stella ad puerū cucurrit, si dici liceat, non stella fatum pueri, sed fatū stellę is, qui apparuit, puer fuit. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

Sed absit a fideliū cordibus, vt aliqd eē fatuz dicāt. Uitā quippe hoiuz sol⁹ hāc cōditor, q creauit, administrat: Neq; eniz ppter stellas homo, sed stellę propter hominē factę sunt: & si stella faty hominis dicitur, ipsis suis ministerijs subesse homo perhibetur. Certe cuz Ja-

Jacob de vtero egrediēs prioris fratris plātā teneret manu, prior perfecte nequaq̃ egredi potuit, nisi ꝛ subsequens incho asset: ꝛ tamen cum vno tempore eodemque momento vtrunque mater fuderit, nō vna vtriusque vitę ęqualitas fuit. ℟. Videntes. 107. Lectio nona.

Sed ad hoc solēt mathematici rn̄dere, q: virtus cōstellationis in ictu pūcti est. Quib⁹ e diuerso nos dicimus: q: magna est mora natiuitatis. Si igit̄ in ictu cuncti constellatio ꝑmutat̄, necesse iam erit, vt tot dicāt fata quot sunt mēbra nascentiū. Fateri ēt mathematici solēt, quod quisquis i signo Aquary nascitur, i hac vita piscatoris ministeriū sortiat̄: piscatores vero, vt ferk, Getulia nō hēt: q̃s ergo dicat, q: nemo illic i stella Aquary nascit̄, ubi piscator omnino non habetur? Ad Bñs. Añs. Ab oriēte venerunt Magi i Bethlehē adorare dn̄z, ꝛ apertis thesauris suis: preciosa munera obtulerūt: aurū sicut regi magno: tus, sicut Deo vero: myrrham sepulturę eius, balsā. Ad Magnif. Añs. Videntes stellam Magi gaui si sunt gaudio magno, ꝛ intrantes domū obtulerūt dño aurū, tus, ꝛ myrrham, halleluia.

SECVNDA DIE

De epistola ad Romanos. L. j.

Obsecro itaq; vos fratres ꝑ misericordiā dei, ut exhibeatis corpa vestra hostiā viuentez: sanctā, Deo placentem: rationabile obsequium vestrū. Et nolite cōformari huic seculo, sed reformamini i nouitate sensus vestri: vt probetis, quę sit volūtas dei bona, ꝛ beneplacens: ꝛ perfecta. Dico enim per gratiā, quę data est mihi oībus qui sunt inter uos, nō plus sapere, quā oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē, ꝛ vnicuiq; sicut Deus diuisit mēsurā fidei. ℟. Tria sunt. 106. Lectio ij.

Sicut enim i vno corpore multa mēbra habemus, oīa autē mēbra nō eundē actuz habent: ita multi vnuz corpus sumus in Christo, singuli autez alter alterius mēbra. Habentes autem donationes secundū gratiam, quę data est nobis differentes: siue prophetiam, secūdum rationem fidei: siue ministerium, in ministrando: siue q docet, in doctrina: q exhortat̄, in exhortando, q tribuit: in simplicitate, q preest, in solicitudine, qui miseretur, i hilaritate. ℟. In columbę. 106. Lect. iij.

Dilectio sine simulatione, odientes malū, adhęrentes bono: charitate fraternitatis inuicē diligētes, honore inuicē ꝑuenientes: solicitudine nō pigri: spiritu feruētes: dño seruiētes, spe gaudētes, i tribulatiōe patiētes, orationi instātes, necessitatibus sanctorum cōmunicantes, hospitalitatez sectātes,

Benedicite persequētibus vos benedicite, et nolite maledicere gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus: idipsum inuicem sentiētes: nō alta sapiētes, sed humilibus consentientes.
℟. Reges Tharsis. 106.
De serm. s. Augu. epi. Lectio iiij.

Denique cum tam multi iam nati, atque defuncti essent reges Judeorum: nunquam quenquam eorum adorādum Magi quęsierunt: quia nec quemquam eorum cęlo loquente didicerunt. Ueruntamen, quod pretereundum nō est, hec Magorū illuminatio, magnum testimoniū cęcitatis extitit Judęorum: quia in terra eorum isti requirebāt: quod illi in sua nō agnoscebant. ℟. Illuminare. 106 Lectio v.

Apud eos isti infantē iuuenerūt, quem illi apud se negauerūt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christū nōdum verba promētem adorauerūt, vbi ciues illi iuuenē miracula facientē crucifixerunt. Isti in mēbris paruis deū adorauerunt: illi in magnis factis nec tāquā homini pepercerūt: quasi plus fuerit videre nouā stellā in eius natiuitate fulgētem, quā solē eius in morte lugētē. ℟. Oēs de Saba. 106. Lectio vi.

Iam vero quod eadem stella, que Magos perduxit ad locū vbi erat cū matre virgine Deus infans, quę vtique poterāt eos ad ipsam perducere ciuitatē: se tamē subtraxit: nec eis prorsus apparuit donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, īdem ipsi interrogarentur Judęi: vt ipsi eam secundum diuinę scripturę testimonium nominarent, ipsi dicerent, Bethlehem non es minima in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel: Quid aliud hic significauit diuina prouidentia: nisi apud Judęos solos diuinas literas remansuras, quibus Gentes instruerentur, ille excecarentur. ℟. Magi. 106.
De Hom. s. Greg. papę. Lectio vij.

Magi vero aurum, thus: et myrrhā deferunt. Aurū quippe regi cōgruit: thus vero in Dei sacrificiū ponitur: myrrha autem mortuorū corpora condiuntur. Eum ergo Magi quē adorant, etiam mysticis muneribus predicant, auro regem, thure Deū, myrrha mortalē. Sūt vero nōnulli heretici, qui hūc Deū credunt, sed vbique regnare nequaquā credunt. Hi profecto ei thus offerunt, sed offerre etiam aurū nolunt. Et sunt nonnulli, qui hunc regem existimāt: sed deū negant. Hi videlicet ei aurum offerunt, sed offerre thus nolunt. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

Et sunt nōnulli, qui hunc et Deū, et regem fatentur: sed assūpsisse carne mortalē negāt. Hi nimirū ei aurū et thus offerūt: sed offerre myrrham assumptę mortalitatis nolunt. Nos itaque nato

nato domino offeramus, aurũ, vt hunc vbique regnare fateamur. Offeram⁹ t⁹, vt credam⁹ quod is, qui in tempore apparuit, Deus ante tẽpora extitit. Offeramus myrrham, vt eũ quem credimus in sua diuinitate impassibilem, credamus etiã ĩ nostra fuisse carne mortalem. ℟. Videntes. 107. L. ix.

Quamuis in auro, ture, & myrrha itelligi, & aliud potest. Auro nãq; sapientia designat, Salomone attestante: q ait. Thesaurus desiderabilis requiescit i ore sapiẽtis. Ture autem, quod deo incẽditur, virt⁹ orationis exprimit, Psalmista testãte, qui dicit: Dirigat oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo. Per myrrhã vero carnis nostrę mortificatio figuratur: vnde sãcta Ecclesia de suis operarijs vsque ad mortem p Deo certantibus dicit: Man⁹ meę stillauerunt myrrham.

Ad Bñs. Ana Tria sunt munera, quę obtulerũt Magi domino, aurum, tus, & myrrhã, filio Dei, regi magno, alleluia. Ad Mag. ana. Lux de luce apparuisti. Chr̃e, cui Magi munera offerunt, allã. allã. all.

TERTIA DIE.

De epistola ad Romanos. L. i.

Omnis anima potestatib⁹ sublimiorib⁹ subdita sit: nõ est enim potestas nisi a Deo. Quę autẽ sunt, a Deo ordinata sunt. Itaq; q resistit potestati, Dei ordinatiõi resistit. Qui autem resistũt, ipsi sibi damnationem acquirunt, nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonũ. ℟. Tria sunt. 106. Lec. ij.

Si autem malũ feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei eniz minister est iudex in iraz ei, qui malũ agit. Ideo necessitati subditi estote, nõ solum propter iram, sed etiam propter conscientiã. Ideo eniz & tributa p̃statis: ministri eni Dei sunt, in hoc ipsũ seruientes. Reddite ergo oib⁹ debita: cui tributum, tributuz: cui vectigal, vectigal: cui timorem timorem: cui honorem, honorẽ. ℟. In colum. 106. L. iij.

Nemini quicquã debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui eñ diligit p̃ximũ, legẽ impleuit. Nã, Nõ adulterabis: nõ occides: nõ furaberis: nõ falsũ testimoniũ dices: nõ ꝯcupisces. & si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instaurat: Diliges proximum tuum sicut te ipsuz. Dilectio proximi malũ nõ operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. ℟. Reges Thar. 106.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

Celebrato primo die quo intemerata vĩginitas humani gñis edidit Saluatorẽ, epiphanię nobis, dilectissimi veneran

neranda festiuitas dat perseue rātiā gaudiorū: vt inter cognatarū solennitatū vicina sacramenta exultationis vigor, ⁊ feruor fidei nō tepescat. Ad oium enim hominū spectat salutem, qđ infantia Saluatoris, ac mediatoris dei ⁊ hoium, iam vniuerso declarabat mūdo, cū adhuc exiguo detineretur oppidulo. ℟. Illuminare. 106. Le. v.

Quamuis enim Israeliticā gentē, ⁊ ipsius gentis vnam familiam delegisset, de qua naturā uniuersę humanitatis assumeret: noluit tñ intra maternę habitatiōis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab omnibus uoluit agnosci, qui dignatus est p oib⁹ nasci. Tribus igitur Magis i regione orientis stella noue claritatis apparuit, q̄ illustrior cęteris, pulchriorq̧ siderib⁹, facile in se intuentium oculos aiosq̧ converteret: vt confestiz aduerteretur, non esse ociosuz, quod tam insolitum videbatur. ℟. Omnes de Saba. 106. Le. vi.

Dedit ergo aspicietib⁹ intellectū, q̄ pstitit signū: ⁊ qđ fecit intelligi, fecit inquiri: ⁊ se inueniēdū obtulit requisitus. Sequunt tres viri superni luminis ductū: ⁊ puiȳ fulgoris indiciū intēta ɔtemplatiōe comitātes: ad agnitionē v̄itatis grę splēdore ducūtur: q̄ humano sensu significatū sibi regis ortū ęstimauerūt i ciuitate regia eē q̄rendū. Sed qui serui susceperat formā, ⁊ nō iudicare venerat, sed iudicari, Bethlehez p̄ęelegit natiuitati, Jerosolymā passioni. ℟. Magi. 106.

De Dom: c. Greg. hō. Lect. vij.

Magnū vero nobis aliqd Magi innuunt, q̧ in regionē suā per aliā viā reuertuntur. In eo nanq̧ quod admoniti faciūt, nobis profecto insinuant, qd faciamus. Regio quippe nr̄a paradisus est, ad quā Jesu cognito, redire per viā qua venimus prohibemur. A regione etenim nr̄a superbiendo, inobediēdo, visibilia sequēdo, cibum vetitum gustando discessimus: sed ad eā necesse est, vt flēdo, obediendo, visibilia contemnēdo, atque appetitum carnis refrenādo, redeamus. ℟. Stella. 107. Lectio octaua

Per aliā ergo viā ad regionē nr̄am regredimur: q̄m qui a paradisi gaudijs p dlecta mēta discessim⁹, ad hęc per lamēta reuocamur. Vñ necesse ē fratres carissimi, vt semper pauidi, semperq̧ suspecti ponam⁹ ante oculos cordis, hic culpas operis, illinc iudiciuz extremę districtionis. Pensemus quam districtus iudex veniat, qui iudicium minatur, ⁊ latet: terrores peccatoribus intentat, ⁊ tamen adhuc sustinet. Et idcirco venire citius differt, vt minus inueniat, quod condemnet. ℟. Videntes. 107. Lectio. ix.

Q unia/

Planiamus fletib⁹ culpas, & cũ Psalmiste voce preueniamus faciẽ eius in cõfessione. Voluptatum nos ergo fallacia nulla decipiat, nulla vana letitia seducat. In proximo nãque est iudex, qui dixit: Ve vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. Hinc enim Salamon ait: Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Hinc iterum dicit: Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Hinc rursus ait: Cor sapientium, vbi tristitia est, & cor stultorum, vbi letitia.

Ad Bñs. Añа. Vidimus stellam eius in oriente, & venimus cum muneribus adorare dñm.

Ad Mag. Añа. Interrogabat Magos Herodes: quod signũ vidistis sup natuʒ regeʒ? stellam vidimus fulgentem, cuius splendor illuminat mundũ.

QVARTA DIE.

De epistola ad Romanos. L. j.

c. 14. Infirmũ autẽ in fide assumite, nõ i disceptationib⁹ cogitationũ. Alius eniʒ credit se manducare oia, Qui autẽ infirmus est, olus manducet. Is qui manducat, nõ manducantẽ non sperant: & qui nõ mãducat, manducanteʒ nõ iudicet: Deus eniʒ illũ assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienũ seruũ? Dño suo stat, aut cadit: stabit auteʒ: potens est enim Deus statuere illum. ℟. Tria sunt. 106. L. ij.

Nam alius iudicat dieʒ inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, domino sapit: & qui manducat, domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, domino nõ mãducat, & gratias agit deo: nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue eniʒ viuimus, dño viuim⁹: siue morimur, dño morimur. Siue ergo viuimus: siue morimur, dñi sumus. ℟. In colũbe. 106. L. iij.

In hoc eniʒ Chrs mortu⁹ est, & resurrexit, vt & mortuorum, & viuorum dñetur. Tu autẽ qd iudicas fratrẽ tuuʒ? aut tu quare spernis fratrẽ tuũ? Oẽs eni stabim⁹ ante tribunal Christi. Scriptũ est enim: Viuo ego dicit dñs: qm mihi flectet omne genu, & omnis lingua cõfitebitur deo. Itaqʒ vnusquisqʒ nostrũ pro se rationẽ reddet Deo. Nõ ergo ampli⁹ inuicẽ iudicemus. ℟. Reges Tharsis. 106.

Sermo s. Maximi epi. L. iiij.

In hac, dilectissimi, celebritate, sicut relatu patērne traditiõis instruimur, multiplici nobis ẽ festiuitate letãdũ. Ferunt eniʒ hodie Chrm dñm nrm vel stella duce a Gentibus adoratum, vel inuitatuʒ ad nuptias, aquas i uina vertisse: vel suscepto a Johãne baptismate ꝯsecrasse fluēta Iordanis, suũqʒ simul purificasse Baptistam. ℟. Illu/

℞. Illuminare.106. Lectio v.

Sed quid potissimũ ꝓsenti hoc factũ sit die, nouerit ipse: qui fecit: nos tñ credere: nec dubitare debem⁹, quicqd illud est, factum esse pro nobis. Nã quod eñ fulgentioris stelle radijs incitati adorauere Chaldei, Deum uerũ gentibus spes data est adorandi. Quod aque nouo sunt ordine in vina mutate, noui nobis poculi ꝓlibatum est sacramẽtũ. Qđ aũt baptizatus est agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum. ℞. Omnes de Sab. 106. Lectio. vj.

Oportet itaq̃ nos fratres, ad honorẽ Saluatoris nostri, cuius natiuitatẽ debita nuper cũ exultatiõe trãsegim⁹, et cũ deuotione etiã hũc virtutũ eius celebrare natalem. Et quã recte tria hec nobis vno actã i die mysteria ꝓdicant, q in effabilis trinitatis arcanũ vno vel sub noie ꝯfitemur. Per hec ergo miracula Chr̃i dñs redẽptor nr̃ oculis se voluit reuelar̃ mortaliũ: quaten⁹ inuisibilis ei⁹ diuinitas q̃ latebat i hoie, i opere nõ lateret. ℞. Magi ve. 106.

Dom. s. Hierony. ꝑsbr. Le. vij.

Vidimus eñ stellã eius i oriente. Ad ꝯfusionẽ Judeorũ, vt natiuitatẽ Chr̃i a gentib⁹ discerẽt: orit̃ in oriente stella quã futurã Balaã, cui⁹ successores erãt, vaticinio nouerãt Lege Numerorũ librũ. Deferũtur aũt Magi stelle indicio in Judeã: vt sacerdotes a Magis interrogati vbi Chr̃s nasceret̃ inexcusabiles fierent de aduentu eius. ℞. Stella, 107. L. viij.

At illi dixerũt: In Bethlehẽ Judee. Librariorũ error est. Putam⁹ enim ab euãgelista primũ editũ, sicut i ipso Hebraico legim⁹, Jude nõ Judee. Que est enim aliarũ gẽtiũ Bethlehẽ, vt, ad distinctionẽ eius, hic Judee poneret̃? Jude autẽ idcirco scribit̃, q: est alia Bethlehẽ in Galilea. Lege librũ Jesu filij Naue. Deniq̃ ⁊ in ipso testimonio, quod d̃ Michee prophetia sumptũ est, ita habetur. Et tu Bethlehẽ terra Juda. ℞. Videntes. 107. Le. ix.

Et apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera, aurũ, tus, ⁊ myrrhã. Pulcherrime munerũ sacramenta Juuẽcus presbyter vno versiculo cõprehendit: Tus, aurũ, myrrhã, regiq̃, hominiq̃, Deoq̃, dona ferunt. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodẽ, per aliã viã reuersi sunt i regionem suam. Qui munera obtulerunt domino, consequẽter responsum accipiunt non per angelum, sed per ipsum dominum: vt meritorum Joseph priuilegium demonstraretur. Reuertuntur autem per aliam viam: quia infidelitati misceri non erant Judeorum.

Ad Bñs. Añ. Omnes nationes

nes venient a longe portantes munera sua, all. Ad Mag. Ana. Omnes de Saba venient, aurum, et tus deferentes, alla, alla.

QVINTA DIE.

De epistola ad Romanos. Le. j.

c. 15. Debemus aut nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Quecunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: vt per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus. R. Tria sunt. 106. Le. ij.

Deus aut patientie, et solatij: det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum, et patrem domini nostri Jesu Christi. Propter quod suscipite inuicem, sicut et Christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei: ad confirmandas promissiones patrum: gentes autem super misericordia honorare deum, sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine: et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit Letamini gentes cum plebe eius. Et iterum. Laudate omnes gentes dominum, et magnificate eum omnes populi. R. In columbe. 105. Le. iij.

Et rursus Isaias: Et erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo: vt abundetis in spe, et in virtute spiritus sancti. Certus autem sum, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens propter gratiam, que data est mihi a deo, vt sim minister Christi Jesu in gentibus sanctificans euangelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto. R. Reges Thar. 106.

Sermo s. Fulgentij epi. Le. iiij.

Ipse deus, qui sibi primitias offerri mandauit, homo natus, primitias gentium hodie suo cultui dedicauit. Pastores fuerunt primitie Judeorum: Magi facti sunt primitie gentium. Illi de proximo adducti, isti de longinquo reducti. Ubi est, inquiunt, qui natus est rex Judeorum? De Herode rege Judeorum filij iam nati fuerant. Archelaus natus est in palatio, Christus in diuersorio. Archelaus natus, in lecto est positus, Christus aut in presepio est collocatus: et tamen ille contemnitur, iste queritur: ille nullatenus nominatur, iste inuentus suppliciter adoratur. R. Illuminare. 106. Le. v.

Quis est iste rex Judeorum et pau-

pauper & diues, humilis & sublimis, qui portatur vt paruulus, adoratur vt Deus, paruulus in presepio, immensus in celo, vilis in pannis, preciosus in stellis. Quid turbaris Herodes? Rex iste nõ venit reges pugnãdo superare, sed moriẽdo mirabiliter subiugare. Nec nat⁹ est, vt tibi succedat, sed vt in eũ mundus fideliter credat: venit nõ vt pugnet viuus, sed vt triũphet occisus. ℟. Oẽs de Saba. 109. L. vi.

Puer iste, qui dicitur Rex Judeorũ: idem creator est, & dominus angelorũ. Quapropter cuius times infantiã nascentis, magis timere debes omnipotentiam iudicantis. Noli eum timere regni tui successore, sed tue infidelitatis iustissimũ dãnatorẽ: ite, inqt, vt & ego veniẽs adorẽ eũ. O calliditas ficta, o crudelitas impia, o nequitia fraudulẽta: sanguis innocentũ, quem crudeliter effudisti, attestatur quid de hoc puero voluisti. ℟. Magi veniũt. 106.

Homilia s. Ambrosii epi. L. vij.

Que sũt ista vere fidei munera: Aurũ regi, tus deo myrrha defuncto. Aliud enim regis insigne, aliud diuine sacramentũ est potestatis: aliud honor est sepulture, que nõ corrũpat corp⁹ mortui, sed reseruet. Nos quoque qui hec audiuimus, & legimus, de thesauris nostris talia, fratres, munera proferamus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igitur in te ipso, non ex te debes estimare quod es, sed ex Christo: quanto magis i Christo nõ tua debes estimare, sed Christi. ℟. Stella. 107. Lectio viij.

Ergo Magi de thesauris suis offerũt munera. Uultis scire quã bonum meritum habeant? Stella ad his videtur: & vbi Herodes est non videtur. Ubi Christ⁹ est rursus videtur, & viã monstrat: ergo stella hec via est, & via Christus: quia secundum incarnationis mysterium, Christus est stella. Orietur enim stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel. Denique vbi Christus, & stella est. Ipse enim est stella splendida, & matutina. Sua igitur ipse luce se signat. ℟. Uidentes. 107. L. ix.

Accipe aliud documẽtũ. Alia venerũt via Magi, alia redeũt. Qui enĩ Chrm videràt, Chrm intellexerant, meliores vtiq quã venerãt, reuertũtur: Due qppe sunt vie, una q̃ ducit ad interitũ, alia q̃ ducit ad regnum. Illa peccatorũ est, que ducit ad Herodem: hec via Christus est, qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis est incolat⁹, sicut scriptũ est: Multũ incola facta est anima mea. Ad Bñs. Añ. Ueniẽt ad te, q detrahebãt tibi, & adorabũt vestigia pedũ tuorũ. Ad M. Añ. Admoniti Magi i sõnis, p aliã viã reuersi sunt in regiones suã.

Sabbatho infra octa. Epipha. Ad Vesperas. Capitulum.

Fratres, Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam: Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Hy. Hostis Herodes. 105 V. Reges Tharsis. Ad M. An. Remansit puer Jesus in Jerusalem, et non cognouerunt parentes eius, existimantes illum esse in comitatu: et requirebant eum inter cognatos et notos: Oratio.

Vota, quesumus domine, supplicantis populi celesti pietate prosequere: ut et que agenda sunt, videant, et adimplenda, que viderint conualescant. Per domi.

Deinde fit com. Epi. per Añam, que occurrit, secundum ordinem dierum infra octa. V. Omnes de Saba venient: ba[?]lia. R. Aurum et tus. Orō.

Deus qui hodierna die, 105.

DOMINICA INFRA Octauam Epiphanie.

Totum Officium di de Epip. preter lectiones, Capla, Añas ad Bñs: et ad Mag. et Orationem. ¶ In j. noc. ponitur Epla prima ad Corinth. que inferius post oct. habetur: et legitur de ea seq. diebus: lectiones vero, que aliquando supersunt de epistola ad Romanos, eo anno pretermittunt. Qñ Epiph. Dñi in dñica venerit. Sabb. seq. fit Offm de Dñica, et in j. noct. legunt lectiones de epla ad Rom. vt infra. Epla vero ad Corint. tunc ponitur in die oct. De epistola B. Pauli apostoli ad Romanos. Lectio prima.

Commendo autem vobis Phoeben sororem nostram, que est in ministerio Ecclesie, que est in Cenchris: ut eam suscipiatis in dño digne sanctis, et assistatis ei in quocunque negocio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, et mihi ipsi. Salutate Priscam, et Aquilam adiutores meos in Chro Jesu (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed et cuncte Ecclesie gentium) et domesticam Ecclesiam eorum. R. Hodie in Jordane. 105. Le. ij.

Rogo autem uos fratres: ut obseruetis eos qui dissensiones et offendicula preter doctrinam: quam uos didicistis: faciunt, et declinate ab illis. Huiuscemodi enim Chro dño nostro non seruiunt, sed suo ventri: et per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in uobis, sed volo vos sapientes esse in bono: et simplices in malo. R. In columbe. 106. Lec. iij.

Salutat vos Timotheus adiutor meus: et Lucius, et Jason, et Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in dño. Salutat

vos Caius hospes meus, & vniuersa Eccl'a. Salutat vos Erastus: Arcari' ciuitatis, & Quartus frater. G'ra dñi nostri Jesu Christi cu3 oibus uobis. Amē. ℟. Reges Tharsis. fo. 106.

Sermo s. Leonis Pape. L. iiij.

Iustū & rationabile: dilectissimi, & verę pietatis obsequium est, in diebus qui diuinę opera misericordię protestanť, toto corde gaudere, & honorifice ea, q̄ ad salutē nr̄a3 gesta sunt celebrare, vocante nos ad hāc deuotionē ipsa recurrētium tempo3 lege, quę nobis post diē, quo coęternus patri filius dei natus ex virgine ē, breui interuallo Epiphanię itulit festū, ex apparitione dñi ɔsecratū. ℟. Illuminare. 106. Le. v.

In quo fidei nostrę magnū presidiu3 prouidētia diuina constituit: vt du3 solenni veneratione recolitur adorata in exordijs suis Saluatoris infantia, p ipsa originalia documenta probaretur veri hominis in Christo orta natura. Hoc enim est quod iustificat impios: hoc est quod ex peccatoribus facit sanctos, si in uno eodemq3 dño nostro Jesu Christo, & vera deitas, & vera credaf humanitas: Deitas, qua ante omnia secula in forma Dei ęqualis est patri: humanitas, qua nouissimis diebus in forma serui vnitus est homini. ℟. Omnes de Saba. fol. 106. Lectio sexta.

Ad roborandū ergo hanc fidem, quę cōtra omnes premuniebatur errores, ex magna gestum est diuini pietate consilij, vt gēs in longinqua orientalis plagę regione consistens, quę spectandorum siderū arte pollebat, signum nati pueri: qui supra omnem Israel eēt regnaturus acciperet. Noua enim claritas apud Magos stellę illustrioris apparuit, & intuētium animos ita ad rationem sui splendoris impleuit: vt nequaquam sibi crederent negligendum, quod tanto nunciabatur indicio. ℟. Magi ve. 106.

Lcō s. euāg. s̄m Luc. Lec. vij. ca. 2.

Cum factus eēt Jesus annor duodecim, ascēdētibus illis Jerosolymā s̄m cōsuetudinē diei festi, ɔsummatisq3 diebus cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusalē. Et reli.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Duodecimo anno, vt legimus dñice sumit dispensationis exordiū. Hic.n. p̄dicandę fidei euangelizantiu3 numerus debebat. Nec ociose immemor suor s̄m carnem parentū, qui secundum carnem vtriq3 sapientia Dei implebatur & gratia, Post triduum reperitur in tēplo: vt esset indicio, quia post triduum triumphalis illius passionis in sede celesti, & honore diuino, fidei nr̄ę se resurrecturus offerret, q mortuus credebatur. ℟. Stella. 107. L. viij.

Q Uid est, quod me querebatis? Due sunt in Christo generationes, vna est paterna, materna altera: paterna diuinior, materna vero q in nrm laborem vsumque descendit. Et ideo q supra naturã, supra etatem, supra consuetudinez sunt, nõ humanis assignanda virtutibus, sed diuinis referẽda sũt potestatibus. Alibi eũ ad mysteriũ mater impellit, hic mater arguitur, q adhuc, que humana sunt, exigat: sed cũ hic duodeciz describat annorum, illic discipulos habere doceatur: Vides matrẽ didicisse a filio, vt exigeret a validiore mysteriũ, q stupebat i iuniore miraculũ. ℟. Videntes. 107. Lec. iii.

E T venit Nazareth, et erat subdit⁹ illis. Quid enim magister virtutis, nisi officiũ pietatis impleret? Et miramur si pr̃i defert, qui subdit matri? Non vtique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est. Attollat licet seuis emissus latebris coluber pãdiç caput, et serpentinis euomat venena pectorib⁹: cũ dicit se filiũ missuz: maiorẽ hereticus appellat patrez: vt imperfectũ filiũ dicat, q põt habere maiorẽ: vt alienis auxilijs asserat eũ, q mittit, idigere. Ad Ben. Añ. Remansit puer Jesus. fol. 113. Oro. Uota qs dñe. vt su. i vet. Deinde fit cõme. de Epiph. Añ. Hodie celesti sponso. ℣. Oẽs de Saba. ℟. Aurũ et tus. Oro.

D eus qui hodierna die. 105. Ad iii. Cap. Fratres, obsecro. ℟. br. Reges Tharsis. ℣. Omnes de Saba. ¶ Ad vi. Cap.

D Ico. n. p grãz dei q data est mihi, oibus qui sunt inter vos, non plus sapere, quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. ℟. br. Omnes de Saba. ℣. Adorate dominum.

Ro. 11.

Ad Nonam. Capitulum.

S Jcut enim in vno corpore multa mẽbra habem⁹ oia aũt membra non eundez actum habent: ita multi vnũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, in Christo Jesu dño nostro. ℟. Adorate dominum. ℣. Adorate Deum. Ad Vesp. An. Ante luciferũ genit⁹. cũ rel. Añis. et psal. in ii Vesp. d Epiph. Ca. Fratres, Obsecro. Hymnus. Hostis Herodes. 105. ℣. Reges Tharsis. Ad Mag. Aña. Fili quid fecisti nobis sic? ego et pater tuus dolentes querebamus te. Quid est q me querebatis? nesciebatis, q in hijs, que patris mei sunt, oportet me esse? Oratio. Uota qs domine. Et fit cõm. de Epiph. An. Tribus miraculis. ℣. Oẽs d Sab. Oro d Epiph. D e⁹, q ho. 105. ¶ Si oct. Epiph. in dnica venerit, nihil de ea fit d dñica. ¶ In octaua Epiphanie. ¶ In i. Vesper. omnia dicuntur, sicut in vig. Epiph. excepta oratione. Oratio.

Vsu.

D eus

Deus, cuius vnigenitus i substātia nr̄e carnis apparuit: p̄sta q̄s, vt per eū, quē similē nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum viuit. Ad Mat. Inu. Chūs apparuit. Hy. Hostis Herod. 105. Ant. Afferte dn̄o. cū reli. sicut in die Ep. p̄ter lc̄ō. In j. noct. legunt lect. q̄ occurru. b3 ſ̄ipiorē rub. R. j. Hodie in Jordane. fo. 105. R. ij. In columbe specie. f. 106. R. iij. Reges Tharsis. 106.

Sermo Sancti Gregorij Naziazeni. Lectio quarta.

Non possum cohibere leticię voluptatē, sed mēte extollor, ꝛ afficior: ꝛ proprię pusillitatis oblit⁹, officiū magni Johānis, immo potius famulatū subire cōtēdo, vel gestio: ꝛ licet nō sū p̄cursor, ð eremo tñ vēio. Chūs ergo illuminat, immo potius fulgore suo nos illuminat. Chūs baptizat, simul ꝛ nos dscēdam⁹, vt cū ipso pariter ascēdam⁹. R. Illūminare. 106. Le. v.

Johānes baptizat, ꝛ accedit Jes⁹ sanctificans qdē ꝛ ipsuꝫ q baptizat, p̄cipue tñ, vt ꝛ veterē Adā sepeliat i aq̄s, ꝛ ante oīa vt per hoc sanctificent aquę Jordanis: vt sicut erat spiritus ꝛ caro, ita ꝛ his q baptizādi erāt in spiritu ꝛ aqua sancti ficationis successio traderetur. Nō suscipit Baptista, ꝛ p̄tēdit Jesus. Ego inqt, op⁹ habeo a te baptizari. Lucerna dicit ad Solē, ꝛ Vox loquit ad Verbū. R. Oēs de Sa. 106. Lcō vi.

Ascendit Jesus de aqua: secuꝫ quodāmodo ðmersum educens, ꝛ eleuās mūdū: ꝛ vidit nō diuidi celū, sed apiri, qð sibi ac nobis post se aliquando Adam ille pclūserat: sicut ꝛ ignea rōphea paradis⁹ fuerat pclusus. Spūs scūs testimoniuꝫ perhibet. Similia nanq̄ sibi ipsa pcurrūt. De celo testimoniū ðfert: ide. n. erat ille cui testimoniū phibet. R. Magi. fo. 106.

Lcō s. euāg. s̄m Johānē. Le. vij.

In illo tpe: Vidit Johannes Jesuꝫ venientē ad se, ꝛ ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Et reliq.

Homilia s. Augustini episcopi.

Anteq̄ȝ venisset dominus, vt baptizaret a Johāne in Jordane, nouerat eum illis vocibus vbi ait. Tu ad me venis baptizari: ego a te debeo baptizari. Sed ecce dn̄m nouerat nouerat filium Dei. Unde probamus, q̄ iam nouerat, q2 ipse baptizaret i spiritu sancto? Anteq̄ȝ veniret ad fluuiū, cuꝫ multi ad Johannem currerent baptizari, ait illis: Ego quidē baptizo vos i aqua: q aūt post me venit, maior me est, cui⁹ nō suꝫ dignus corrigiā calciamēti soluere: ipse vos baptizabit in spū sancto, ꝛ igni. Jam ꝛ hoc nouerat. R. Stella. 107. Lec. viij.

 Quid

QUid ergo p columbaz vt dicit,ne mẽdax postea inueniretur?(qđ auertat a nobis deus opinari)nisi quādā ꝓprietatē i Chřo talē futurā, vt quā uis multi ministri baptizaturi essent,siue iusti:siue iniusti,non tribueretur sāctitas baptismi, nisi illi sup quē descendit colūba,de quo dictum est,Hic est, qui baptizat in spiritu sancto. Petrus baptizet,hic est qui baptizat.Paul⁹baptizet:hic est q baptizat. Nā si pro diuersitate meritorū baptisma sanctuz est: q: diuersa sunt merita:diuersa erūt baptismata: ꝛ tāto quisq̃ aliquid meli⁹ putat accipere, quāto a meliore videt accepisse. ℟. Uidentes.107. Lec.ix.

IPsi spirituales sancti,intelligite fratres mei,boni pertinētes ad colūbā: ptinētes ad sortē ciuitatis illius Jerusalē,ipsi boni i Ecclesia, de quibus dicit Apostolus:Nouit dñs q sunt eius:diuersaꝝ grãrū sūt: nō omnes paria merita habēt. Sunt alij alijs sanctiores,sunt alij alijs meliores.Quare ergo si unus ab illo:verbi gratia, iusto,sancto baptizet,ali⁹ab alio inferioris meriti apud Deū: inferioris grad⁹, inferioris ptinētię,inferioris vitę,unū tamē, ꝛ par,ꝛ ęquale est qđ acceperūt, nisi quia hic est,qui baptizat? Ad laud.ꝛ p hor.ꝛ ad vesp oia dīr sicut i die Epi.excepta oīone.Si oct.Epiph.in sabb. venerit in ij.vesp.oct.fit cōm.Dñicę ij.post Epi: ¶ Qñ ante lxx. venerit in j.Dñica post octa.Epi. tūc in j.Sabb.post oct.nō impedito festo ix. lcō. alioqui prima die post oct.fiat offiñ fer.i qua ꝑia Dñicę ij.post Epip. prima ponunt, ꝛ tres lectio.legunt de Hom:eiusdē dñicę cū ei⁹Añ.ad Bñs.ꝛ Oione.Festū vero secūdu.in ea occurrēs,trāsfert i primā diē similiter nō impeditā.

DOMINICA PRIMA, post Epiphaniam:

Quę est infra oct. legit Epła j. ad Corint.sz supiore rub. 113

Incipit Epistola prima Beati Pauli apłi ad Corinthios.Ca.j.

PAul⁹ vocat⁹apłs Jesu Chřı p voluntatem Dei,ꝛ Sosthenes ff,ecclesię Dei q̃ est Corithi, sctificatis in Christo Jesu,vocatis sanctis, cū omnib⁹, qui inuocant nomen dñi nři Jesu Christi i oi loco ipsoꝝ:ꝛ nřo:gratia vobis, ꝛ pax a Deo patre nostro, ꝛ domino Jesu Chřo.℟. Hodie in Jordane.105. Lcō secunda.

GRatias ago deo meo semp p vobis,i gřa Dei quę data est vobis in Chřo Jesu:q in omnibus diuites facti estis in illo:in omni verbo, ꝛ i omni scientia, sicut testimoniū Christi confirmatū est in vobis, ita ut nihil uobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationē

do-

dñi nostri Jesu Christi, qui cõfirmabit vos vsq; in finẽ sine crimine: in die aduentus dñi nostri Jesu Christi. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatẽ filij ei⁹ Jesu Christi dñi nostri. R. In columbę. 106. Lec. ij.

Obsecro autẽ vos fratres, per nomẽ dñi nostri Jesu Chri, vt idipsũ dicatis oẽs, & nõ sint in vobis schismata. Sitis autem perfecti in eodẽ sẽsu, & in eadem sciẽtia. Significatũ est enim mihi de vobis fratres mei, ab his, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autẽ dico, quod vnusquisque vestrũ dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephę, ego autẽ Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis. R. Reges Thar. 106. In ij. & iij no. lect. de sermone occurrẽti, vt s.

FERIA SECVNDA.

De epistola prima beati Pauli apostoli ad Corinthios. Lec. j.

Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorũ Dei. Hic iã queritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Mihi autẽ pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die sed neq; me ipsũ iudico. Nihil enim mihi cõscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sũ. Qui autem iudicat me dñs est. Lec. ij.

Itaq; nolite ante tempus iudicare, quoadusq; veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique a Deo. Hęc, autẽ fratres transfiguraui in me, & Apollo ꝓpter vos: ut i nobis discatis, ne supra quã scriptũ est, vnus aduersus alterũ infletur ꝓ alio. Quis eñi te discernit? Quid autẽ habes quod nõ accepisti? si autẽ accepisti: quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Jã saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. L. iij.

Puto eniũ q; De⁹ nos apostolos nouissimos ostẽdit tanq; morti destinatos, q̃a spectaculũ facti sumus mũdo, & angelis, & hoibus. Nos stulti propter Christũ: vos autẽ prudentes in Christo: nos infirmi, uos autem fortes: uos nobiles, nos autem ignobiles. Vsq; in hanc horam, & esurimus, & sitim⁹, & nudi sum⁹, & colaphis cędimur, & instabiles sumus, & laboram⁹ operãtes manib⁹ nostris. Maledicimur, & benedicimus: persecutionẽ patimur, & sustinemus.

FERIA TERTIA.

De epla prima ad Corinth. L. j.

Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes: ita ut uxorẽ patris sui aliquis habeat. Et uos inflati estis: & non

magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum q hoc opus fecit? Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu iam iudicaui, vt presens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Jesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute domini Jesu tradere huiusmodi hominem sathane in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Jesu Christi. Lectio ij.

Non est bona gloriatio vestra. Nescitis qa modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum: vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus: Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitie, & nequitie: sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Lectio iij.

Scripsi vobis i epistola: ne commisceamini fornicariis. Non utique fornicariis huius mundi, aut auaris, ut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse: Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is qui frater nominatur inter vos: est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum sumere.

FERIA QVARTA

Co.6. De ep[istola] prima ad Corinth. S.i.

Audet aliquis vestrum habens negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles q sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico: Sic? non est inter vos sapiens quispiam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Le. ij.

Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis, qa iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures: neque auari: neque ebriosi, neque maledici: neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et hec aliquando quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Jesu Christi, & i spiritu Dei nostri. Le. iij.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar

redigar potestate. Esca ventri, & venter escis: Deus autem, & hunc & has destruet. Corpus aut nõ fornicationi, sed domino, & dominus corpori. Deus vero & dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutem suam: Nescitis quoniam corpora vestra mẽbra sunt Christi? Tollẽs ergo mẽbra Christi faciã mẽbra meretricis? Absit. An nescitis, quõ qui adheret meretrici vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo i carne vna. Qui autem adheret dño, vnus spũs est. Fugite fornicationem.

FERIA QVINTA.

De epla prima ad Corinth. c. vij.

De quibus autẽ scripsistis mihi: bonũ est homini mulierem nõ tangere. Propter fornicationem autẽ vnusquisque suam vxorẽ habeat: & vnaquæque suum virum habeat: Vxori uir debitũ reddat: similiter autem & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir: similiter autẽ & uir sui corporis potestatem nõ habet, sed mulier. Lectio secunda.

Nolite fraudare iuicẽ, nisi forte ex cõsensu ad tẽpus ut uacetis orõni: & iterũ reuertimini in idipsum, ne tẽtet uos satanas propter incontinentiã uestrã. Hoc autẽ dico secundũ indulgentiã, & non secundũ imperiũ: Volo autẽ oẽs hoies esse sicut meipsum. Sed unusquisque propriũ donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dico autem non nuptis, & uiduis: bonũ est illis si sic permanserint, sicut & ego: quod si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quam uri. Lc. iij.

His aũt, qui matrimonio iuncti sunt, pcipio, nõ ego sed dominus: uxorem a uiro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari: & uir uxorem non dimittat. Nam ceteris, ego dico, non dominus. Siquis frater uxorem habet ĩfidelẽ, & hec cõsentit habitare cũ illo, nõ dimittat illã. Et si qua mulier habet uirũ infidelẽ, & hic ɔsentit habitare cũ illa, nõ dimittat uirũ. Sãctificatus est enim uir infidelis p mulierẽ fidelẽ, & sãctificata est mulier ĩfidelis p uirũ fidelẽ: alioqn filij uestri immundi essent, nunc autẽ sancti sunt.

FERIA SEXTA.

De epla prima ad Corinth. c. xiij.

Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ autẽ nõ habeã, fact⁹ sum uelut es sonans, aut cymbalum tinniẽs. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria oĩa & oẽm sciẽtiam: & si habuero oẽm fidẽ, ita ut mõtes transferam, charitatẽ autem non habuero, nihil sum. Et, si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas: & si tradidero corpus meũ, ita ut ardeã, charitatem autem nõ habuero, nihil mihi prodest. L. ij.

Cha

C Haritas patiēs est, benigna est: Charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cōgaudet autem veritati. Oia suffert, oia credit, oia sperat, oia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetie euacuabunt: siue lingue cessabunt: siue scientia destruet. Ex parte enim cognoscim⁹, & ex parte prophetam⁹. Cum autē venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Lectio tertia.

C Um essem paruul⁹, loquebar vt paruulus, sapiebā vt paruulus, cogitabā vt paruulus: quando autem factus sum vir: euacuaui que erāt paruuli. Videmus nunc per speculū in enigmate, tunc autē facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscā sicut & cognitus sum. Nunc autē manent fides, spes, charitas: tria hec: maior autem horum est charitas.

SABBATHO.

De epla prima ad Corinth. c.j.

D E collectis autē que fiūt in sanctos, sicut ordinaui ecclesijs Galatie ita vos facite. Per unā sabbathi, vnusquisque uestrū apud se reponat, recondēs qđ ei bene placuerit, vt nō cū venero, tūc collecte fiāt. Cū autē presens fuero, quos proba ueritis per epistolas, hos mittā perferre grām vestrā in Jerusalem. Quod si dignū fuerit vt & ego eam, mecum ibunt. Le.ij.

V Eniā aūt ad vos, cū Macedoniā ptrāsiero: nā Macedonā ptrāsibo: apud vos autem forsitā manebo, vel etiā hyemabo, vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in trāsitu videre: spero enim me aliquātulū tēporis manere apud vos, si dñs pmiserit: pmanebo autē Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostiū enim mihi apertum est magnum, & euidens, & aduersarij multi. Lectio iij.

S J aūt uenerit Timothe⁹ videte vt sine timore sit apud vos: opus enim dñi operat sicut & ego. Ne quis ergo illū spernat. Deducite aūt illū i pace vt veniat ad me: expecto enī illū cū fratribus. De Apollo autem fr̄e, vobis notū facio, qm̄ multū rogaui eū, vt veniret ad vos cū fratrib⁹, & vtique nō fuit volūtas ei⁹, vt tūc veniret, veniet autē, cū ei vacuū fuerit. Vigilate: state, i fide, viriliter agit, & cōfortamini: oia vr̄a i charitate fiāt.

Sabbat.j.post octa. Epipha. Ad Vesp. oia pter orōnem, vt in Psal. qđ seruat & in alijs Sabbathis vsque ad Septuag. Oro.

O Mnipotēs sēpiterne Deus, qui celestia simul, & terrena moderaris: supplicationes ppli tui clemēter exaudi,

di, & pacem suam nostris conce de temporibus. Per dominũ.
Deinde fiunt cõmemorationes ibidem positę in Psalterio.

DOMINICA II. post Epiphaniam.

Omnia vt Psalterio, preter ea quę hic sunt propria.
Incipit epla secũda B. Pauli apostoli ad Corinthios. Lcõ j.

Paulus apls Jesu Chri p uolũtatẽ Dei, & Timotheus frater, ecclesię dei q est Corinthi cũ oibus sanctis, q sunt in uniuersa Achaia: Gratia uobis & pax a deo pre nro, & dño Jesu Christo. Bñdictus deus & pr dñi nostri Jesu Chri, pater misericordiarũ, & de⁹ totius ɔsolationis, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nra: vt possimus & ipsi cõsolari eos, qui in omni pressura sunt, p exhortationem, qua exhortamur & ipsi a deo: qm sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Chrm abundat cõsolatio nra. ℟. Ne in ira tua argu as me: neq; in furore tuo corripias me. Miserere mei dñe, qm infirmus sum. ℣. Timor, & tremor venerũt sup me: & contexerũt me tenebrę. Miserere. Lcõ ij.

Siue aũt tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: siue ɔsolamur, p uestra ɔsolatiõe: & salute: siue exhortamur p vestra exhortatione & salute: quę operatur tolerantiã earundem passionum: quas & nos patimur: vt spes nostra firma sit pro vobis, sciẽtes, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & cõsolationis. ℟. Deus, qui sedes super thronum, & iudicas ęquitatẽ, esto refugium pauperũ in tribulatione. Quia tu solus laborem, & dolorem cõsideras. ℣. Tibi enim derelict⁹ est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quia. Lectio iij.

Non eñi volum⁹ vos ignorare, fratres, de tribulatione nra quę facta est in Asia, qm supra modũ grauati sum⁹, supra ṽtutẽ, ita ut tęderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis metipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, q suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit: & eruit: in quem spam⁹ quoniã & adhuc eripiet, adiuuãtib⁹ & uobis i orone pro nobis: ut ex multarum personis faciei ũ, eius q in nobis est donationis, p multos gratię agantur pro nobis. ℟. Dextris est mihi dñs, ne commouear. Propter hoc dilatatum est cor meũ, & exultauit ligua mea. ℣. Dñs pars hereditatis meę, & calicis mei. Prop. Gloria. Propter.
Sermo s. Johan. Chrisos. Lcõ iiij.

Beati Pauli eplaz lectionẽ assidue dũ ausculto, p q; hebdomadas singulas bis sępe, & ter, & quater scõz martyrũ

memorias celebramus:gaudio exultoq; iteru tuba illa spūali p̄ frues, exurgo quidē, ⁊ desiderio icalesco, vocē mihi amicā agnoscēs, ⁊ fere p̄ntem ipsū aio itue ri ⁊ disserentem videre videor. Idem tū p̄ie dolore discrucior hoc ipso, q̄ virū hunc non oēs sicut par est, intelligunt: ita illū nonnulli ignorant, vt ne epistolarum quidē eius numerū plane norint. Hoc vero non ignorātia facit, sed q̄ nolint beati huius viri scripta assidue in manibus habere. ℟. Notas mihi fecisti domine vias vitę: Adimplebis me lętitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem. ℣. Tu es, q̄ restitues hereditatem meam mihi. Adimplebis. Lectio quinta.

Neq; enim nos, quę scimus ab ingeniȳ bonitate, atq; acumine scimus: sed q̄ illi nos viro impense affecti, ab illi⁹ lectione nunq̄ discedimus: siquidem qui amant, ij ante omnes eorum facta norūt quos amāt; vt qui de ijs ipsis sint soliciti: id quod btūs hic veluti ostendēs ad Philippenses ait: Sicut est mihi iustū, vt hoc de vobis omnibus sentiam, eo q̄ habeā vos in corde, ⁊ in vinculis meis: ⁊ i defensione, ⁊ cōfirmatione euāgeliȳ. ℟. Diligam te dn̄e virtus mea, dominus firmamentum meum. Et refugiū meum. ℣. Liberator meus, deus me⁹, adiutor meus. Et. Lectio vj.

Quapropter si ⁊ vos quoque i animū induxeritis huius lectioni studiosam, ac diligentē operā nauare, nihil sane erit quod aliud requirendū vobis sit. Uerax est.n. Chr̄i sermo dicentis. Quęrite, ⁊ inuenietis: pulsate, ⁊ aperietur vobis. Ceterum, quandoquidem complures ex ijs, qui huc nobiscū conuenere, ⁊ liberorū educationē, ⁊ vxoris curam, ⁊ familię p̄uidentiā suscepere: ob idq; totos sese huic labori dare nō sustinent: attamen ipsi vos excitātes cōparate ad ea demū capiēda, q̄ aliȳ collegerint, studij tantūdē ijs quę dicta fuerint auscultandis, quantum pecuniȳs colligendis, impertientes: nam etsi turpe sit, tantū studij a vobis exigere, optabile tamen esset, si tantū saltem tribuatis. ℟. Domini est terra, ⁊ plenitudo eius, Orbis terrarum, ⁊ vniuersi qui habitant in eo. ℣. Ipse super maria fundauit eam, ⁊ sup flumina p̄parauit illam. Orbis. Gloria. Orbis.

Lcō s. euāg. s̄z Iohannē. I. ij.

In illo tēpore: Nuptię facte sunt i Cana Galilę, ⁊ erat mater Jesu ibi. Uocat⁹ est autem Jesus, ⁊ discipuli eius ad nuptias. Et reliqua. (2. ca.)

Homilia s. Augustini episcopi.

Quod dn̄s inuitatus venerit ad nuptias, etiā excepta mystica significatiōe p̄firmare voluit, q̄ ipse fecit nuptias. Futuri

Futuri enim erant, de quib' di xit Apostolus, prohibētes nubere, & dicētes q male essent nuptie, & q diabolus eas fecisset: cum idem dñs i euāgelio interrogatus, vtrū liceat homini dimittere vxorem suam ex qualibet causa, rñderit non licere, excepta causa fornicationis. In qua responsione, si meministis, hoc ait: Quod Deus coniunxit homo non separet. ℟. Ad te domine leuaui animam meam. De' meus in te cōfido, nō erubescā. ℣. Custodi aiam meam, & eripe me. Deus. Lect. viij.

Et qui bene eruditi sunt i fide catholica, nouerunt q Deus fecerit nuptias, & sicut coniugium a Deo, ita diuortiū a diabolo fit. Sed propterea in causa fornicationis licet vxorē dimittere: quia ipsa esse vxor prior noluit, quę fidem ciugalē marito nō seruauit. Nec illę q̄ virginitatem deo vouent, quāquam ampliorem gradum honoris & sanctitatis in ecclesia teneant, sine nuptijs sunt: nam & ipsę pertinent ad nuptias cum tota ecclesia, in quibus nuptijs sponsus est Christus. ℟.

Duo Seraphin clamabāt alter ad alterū: Sanctus, scūs, scūs, Dñs De' Sabaoth: Plena est oīs terra gloria eius. ℣. Tres sunt, q testimoniū dāt in celo Pater, Verbū, & Spiritus scūs: Et hi tres vnum sunt. Sanctus. Gloria. Plena est.

Hoc ℟. semper octauo loco ad hac Dñica vsq ad Septua. & a iij. Dñica post Pentec. vsq ad Aduen. in Dñicis tantū. Lec. ix.

At per hoc ergo dñs inuitatus venit ad nuptias, vt ciugalis castitas firmaret, & ostenderetur sacramentum nuptiarum: quia & illarum nuptiarum sponsus personam dñi figurabat, cui dictum est: Seruasti vinum bonum vsque adhuc. Bonum enim vinum Christus seruauit vsq adhuc, idest euangeliū suū. Ad Laud. vt i psalt. Ad Bñs. Añ. Nuptię factę sūt in Cana Galileę, & erat ibi Iesus cū Maria matre sua. Oro. Omnipotens sempiterne. 117. Deinde fiūt com. vt su. & i resp. sabbathi. Ad horas, & vesp. oia vt i psalt. de dñica. Ad Mag. Añ. Deficiēte vino iussit Jesus impleri hydrias aqua, quę i vinū conuersa est, halleluia. Oro. Omnipotens sempiterne. 117. Deinde Suffragia, vt supra.

FERIA TERTIA.

Et in alijs fer. vsq ad Septua. quādo occurrerit fieri de feria fit officiū, vt in Psalt. exceptis his quę sunt propria. Oro vero dicitur de Dñica pcedenti, & fit officium sicut in Psalterio. De epistola secūda beati Pauli apostoli ad Corinthios. Le. j.

Incipim' iterū nosmetipsos cōmēdare? aut nunqd egemus, sicut qdā, cōmendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis?

bie? Epistola nr̄a vos estis scri pta i cordibus nr̄is, quę scit, et legit ab oibus hoibus: manifestati q epistola estis Chri, ministrata a nobis, et scripta non atramento, sed spiritu dei viui: nō i tabulis lapideis, sed i tabulis cordis carnalibus. ℟. Quā ta magna multitudo dulcedinis tuę dn̄e. Quam abscondisti timētibus te. ℣. Et perfecisti eis, q sperāt i te dn̄e, i cōspectu filiorum hoiuz. Quam. Lec. ij.

Fiduciā aūt talem habemus per Christū ad deū non quod sufficientes simus cogitar aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficiētia nr̄a ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu. Litera eniz occidit, Spiritus autē viuificat. Quod si ministratio mortis, literis deformata i lapidib9 fuit in gloria, ita vt non possent intēdere filij Israel in faciez Moysi, propter gloriam vultus eius, quę euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? ℟. Adiutor me9 esto Deus. Ne derelinquas me. ℣. Neqz despicias me Deus salutaris meus. Ne. Lectio iij.

Nam si ministratio dānationis in gloria est, multo magis abundat ministeriuz iustitię in gloria. Nam nec glorificatum est qd claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si eniz quod euacuatur per gloriā est: multo magis qd manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: et nō sicut Moyses ponebat velamen sup faciem suam, vt non intēderent filij Israel in faciē eius, quod euacuatur; sed obtusi sunt sensus eoz. Usqz in hodiernum enim diez idipsum velamen in lectiōe veteris testamenti manet non reuelatum, qm̄ in Chro euacuatur. ℟. Benedicam dn̄m in oi tempore: Semper laus eius in ore meo. ℣. In dn̄o laudabit anima mea, audiant mansueti et lętentur. Semper laus.

FERIA TERTIA.

De epistola secunda B. Pauli apostoli ad Corinthios. Lec. i. 5.ca.

Scimus enim, qm̄ si terrestris domus nostra hui9 habitationis dissoluatur, quod ędificationē ex deo habemus, domū nō manufactaz, sed ęternam in cęlis. Nā et in hoc ingemiscimus habitationē nr̄am, q de cęlo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, et non nudi inueniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati: eo q nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeat quod mortale est a vita. ℟. Auribus percipe deus lacrymas meas, ne sileas a me: remitte mihi: Qm̄ incola ego suz apud te, et peregrin9. ℣. Cōplaceat tibi: vt eripias me: dn̄e ad adiuuādū me festina. Qm̄. L. ij.

Au-

Audentes igitur semper & scientes quoniam dū sumus in hoc corpore peregrinamur a domino, (per fidem enim ambulamus, & non per speciem) audemus aūt, & bonā voluntatē habemus magis peregrinari a corpore: & pñtes esse ad dñm, & ideo cōtendim⁹ siue absentes, siue pñtes placere illi. Oēs enim nos manifestari oportet ante tribunal Chri, ut referat unusquisq̧ ppria corporis prout gessit, siue bonū, siue malū. ℟. Statuit dñs supra petrā pedes meos, & direxit gressus meus deus meus. Et misit in os meū canticū nouum. ℣. Exaudiuit pces meas, & eduxit me de lacu miserię. Et. Lec. iij.

Scientes ergo timorē dñi hominib⁹ suadem⁹, deo autem manifesti sumus: Spero autē & in cōscientijs uestris manifestos nos esse. Non iterū cōmendamus nos uobis, sed occasionem damus uobis gloriādi pro nobis, ut habeatis ad eos q̄ i facie gloriātur, & nō in corde. Siue. n. mēte excedim⁹, Deo: siue sobrij sum⁹, vobis. Charitas enī Chri vrget nos: ęstimantes hoc, qm̄ si unus pro oibus mortuus est, ergo oēs mortui sūt, & p oibus mortuus est Christ⁹: vt qui viuunt, iam nō sibi viuant: sed ei, qui pro ipsis mortu⁹ est, & resurrexit. ℟. Ego dixi domine miserere mei. Sana animam meā, quia peccaui tibi. ℣. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me domine. Sana.

FERIA TERTIA.

De epistola secunda B. Pauli apostoli ad Corinthios. Lec. i.

Has igitur habentes promissiones carissimi: mundem⁹ nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiētes sanctificationē in timore dei. Capite nos. Neminē lęsimus, neminē corrupimus, neminem circumuenimus. Non ad cōdēnationem vestrā dico, prędiximus enim quod in cordibus nostris estis ad commoriendū, & ad conuiuendum. ℟. Ne perdideris me cum iniquitatibus meis. Neque in finem iratus reserues mala mea. ℣. Nō intres in iudicium cum seruo tuo domine. Neque. Lectio secūda.

Multa mihi fiducia est apud vos: multa mihi gloriatio pro uobis. Repletus sum ɔsolatiōe, superabūdo gaudio in omni tribulatiōe vestra. Nā & cum venissemus in Macedoniā, nullā requiem habuit caro nr̄a, sed oēm tribulationē passi sumus: foris pugnę, intus timores. Sed qui ɔsolatur humiles, ɔsolatus est nos deus in aduentu Titi: non solum autē in aduētu eius, sed & in ɔsolatione, qua ɔsolatus est in uobis, referens nobis vestrum desiderium, uestrum fletū, vestram ęmulationem pro me: ita vt magis gauderem. ℟. Paratum cor meum

Deus paratū cor meum: Cantabo, ꝛ psalmū dicam dño. ℣. Exurge gloria mea, exurge psalterium ꝛ cithara, exurgam diluculo. Cantabo. Lectio iij.

Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me peniteret: ꝛ si peniteret vidēs, q: epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit: nunc gaudeo, non q: contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam. Contristati enim estis secundū Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Que enim secundū Deū tristitia est penitentiā in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. ℟. Adiutor meus tibi psallā; q: deus susceptor meus es. Deus meus misericordia mea. ℣. Letabor, ꝛ exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Deus.

FERIA QVINTA.

De epistola secūda beati Pauli apostoli ad Corinthios. Le. i.

c. 10. Ipse autē ego Paulus obsecro vos per māsuetudinem, ꝛ modestiā Christi: qui in facie quidē humilis sum inter vos absens autē cōfido in vobis. Rogo autē vos, ne p̄sens audeā p cā confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanq̄ secundū carnem ambulem⁹. In carne. n. ambulātes, non secundum carnem militam⁹. ℟. In te speraui, ꝛ nō, non confundar in eternū: in iustitia tua libera me: Et eripe me. ℣. Inclina ad me aurē tuam, ꝛ salua me. Et. Lectio ij.

Nam arma militie nostre non sunt carnalia, sed potētia Deo ad destructionē munitionum, cōsilia destruentes, ꝛ oēm altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, ꝛ i captiuitatem redigentes oēm intellectum in obsequium Christi, ꝛ in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Que sm faciem sunt videte. Siquis cōfidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterū apud se: q: sicut ipse Christi est, ita ꝛ nos. ℟. Repleatur os meum laude tua, vt hymnū dicam glorie tue: tota die magnitudinem tuam: noli me proiicere in tempore senectutis. Dum defecerit i me virtus mea: ne derelinquas me. ℣. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi. Dum. Lec. iij.

Nam ꝛ si amplius aliqd gloriatus fuero de p̄tāte nostra, quam dedit nobis dñs in edificationē, ꝛ nō in destructionem vestrā, non erubescam. Ut autem non existimer tanq̄ terrere vos p epistolas: q̄m quidem epistole, inquiunt, graues sunt ꝛ fortes, presentia autem corporis infirma, ꝛ sermo contēptibilis: hoc cogitet q eiusmodi est, q: quales sumus verbo p epistolas absentes, tales ꝛ presētes in facto. Nō enim audemus in

serere,

ferere, aut cõparare nos quibus dã q seipsos cõmendant, sed et ipsi in nobis nosmetipsos metiẽtes, et cõparantes nosmetipsos nobis. ℟. Gaudebũt labia mea cum cantauero tibi: Et aĩa mea quam redemisti dñe. ℣. Sed et lingua mea meditabit iustitiã tuam: tota die laudẽ tuam. Et.

FERIA SEXTA.

De ep̃la secunda beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Le. i.

c. 12. Si gloriari oportet, nõ expedit quidem. Ueniam autem ad visiones, et reuelationes dñi. Scio hoĩem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsq ad tertium cęlum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit) qm̃ raptus est in paradisum, et audiuit arcana verba, quę non licet homini loqui. ℟. Confitebor tibi dñe Deus in toto corde meo et honorificabo nomẽ tuum in eternum. Quia misericordia tua domine magna est super me. ℣. Deus meus es tu, et confitebor tibi, Deus meus es tu, et exaltabo te. Quia. Lectio secunda.

Pro huiusmodi gloriabor: pro me autẽ nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã, et si voluero gloriari, nõ ero isipiẽs: veritatẽ enim dicã. Parco autem nequis me existimet supra id qd videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat[9] est mihi stimul[9] carnis meę angel[9] sathanę, q me colaphizet: propter qd ter dñm rogaui, vt discederet a me: et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate pficitur. ℟. Misericordia tua dñe magna est sup me. Et liberasti animã meam ex inferno inferiori. ℣. In die tribulatiõis meę clamaui ad te q: exaudisti me. Et. Lectio iij.

Libẽter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chri. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in psecutionib[9], in angustijs pro Chro. Cum enim infirmor, tũc potens sum. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego enim a vobis debui cõmendari. Nihil enim minus feci ab ijs, qui sunt supra modum apostoli, tametsi nihil sum. ℟. Factus est mihi dominus in refugium, Et De[9] meus in auxilium spei meę. ℣. Eripuit me de inimicis meis fortissimis, et factus est dominus protector meus. Et.

SABBATHO.

Solet fieri de Beata Maria: De epistola scda Beati Pauli Apostoli ad Corinthios. Le. i.

ca. 1. Ecce tertio hoc venio ad vos, vt i ore duorum, vel triũ testiũ stet oẽ verbũ. Prędixi enim, et pdico, vt psens vobis, et nunc

nunc absens his, qui ante peccauerunt et ceteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus? qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sed viuimus cum eo ex virtute Dei in nobis. Lectio secunda.

Vosmetipsos tentate: si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos, quia Christus Jesus in vobis est: nisi forte reprobi estis. Spero autem quod cognoscitis, quia nos non sumus reprobi. Oramus autem deum vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc et oramus vestram consummationem. Le. iiij.

Ideo hec absens scribo, vt non presens durius agam secundum potestatem, quam dominus dedit mihi in edificationem, et non in destructionem. De cetero fratres gaudete: perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete: et deus pacis, et dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti. Gratia domini nostri Jesu Christi: et charitas Dei, et communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Vesp. Pro Dñica iij. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, infirmitatem nostram propitius respice: atque ad protegendum nos, dexteram tue maiestatis extende. Per dominum nostrum.

DOMINICA IIII. post Epiphaniam.

Ad Mat. oia vt in Psalterio. Incipit epistola B. Pauli apostoli ad Galatas. Lectio prima.

Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Jesum Christum, et Deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis: et qui mecum sunt omnes fratres ecclesiis Galatie. Gratia vobis, et pax a Deo patre nostro, et domino Jesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de presenti seculo nequam secundum voluntatem Dei, et patris nostri, cui est gloria in secula seculorum. Amen. ℟. Domine ne in ira tua arguas me. fol. 188.

Pia dñr de dñica pced. in oib' Dñicis vsq3 ad Septua. Lec. ij.

Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud euangelium: quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, et volunt conuertere euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de celo euangelizet vobis, preterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

Sicut

Sicut prędiximus: & nunc iterũ dico. Si quis vobis euangelizauerit pter id, q̃d accepistis: anathema sit. Modo enim hominibus suadeo, an Deo? an quęro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. ℟. Deus, qui sedes super thronum. 118. Lectio iij

Notum enim vobis facio fratres euãgeliũ, quod euangelizatum est a me, quia non est sm̃ hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Jesu Christi. Audistis enim cõuersationem meã aliquãdo in Judaismo, qm̃ supra modũ persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Judaismo supra multos coętaneos meos in genere meo, abundantius ęmulator existens paternarum mearum traditionum. ℟. A dextris est mihi dominus. 118.

De expositiõe sc̃i Augustini epi in epistolam Ad Galatas L. iiij

Causa pp̃ter quã scribit apl's ad Galatas: hęc est: vt intelligãt grãm Dei id secum agere, vt sub lege iã nõ sint. Cũ enim pdicata eis esset euãgelij grã, nõ defuerunt quidã ex circuncisione, quãuis Christiani noie, nondũ tamen tenentes ipsum gratię beneficium, & adhuc volẽtes esse sub oneribus legis, q̃ dñs Deus imposuerat nõ iustitię seruiẽtib' sed pc̃õ: iustã scilicet legẽ iustis hoĩb' dãdo ad demõstrãda peccata eorum, nõ auferenda. Nõ enim aufert peccata, nisi gracia fidei, q̃ p dilectionẽ operat. ℟. Notas. 118. Lc. v.

Sub hac ergo gratia iã Galatas constitutos illi volebant constituere sub oneribus legis, asseuerantes nihil eis prodesse euangelium, nisi circunciderentur, & cęteras carnales Judaici ritus obseruationes subirent. Et ideo Paulũ apl'm suspectũ habere cęperãt: a quo illis euangelium prędicatum erat, tanquam nõ tenentem disciplinam cęterorũ apostolorum qui gẽtes cogebãt Judaizare. ℟. Diligam te. 118. Lctõ vi.

Talis q̃dẽ q̃stio est, & in epistola ad Romanos: verũtamẽ videt aliq̃d interesse, q' ibi ptẽtionẽ ipsã dirimit: litẽq3 cõponit, q̃ inter eos q ex Judęis, & eos q ex gẽtib' crediderãt orta erat: cum illi tanquã ex meritis operum legis sibi redditã euãgelij pmiũ arbitrarentur: qd pmiũ incircũcisis tanq̃ immeritis nolebãt dari. illi ptra: Judęis se pferre gestirent, tanq̃ interfectoribus dñi: In hac vero epistola ad eos scribit, qui iã commoti erãt auctoritate illorum, qui ex Judeis erant, & ad obseruationes legis cogebant. ℟. Domini est terra, & plenitudo. fol. 118

Lcõ s. euã. sm̃ Matthẽũ. l. viij.

In illo tẽpore: Cum descẽdisset Jesus de mõte, secu- ca. 8.

 sti ent

te sunt eum turbe multe. Et reli.
Homilia s. Hieronymi presby.

De monte dño descendenti occurrunt turbe: quia ad altiora ascendere nõ valuerũt. Et primum occurrit ei leprosus: necdum enim poterat cũ lepra tam multiplicem in monte Saluatoris audire sermonẽ. Et notandum quod hic primus specialiter curatus est: secundus puer cẽturionis: tertia socrus Petri febriens in Capharnaũ: quarto loco qui oblati sunt a demonio vexati: quorum spiritus verbo eiiciebat, quãdo et omnes male habẽtes curauit. ℟. Ad te dñe leuaui. fol. 119. Lectio viij.

Et ecce leprosus veniens adorabat eũ dicẽs. Recte post pdicationem atque doctrinã signi offert occasio: vt p virtutũ miracula, pteritus apud audiẽtes sermo firmetur. Dñe: si vis, potes me mundare. Qui voluntatem rogat, de virtute nõ dubitat. Et extendens manum Iesus tetigit eum, dicens: Uolo, mũdare. Extendẽte manũ dño statim lepra fugit. Simulque consydera, quã humilis, et sine iactãtia respõsio. Ille dixerat: si vis: Dñs respondit, Uolo. Ille premiserat potes me mundare: et dñs iungit, et dicit, Mundare. Non ergo, vt plerique Latinorũ putant, iungendum est, et legendum, volo mundare. sed separatim: vt primum dicat, volo, deinde imperet, mundare.

℟. Duo Seraphin. 119. Le. ix.

Et ait illi Iesus, Uide ne mini dixeris. Et re vera, qd erat necesse, vt sermone iactaret, quod corpore pferebat? Sed vade, ostẽde te sacerdoti. Duas ob causas mittit eum ad sacerdotes. Primum ppter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videat: (erat enim lege preceptum, vt qui mundati fuerãt lepra: offerret munera sacerdotibus:) deinde, vt mũdatũ vidẽtes leprosum, aut crederent saluatori, aut non crederent. Si crederent, saluarent: si nõ crederent, inexcusabiles forent. Et simul, ne, quod in eo sepissime criminabantur, legem videretur infringere. Ad Uesp. Aña. Cũ descẽdisset Iesus de mõte: ecce leprosus veniẽs adorabat eum dicens, Dñe, si vis potes me mundare: et extendẽs manũ tetigit eum dicens, Uolo, Mundare. Ad Magnificat, Aña. Dñe, si vis, potes me mundare, et ait Iesus, Uolo, Mundare.

FERIA SECVNDA.

De epistola Beati Pauli Apostoli ad Galatas. Lectio prima

O Insensati Galate, quis vos fascinauit nõ obedire veritati: ante quorũ oculos Iesus Christus proscriptus est, et in vobis crucifixus. Hoc solum a vobis volo discere: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis: vt cum spiritu ceperitis, nunc carne

ca. 3.

ne consumamini? Tanta passi estis sine causa: si tamē sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est: Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

℟. Quam magna. fol. 119.

Reliq̃ preteritę hebdo. repetant per ordinem in omnibus ferijs usq; ad Septuagesimā. Lec. ij.

Cognoscite ergo, q̄a q̄ ex fide sunt, hi sūt filij Abrahę. Prouidens autē scriptura, q̄a ex fide iustificat gentes de⁹, prenunciauit Abrahe: Quia benedicent in te oēs gentes. Igit qui ex fide sunt, benedicent cū fideli Abraham. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptuz est enim: Maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quę scripta sunt i libro legis, vt faciat ea. Lectio tertia.

Quoniam autē in lege nemo iustificat apud Deū: manifestū est, quia iustus ex fide viuit. Lex autē nō est ex fide: sed qui fecerit ea, viuet in illis. Christ⁹ nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictū: quia scriptum est, maledictus omnis, qui pendet in ligno: vt in gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

FERIA TERTIA.

De epistola Beati Pauli apostoli ad Galatas. Lect. prima.

State, & nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico vobis, qm̄ si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autē rursus omni homini circūcidēti se, qm̄ debitor est vniuersę legis faciendę. Euacuati estis a Christo. Qui in lege iustificamini, a gratia excidistis. Nos enī spū, ex fide spē iustitię expectamus. ℟. Auribus. 119. Lec. ij.

Nam in Christo Iesu neq; circūcisio aliqd valet neque preputium, sed fides, q̄ per charitatē operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cōsenseritis. Persuasio hęc nō est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego cōfido in vobis in domino, q̄ nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudiciū quicunq; est ille.

Lectio tertia.

Ego aūt fratres si circuncisionē adhuc predico, qd adhuc psecutionē patior? ergo euacuatū est scādalum crucis. Utinam abscindantur qui vos conturbant. Uos enim in libertatem vocati estis fratres: tātū ne libertatem in occasionē detis carnis, sed per charitatē spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur

turr diliges proximum tuum si cut teipsum. Quod si inuicem mordetis et comeditis, videte ne ab inuicẽ cõsumamini. Dico autẽ in Christo, spiritu ambulate, et desideria carnis nõ perficietis. Caro enim cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur, vt non quecunque vultis illa faciatis.

FERIA QVARTA.

Incipit epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios. Lec. prima.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sũt Ephesi, et fidelibus in Christo Iesu. Gratia vobis et pax a Deo patre nostro et dño Iesu Christo. Benedictus deus, et pater dñi nostri Iesu Christi: qui benedixit nos in omni benedictione spũali in celestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso, ante mundi cõstitutionẽ, vt essemus sancti et immaculati in cõspectu eius in charitate. ℟. Ne pdideris. 120. f. ij.

Qui predestinauit nos in adoptionem filiorũ p Iesum Christum, in ipsum, secundum propositum voluntatis sue, in laudẽ glorie gratie sue, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinẽ eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratie eius, que superabũdauit in nobis, in omni sapientia et prudentia, vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis sue secũdũ beneplacitum eius, quod proposuit in eo, i dispẽsatione plenitudinis tẽporum, instaurare oia in Christo, que in celis, et que in terra sunt in ipso. Lectio tertia.

In quo etiam et nos sorte vocati sumus pdestinati secundum propositũ eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis sue: vt simus in laudẽ glorie eius nos, q ante sperauimus in Christo. In quo et vos cum audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestre, in quo et credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostre, in redemptionẽ acqsitionis, in laudem glorie ipsius.

FERIA QVINTA.

De epistola beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Lec. prima.

Obsecro itaqꝫ vos ego vinctus in dño, vt digne ambuletis vocatiõe, qua vocati estis, cũ oi humilitate, et mãsuetudine, cũ patiẽtia, supportãtes inuicẽ in charitate, solliciti seruare vnitatẽ spũs in vinculo pacis. Unũ corpus et vnus spũs, sicut vocati estis in vna spe vocationis vẽ. Unus dñs, vna fides, vnũ baptisma. Unus deus, et pr oium, q est sup oẽs, et p oia, et in oibus nobis. ℟. Deus in te. 120. f. v.

Unicuiqꝫ aũt nostrũ data est gratia secũdũ mẽsurã donationis

ca. 4

donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terre? Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret omnia. Lect. iij.

Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, ut iam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamur omni vento doctrine, in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia qui est caput Christus.

FERIA SEXTA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios. Lectio prima.

ca. 5. Estote ergo imitatores dei, sicut filij carissimi, et ambulate in dilectione, sicut et Christus dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam deo in odorem suavitatis. Fornicatio autem, et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis (sicut decet sanctos) aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, que ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. ℟. Confit ebor. 121. Lectio ij.

Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus (quod est idolorum servitus) non habet hereditatem in regno Christi et Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hec enim venit ira Dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Ut filij lucis ambulate. Lec. iij.

Fructus enim lucis est in omni bonitate, et iustitia et veritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Que enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est et dicere. Omnia autem que arguuntur, a lumine manifestantur: omne enim quod manifestatur lumen est: propter quod dicit: Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De epistola B. Pauli apostoli ad Ephesios. Lectio prima.

6. ca. Filij obedite parentibus vestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, et matrem tuam: (quod est mandatum primum in promissione) ut bene sit tibi: et sis longevus super terram. Et vos patres nolite provocare ad iracundiam filios vestros,

ctros,sed educate illos in disci/plina,z correptione dñi. Le. ij.

S Erui obedite dñis carnalibus,cũ timore,z tremore,in simplicitate cordis vestri, sicut Chro:nõ ad oculũ servientes,quasi hoib⁹ placẽtes,sed vt servi Chri faciẽtes voluntatez dei,ex aio cũ bona volũtate servientis,sicut dño , z non hominibus : scientes qm̃ vnusquisq̃ quodcunq̃ fecerit bonũ,hoc recipiet a dño,siue seruus,siue liber. Et vos dñi eadem facite illis,remittentes minas,scientes quod z illorum z vester dñs est in cęlis, z personaruz acceptio non est apud Deum. Lectio iij.

D E cętero frẽs pfortamini in dño,z in potẽtia virtutis eius. Induite vos armaturã dei,vt possitis stare aduersus insidias diaboli:qm̃ non est nobis colluctatio aduersus carnẽ , z sanguinẽ , sed aduersus principes,z potestates:aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ, cõtra spũalia nequitię i celestib⁹. Propterea accipite armaturã Dei, vt possitis resistere in die malo,z in oibus perfecti stare.

Ad Uesp. Pro dñica iiij. Orō.

D Eus,q nos in tãtis periculis pstitutos pro humana fcis fragilitate non posse subsistere:da nobis salutem mentis z corporis : vt ea , quę pro peccatis nostris patimur, te adiuuante vincamus. Per dom.

DOMINICA QUARTA post Epiphaniam.

Incipit epistola B. Pauli apostoli ad Philippenses. Lect. j.

P Aul⁹,z Timothe⁹ serui Jesu Christi omnibus sanctis in Christo Jesu, q sunt Philippis cum epis,z diaconib⁹. Gratia vobis z pax a deo pr̃e nr̃o z dño Jesu Chro. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri(semp in cũctis oõnibus meis pro oibus vobis cũ gaudio deprecationẽ faciens) super cõmunicatione vestra in euãgelio Chri a prima die vsq̃ nunc cõfidẽs hoc ipsuz, qa qui cepit in vobis opus bonũ,perficiet vsq̃ in diez Christi Jesu:sicut est mihi iustuz, hoc sentire pro oibus vobis , eo q̃ habeaz vos in corde,z in vinculis meis in defensione , z confirmatione euãgelij,socios gaudij mei oẽs vos esse. R̃. Dñe ne in ira:118.

Fria ij. Dñicę post Epiph. L. ij.

T Estis enim est mihi Deus quomodo cupiaz oẽs vos esse in visceribus Jesu Chri. Et hoc oro,vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia,z in omni sensu:z pbetis potiora,vt sitis sinceri,z sine offensa in diem Christi,repleti fructu iustitię per Jesuz Chrm in gloriã z laudẽ dei. Scire aũt volo vos fratres,qa q̃ circa me sunt, magis ad pfectũ venerũt euangelij,

euãgelij, ita vt vincula mea ma nifesta fierent in Christo in omni pretorio, et in ceteris oibus, vt plures e fratrib' i dño cõfidetes in vinculis meis abũdãtius au derent sine timore verbũ dei lo qui. ℟. Deus qui sedes. Le. iij.

Quidaz quidé et pp inui diã et cõtentionez, quidã autem pp bonam voluntatem Christum predicant. Quidam ex charitate scientes, qm̃ in defen sione euãgelij positus sum. Qui dam autem ex cõtẽtione Chri stum annunciãt nõ sincere, esti mãtes pressurã se suscitare vin culis meis. Quid eniz? Duz om ni modo siue per occasionem, si ue per veritatem Chrs annun ciet, et in hoc gaudeo: sed et gau debo. ℟. A dextris est mihi dñs:

Ex libro Moraliuz S. Grego rij Pape. Lectio quarta.

Replem' refectionib' cor pus, ne extenuatum defi ciat: extenuamus abstinẽtia, ne nos repletum premat: vegeta mus hoc motibus, ne situ immo bilitatis intereat: sed citi' hoc collocando sistimus, ne ipsa sua vegetatione succumbat: adiu mentis hoc vestium tegimus, ne frigus interimat: et quesita adiumenta proijcimus, ne calor exurat. Tot igitur diuersitati bus occurrentes quid agimus, nisi corruptibilitati seruimus? vt saltem multiplicitas impen si obsequij corpus sustineat, quod anxietas infirme mutabilitatis grauat. ℟. Notas mi hi fecisti. 118. Lectio quinta.

Unde bene per Paulũ di cit: Uanitati enim subie cta est creatura nõ volens, sed pter eũ, q subiecit eã i spe, qa et ipsa creatura liberabit a ser uitute corruptionis in libertatez glorie filioz dei. Uanitati quip pe creatura nõ volẽs subditur: qa homo qui ingenite constan tie statum volens deseruit, pres sus iuste mortalitatis pondere, nolens mutabilitati sue corru ptionis seruit. Sed creatura hec tunc a seruitute corruptio nis eripiet, cũ ad filiorum Dei gloriã i corrupta resurgẽdo sub leuabitur. ℟. Diligã. Lec. vj.

Hic itaq electi molestia vincti sũt, qa adhuc cor ruptionis sue pena deprimunt: sed cuz corruptibili carne exui mur, quasi ab his quibus nunc astringimur, molestie vinculis relaxamur. Presentari nanque iam deo cupimus, sed adhuc mortalis corporis obligatione prepedimur. Iure ergo vincti dicimur: quia adhuc incessum nostri desiderij ad Deum libe rum non habemus. Unde bene Paulus eterna desiderans, sed tamen adhuc corruptionis sue sarcinam portans, vinctus cla mat: Cupio dissolui, et esse cum Christo. ℟. Domini est.

Lcõs. euãg. fm Mattheũ. Ca 8.

In illo tpe: Ascendẽte Ie su in nauiculaz secuti sũt

cum discipuli eius: et ecce mot⁹ magn⁹ factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et reliq.
Homilia s. Hieronymi presby.

Quintum signum fecit: qn ascendens nauem de Capharnaum ventis imperauit et mari. Sextum, quādo in regione Gerasenorū dedit potestatē demonibus in porcos. Septimum, qn ingrediens ciuitatem suam paralyticū secundū curauit in lectulo. Primus enim paralyticus est puer Cēturionis. ℞. Ad te dñe. 119. Lectio vij.

Ipse vero dormiebat, et accesserūt ad eū, et suscitauerunt eū dicētes, Dñe salua nos. Huius signi typum in Jona legimus: qn ceteris periclitantibus ipse securus est, et dormit, et suscitat, et imperio ac sacramento passionis suę liberat suscitantes. Tunc surgens imperauit ventis, et mari. Et hoc loco intelligimus, qp omnes creaturę sentiant creatorem. Quas enim increpauit, et quibus imperauit, sentiunt imperantem: nō errore hereticorum, qui omnia putāt animātia, sed maiestate cōditoris, quę apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. ℞. Duo Seraphim. 119. Lect. ix.

Porro hoīes mirati sūt dicentes: Qualis est hic, qa venti et mare obediunt ei? Non discipuli sed nautę, et ceteri q in naui erant mirabantur. Sin autē quis cōtentiose voluerit, eos, qui mirabātur fuisse discipulos: respondebimus, recte homines appellatos, qui necdum nouerant potentiā Saluatoris.
Ad Bñs Ana. Ascēdēte Jesu in nauiculā: ecce motus magn⁹ fact⁹ est in mari, et suscitauerūt eū discipuli eius dicētes: Dñe, salua nos, perim⁹. Ad Magnifi. Ana. Dñe salua nos, perimus: impera, et fac Deus tranquillitatem.

FERIA SECVNDA.

De epistola Beati Pauli apostoli ad Philippenses. Lect. j.

Itaq; fratres mei carissimi et desideratissimi gaudium meum, et corona mea: sic state in dño carissimi. Euodiam rogo, et Syntychen deprecor idipsum sapere in dño. Etiam rogo et te germane compar, adiuua illas: quę mecū laborauerunt in euangelio cū Clemente, et ceteris adiutoribus meis, quorū nomina sunt in libro vitę. ℞. Quam mag. 119. Lectio ij. (ca. 4.)

Gaudete in dño semp iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: dñs enim prope est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione, cū gratiarū actione, petitiōes vestrę innotescant apud deū. Et pax dei, quę exuperat oēm sensum, custodiat corda vestra et intelligentias vestras in Christo Jesu. Lec. iij.

De cetero fratres, quęcunq; sunt vera, quęcunq; pudica

quecunq; iusta, quecunq; sancta, quecunq; amabilia, quecunq; bone famę: si qua virtus, si qua laus disciplinę, hęc cogitate. Quę didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hęc agite: & deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in dño vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.

FERIA TERTIA.

Incipit epla prima beati Pauli Apostoli ad Colossenses. Ca. i.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his, qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax a Deo patre nostro & dño Iesu Christo. Gratias agimus Deo & patri dñi nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes propter spem quę reposita est vobis in celis, quam audistis in verbo veritatis euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in uobis ex ea die qua audistis, & cognouistis gratiam dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra carissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu: qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.

R. Auribus percipe. 119. Lec. ij.

IDeo & nos, ex qua die audiuimus, nõ cessamus pro nobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione uoluntatis eius, in omni sapientia, & intellectu spirituali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei, in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate: cum gaudio gratias agentes deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Lectio iij.

QUi eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suę, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturę: quoniam in ipso condita sunt uniuersa in celis, & in terra, visibilia, & inuisibilia: siue Throni, siue Dñationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesię, qui est principium, primogenitus ex mortuis.

FERIA QVARTA.

De epla ad Colossenses. Lec. i. 3. ca.

INduite uos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti, viscera misericordię, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis

metipsis, siqs adversus aliquē habet querelam, sicut & dñs donauit vobis, ita & vos. Super omnia aūt hęc charitatem habete, quod est vinculū pfectionis. Et pax Chri exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote. R. Ne pdideris. 120. Lc. ij.

Verbū Chri habitet i vobis abundanter in omni sapientia, docētes, & cōmonētes vosmetipsos in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cātantes in cordibus vestris deo. Oē quodcunqȝ facitis in verbo aut i opere, oia in noie dñi Jesu Chri facite, gratias agētes deo & patri p ipsum. Mulieres subditę estote viris sicut oportet, in dño. Viri diligite vxores vr̄as, & nolite amari esse ad illas. Filij obedite parētib᷒ p oia: hoc eniȝ placitū est, in dño. Patres nolite ad indignationē prouocare filios vestros, vt non pusillo animo fiant. Lectio iij.

Serui obedite p oia dñis carnalibus, nō ad oculū seruientes, quasi hoibus placētes, sed in simplicitate cordis timētes Deū. Qđcūqȝ facitis, ex aio opamini sicut dño, & non hoibus: sciētes, q a dño accipietis retributiōē hereditatis. Dño Chro seruite. Qui enim iniuriā facit, recipiet id qđ inique gessit: & nō est personarum acceptio apud Deū. Dñi quod iustū est & equū, seruis pstate: scientes, q & vos dñm habetis in cęlo. Orationi instate, vigilātes in ea in gratiarū actionē.

FERIA QVINTA.

Incipit epla prima bti Pauli Apli ad Thessalonicēses. Lc. j.

Paul᷒, & Syluan᷒, & Timotheus, ecclę Thessalonicē siū in Deo pře & dño Jesu Chro. Gratia vobis & pax. Gratias agim᷒ Deo semper pro oibus vobis, memoriaȝ vestri facientes in orōnibus nostris sine itermissione, memores operis fidei vestrę & laboris, & charitatis & sustinētię spei dñi nostri Jesu Christi ante Deū, & patreȝ nostrū. Scientes fratres dilecti, a Deo electionē vestrā: q: euangeliū nostrū nō fuit ad vos in sermone tantuȝ, sed & in virtute, & in spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus i vobis pter vos. R. De᷒ in te spe. 120. L. ij.

Et vos imitatores nostri facti estis, & dñi, excipiētes verbū in tribulatiōe multa, cum gaudio spiritus sancti, ita vt facti sitis forma oibus credētibus in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus ē sermo dñi, nō solū in Macedonia, & i Achaia, sed & in oi loco fides vestra, q̄ est ad Deū, pfecta est, ita vt nō sit nobis necesse quicquā loqui. Ipsi eñ de nobis annunciāt qualē introitū habue-

habuerim⁹ ad vos, ⁊ quomodo
puersi estis ad deū a simulacris,
seruire Deo viuo, ⁊ vero; ⁊ ex/
pectare filiū eius de celis quē
suscitauit ex mortuis Jesum, q
eripuit nos ab ira ventura. L. iij.
Nam ⁊ ipsi scitis fratres in
troitum nostrum ad uos,
q̄a nō inanis fuit: sed ante pas/
si multa, ⁊ cōtumelijs affecti, si
cut scitis in Philippis, fiduciā
habuimus in Deo nostro loqui
ad vos euangeliū dei in multa
solicitudine. Exhortatio eñ no
stra non de errore, neq; de im/
mūditia, neq; in dolo: sed sicut
probati sumus a Deo, vt crede
retur nobis euangeliū, ita loq/
mur, nō quasi hoībus placētes,
sed Deo, qui probat corda no/
stra. Neq; enim aliquādo fui/
mus in sermone adulationis si
cut scitis, neq; occasione auari
tie, Deus testis est: nec queren/
tes ab hominibus gloriam, ne/
que a vobis, neque ab alijs.

FERIA SEXTA.

De ep'la j. ad Thessalonic. L. j.

ca. 4. De cetero ergo fratres, ro
gamus vos ⁊ obsecram⁹
in dño Jesu, vt quēadmodū ac/
cepistis a nobis quō oporteat
vos ambulare, ⁊ placere deo; sic
⁊ ambuletis: vt abūdetis magis
Scitis enim q̄ precepta dede/
rim vobis per dñm Jesum. Hec
est enim volūtas Dei, sanctifica
tio vestra, vt abstineatis vos a
fornicatione: vt sciat vnusquis/
que vestrum vas suum posside/
re in sanctificatione, ⁊ honore;
non in passione desiderij, sicut
gentes que ignorant Deum.
℟. Confitebor. a21. Lectio ij.
Et ne quis supergrediatur,
nec circūueniat in nego/
cio fratrem suum: quoniam vin
dex est dñs de his omnibus, si/
cut prediximus vobis, ⁊ testifi
cati sum⁹. Nō enim vocauit nos
Deus in immunditiā, sed in sā/
ctificationē. Itaq; qui hec sper
nit, non hominem spernit, sed
Deum: qui etiam dedit spiritū
suum sanctum in nobis. L. iij.
De charitate autem frater
nitatis, non necesse habe
mus scribere vobis: ipsi enim
vos a Deo didicistis, vt diliga
tis inuicem: etenim illud faci/
tis in omnes fratres in vniuer/
sa Macedonia. Rogamus au/
tem vos fratres: vt abundetis
magis, ⁊ operam detis, vt quie
ti sitis, ⁊ vt vestrum negocium
agatis, ⁊ operemini manibus
vestris, sicut precepimus vobis,
⁊ vt honeste ambuletis ad eos
qui foris sunt, ⁊ nullius ali/
quid desideretis.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

Incipit ep'la ij. bea. Pauli apo
stoli ad Thessalonicenses. L. j.

Paulus, ⁊ Syluanus, ⁊ Timothe⁹
Eccle Thessalo/
nicēsiū i Deo pr̄e
nro, ⁊ dño Jesu
Chr̄o. Gr̄a vobis
⁊ pax

et pax a Deo patre nostro, et domino Jesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, et abundat charitas uniuscuiusque vestrum in invicem ita, ut et nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei, pro patientia vestra, et fide in omnibus persecutionibus vestris et tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicii Dei, ut digni habeamini in regno dei, pro quo et patimini. Lec.iiii.

Si tamen iustum est apud Deum retribuere retributionem iis, qui vos tribulant: et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione domini Jesu de celo, cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, et qui non obediunt euangelio domini nostri Jesu Christi. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini, et a gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, et admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua deus noster, et impleat omnem voluntatem bonitatis sue, et opus fidei in virtute: ut clarificetur nomen domini nostri Jesu Christi in vobis, et vos in illo secundum gratiam Dei nostri, et domini Jesu Christi. Lec.vi.

Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri Jesu Christi, et nostre congregationis in ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies domini. Nequis vos seducat ullo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus.

Ad Vesp. Oratio Dominica v. Oro.

Familiam tuam, quesumus domine, continua pietate custodi: ut que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per dominum.

DOMINICA V. post Epiphaniam.

Ad Mat. ut su. i Dominica v. 118.

Incipit epistola prima B. Pauli apostoli ad Timotheum. Lec.i.

Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu spei nostre: Timotheo dilecto filio in fide, gratia et misericordia et pax a deo patre et Christo Jesu domino nostro. Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam: ut denunciares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, et genealogiis interminatis, que questiones prestant magis,

quam

quã edificationẽ Dei, q̃ est in fide. ℟ Dñe ne in ira. 118. ℒ. ij.

Finis aũt p̃cepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, nõ intelligentes, neque q̃ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Scimus autem quod bona est lex: si quis ea legitime vtatur: scientes hoc, q̃a lex iusto nõ est posita, sed iniustis, & nõ subditis: impijs, & peccatorib⁹, scelestis, & cõtaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs: masculoꝝ cõcubitorib⁹, plagiarijs, mẽdacibus, periuris, & siquid aliud sanę doctrinę aduersatur: quę est secũdũ euãgelium glorię beati Dei, quod creditum est mihi. ℒectio iv.

Gratias ago ei, qui me cõfortauit i Chrõ Jesu dño nostro: quia fidelẽ me existimauit, ponẽs in ministerio, q pri⁹ blasphemus fui, & persecutor, & cõtumeliosus: sed misericordiã Dei cõsecutus sum, q̃a ignorãs feci i incredulitate. Supabundauit autẽ gratia dñi nostri cũ fide & dilectione, q̃ est in Chrĩsto Jesu. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, q̃a Chrĩst⁹ Jesus venit in hunc mũdũ peccatores saluos facere, quoꝝ pri mus ego sũ: sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostẽderet Chrĩstus Jes⁹ omnem patientiã: ad informationem eoꝝ, qui credituri sũt illi in vitam eternam.

De expositione s. Ambrosij epi in epl̃as B. Pauli Apl̃i. ℒ. iiij.

Human⁹ sermo, & oĩ acceptione dign⁹: q̃a Chrĩstus Jesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere. Quid tam gratum, tamque iucũdum quam peccatoribus indulgentiam predicare? Quis enim sine peccato est, vt hoc munus non cum omni gratiarum actione suscipiat, Deum auctorem huius preferens, & collaudãs in Chrõ? Qui vt hoĩes peccatis ablueret, de celestib⁹ ad terrena descẽdẽs: carnẽ pti accepit, terrenis se admiscuit, vt eũ celestẽ efficeret. Mori se pass⁹ est, vt illũ morte erutũ paradiso redderet immortalẽ. ℟. Notas mihi. 118. ℒcõ quinta.

Quis hęc beneficia non in infinituz extollat, q̃ De⁹ prestitit homini: dño seruo, conditor creaturę: vt plus esset adhuc in beneficijs humanis, quã cum fecit quę non erant, postea quã fecit. Etenim derelict⁹ ab his, & cõtemptus, & cõtumelijs appetit⁹, addidit ab beneficia nõ requisitus vt gratior esset, & pl⁹ preferendus, dum reparat, quã cum fecit: vt ostenderet vnũ se esse, qui hęc omni posset.

Sic sic Christus p̃sidium tulit homini, vt puritatẽ suã nõ violaret, nec amitteret potestatem

potestatē. Hoīem enim se nasci
voluit, pro certo habēs, carnis
cōtactu minime se violari. Cō-
uersationi humanę se miscuit,
sciēs peccatis se corrūpi nō pos
se. Occidi se passus est, non ne-
scius mortē sibi dn̄ari nō posse,
sed eā sua opprimere potestate.
Hęc ergo gessit, vt oīa se posse
doceret. Humilitas enim ista nō
ad diminutionem eius proficit,
sed ad gloriam: ⁊ nō solū eius,
verum etiam in ipsum creden-
tium: Dignitas est enim seruum
esse potētis. Tu autē domine.

Lco. v. euā. sm Mattheū. L. vij.

c. 13. In illo tempore: Dixit Je
sus discipulis suis para-
bolam hāc. Simile est regnū cę-
lorum homini, qui seminauit bo
num semen in agro suo. Et reli.

Homilia sancti Augustini epi.

Cum negligenti⁹ agerēt
prepositi ecclesię, aut cū
dormitionem mortis accipe-
rent apostoli: uenit diabolus, ⁊
superseminauit eos, quos ma-
los filios dn̄s interpretatur.
Sed recte queritur vtrum he-
retici sint: aut male viuentes
catholici. Possunt enim dici fi-
lij mali, etiā heretici: qa ex eo-
dē euāgelij semine, ⁊ Chr̄i noie
procreati, prauis opinionibus ad
falsa dogmata conuertuntur.

℟. Ad te dn̄e leuaui. 119. f. viij.

Sed qd̄ dicit eos i medio
tritici seminatos: quasi
videnf illi significari, qui vni⁹
cōmunionis sunt. Ueruntamen
qm̄ dn̄s agrum ipsum nō eccle
siam, sed hunc mundū interpre
tatus est, bene intelliguntur he
retici, qa nō societate vnius ec
clesię vel vnius fidei, sed socie-
tate soli⁹ nois Christiani i hoc
mundo permiscentur bonis. At
illi, qui in eadē fide mali sunt,
palea potius quam zizania repu
tantur: quia palea etiam funda-
mentū ipsum habet cū frumen
to, radicemq̄ cōmunem. L. ix.

In illa plane sagena, qua
cōcluduntur ⁊ mali, ⁊ bo-
ni pisces, non absurde mali ca-
tholici intelligunf. Aliud est e-
nim mare, quod magis mun-
dum istum significat: aliud sa-
gena, quę vnius fidei, vel vnius
ecclesię communionē videtur
ostēdere. Inter hereticos ⁊ ma
los catholicos hoc interest, qd̄
heretici falsa credunt, illi au-
tem vera credentes non viuunt
ita vt credunt. Ad Bñs Añā.

Dn̄e nōne bonum semen semina-
sti i agro tuo? vnde ergo habet
zizania? ⁊ ait illis: Hoc fecit ini
micus homo. Ad Mag. Añā.

Colligite primū zizania, ⁊ alli
gate ea in fasciculos ad cōburē
dum: triticum autem cōgregate
in horreum meum, dicit dn̄s.

FERIA SECVNDA

De epistola beati Pauli Apo-
stoli ad Timotheum. Lectio i.

Fidelis sermo. Siquis epi
scopatū desiderat, bonū
opus desiderat: oportet enim epi
scopū irreprehēsibilē esse, vnius

uxoris virũ, sobriũ, prudẽtẽ, or/
natũ, pudicũ, hospitalẽ, docto/
rẽ, nõ vinolẽtũ, non percussorẽ,
sed modestum, non litigiosum,
nõ cupidũ, sed suę domui bene
prępositũ, filios habentẽ subdi/
tos cũ omni castitate. Si qs au/
tẽ domui suę pręesse nescit, quo
modo ecclesię Dei diligẽtiã ha
bebit? Nõ neophytũ: ne in sup/
biã elat⁹ in iudiciũ incidat dia
boli. Oportet autẽ illũ ꝛ testi/
moniũ habere bonũ ab his, q fo
ris sunt: vt non in opprobriũ in
cidat, ꝛ in laqueum diaboli. ℞.
Quam magna. 119. Lectio ij.

Diacones similiter pudi/
cos, non bilingues, non
multo vino deditos, nõ turpe lu
crũ sectantes, habẽtes mysteriũ
fidei in ɔsciẽtia pura. Et hi aũt
probẽtur primũ, ꝛ sic ministrẽt
nullũ crimẽ habẽtes. Mulieres
similiter pudicas, nõ detrahen
tes, sobrias, fideles in oib⁹. Dia
cones sint vnius vxoris viri, q fi
lijs suis bene psint, ꝛ suis domi/
bus. Qui enim bene ministra/
uerint, gradum bonũ sic acqui/
rent, ꝛ multam fiduciam in fi/
de quę est in Christo Iesu.

Lectio tertia.

Hec tibi scribo fili Timo
thee, sperãs me ad te ve/
nire cito: si autem tardauero, vt
scias quõ oporteat te in domo
Dei cõuersari, quę est Ecclesia
Dei viui, colũna ꝛ firmamẽtũ
veritatis. Et manifeste magnũ
est pietatis sacramẽtũ: qd mani
festatum est in carne, iustificatũ
est in spiritu: apparuit angelis,
prędicatũ est gentibus, creditũ
est in mundo, assumptum est in
gloria. Spiritus autem manife
ste dicit, quia in nouissimis tẽ/
poribus discedent quidam a fi/
de, attendentes spiritibus erro
ris, ꝛ doctrinis dęmoniorum.

FERIA TERTIA.

Incipit Epistola b. B. Pauli apostoli ad Timotheum. Lec. j.

Paul⁹ Apls Iesu
Christi per volũ
tatẽ Dei secũdũ
promissionẽ vitę
quę est in Chri/
sto Iesu, Timo/
theo carissimo filio: Gratia, ꝛ
misericordia, ꝛ pax a Deo pa/
tre, ꝛ Christo Iesu, dño nostro:
Gratias ago Deo meo cui ser
uio a pgenitoribus meis in con
sciẽtia pura, q sine intermissio/
ne habeam tui memoriam in ora
tionib⁹ meis nocte ac die, desi
derãs te videre, memor lacry/
marũ tuarũ: vt gaudio implear,
recordationẽ accipiens eius fi/
dei, quę est in te non ficta, quę ꝛ
habitauit primum in auia tua
Loide, ꝛ matre tua Eunice, cer
tus sum autẽ quod ꝛ in te. ℞.
Auribus percipe. 119. Lect. ij.

Propter quam causam ad/
moneo te, vt resuscites
gratiã Dei, quę est in te per im
positionẽ manuum mearũ. Non
enim dedit nobis Deus spũ ti
moris, sed virtutis, ꝛ dilectiõis,

& sobrietatis. Noli itaq erubescere testimoniu dñi nostri, neq me vinctum eius: sed collabora euãgelio secũdũ virtutẽ Dei, q nos liberauit, & vocauit vocatione sua sancta, nõ secũdũ opera nostra, sed secundũ propositum suũ, & gratiã, quę data est nobis in Christo Jesu ante tẽpora secularia. Lectio tertia.

Manifestata est autẽ nunc per illuminationẽ Saluatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autẽ vitã, & incorruptionẽ p euangelium: in quo positus sum ego pdicator, & apostolus, & magister gentium. Ob quam causam etiã hęc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorum verborum, quę a me audisti in fide, & in dilectione in Christo Jesu.

FERIA QVARTA.

De epistola ij. B. Pauli apostoli ad Timotheum: Lectio j.

Hoc aũt scito, q in nouissimis diebus instabũt tempora periculosa: & erũt hoĩes se ipsos amantes: cupidi, elati, superbi, blasphemi, parẽtibus nõ obediẽtes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incõtinentes, immites, sine benignitate, pditores, proterui, tumidi, cęci, & voluptatũ amatores magis quã dei, hñtes speciẽ quidẽ pietatis, virtutẽ aũt eius abnegãtes. Et hos deuita. ca.3.

R. Ne perdideris. 120. Lect. ij.

Ex his enim sunt, qui penetrãt domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quę ducunt varijs desiderijs: semper discẽtes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Jannes, & Mãbres restiterũt Moysi, ita & hi resistũt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem: sed vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. L. iij.

Tu autẽ assecutus es meã doctrinã, institutionẽ propositum, fidem, longanimitatẽ, dilectionem, patientiã, persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochię, Iconij, & Lystris: quales psecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me dñs. Et oẽs qui pie volunt viuere in Christo Jesu, psecutiones patient. Mali autẽ hoĩes & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes.

FERIA QVINTA.

Incipit epistola B. Pauli apostoli ad Titum. Lectio prima.

Paulus seruus Dei, aplũs autẽ Jesu Christi sm fidẽ electorũ Dei & agnitionẽ veritatis, quę sm pietatem est, in spem vitę ęternę, quã promisit, qui non mentitur Deus, ante tẽpora secularia:

cularia: manifestauit autē tēporibus suis verbū suū in pdicatione, q̄ credita est mihi ſm preceptū Saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio, ſm cōmunez fidez: Gratia & pax a Deo pře, & Chřo Jesu Saluatore nostro.

R. Deus in te ſpera. 120. L. ij.

Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea q̄ desunt corrigas, & ↄstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego diſposui tibi, ſiquis ſine crimine eſt vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accuſatione luxurie, aut non ſubditos. Oportet eniz episcopū ſine crimine eſſe, ſicut dei diſpēſatorē, nō ſuperbū, nō iracundū, nō violentū, nō percuſſorez non turpis lucri cupidū, ſed hoſpitalē, benignū, ſobriū, iuſtum, ſanctū, cōtinentē, amplectentē eū, qui ſm doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui cōtradicunt arguere. Lectio iij.

Sunt eniz multi etiā inobediētes, vaniloqui, & ſeductores, maxime q de circūciſione ſunt, quos oportet redargui: q vniuerſas domos ſubuertūt, docētes q̄ nō oportet turpis lucri gřa. Dixit qdā ex illis pprius ipſoꝝ ꝓpheta: Cretenſes ſemp mendaces, male beſtie, & ventres pigri. Teſtimoniū hoc verū eſt. Quā ob cauſaz increpa illos dure: vt ſani ſint in fide, nō intendentes Judaicis fabulis, & mādatis hominū auersantiū ſe a veritate. Oia mūda mūdis: coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum.

FERIA SEXTA.

De Epiſtola B. Pauli apoſtoli ad Titum. Lectio prima.

ca. 2.

Haec loquere & exhortare, & argue, cū oi imperio. Nemo te ↄtemnat. ca. 3. Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe, neminē blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed modeſtos, oēz oſtendētes māſuetudinē ad oēs hoies

R. Confitebor. 121. Lectio ij.

Eramus enim aliquando & nos inſipiētes, increduli, errantes, ſeruientes deſiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicē. Cū autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nři Dei, nō ex operibus iuſtitie, que fecimus nos, ſed ſm ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit: p lauacrū regenerationis, & renouationis ſpūs ſācti, quē effudit i nos abūde, p Jeſuz Chriſtū Saluatorē noſtrum: vt iuſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpez vite eterne. Lect. iij.

Fidelis ſermo ē. Et de his volo te ↄfirmare, vt curēt bonis operibꝰ p̄eſſe q credūt deo: Hec ſūt bona, & vtilia hominibꝰ. Stultas aūt q̄ſtiones, & genealogias, & cōtētiones, &

pugnas legis deuita: sunt eniz inutiles, & vanę. Hęreticū hominem post vnā, & secundā correptionē deuita, sciēs, q̄ subuersus est, q̄ eiusmodi est, & delinq̄t cū sit ꝓprio iudicio cōdēnatus.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

Incipit Epla B. Pauli Apostoli ad Philemonē. Lectio j.

Paulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater Philemoni dilecto, & adiutori nr̄o, & Apphię sorori carissimę, & Archippo cōmilitoni nostro, & Ecclesię, q̄ in domo tua est. Gratia vobis, & pax a deo pr̄e nr̄o, & dn̄o Iesu Chr̄o. Grās ago Deo meo, sēper memoriaz tui faciēs in orationibus meis, audiens charitatē tuā, & fidez, quaz habes in dn̄o Iesu, & in oēs sanctos, vt cōmunicatio fidei tuę euidēs fiat in agnitione omnis operis boni in vobis in Christo Iesu. Le. ij.

Gaudium enim magnū habui, & cōsolationē in charitate tua, q̄d viscera sanctorū requieuerūt per te frater. Propter quod multā fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem ptinet, propter charitatē magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autē & vinctus Iesu Christi. Obsecro te pro meo filio, quē genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc aūt & mihi & tibi vtilis, quem remisi tibi. Lectio iij.

Tu autē illū, vt mea viscera suscipe, quē ego voluerā mecū detinere, vt ꝓ te mihi ministraret in vinculis euangelij: sine cōsilio aūt tuo nihil volui facere: vti ne velut ex necessitate bonū tuū esset, sed volūtariū. Forsitā eniz ideo discessit ad horā a te, vt ęternū illum reciperes, iam non vt seruū, sed ꝓ seruo carissimuz fratrez, maxime mihi, quāto autē magis tibi & in carne & i dn̄o? Si ergo hēs me sociuz, suscipe illū sicut me: si autez aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu.

Ad Vesp. Pro Dn̄ica vj. Oro.

Presta, q̄s oīs Deus: vt semp rationabilia meditantes, quę tibi sunt placita, & dictis exequamur, & factis. Per dn̄m.

DOMINICA SEXTA. post Epiphaniam.

Incipit epistola Beati Pauli Apostoli, ad Hebręos. Lect. j.

Multifariā, multisq; modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quē cōstituit heredē vniuersorū, p̄ quē fecit & secula: Qui cū sit splendor glorię, & figura substantię eius, portansq;

tanq; oia verbo virtutis sue: purgationem pecatoꝝ faciens. sedet ad dexteram maiestatis i excelsis, tãto melior angelis ef/fectus: quãto differentius pre illis nomẽ hereditauit. ℟. Domine ne in ira. 118. Lectio v.

Cui enim dixit aliqñ angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero illi in patrem, et ipse erit mihi in filium? Et cũ iterum introducit primo/genitum in orbem terre dicit: Et adorent eum omnes ange/li Dei. Et ad angelos quidẽ di/cit: Qui facit ãgelos suos spũs, et ministros suos flammã ignis. Ad filiuz autem. Thronus tu⁹ Deus in seculuz seculi, virga e/quitatis, virga regni tui. Dile/xisti iustitiaz, et odisti iniquita/tem: propterea vnxit te Deus, Deus tu⁹ oleo exultationis p̄re participibus tuis. Lectio vj.

Et tu in principio dñe ter/ram fundasti: et opera ma/nuum tuarũ sunt celi. Ipsi peri/bunt, tu autẽ permanebis, et om/nes vt vestimentuz veterascent Et velut amictũ mutabis eos, et mutabuntur: tu autẽ idem ip/se es, et anni tui nõ deficiẽt. Ad quem autem ãgeloꝝ dixit ali/quando: Sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos sca/bellũ pedum tuoꝝ. Nonne oẽs sunt administratorij spũs in ministeriũ missi propter eos, q hereditatem capiunt salutis?

Sermo sancti Athanasii episcopi, contra Arianos. Lectio vij.

Si personam, rez, ac tem/pus apostolici dicti, he/retici cognoscerent, nunquã humana in deitatez transferen/tes, tam impie, et stulte adver/sus Christum sese habuissent. Id intueri licebit, si initium le/ctionis denuo repetitũ probe excipias. Dicit eniz apostolus. Multifariam, multisque mo/dis olim Deus locutus est pa/tribus nostris per p̄phetas: vl/timis autẽ diebus locut⁹ est no/bis in filio. Atq; ita paulo post dicit: Perfecta ab eo nostrorũ peccatoruz purificatione, ipsuz sedere ad dexteraz maiestatis i excelsis, tãto superiorẽ angelis factũ, quãto p̄restantius nomẽ p̄re illis sortitus est. Eo igitur tp̄e, quo nobis p̄ filiũ locut⁹ est, cuz peccatorũ purgatio fieret, apostolicũ dictũ mẽtionẽ facit: Quando autem nobis locutus est i filio? aut quãdo purgatio peccatoꝝ facta? aut quãdo na/tus est homo, nisi post p̄phetas, idque in vltimis temporibus? ℟. Notas mihi fecisti 118. ℣.

Deinde cũ narratio habe/retur ꝺ nostri cura ac di/spensatione, deq; vltimis tẽpo/ribus, ad contextum argumẽti p̄tinebat vt diceret, Deũ neq; superiorib⁹ etatib⁹ tacitũ fuis/se, sed locutum esse per prophe/tas: et vbi prophete suo officio perfuncti essent, et lex per ange

 los sua

los sua edicta pronunciasset, & dns ad nos migrasset, & ad ministrandum accessisset, tunc de mu necessario subintulit: Tanto melior angelis factus, ostendere volens, quanto dns prae servo excellat, tanto functione, officioque servoru filii administrationem meliorem fuisse. Lectio sexta.

Functiones igitur discriminans apostolus, veterem & novam, libere & cum fiducia ad Iudaeos in haec verba scribit. Tanto melior angelis factus. Quapropter illa sententia. Tanto melior angelis factus, non in totu per comparationem dicta est, quod maior aut preciosior esset, ne quis quasi de cognatis eiusdemque generis rebus, haec verba intelligat: sed ideo praestantiorem illu dixit, ut discrimen naturae filii ad res creatas indicaret.

Lectio s. euang. sm Mattheu. Lectio vii.

c.13. In illo tempore: Dixit Iesus turbis parabolam hanc. Simile est regnum celorum grano sinapis: quod accipiens homo seminavit in agro suo. Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presbyt.

Regnum celoru praedicatio euangelii est, & notitia scripturaru, quae ducit ad vitam, & de qua di ad Iudaeos. Auferetur a vobis regnu dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Simile est ergo huiuscemodi regnu grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Homo, qui seminat in agro suo, a plerisque Salvator intelligitur, quod in animis credentium seminet: ab aliis, ipse homo seminans in agro suo, hoc est in semetipso, & in corde suo.

℟. Ad te dne leva. 116. Lectio viii.

Quis est iste, qui seminat, nisi sensus noster & animus: qui suscipiens granum praedicationis & fovens, sementem humore fidei facit in agro sui pectoris pullulare? Praedicatio euangelii minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam, fidem non habet veritatis, hominem Deum, mortuum, & scandalum crucis praedicans. Confer huiusmodi doctrinam dogmatibus philosophorum, & libris eorum, & splendori eloquentiae, & compositioni sermonum: & videbis, quanto minor sit ceteris seminibus sementis euangelii. Lectio nona.

Sed illa cum creverit nihil mordax, nihil vividu, nihil vitale demonstrat: totu flaccidum, marcidumque ebullit in olera & in herbas, quae cito arescunt, & corruunt. Haec autem praedicatio, quae parva videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit, non exurgit in olera; sed crescit in arborem: ita, ut volucres celi (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei servitio mancipatas, sentire debemus) veniant, & habitent in ramis eius. Ramos puto euangelicae arboris, quae de grano sinapis creverit

creuerit, dogmatuȝ esse diuersitates: in quib⁹ supradictarū volucrum vnaqueque requiescit. Ad Bnd. Aña. Simile est regnū celorū grano sinapis, quod minimum est oibus seminibus: cū aūt creuerit, maius est omnibus oleribus. Ad Mag. Aña. Simile est regnū celorū fermēto: quod acceptū mulier abscōdit in farine satis tribus, donec fermentatum est totum.

FERIA SECVNDA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebreos. Lectio prima.

ca. 3. Vide fratres sācti, vocationis celestis participes considerate apostolum ꝛ pontificē cōfessionis nostre Jesuȝ, q fidelis est ei qui fecit illū, sicut ꝛ Moyses in omni domo eius. Amplioris enim glorie iste pre Moyse dign⁹ est habitus, quāto ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illaȝ. Ois nāq domus fabricatur ab aliquo: qui aūt oia creauit, Deus est. R. Quam ma. 119. Lect. ij.

Et Moyses quidē fidelis erat in tota domo ei⁹, tāquā famulus: in testimoniū eoꝝ que dicenda erant: Christus vero tanq filius in domo sua: que domus sumus nos: si fiduciā ꝛ gloriam spei vsq in fineȝ firmā retineamus. Quapropter: sicut dicit spiritus sanctus, Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundū diem temptationis in deserto. Lectio iij.

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrū cor malum incredulitatis discedēdi a Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies, donec hodie cognominat: vt non obduret qs ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substātie eius vsq ad finem firmum retineamus: dū dicitur, Hodie si vocē ei⁹ audieritis: nolite obdurare corda vestra, quēadmodū in illa exacerbatione. Quidā eniȝ audiētes exacerbauerūt: sed nō vniuersi, q pfecti sunt ab Aegypto per Moysen.

FERIA TERTIA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebreos. Lectio prima.

4. ca. Timeam⁹ ergo ne forte, relicta pollicatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim ꝛ nobis nunciatum est quemadmodum ꝛ illis: sed nō profuit illis sermo auditus, nō admistus fidei ex ijs, que audierunt. Ingrediemur enim in requiem eius qui credidimus: quemadmoduȝ dixit: Sicut iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meā: ꝛ quidē operibus ab institutione mūdi perfectis. R. Auribus percipe. 119. L. ij.

Dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requeuit De⁹ die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto

 rursum

rursum: Si introibūt in requiē meā. Quoniā ergo superest introire quosdā in illā, & ij qbus prioribus annunciatum est non introierunt propter incredulitatem, iterum terminat diē quendam, hodie in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supradictum est: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Lectio tertia.

Nam si eis Jesus requiem pstitisset, nunquā de alia loqueretur post hac die. Itaqꝫ relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illā requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsqꝫ ad diuisionem animę ac spiritus, cōpagum quoque ac medullarum: & discretor cogitationū, & intentionum cordis.

FERIA QVARTA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebręos. Lectio prima.

ca. 6. Quapropter intermittētes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, nō rursū facientes fundamentū pęnitentię ab operibus mortuis & fidei ad deū, baptismatum doctrinę, impositionis quoqꝫ manuū, ac resurrectionis mortuorum, & iudiciŋ ęterni. Et hoc faciemus, siquidē pmiserit deus. R. Ne pdideris. 120. Lectio ij.

Impossibile enim est, eos q semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonū Dei verbum, virtutesqꝫ seculi venturi, & plapsi sunt, rursus renouari ad pęnitentiam, rursus crucifigētes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. Lectio tertia.

Terra enim sępe venientē super se bibens imbrem, & generans herbam opportunā illis, a qbus colitur, accipit benedictionē a Deo: pferens aūt spinas ac tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius ꝯsummatio in ꝯbustionē. Cōfidimus autē de vobis dilectissimi meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Nō enim iniustus Deus, vt obliuiscat operis vestri, & dilectiōis, quā ostēdistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

FERIA QVINTA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebręos. Lectio prima.

7. ca. Hic enim Melchisedech, rex Salē, sacerdos Dei summi, q obuiauit Abrahę regresso a cęde regum, & benedixit ei: cui & decimas oiū diuisit Abraham: Primū quidē, q interpretat rex iustitię, deinde autē rex Salē, qd est rex pacis, sine pa[tre], si ne ma[tre]

ne matre, sine genealogia, neq; initium dierũ neq; finẽ vitę habens, assimilatus aũt filio Dei, manet sacerdos in perpetuũ. ℟. Dñe in te spe. 120. Lectio ij.

Intuemini autẽ quantus sit hic, cui & decimas dedit de pręcipuis Abrahã patriarcha. Et quidẽ de filijs Leui sacerdotium accipientes, mandatũ habẽt decimas sumere a populum secũd legẽ, idest a fratribus suis, quamquã & ipsi exierunt de lũbis Abrahę. Cuius autem generatio nõ annumeratur in eis, decimas sumpsit ab abrahã, & hũc, qui habebat repromissiones, benedixit. Le. iij.

Sine vlla autem cõtradictione, qđ min⁹ est, a meliore benedicitur. Et quidẽ decimas mortẽtes hoĩes accipiũt: ibi autem cõtestatur, quia viuit: & (vt ita dictũ sit) per Abrahã & Leui, qui decimas accipit decimatus est: adhuc enim in lumbis patris erat quando obuiauit ei Melchisedech. Si ergo cõsummatio per sacerdotium Leuiticum erat: populus enĩ sub ipso legẽ accepit: quid adhuc necessariũ fuit ẽm ordinẽ Melchisedech aliũ surgere sacerdotẽ, & non ẽm ordinẽ Aarõ? Trãslato enĩ sacerdotio, necesse est, vt & legis trãslatio fiat.

FERIA SEXTA.

De epistola B. Pauli apostoli ad Hebręos. Lectio j.

11. c. Est autẽ fides sperandarum substãtia rerũ, argumẽtũ nõ apparentiũ. In hac enim testimoniũ cõsecuti sunt senes. Fide intelligim⁹ aptata esse secula verbo Dei, vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent. Fide plurimã hostiã Abel quã Cain, obtulit Deo: p quã testimoniũ cõsecut⁹ est esse iustus, testimoniũ phibẽte muneribus ei⁹ Deo, & per illã defunctus adhuc loquitur. ℟. Confitebor. 121. Lectio ij.

Fide Enoch trãslatus est ne videret mortem, & nõ inueniebatur, q: transtulit illũ deus: Ante trãslationem enim testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autẽ impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentẽ ad Deũ quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto de ys, quę adhuc nõ videbantur, metuens, aptauit arcam in salutem domus suę, per quam damnauit mundũ: & iustitię, quę per fidẽ est, hęres est institutus. Lectio tertia.

Fide, qui vocatur Abrahã, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatẽ, exijt nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra repromissionis tanquã in aliena, in casulis habitando cũ Isaac, & Iacob, cohęredibus repromissionis eiusdem: expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.

SABBATHO.
Solet fieri de B. Maria.
De epistola B. Pauli apostoli ad Hebreos. Lectio prima.

c.13. Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite oblivisci. Per hanc enim placuerunt quidam: angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum tanquam simul vincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus. Lectio ij.

Sint mores sine avaritia, contenti presentibus: ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam: ita ut confidenter dicamus: dns mihi adiutor est: non timebo qd faciat mihi homo. Mementote prepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. Jesus Christus heri, & hodie, ipse & in secula. L. iij.

Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci: optimum est enim gratia stabilire cor, non escis, que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra: propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

Sabb. Pro Dnica Septuag. Ad Vesperas. Capitulum.

1. Cor. 9. Fratres: Nescitis quia hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt: sed unus accipit bravium: sic currite ut comprehendatis. Hym. O lux beata Tri. 60. Vespertina. Ad Mag. Aia. Dixit dns ad Adam: De ligno quod est in medio paradisi ne comedas: in qua hora comederis: morte morieris. Oratio.

Preces ppli tui, qs dne, clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per dominum.
℣. Benedicamus dno. hal. hal.
℟. Deo gras, hal. hal. Et deinceps nõ d. hal. usque ad Sabbathu scdm. Sed post Deus in adiutorium. ubi dicebat. Hall. di. Laus tibi dne, rex eterne glie.

¶ Si in Dnicis a Septu. usque ad Dominicam in Albis occurat festum dupl. vel semidu. transfertur in primam diem similem festo non impedita.

DOMINICA in Septuagesima.

Ad Matut. Inuitatorium.
Preoccupemus faciem domini: Et ipsalmis iubilemus ei. In psalmo di. loco Inui. Quod di. i dnicis dieb. usque ad l. Dnica Quadrag. Hym. Primo dier. Psal. Ane. & ℣. noc. de psalter. Incipit

Incipit Liber Genesis. Lectio j.

In principio creauit Deus celum et terram. Terra autem erat inanis, et vacua: et tenebre erant super faciem abyssi, et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque Deus. Fiat lux: et facta est lux. Et vidit deus lucem quod esset bona: et diuisit lucem a tenebris: appellauitque lucem diem, et tenebras noctem. Factumque est vespere, et mane dies vnus. Dixit quoque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum, et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum: diuisitque aquas que erant sub firmamento, ab his que erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum celum: et factum est vespere et mane dies secundus. R. In principio creauit Deus celum, et terram, et fecit in ea hominem. Ad imaginem, et similitudinem suam. V. Formauit igitur deus hominem de limo terre, et inspirauit in faciem eius spiraculum vite. Ad. Lectio ij.

Dixit vero Deus: Congregentur aque, que sub celo sunt in locum vnum, et appareat arida: et factum est ita. Et vocauit deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus, quod esset bonum, et ait: Germinet terra herbam virentem: et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram: et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus, quod esset bonum: et factum est vespere, et mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento celi, et diuidant diem ac noctem, et sint in signa, et tempora, et dies, et annos: et luceant in firmamento celi, et illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque deus duo luminaria magna: luminare maius, vt preesset diei, et luminare minus, vt preesset nocti, et stellas: et posuit eas deus in firmamento celi, vt lucerent super terram, et preessent diei ac nocti, et diuiderent lucem a tenebris. Et vidit deus, quod esset bonum: et factum est vespere, et mane dies quartus. R. In principio creauit deus celum et terram, et spiritus domini ferebatur super aquas. Et vidit deus cuncta, que fecerat, et erant valde bona. V. Igitur perfecti sunt celi, et terra, et omnis ornatus eorum. Et. Lectio iij.

Dixit etiam Deus: Producant aque reptile anime viuentis, et volatile super terram sub firmamento celi. Creauitque Deus cete grandia, et omnem animam viuentem atque motabilem, quam produxerant aque in species suas et omne volatile secundum genus suum.

fluum. Et vidit deus, q esset bonum, benedixitque eis dicens. Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris, avesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, et mane dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terra animā viventem in genere suo, iumenta, et reptilia, et bestias terre secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terre iuxta species suas, et iumēta, et omne reptile terre in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, et ait: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et presit piscibus maris, et volatilibus celi, et bestijs, universeq3 terre, omnique reptili, quod movetur in terra. ℟. Formavit igitur dominus hominem de limo terre. Et inspiravit in faciē eius spiraculum vite, et factus est homo in animam viventē. ℣. In principio fecit Deus celū3 et terram, et plasmavit i ea hominem. Et. ℣. Gloria. Et.

Ex li. de Enchiridion. S. Augustini episcopi. Lectio iiij.

Mortis suppliciū dñs homini cōminat⁹ fuerat si peccaret: sic eum munerās libero arbitrio, ut tamē regeret imperio, terreret exitio: atq3 in paradisi felicitate, tanquā3 in umbra vite, unde iustitia custodita in meliora conscenderet, collocavit. Hinc post peccatū3 exul effectus, stirpem quoq3 suam, quā peccādo in se tanq3 in radice viciaverat, pena mortis, et dānationis obstrinxit: ut quicqd prolis ex illo et simul dāmnata per quā3 peccaverat coniuge, per carnalem concupiscentiā, in qua inobedientie pena similis retributa est, nasceretur, traheret originale peccatum, quo traheretur per errores doloresque diversos ad illud extremum cum desertorib⁹ angelis viciatoribus, et possessoribus, et cōsortibus suis, sine fine supplicium. ℟. Tulit ergo dominus hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis. Ut operaretur, et custodiret illū. ℣. Plātaverat autem dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quē formaverat. Ut operaret.

Lectio quinta.

Sic per unum hoīem peccatū3 intravit in mūdū, et p peccatū mors, et ita in omnes homines pertransijt, in quo oēs peccaverūt. Mundū quippe appellavit eo loco apostol⁹ universum gen⁹ humanū. Ita ergo res se habebāt. Iacebat i malis, vel etiā volvebatur, et de malis i mala precipitabatur totius humani generis massa dānata: et adiuncta parti eo3, qui peccaverāt angelo3 luebat impie desertionis dignissimas penas. ℟. Dixit dñs Deus, nō est bonum hominem esse solū3. Faciamus

Faciam⁹ ei adiutorium simile sibi. ℣. Ade vero non inueniebatur adiutor similis sibi: dixit vero Deus. Faciamus. Lec. vi.

Ad irā quippe dei pertinet iustam quicquid ceca ꝛ indomita cōcupiscētia faciunt libenter mali, ꝛ quicquid manifestis opertisq; penis patiūtur inuiti: nō sane creatoris desistente bonitate ꝛ malis angelis subministrare vitā, viuacemq; potētiā (que subministratio si auferat, interibunt) ꝛ hominum quamuis de propagine vitiata dānataq; nascentiū formare semina: ꝛ animare ꝛ ordinare membra per temporum etates, per locorum spatia, vegetare sensus, alimēta donare. Melius eni3 iudicauit de malis benefacere, qua3 mala nulla esse permittere. ℟. Immisit dominus soporem in Adā: ꝛ tulit vna3 de costis eius. Et edificauit costam, qua3 tulerat dominus de Adam, in mulierem, ꝛ adduxit eam ad Adam, vt videret quid vocaret ea3: ꝛ vocauit nomen eius, Virago, quia de viro sumpta est. ℣. Cumq; obdormisset, tulit vnā de costis eius, ꝛ repleuit carnem pro ea. Et edificauit. Gloria. Et edifi.

Leō3. euāg. sm Mattheū. Lec. vij.

C. 20: In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis parabola3 hanc. Simile est regnu3 celorū homini patrifamilias, qui exyt primo mane conducere operarios in vineam suam. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Pape.

Regnu3 celorū homini patrifamilias simile dicit, qui ad excollenda3 vineā suam operarios conducit. Quis vero patrisfamilias similitudine3 rectius tenet, quā cōditor noster: qui regit quos condidit, ꝛ electos suos sic in hoc mūdo possidet, quasi subiectos dñs in domo. Qui habet vineam, vniuersalē scilicet Ecclesiā: que ab Abel iusto, vsq; ad vltimū electum, qui in fine mundi venturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. ℟. Plantauerat autem dñs deus paradisu3 voluptatis a principio: In quo posuit hominem, quē formauerat. ℣. Produxitq; dñs de humo omne lignū pulchrum visu, ꝛ ad vescendum suaue: lignum etiam vite in medio paradisi. In. Lectio viij.

Hic itaq; paterfamilias ad excolēdā vinea3 sua3, mane, hora tertia, sexta, nona, ꝛ vndecima operarios conduxit: qa a mundi huius initio vsq; in finē ad erudiedā plebē fideliu3 predicatores congregare nō destitit. Mane eteni3 mundi fuit ab Adam usq; ad Noe: hora uero tertia a Noe usq; ad Abraha3: sexta quoq; ab Abrahā usq; ad Moysen: nona autē a Moyse usq; ad Aduentum Dñi: undecima uero ab Aduētu Dñi usque ad finē mundi. In qua predicatores

dicatores sancti apli missi sunt, q mercedē plenā & tarde uenientes acceperunt. ℟. Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est, sciēs bonū & malū. Uidete, ne forte sumat de ligno uitę, & uiuat in ęternum. ℣. Fecit quoq; dñs Deꝰ Adę tunicā pelliceā, & induit eū, & dixit. Uidete. L. ix.

AD erudiendā igitur dñs plebem suā, quasi ad excolendā uineam suā nullo tempore destitit operarios mittere quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores & prophetas, ad extremum uero per apostolos: dum plebis suę mores excoluit: quasi per operarios in uineę cultura magnopere laborauit: quāuis in quolibet modulo uel mēsura, quisquis cum fide recta bonę prędicator actionis extitit, huius uineę operarius fuit. Operator ergo mane, hora tertia, sexta, & nona: antiquus ille Hebraicus populus designatur: qui in electis suis ab ipso mundi exordio: dum recta fide Deum studuit colere: quasi non destitit in uineę cultura laborare. Ad undecimam uero gentiles uocantur: quibus & dicitur: Quid hic stati tota die ociosi? ℟. Ubi est Abel frater tuus? dixit dñs ad Cain. Nescio dñe: nunquid custos fratris mei sum ego? & dixit ad eū: Quid fecisti? Ecce uox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣. Maledictus eris super terram, quę aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Ecce vox. Gloria. Ecce vox. Nonus. ℟. di in dñicis usq; ad Pascha loco ℟ hym. Te Deum. qui non di hoc tpe nisi in festis.

Ad Laudes. Antiphona:

MIserere mei Deus: & a delicto meo mūda me, quia tibi soli peccaui. ps. idem. 23. Aña. Confitebor tibi, qm̄ exaudisti me. ps. Confitemini. 10. Aña. Deus Deus meus ad te de luce vigilo, qr factꝰ es adiutor meus. ps. idem. fol. 8. Aña. Benedictus es in firmamento celi, & laudabilis in secula Deus noster. Psalmus. Benedicite. Antiphona. Laudate dominum de celis. ps. idem. ps. Psal. supradicti semper dicū in Lau. Dñice usq; ad Pasc. Ca. Fratres, Nescitis. 133. Hym. Aeterne rerum conditor. 9. ℣. Dñe refugium factus es nobis. ℟. A generatione, & progenie. Hic ℣. di ad Lau. dñicis diebꝰ usq; ad Quadr. Ad Bñs. Aña. Simile est regnum celorum homini patrifamilias, q exijt primo mane conducere operarios in vineam suam, dicit dñs. Oro. Preces populi tui. 133. vt sup. Ad j. Aña. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineā suam. ps. Deꝰ in noie tuo. cu reli. 110. Ad iij. Aña. Ite & vos in vineā meā: & qd iustū fuerit dabo vobis.

bis. Cap Fratres, Nescitis. 133 ℟. bre. ⁊ ℣. dñr de ps alt. vsq ad Dñica primā Quadr. ℟. Inclina cor meū. ⁊ Ego dixi.
Ad Sextam. Antiphona.
Quid hic statis tota die ociosi? responderunt, ⁊ dixerunt: quia nemo nos conduxit. Capitulum.

1. Cor. 9.
OMnis enim, qui in agone contendit, ab oībus se abstinet: ⁊ illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autē incorruptam. ℟. In eternum domine. ⁊ Dominus regit. Ad Nonam. Antiphona.
Voca operarios, ⁊ redde illis mercedem suam, dicit Dominus. Capitulum.

1. Cor. 10.
BIbebant aūt de spiritua li cōsequēte eos petra: pe tra autem erat Christus. ℟. Clamaui in. ⁊ Ab occultis. Ad Vesp. Añ. ⁊ ps. Dixit d. 32. cum reł. vt in psal. Cap. Fratres, Nescitis. 133. Hym. Lucis creator. 53. ℣. Dirigatur dñe. Ad M. Añā. Dixit pfamilias operarijs suis: Quid hic statis to ta die ociosi? At illi respōdētes dixerūt: Q: nemo nos cōduxit. Ite ⁊ vos in vineā meā: ⁊ qd iu stū fuerit dabo vobis. Oro vt su.

FERIA SECVNDA.
De libro Genesis. Lcō prima.

Ca. 1.
ET creauit De⁹ hoiē ad imaginem ⁊ similitudinē suā: ad imaginē Dei creauit il lum, masculū, ⁊ feminā creauit eos: bñdixitq illis Deus, ⁊ ait. Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ re plete terrā, ⁊ subijcite eā, ⁊ dña mini piscibus maris, ⁊ volatili bus celi, ⁊ vniuersis animanti bus, que mouētur super terrā. Dixitq deus: Ecce dedi vobis oēm herbā afferentem semen sup terrā, ⁊ vniuersa ligna, que habent in semetipsis sementē generis sui: vt sint vobis in escā. ⁊ cūctis aiantib⁹ terre, omniq volucri celi, ⁊ vniuersis, que mo uentur in terra, ⁊ in quibus est aia viuēs: vt habeāt ad vescēdū. Et factū est ita. Viditq Deus cuncta, que fecerat, ⁊ erant val de bona. Et factum est vespere, ⁊ mane dies sextus. ℟. Dum deambularet dominus in para disum ad aurā post meridiē, clamauit, ⁊ dixit: Adā vbi es? Audiui domine vocem tuam. Et abscondi me. ℣. Vocē tuā audiui i paradiso, ⁊ timui eo q nudus essem. Et. Lcō secunda.

IGitur perfecti sunt celi ⁊ terra, ⁊ ois ornatus eorū. Compleuitque Deus die se ptimo opus suum quod fece rat, ⁊ requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patra rat: ⁊ benedixit diei septimo, ⁊ sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus, vt face ret. Iste sunt generationes ce li, ⁊ terre, quando creata sunt in die, quo fecit dominus De⁹ celum ⁊ terram, ⁊ omne virgul tum agri antequam oriretur in terra, omnemq herbā regio nis,

nis prius quã germinaret. Nõ enim pluerat dñs Deus super terrã, & homo non erat qui operaretur terram: sed fons ascẽdebat e terra, irrigans vniuersam superficiẽ terrę. ℟. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, dixit dñs ad Adam: cũ operatus fueris terrã, non dabit fructus suos: Sed spinas, & tribulos germinabit tibi. ℣. Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo. Sed. Lect. iij.

Formauit igitur dñs deus hoiẽ de limo terrę, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitę, & factus est homo in animam viuẽtem. Plantauerat autem dñs Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitque dñs deus de humo omne lignũ pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignũ etiam vitę in medio paradisi, lignumq; sciẽtię boni, & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. ℟. Formauit igitur dñs hominem de limo terrę: Et inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitę: & factus est homo in aiam viuentem. ℣. In principio fecit Deus cęlũ, & terram, & plasmauit in ea hominẽ. Et. G lo. Et. Ad Mag. Aña. Hi nouissimi vna hora fecerũt, & pares illos nobis fecisti, q portauimus pondus diei, & ęstus.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Tulit ergo dñs deus hominem, & posuit eũ in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede, de ligno aũt sciẽtię boni & mali ne comedas: in quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque dñs Deus. Nõ est bonũ hominem esse solũ, faciamus ei adiutorium simile sibi. ℟. Tulit. 154.

Rña Dñicę prętéritę reperiunt in sequentibus feriis ƒm ordinẽ noctur. vt in rubricis. Lect. ij.

Formatis igitur dñs deus de humo cunctis animantibus terrę, & vniuersis volatilibus cęli: adduxit ea ad Adam, vt videret qd vocaret ea. Omne enim quod vocauit Adam animę viuentis, ipsum est nomẽ eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cęli, & omnes bestias terrę. Adę vero non inueniebatur adiutor similis eius. ℟. Dixit. Lectio iij.

Immisitq; dñs deus soporẽ in Adã. Cumq; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea, & ędificauit dñs Deus costã quã tulerat de Adam, in mulierẽ, & adduxit eam ad Adam. Dixitq; Adam: Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de

rode carne mea: hec vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. ℟. Immisit. Ad Mag. Aña. Dixit autem paterfamilias: Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario convenisti mecum? tolle quod tuum est, et vade.

FERIA Q[UAR]TA.

De libro Genesis, Lectio j.

ca. 3. Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terre, que fecerat dominus Deus: qui dixit ad mulierem. Cur precepit vobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier. De fructu lignorum que sunt in paradiso, vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi, precepit nobis Deus ne comederemus: et ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini: scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo: aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile: et tulit de fructu illius, et comedit, deditque viro suo, qui comedit: et aperti sunt oculi amborum, ℟. Plantaverat. 135. Lectio ij.

Cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, et fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, et uxor eius a facie domini Dei in medio ligni paradisi. Vocavitque dominus Deus Adam et dixit ei: Ubi es? Qui ait: Vocem tuam domine audivi in paradiso: et timui eo quod nudus essem, et abscondi me. Cui dixit dominus: Quis enim indicavit tibi quod nudus esses? nisi quod ex ligno, de quo preceperam tibi ne comederes, comedisti. Dixitque Adam. Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi. Et dixit dominus Deus ad mulierem: Quare hoc fecisti? Que respondit: Serpens decepit me, et comedi. ℟. Ecce Adam. 135. Lectio tertia.

Et ait dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terre. Super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vite tue. Inimicitias ponam inter te, et mulierem, semen tuum, et semen illius: ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, et conceptus tuos: in dolore paries filios, et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui. Ade vero dixit: Quia audisti vocem uxoris tue, et comedisti de ligno, ex quo preceperam tibi ne comederes: maledicta ter

ra in opere tuo: in laboribus co medes ex ea cunctis diebus vite tuę: spinas ꝛ tribulos germinabit tibi: ꝛ comedes herbas terrę. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terrã de qua sumptus es: quia pulvis es, ꝛ in pulverem reverteris. Et vocavit nomẽ vxoris suę Eua, eo ꝙ mater eẽt cũctorũ viuẽtiũ. ℟. Ubi est Abel.

Ad Magnificat. Antiphona.

Tolle quod tuum est, ꝛ vade: quia ego bonus sũ, dicit dñs.

FERIA QVINTA.

De libro Geneſis. Lcõ prima.

Adã vero cognouit vxorẽ suã Euam, quę concepit ꝛ peperit Cain, dicẽs. Possedi hominem per Deum. Rursum que peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, ꝛ Cain agricola. Factũ est aũt post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terrę munera dño. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui, ꝛ de adipibus eorũ. Et respexit dominus ad Abel, ꝛ munera eius: ad Cain autem, ꝛ ad munera illius non respexit. Iratusq; est Cain vehementer, ꝛ concidit vultus eius. Dixitq; dñs ad eũ: Quare iratus es, ꝛ cur cõcidit facies tua? Nonne, si bene egeris recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit? sed sub te erit appetitꝰ eius, ꝛ tu dominaberis illius. ℟. In principio. 134. Lect. ij.

Dixitq; Cain ad Abel fratrẽ suũ: Egrediamur foras. Cũq; essent in agro, ꝯsurrexit Cain aduersus fratrẽ suũ Abel, ꝛ interfecit eum. Et ait dñs ad Cain: Ubi est Abel frater tuus? Qui respõdit: Nescio: Numquid custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quę aperuit os suum, ꝛ suscepit sanguinem fratris tui, de manu tua: cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus, ꝛ profugus eris super terram. ℟. In principio. 134. Lectio iij.

Dixitq; Cain ad dominũ: Maior est iniqtas mea quam vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie a facie terrę, ꝛ a facie tua abscõdar, ꝛ ero vagus ꝛ profugus in terra. Omis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Dixitque ei dominus: Nequaquã ita fiet: sed omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque dominus in Cain signum: vt nõ interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Egressusq; Cain a facie domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. 7. ca. ℟. Formauit igitur. 134.

Ad Magnificat. Antiphona.

Nõ licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequã est: quia ego bonus sum: dicit dñs.

Feria

FERIA SEXTA.

De libro Genesis. Lectio i.

Cognouit autem Cain vxorē suā, que cōcepit, & peperit Enoch, & edificauit ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filij sui Enoch. Porro Enoch genuit Irad, & Irad gēuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech: qui accepit duas vxores: nomē vni Ada, & nomen alteri Sella: genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum, & nomen fratris eius Iubal: qui fuit pater canentium cithara, & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera eris, & ferri. Soror vero Tubalcain Noema. ℟. Tulit. 134.

Lectio secunda.

Dixitq; Lamech vxoribus suis Ade, & Selle. Audite vocem meā, vxores Lamech: auscultate sermonē meum. Quā occidi virum in vulnus meum: & adolescentulū in liuorē meū: septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium: vocauitq; nomen eius Seth, dicēs: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos: iste cepit inuocare nomen domini. ℟. Dixit dñs. Lec. iij.

Hic est liber generationis Adā. In die qua creauit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum, masculum & feminā creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorū Adam, in die quo creati sunt. Uixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suā: vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam, postq̄ genuit Seth, octingenti anni: genuitq; filios, & filias. Et factū est omne tempus, quod vixit Adā, anni nongenti triginta: & mortuus est. ℟. Immisit. 135.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De libro Genesis. Lectio i.

Uixit autem Malalaleel sexagintaquinque annis & genuit Iared: & vixit Malalaleel, postq̄ genuit Iared, octīgētis triginta annis, & genuit filios, & filias. Et facti sūt dies dies Malalaleel octingēti nonagintaquinque anni, & mortuus est. Uixitque Iared centum sexaginta duobus annis: & genuit Enoch, & vixit Iared: postq̄ genuit Enoch octingentis annis, & genuit filios, & filias: facti sunt omnes dies Iared non gēti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porro Enoch vixit sexagintaquinque annis, & genuit Mathusalem. Lectio ij.

Et ambulauit Enoch cū deo: & vixit postq̄ genuit

Mathu-

Matusalé trecētis annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti sunt oēs dies Enoch trecēti sexaginta quinqꝫ anni: ambulauitqꝫ cū Deo, nō apparuit: qꝛ tulit eum deus. Uixit quoqꝫ Mathusalē centū octoginta septē annis, ⁊ genuit Lamech. Et vixit Mathusalem, postquā genuit Lamech, septīgētis octogita duobus annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et facti sunt oēs dies Mathusalē, nōingēti sexagintanoué anni, ⁊ mortuus est. Lec. iiij.

Uixit autē Lamech cētū octoginta duob⁹ annis, ⁊ genuit filiū: vocauitqꝫ nomen eius Noe, dicēs: Iste ꝯsolabitur nos ab operib⁹, ⁊ laborib⁹ manuū nostraꝝ i terra cui maledixit dn̄s. Uixitqꝫ Lamech postqꝫ genuit Noe, quingentis nonagintaquinqꝫ annis, ⁊ genuit filios, ⁊ filias. Et fcti sūt oēs dies Lamech septīgēti septuaginta septem anni, ⁊ mortuus est.

Sabbatho Sexagesimę.

Ad Uesperas. Capitulum.

2. Cor. 11.

Fratres, Libēter suffertis insipientes, cū sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim siquis vos in seruitutē redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciē vos cędit. Hym. O lux beata Trinitas. 60. ℣. Uespertina oratio. Ad Mag. Aña. Dixit dn̄s ad Noe: Finis vniuersę carnis venit corā me: fac tibi arcā de lignis lęuigatis: vt saluet vniuersū semē in ea. Oro.

Deus, qui conspicis, qꝛ ex nulla nostra actione ꝯfidim⁹: ꝯcede propitius, vt ꝯtra aduersa omnia, doctoris gētiū ꝓtectione muniamur. Per do.

DOMINICA in Sexagesima.

Ad Matuti. Inuitatorium.

Regē occupemus. 133. Hym. ⁊ reliq. vsqꝫ ad lect. vt in Psalte. De libro Genesis. Lectio j.

ca. 5.

Noe vero cū quingentorū esset annorū genuit Sem, Chā, ⁊ Iapheth. Cūque cepissent homines multiplicari super terram, ⁊ filias procreassent, videntes filij Dei filias hominum, qꝫ essent pulchrę, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitqꝫ Deus: Non permanebit spiritus me⁹ in homine in ęternum, qꝛ caro est. Eruntqꝫ dies illius, centum viginti annorū. Gigantes autē erant super terram in diebus illis. Postquā enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illęqꝫ genuerūt, isti sunt potentes a seculo viri famosi. ℟. Uidit dn̄s ad Noe: Finis vniuersę carnis venit corā me: repleta est terra iniquitate eorum. Et ego disperdam eos cū terra. ℣. Fac tibi arcā de lignis lęuigatis, mansiunculas

ca. 6.

las in ea facies. Et. Lectio ij.

Uidens aut Deus, quod multa malitia hominu esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malu omni tempore: penituit eu quod hoiem fecisset in terra. Et precauens in futurum, et tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem quem creaui a facie terre ab homine vsque ad animantia, a reptili vsque ad volucres celi: penitet enim me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam coram dno. R. A. De vir iustus atque perfectus, cum Deo ambulauit: Et fecit omnia quecunque precepit ei Deus. V. Fecit sibi arcam, vt saluaretur vniuersum semen. Et fecit. Lectio iij.

Hae sunt generationes Noe: Noe vir iust' atque pfect' fuit in generationibus suis: cu Deo ambulauit, et genuit tres filios, Sem, Cham, et Japhet. Corrupta est autem terra cora Deo, et repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus, terra esse corrupta, (omnis quippe caro corruperat via sua super terra) dixit ad Noe: Finis vniuerse carnis venit coram me, repleta est terra iniqtate a facie eorum: et ego disperda eos cu terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mansiunculas i arca facies et bitumine linies intrinsecus, et extrinsecus: et sic facies ea: Trecentorum cubitorum erit longitudo arce, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illi'. R. Quadraginta dies, et noctes aperti sunt celi, et ex oi carne habente spiritu vite ingressa sunt in arcam. Et clausit foris ostiu dns. V. In articulo diei illi' igressus est Noe in arca, et filij ei', et vxor illius, et vxores filiorum ei'. Et. Glo. Et

Ex libro S. Ambrosij episcopi de Noe, et arca. Lectio iiij.

Habes, qa iratus dns est, quoniam quamuis cogitaret, hoc est sciret, quia homo positus in terre regione carne portans, sine peccato esse non possit, (terra enim velut quida tentationis locus est, caroque corruptele illecebra) tamen cum haberent mentem rationis capacem, virtutemque anime infusam corpori, sine consideratione aliqua in lapsum ruerunt, ex quo reuocare se nollent. Neque enim deus cogitat, sicut homines, vt aliqua ei noua succedat sententia: neque irascitur quasi mutabilis: sed ideo hec leguntur, vt exprimatur peccatorum nostrorum acerbitas, que diuina meruerit offensa, tanque eo vsque increuerit culpa, ut etia Deus, q naturaliter no mouetur aut ira, aut odio, aut passione ulla, prouocat' uideatur ad iracundiam. R. Edificauit Noe altare dno, offerens sup illud holocaustu: odoratusque est dns odorem suauitatis, et benedixit eis, dices: Crescite, et multiplica-

ca. 5. ca. 6. ca. 8.

tiplicamini, et replete terram. ℣. Ecce ego statuã pactũ meũ vobiscum, et cum semine vestro post vos. Crescite. Lectio v.

Minatus est preterea, q̄ deleret hominem. Ab homine (inquit) vsq ad pecus, et a reptilibus vsq ad volatilia de celo: Quid leserant irrationabilia? Sed quia propter hominem illa facta erant, eo vtique deleto, propter quem facta sũt consequens erat vt etiam illa delerentur: q̄a non erat, q̄ his vteretur. Sensu autem altiore illud manifestatur: quia homo mẽs est, que est rationis capax: homo enim definitur, animal viuum, mortale, rationabile. Principali igitur extincto, etiam sensus omnis extinguitur: eo q̄ nihil reliqui ad salutem superest, cum salutis fundamentum virtus defecerit. ℟. Ponam arcũ meum in nubibus celi, dixit dominus ad Noe: Et recordabor federis mei quod pepigi tecũ. ℣. Cumq obduxero nubibus celũ, apparebit arcus meus in nubibus. Et recordabor. Lc. vi.

Ad condemnationem autẽ ceterorũ, et ad expressionẽ pietatis diuine, dĩ Noe apud Deum gratiã inuenisse. Simul ostẽditur q̄ hoiem iustum non obumbret aliorũ offensio, quando ipse totius generis reseruatur seminariũ. Qui nõ generatiõis nobilitate, sed iustitie et perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est: q̄a sicut hominum genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Etenim familie hominum splẽdore generis nobilitantur, animarum autẽ clarificatur gratia splendore virtutis. ℟. Per me metipsum iuraui, dicit dominus, non adiiciã vltra aquas diluuij sup terram, pacti mei recordabor. Ut nõ pdã aqs diluuij oẽm carnẽ. ℣. Arcũ meũ ponã in nubibus, et erit signum federis inter me, et inter terrã. Ut. Gloria. Ut.

Lcõ s. euãg. sm Lucam. Le. vij.

In illo tempore: Cum turba plurima cõuenirẽt ad Jesum, et de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exijt qui seminat, seminare semen suum. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio sacti euãgelij, quã modo fratres carissimi audistis, expositione nõ idiget, sed admonitione. Quam enim per semetipsam vitas exposuit, hãc discutere humana fragilitas nõ p̄sumat. Sed est qd solicite in hac ipsa expositione dñica pẽsare debemus: quia si nos vobis semen verbũ, agrũ mundum, volucres demonia, spinas diuitias significare dicerem⁹, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Unde et idem dñs per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat: vt sciatis rerum significationes quere-

8.ca.

querere in ijs etiam, que per se metipsum noluit explanare: ℟. Benedixit Deus Noe, et filijs eius, et dixit ad eos. Crescite, et multiplicamini, et replete terrã ℣. Ecce ego statuã pactũ meũ vobiscũ, et cũ semine vestro post vos. Crescite. Lectio octaua.

Exponendo ergo quod dixit, figurate se loqui innuit: quatenus certos vos redderet, cũ vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Quis enim mihi vnquã crederet, si spinas diuitias interpretari voluissem: maxime cũ ille pungant, iste delectent: et tamẽ spine sunt: quia cogitationum suarum punctionibus mentes lacerant: et cum vsque ad peccatũ pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruẽtant. Quas bene hoc in loco, alio euangelista testante, nequaquam dominus diuitias, sed fallaces diuitias appellat. ℟. Ecce ego statuã pactum meum vobiscũ, et cũ semine vestro post vos. Neque erit deinceps diluuium dissipans terrã: ℣. Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum federis inter me, et inter terrã. Neque. Lec.

Fallaces enim sunt, que nobiscũ diu permanere nõ possunt: fallaces sunt, que mẽtis nostre inopiam non expellunt. Sole autẽ diuitie vere sunt, que nos diuites virtutibus faciũt. Si ergo, fratres carissimi, diuites esse cupitis, veras diuitias amate. Si culmẽ veri honoris queritis, ad celeste regnum tendite. Si gloriam dignitatum diligitis, in illa superna angelorum curia adscribi festinate. Verba Dei, que aure percipitis, mente retinete. Cibus enim mentis est sermo Dei: et quasi acceptus cibus stomacho languente rejicitur, quando auditus sermo in vẽtre memorie nõ tenetur: sed quisquis alimenta nõ retinet, huius profecto vita desperatur. ℟. Cum turba plurima conueniret ad Jesum, et de ciuitatibus properarent ad eũ: dixit per similitudinem. Exijt qui seminat seminare semen suũ. ℣. Et dum seminat, aliud cecidit in terrã bonam, et ortũ fecit fructũ centuplũ. Exijt. Gloria. Exijt.

Infra hebd. Fer. iij. et Sabb. loco hui⁹ ℟. di j. ℟. scdʒ seq. se.

Ad Laudes Antiphona.

Secundum magnã misericordiã tuã miserere mei Deus. Ps. Miserere. 23. cũ rel. vt in hebd. Dñica. Añ. Si mihi dñs Saluator fuerit, nõ timebo, quid faciat mihi homo. Añ. In velamẽto clamaui valde diluculo: De⁹ Deus meus ad te de luce vigilo. Añ. Hymnum dicamus dño Deo nostro. Aña. In tympano, et choro, in chordis et organo laudate Deũ. Cap. Fratres, Libenter. 128. Hym. Aeterne rerũ conditor. 10. ℣. Dñe refugiũ. Ad Bñs. Añ. Cum turba plurima conueniret

 ad Je-

ad Iesuz,ꝛ de ciuitatibus ꝓperarét ad euz dixit per similitudiné. Exijt, q seminat seminare semen suum. Oratio vt sup. Ad j. Aña. Semé cecidit i terram bonam,ꝛ attulit fructū in patiétia. Ad iij. Aña. Qui verbum dei retinent corde pfecto, ꝛ optimo: fructum afferunt in patientia. Capitulum. Fratres, Libenter suffertis. 138. ℟. Inclina. ꝛ Ego dixi dñe.

Ad Sextam. Antiphona.

Semen cecidit i terrā bonaz, ꝛ attulit fructū aliud cétesimū, ꝛ aliud sexagesimum. Capitm.

2. Cor. 11. TEr uirgis cesus suz,semel lapidatꝰ sum:ter naufragium feci:nocte, ꝛ die in pfundo maris fui. ℟. In ęternū. ꝛ Dominus regit. Ad ix. Aña. Si uere frati es diuites esse cupitis,veras diuitias amate.

Capitulum.

LIbenter igit gloriabor i infirmitatibus meis vt i habitet in me virtus Christi. ℟. Clamaui in. ꝛ Ab occultis. Ad Vespe. Aña. ꝛ ps. Dixit dñs. 52. cum rel. Cap. Fratres Libéter 158. Hym. Lucis creato. 53. ℣. Dirigatur domine. Ad Mag. Aña. Vobis datum est nosse mysteriuz regni dei. cęteris auté i parabolis, dixit Iesus discipulis suis. Oro vt sup.

FERIA SECVNDA

De libro Genesis. Lcō prima.

ca 7. DIxit dñs ad Noe: Ingredere tu, ꝛ ois domꝰ tua in arcam. Te enim vidi iustum corā me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mūdis tolles septena ꝛ septena, masculum,ꝛ feminam. De animātibus vero immundis duo, ꝛ duo, masculum ꝛ feminam: sed ꝛ de volatilibus cęli septena, ꝛ septena, masculum, ꝛ feminā: vt saluetur semen super faciez vniuersę terrę. Adhuc enim ꝛ post dies septez ego pluam sup terram quadraginta diebꝰ ꝛ quadragita noctibus:ꝛ delebo omnem substantiam, quā feci, de supficie terrę. ℟. In articulo diei illiꝰ ingressus est Noe in arcam,ꝛ filij eius. Vxor illiꝰ, ꝛ vxores filiorum eius. ℣. Deleta sūt vniuersa d terra, remāsit autez solus Noe,ꝛ qui cū eo erant in arca. Vxor. Lectio ij.

FEcit ergo Noe oia q̄ mādauerat ei dñs. Cūq3 trāsissent septé dies, aquę diluuij inundauerunt super terrā. Anno sexcentesimo vitę Noe mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnę: ꝛ cataractę cęli aptę sunt,ꝛ facta est pluuia super terram quadraginta diebꝰ ꝛ quadraginta noctibus. ℟. Recordatus dñs Noe, adduxit spiritum super terram,ꝛ imminutę sunt aquę. Et ꝓhibitę sunt pluuię de celis. ℣. Reuersęque sunt aq̄ de terra eūtes ꝛ redeuntes: ꝛ cęperunt minui post cētū quadraginta dies. Et. Lec. iij.

In ar

In articulo diei illi⁹ ingres sus est Noe, Sem, Cham, et Japheth, filij eius, et uxor illius, et tres uxores filiorũ eius cum eis in arcã, ipsi et omne animal sm genus suũ, universaq; iumenta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo, cunctumq; volatile secundum genus suũ. Factũq; est diluuiũ quadraginta dieb⁹ super terrã, et multiplicate sunt aque: et elevauerunt arcã in sublime a terra. ℟. Quadraginta dies. ut su. in Dñica. fo. 139. Ad Mag. Aña. Si culmẽ veri honoris queritis, ad illã celestẽ patriã quãtocyus properate.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Recordatus autem Deus Noe, cunctorũq; animantium: et omnium iumentorum: que erãt cũ eo in arca, adduxit spiritũ sup terrã, et imminute sunt aque: et clausi sunt fontes abyssi et cataracte celi: et prohibite sunt pluuie de celo. Reuersẽq; sunt aque de terra, euntes et redeuntes, et ceperunt minui post centum quadraginta dies. Requieuitq; arca mense septimo: vigesimo septimo die mensis super mõtes Armenie. ℟. Edificauit. 139. Lectio ij.

At vero aque ibãt: et decrescebãt usq; ad decimũ mẽsem: decimo eñi mẽse, prima die mẽsis apparuerũt cacumina montiũ. Cumq; transissent quadraginta dies: aperiẽs Noe fenestram arce, quam fecerat: dimisit coruũ: qui egrediebatur: et nõ reuertebatur: donec siccarentur aque super terram. Emisit quoq; columbã post eũ: ut uideret si iã cessassent aque super faciem terre. Que cũ non inuenisset ubi requiesceret pes eius: reuersa est ad eũ in arcã. ℟. Ponam arcum. Lectio iij.

Expectatis autem ultra septem diebus alijs: rursum dimisit columbam ex arca. At illa uenit ad eum ad uesperam portans ramum oliue uirentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe: q cessassent aque super terram: expectauitq; nihilominus septem alios dies: et emisit columbam: que nõ est reuersa ultra ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno: primo mense, prima die mensis imminute sunt aque super terram. ℟. Per memetipsum. Ad Magnificat. Antiphona. Semen est est uerbũ Dei, sator autẽ Christus: omnis qui inuenit eum manebit in eternum.

FERIA QVARTA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Locutus est autem dñs ad Noe dicẽs: Egredere de arca tu, et uxor tua: filij tui, et uxores filiorũ tuorum tecũ: et cuncta animãtia: que sunt apud te ex omni carne: tã in uolatilib⁹, quã in bestijs: et uniuersis reptilibus: que reptant super terram educ

educ tecu3: ⁊ ingredimini sup terrã. Crescite, ⁊ multiplicami ni super eam. Egressus est ergo Noe, filij eius, vxor illius, ⁊ vxo res filiorum eius cum eo: sed ⁊ omnia animãtia, iumenta, ⁊ re ptilia, quę repant super terrã, secundum genus suum egressa sunt de arca. ℟. Benedixit Deus Noe. 140. Lcõ secũda.

Edificauit autem Noe altare domino: ⁊ tollens de cũctis pecoribus, ⁊ volucri bus mundis, obtulit holocau sta super altare. Odoratusq; est domin⁹ odorem suauitatis, ⁊ ait ad eum: Nequaquam vl tra maledicã terrę propter ho mines: sensus enim ⁊ cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur vltra percutiã oẽm ani mam viuentem, sicut feci. Cun ctis dieb⁹ terrę semẽtis ⁊ messis frigus ⁊ ęstus, ęstas ⁊ hyems, nox ⁊ dies non requiescent. ℟. Ecce ego. Lectio tertia.

Benedixitq; Deus Noe, ⁊ filijs eius, ⁊ dixit ad eos: Crescite, ⁊ multiplicamini, ⁊ replete terrã. Et terror vester ac tremor sit super cũcta animan tia terrę, ⁊ sup omnes volucres celi, cum vniuersis, quę mouen tur super terram: omnes pisces maris manui vestrę traditi sũt: ⁊ omne quod mouet ⁊ viuit erit vobis in cibũ: quasi olera viren tia tradidi vobis oĩa excepto ꝙ carnẽ cũ sanguine non comede tis. Sanguinem enim animarũ vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, ⁊ de ma nu hominis: de manu viri, ⁊ de manu fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum sanguinẽ: fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. ℟. In articulo. 140.

Ad Mag. Aña. Quod autem cecidit in terrã bonam, hi sunt, qui in corde bono ⁊ optimo fru ctum afferunt in patientia.

¶ Si prędictę añę ad Mag. nõ potuerint dici in pręcedentib⁹ ferijs, dicant in subseq. qb⁹ ex pletis, si adhuc occurrat fieri of ficiũ de feria, sumant de Psal. qđ semper fit, qñ pprię nõ hñr.

FERIA QVINTA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Dixitq; Deus: Hoc est si gnum foederis, qđ do inter me ⁊ vos, ⁊ ad oẽm aĩam viuẽ tem, quę est vobiscũ, in genera tiones sempiternas. Arcũ meum ponam in nubibus, ⁊ erit signũ foederis inter me ⁊ inter terrã. Cumq; obduxero nubibus cę lum, apparebit arcus meus in nubibus, ⁊ recordabor foederis mei vobiscum ⁊ cum omni ani ma viuente, quę carnẽ vegetat, ⁊ non erunt vltra aquę diluuij ad delendũ vniuersam carnem. ℟. Dixit dñs. 138. Lectio ij.

Coepit Noe, vir agricola exercer terrã: ⁊ plãtauit vineam, bibẽsq; vinũ inebriat⁹ est, ⁊

est, ⁊ nudatus est i tabernaculo suo. Quod cũ vidisset Cham pater Chanaã, verẽda scilicet patris suis eẽ nudata, nũciauit duobus fratrib⁹ suis foras. At vero Sem, ⁊ Japheth, pallium imposuerũt humeris suis: ⁊ incedentes retrorsum operuerũt verẽda patris sui: facies q; eorũ auersę erãt, ⁊ patris virilia nõ viderũt. ℟. Noe vir. 139. L. iij.

Evigilãs aũt Noe ex vino, cũ didicisset q̃ fecerat ei filí⁹ su⁹ minor, ait. Maledict⁹ Chanaan, seru⁹ seruorũ erit fratribus suis. Dixitq;: Benedictus dñs deus Sem, sit Chanaã seru⁹ eius: dilatet de⁹ Japheth ⁊ habitet in tabernaculis Sem: sitq; Chanaan seruus eius. Vixit autẽ Noe post diluuiũ trecẽtis quinquagita annis: ⁊ impleti sunt oẽs dies eius nongẽtorũ quinquaginta annorũ, ⁊ mortuus est. ℟. Quadraginta. 139.

FERIA SEXTA.

c. 10. De libro Genesis. Lcõ prima.

Hae sũt generationes filiorum Noe, Sem Chã, ⁊ Japheth: natique sunt eis filij, post diluuiũ. Filij Japheth, Gomer, ⁊ Magog, ⁊ Madai, ⁊ Jauam, ⁊ Thubal, ⁊ Mosoch, ⁊ Thiras. Porro filij Gomer Ascenez, Riphath, ⁊ Thogorma. Filij autem Javan, Elisa, ⁊ Tharsis, Cethij, ⁊ Dodanim. Ab his diuisę sunt insulę gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam, ⁊ familias suas in nationibus suis: Filij autem Cham, Chus, ⁊ Mesraim, Phut, ⁊ Chanaan. ℟. Aedificauit Noe. 139. Lcõ secũda.

Erat aũt terra labij vn⁹, ⁊ sermonum eorundem: cũque proficiscerẽtur de Oriẽte, inuenerunt cãpum in terra Sennaar, ⁊ habitauerũt in eo, dixitq; alter ad proximum suũ: Venite faciamus lateres, ⁊ coquamus eos igni, habuerunt que lateres pro saxis, ⁊ bitumẽ pro cęmento, ⁊ dixerunt: Venite faciamus nobis ciuitatẽ, ⁊ turrim, cuius culmen pertingat ad celum: ⁊ celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras. ℟. Ponam. 139. Lectio iij.

Descendit autẽ dñs, vt videret ciuitatẽ, ⁊ turrim quã ędificabant filij Adã, ⁊ dixit: Ecce vn⁹ est populus, ⁊ vnũ est labiũ omnibus: cęperuntq; hoc facere, nec desistẽt a cogitationibus suis, donec eas opere compleant: venite igitur, descẽdamus, ⁊ confundamus ibi linguam eorũ, vt non audiat vnusquisq; vocem pximi sui. Atq; ita diuisit eos dñs ex illo loco i vniuersas terras, ⁊ cessauerunt ędificare ciuitatẽ. ℟. Per me.

SABBATHO.

Solet fieri de B. Maria.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Hę sunt generatiões Sem. Sem erat centũ annorũ quando 11. c.

quãdo genuit Arphaxad, bien-
nio post diluuiũ: vixitq; Sem
postq̃ genuit Arpharad, quin-
gentis annis, ⁊ genuit filios, ⁊
filias. Porro Arphaxad vixit
triginta quinq; annis, ⁊ genuit
Sale. Vixitq; Arphaxad post-
quã genuit Sale, quadringẽtis
tribus annis, ⁊ genuit filios, ⁊
filias. Sale quoq; vixit trigin-
ta annis, ⁊ genuit Heber. Vi-
xitq; Sale postquã genuit He-
ber, quadringẽtis tribus annis,
⁊ genuit filios, ⁊ filias. Lcõ ii.

Vixit autẽ Heber trigin
ta quatuor annis, ⁊ ge-
nuit Phaleg. Et vixit Heber,
postquam genuit Phaleg, qua
dringentis triginta annis ⁊ ge
nuit filios, ⁊ filias. Vixit quoq;
Phaleg triginta annis, ⁊ ge-
nuit Reu. Vixitque Phaleg,
postquã genuit Reu, ducentis
nouem annis, ⁊ genuit filios,
⁊ filias. Vixit autem Reu tri-
ginta duobus annis, ⁊ genuit
Sarug. Vixit quoque Reu,
postquam genuit Sarug, du-
centis septem annis, ⁊ genuit
filios, ⁊ filias. Vixit vero Sa-
rug triginta annis, ⁊ genuit
Nachor. Vixitq; Sarug post-
quam genuit Nachor, ducen-
tis annis, ⁊ genuit filios, ⁊ fi-
lias. Lectio tertia.

Vixit autẽ Nachor vigin
ti nouem annis, ⁊ genuit
Thare. Vixitq; Nachor post-
quam genuit Thare, centũ de-
cem ⁊ nouem annis, ⁊ genuit fi-
lios, ⁊ filias. Vixitque Thare
septuaginta annis, ⁊ genuit A-
bram, ⁊ Nachor, ⁊ Aran. He
sunt autem generationes Tha-
re, Thare genuit Abram, Na-
chor, ⁊ Aran. Porro Aran ge-
nuit Loth. Mortuusq; est Arã
ante Thare patrem suũ in ter
ra natiuitatis suę in Ur Chal-
deorũ. Duxerunt aũt Abram,
⁊ Nachor uxores: nomen uxo-
ris Abrahã Sarai, ⁊ nomẽ uxo-
ris Nachor Melcha filia Arã
patris Melchę, patris Jeschę.
Erat autem Sarai sterilis: nec
habebat liberos.

Sabbatho Quinquagesimę.
Ad Vesperas. Capitulum.

Fratres, Si lin-
guis hominũ lo
quar, ⁊ angelorũ
charitatem aũt
nõ habeã, factus
sum uelut ęs so-
nans, aut cymbalum tinniens.
Hym. O lux btã. 60. ℣. Vesper
tina oratio. 61. Ad Mag. Ana.
Pater fidei nostrę Abraham
summus, obtulit holocaustum
super altare pro filio. Oratio.

Preces nostras, quęsumus
domine, clementer exaudi
atq; a peccatorũ uinculis abso-
lutos, ab omni nos aduersitate
custodi. Per dominum nostrũ.

DOMINICA.
in Quinquagesima.
Ad Matutinũ. Inuitatoriũ.
Preoccupemus. 133. cetera vsq;
que ad lectiones, vt in Psalterio.
De libro

De libro Genesis. Lectio prima.

c.12

Dixit autē dñs ad Abrā: Egredere de terra tua, & de cognatiōe tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quā monstrauero tibi: faciamq; te in gentē magnā, & benedicā tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicā benedicētibus tibi, & maledicā maledicētibus tibi; atq; in te benedicentur vniuerse cognationes terre. Egressus est itaq; Abram sicut preceperat ei dñs, & iuit cum eo Lot. Septuaginta quinq; annorum erat Abram, cū egrederetur de Haran, tulitq; Sarai vxorē suā & Loth filiū fratris sui, vniuersamq; substantiā, quā possederāt, & aias, quas fecerāt in Haran: & egressi sunt, vt irēt in terrā Chanaan. Cūq; venissent in eam pertransiuit Abraz terraz vsq; ad locū Sichem, & vsq; ad cōuallem Illustrē. Chananeus autem tunc erat in terra. R. Locutus est dñs ad Abraz dicēs: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terrā, quā monstrauero tibi. Et faciā te in gentem magnam. V. Benedicens benedicam tibi, & magnificabo nomen tuū, erisq; benedictus. Et faciam. Lectio ij.

Apparuit autē dñs Abrā, & dixit ei. Semini tuo dabo terraz hanc. Qui edificauit altare dño, q apparuerat ei. Et inde transgrediens ad montez, qui erat contra orientez Bethel, tetendit ibi tabernaculū suuz; ab occidēte habens Bethel, & ab oriēte Hai. Edificauit quoque ibi altare domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitq; Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiē. Facta est autē fames in terra. Descēdit igitur Abrā in Aegyptuz, vt peregrinaretur ibi: preualuerat eniz fames in terra. Cumq; prope esset vt ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai vxori sue. Noui q pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Aegyptij, dicturi sunt: vxor illius est: & interficiēt me, & te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiā tui. R. Cum staret Abram ad ilicem Mambre, vidit tres viros ascendentes per viam. Tres vidit, & vnum adorauit. V. Ecce Sarai vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Isaac. Tres. Lectio tertia.

Cum itaq; ingressus esset Abram Aegyptū, viderunt Aegyptij mulierez q esset pulchra nimis, & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eā apud illū, & sublata est mulier i domū Pharaonis: Abraz vero bene vsi sunt propter illā: fueruntq; ei oues, & boues, & asini, & serui, & famule, & asine, & cameli.

cameli. Flagellauit autem dñs Pharaonem plagis maximis, & domū eius ꝑpter Sarai vxorem Abrā. Uocauitq; Pharao Abram, & dixit ei: Quidnā est hoc, quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi quod vxor tua esset: Quamob causam dixisti esse sororem tuam: vt tollerem eam mihi in vxorem? Nūc igitur ecce coniux tua, accipe eam. ℟. Tentauit dominus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum quem diligis Isaac, & offer illum ibi in holocaustum super vnum montium; quem dixero tibi. ℣. Uocatus quoque a domino respondit; Adsum: & ait ei dominus. Tolle filium. Gloria. Tolle.

Ex libri sancti Ambrosii epi, de Abraham patriarcha. Lec. iiij.

Magnus plane vir Abraham, & multarū virtutū clarus insignib⁹, quē votis suis philosophia non potuerit ęquare: denique minus est quod illa finxit, quā quod iste gessit: maiorq; ambitioso eloquentię mendacio simplex veritatis fides. Itaq; cuiusmodi fuerit i eo viro deuotio, consideremus. Ea enim virtus ordine prima est, quę est fundamentū cęterarū, meritoq; hanc ab eo primā exegit de⁹, dicēs: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixisse, de terra tua: ibi eniȝ erat exire de cognatiōe, exire de paterna domo. ℟. Angelus dñi vocauit Abraham dicens: Ne extendas manum tuā super puerū, eo q timeas dñm. ℣. Cumq; extendisset manum: vt immolaret filiū ecce angel⁹ dñi de cęlo clamauit, dicens. Ne. Lect. v.

Sed ideo addidit singula vt eius affectū probaret, ne forte aut imprudenter cępisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cęlestibus pararetur. Sed sicut coaceruāda fuerunt pręcepta, ne quid lateret: ita etiam proponenda merita, ne forte desperaret. Tētaf, vt fortis incitatur, vt fidelis: prouocatur, vt iustus: meritoq; exiuit, quemadmodum locutus est illi dominus: & exiuit cuȝ eo Loth. Hoc est: quod pro magno inter septem sapientuȝ dicta celebratur: Sequere deum. ℟. Uocauit Angelus dñi Abraham de cęlo, secundo dicens: Benedicam tibi. Et multiplicabo te sicut stellas celi. ℣. Possidebit semē tuū portas inimicorū tuorū: & benedicenf in semine tuo omnes tribus terrę. Et. Lec. vi.

Facto pręuenit Abraham dicta sapientū, & secutus deū exiuit ð terra sua. Sed q̄a antea terra ei fuerat alia hoc ē regio Chaldeorū: ð qua exiuit Thare pater Abrahā, & in Chanaan demigrauit, & quia secuȝ eduxit nepotem suuȝ, cui dictū fuerat, Exi de cognatione tua: consideremus: ne forte hoc sit exire de

re de terra sua, de huius terre, hoc est de corporis nostri quadam commoratione egredi, de qua exiuit Paulus, qui dixit: Nostra autem conuersatio in celis est. ℟. Deus domini mei Abraham dirige viam meam: Ut cum salute reuertar in domum domini mei. ℣. Obsecro domine, fac misericordiam cum seruo tuo. Ut cum salu. Gloria. Ut cum.

Lec. v. euang. secundum Lucam. L. xviij.

In illo tempore: Assumpsit Jesus duodecim discipulos suos secreto, et ait illis: Ecce ascendimus Jerosolymam: et consummabuntur omnia, que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij pape.

Redemptor noster, preuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos, eis longe ante et eiusdem passionis penam et resurrectionis sue gloriam predixit: vt cum eum morientem, sicut predictum est, cernerent, etiam resurrecturum non dubitarent. Sed quia carnales adhuc discipuli nullo modo valebant capere verba mysterij, venitur ad miraculum. Ante eorum oculos cecus lumen recipit: vt qui celestis mysterij verba non caperent, eos ad fidem celestia facta solidarent. ℟. Ueni hodie ad fontem aque, et oraui dominum dicens: Domine deus Abraham, tu prosperum fecisti desiderium meum. ℣. Igitur puella, cui dixero, da mihi aquam de hydria tua, vt bibam, et illa dixerit, Bibe domine, et camelis tuis potum tribuam: ipsa est, quam preparauit dominus filio domini mei. Domine. Lectio vj.

Sed miracula domini, et Saluatoris nostri sic accipienda sunt fratres mei, vt et in veritate credantur facta, et tamen per significationem nobis aliud innuant. Opera quippe eius, et per potentiam aliud ostendunt, et per mysterium aliud loquuntur. Ecce enim quis iuxta historiam cecus iste fuerit ignoramus: sed tamen, quid per mysterium significet nouimus. Cecus quippe est genus humanum, quod in parente primo a paradisi gaudijs expulsum, claritatem superne lucis ignorans, damnationis sue tenebras patitur. Sed tamen per redemptoris sui presentiam illuminatur, vt eterne lucis gaudia iam per desiderium videat, atque in via vite boni operis gressus ponat. ℟. Factus est sermo domini ad Abraham dicens, noli timere Abraham, Ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis. ℣. Ego enim sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de Ur Chaldeorum. Noli. Lect. ix.

Notandum vero est, quod cum Jesus Hierico appropinquare dicitur, cecus illuminatur. Hierico quippe luna interpretatur. Luna autem in sacro eloquio pro defectu carnis ponitur: quia dum menstruis momentis decrescit, defectum nostre mortalitatis designat,

signat. Cuz igitur pditor noster appropinquaret Hieroco: cec⁹ ad lumen redyt: quia duz diui/ nitas defectuz nostre carnis su scepit, humanum genus lume, quod amiserat, recepit. Unde enim deus humana patitur, in/ de homo ad diuina subleuat. Qui videlicet cecus recte z iux ta viaz sedere, z mendicas esse describitur: ipsa enim Ueritas dicit: Ego suz via. ℟. Cecus sedebat secus viam transeunte dno: z clamauit ad eu, z ait illi dns. Quid vis vt faciam tibi? Domine, vt videam lumen. ℣. Stans aute Jesus iussit illu du ci ad se, z cu appropinquasset, interrogauit eu dicens. Quid. G loria. Quid. Infra hebd. Feria iiy. z Sabbatho loco huius ℟. di ℟. i. secunde seq. ferie.

Ad Laudes. Antiphona.

Secundu multitudine mi serationu tuaz dne dele iniqtate mea. Ps. Miserere. 23. cum reliq in Septuage. Ana. Deus meus es tu, z confitebor tibi: Deus meus es tu, z exalta bo. te. 10. Ana. Ad te d luce vi/ gilo deus, vt videam virtutem tuam 8. Ana. Hymnuz dicite, z superexaltate eum in secula. Ana. Omnes angeli eius lau/ date dnm de celis. Capitulum. Fratres, Si ling. 142. Hym/ nus. Aeterne rerum codit. 9. ℣. Dne refugiu fact⁹ es nobis. ℟. A generatione, z progenie. Ad Bnd. Ana. Ecce ascendi/ mus Jerosolymaz, z cosumma bunt oia, que scripta sunt de fi/ lio hois: tradet enim getibus, z illudet, z flagellabit, z cspuet: z postqua flagellauerint, occi/ dent euz, z tertia die resurget. Ad Primam. Ana. Iter faciente Jesu: dum appropinquaret Je richo, cecus clamabat ad euz, vt lumen recipere mereretur. Ad iij. Ana. Trasseunte dno cla mabat cec⁹ ad eu, miserere mei fili Dauid. Cap. Fratres, Si linguis. 142. ℟. br. Inclina cor meum. z Ego dixi domine. Ad vi. Ana. Et q pribat, incre pabant eu, vt taceret: ipse vero multo magis clamabat: Mise/ rere mei fili Dauid. Capitulu.

Charitas nuqua excidit, siue pphetie euacuabun tur, siue lingue cessabunt, siue scientia destruetur: ex parte e/ nim cognoscimus, z ex parte prophetamus. ℟. br. In eter/ num domine. z Dominus re/ git. Ad ix. Ana. Cecus magis ac magis clamabat, vt eu dns il luminaret. Capitulum.

I. Cor. 13.

Nunc aute manent fides, spes, charitas: tria hec, maior aut hoz est charitas. ℟. bre. Clamaui in. z Ab occul. Ad Uespe. Ana. z ps. Dixit dominus. cum reli. de dnica. Cap. Fratres, Si linguis. 142. Hym. Lucis crea. 53. ℣. Diri gatur dne. Ad Magni. Ana. Stans aut Jesus iussit cecum adduci ad se, z ait illi. Quid vis

vt faciā tibi? Dñe, vt videā. Et Jes⁹ ait illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: ⁊ sequebatur illum magnificans Deum.

FERIA SECUNDA.

De libro Geneseos. Lectio j.

c.13. Ascendit ergo Abrā de Aegypto, ipse, ⁊ vxor ei⁹ ⁊ oia quę habebat, ⁊ Loth cū eo ad Australē plagā. Erat autem diues valde in possessione auri, ⁊ argenti. Reuersusque est per iter, quo venerat a meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculū inter Bethel, ⁊ Hai, i loco altaris, quod fecerat prius, ⁊ inuocauit ibi nomen domini. Sed ⁊ Loth, qui erat cum Abram fuerunt greges ouiū, ⁊ armēta, ⁊ tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarēt simul: erat q̄ppe substātia eorū multa, ⁊ neq̄bant habitare cōmuniter. ℟. Mouens igitur Abrahā tabernaculū suum, venit ⁊ habitauit iuxta conuallē Mābrę. Aedificauitq̄ ibi altare dño. ℣. Dixit autē dominus ad eum: Leua oculos tuos, ⁊ vide, omnem terram quā conspicis tibi dabo, ⁊ semini tuo in sempiternū. Aedificauitq̄. ℟. ij.

Unde ⁊ facta est rixa inter pastores gregū Abrā ⁊ Loth. Eo aūt tpe Cananęus ⁊ Pherezęus habitabant i terra illa. Dixit ergo Abrā ad Loth: Ne, queso, sit iurgiū inter me ⁊ te, ⁊ inter pastores meos, ⁊ pastores tuos: fratres enim sum⁹. Ecce vniuersa terra corā te est recede a me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaq̄ Loth oculis, vidit omnē circa regionem Jordanis, quę vniuersa irrigabātur antequā subuerteret domin⁹ Sodomā, ⁊ Gomorrhā, sicut paradisus dñi, ⁊ sicut Aegyptus venientibus in Segor: Elegitque sibi Loth regionem circa Jordanē ⁊ recessit ab oriēte. ℟. Credidit Abraham Deo, ⁊ reputatū est ei ad iustitiā. Et ideo amicus Dei factus est. ℣. Fuit autem iustus corā domino, ⁊ ambulauit in vijs eius. Et. Le. iij.

Diuisiq̄ sunt alterutrū a fratre suo. Abrā habitauit i terra Chanaan, Loth vero commoratus est in oppidis quę erant circa Jordanem, ⁊ habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitę pessimi erant, ⁊ peccatores corā domino nimis. Dixitque domin⁹ ad Abram, postquam diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos, ⁊ vid a loco i quo nūc es, ad Aquilonē, ⁊ meridiē, ad Orientem, ⁊ occidentē. Omē terrā, quam conspicis tibi dabo, ⁊ semini tuo vsq̄ in sempiternū: faciāq̄ semen tuū sicut puluerē terrę. ℟. Tentauit dñs. 141.

Ad Mag. Aña. Et qui pręibant.

bãt, increpabãt eũ, vt taceret, ipse vero multo magis clamabat: Miserere mei fili Dauid.

FERIA TERTIA.

De libro Genesis. Lcõ prima.

Egressi sunt rex Sodomorũ, & rex Gomorrhe, rexq; Adame, & rex Seboim, necnon & rex Bale: que est Segor, & direxerunt aciem contra eos in valle siluestri, scilicet ad uersus Chodorlahomor regem Elamitarum, & Thadal regem Gentiũ, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regẽ Ponti, quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhe terga verterũt: cecideruntque ibi: & qui remanserunt, fugerũt ad montẽ. Tulerũt aũt oẽm substãtiã Sodomorũ, & Gomorrheorũ, & vniuersa, q̃ ad cibũ pertinent, & abierũt: necnõ & Loth, & substãtiã eius, filiũ fratris Abrã qui habitauit in Sodomis. ℟. Angelus domini. 143. Lec. ij.

Et ecce vnus, q euaserat nunciauit Abrã Hebreo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhei, fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fedus cũ Abram. Quod cũ audisset Abram captũ videlicet Loth fratrẽ suũ, numerauit expeditos vernaculos suos trecẽtos decẽ & octo, & psecut⁹ est eos vsq; Dan, & diuisis sociis irruit super eos nocte: percussitq; eos, & psecutus est vsq; Choba, que est ad leuã Damasci, reduxitq; oẽm substantiam, & Loth fratrẽ suum cũ substantia illius: mulieres quoq;, & populũ. ℟. Vocauit. 143. Le. iij.

Egressus est autẽ rex Sodomorum in occursum eius: postq̃ reuersus est a cede Chodorlahomor & regum, qui cum eo erãt in Valle Saue, que est vallis regis. At uero Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos dei altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelso, qui creauit celum & terram: & benedictus deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ℟. Deus domini. 144:

Ad Magnificat. Antiphona. Miserere mei fili Dauid. Quid vis vt faciã tibi: Dñe, vt videã.

FERIA QVARTA

Cinerum.

Hac die si occurrat festũ dupl. transfert in seq. ¶ Per totam Quadragesimã in feriali Officio. ¶ Feria ij. dr Offm Defunctorum ¶ Feria iiij. dr psal. Gradua. ¶ Fer. vj. Septẽ psal. penitẽtia. cũ Letanys. pterq̃ i fe. maioris hebd. & oia hñr in fi. Breuiary. ¶ De festis occurrẽtib⁹ i Quadrag. nõ fit offm: nisi fuerit noue lec. de simp. aũt fit tm cõme. Hodie dr: Psalmi Graduales. Inuitat.

Inuit. Hymni, Antiphonę, & versic. vt in Psalterio. fol. 29.
Lcō s. euāg. scdm Matthęū. Lc. j.

ca. 6. In illo tēpore: dixit Jesus discipulis suis: Cū ieiunatis, nolite fieri, sicut hypocritę, tristes. Et reliqua.

Homilia Sācti Augustini epi.

Manifestum est his pręceptis omnem nostram intentionem in interiora debere gaudia dirigi, ne foris quęrentes mercedem, huic seculo conformemur, & amittamus promissionem tanto solidioris, atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit Deus conformes fieri imagini filij sui. In hoc aūt capitulo maxime animaduertēdū est nō i solo rerū corporearū nitore atq; pompa: sed etiam in ipsis sordib° lutosis esse posse iactantiā, & eo periculosiorē, quo sub noie seruitutis Dei decipit.

R. Ueni hodie. 144. Fria ex iij. noc. Dñice pręteritę. Lectio ij.

Qui ergo imoderato cultu corporis, atq; vestitus, vel cęterarum rerum nitore fulget, facile cōuincit rebus ipsis, pōparū seculi esse sectatores, nec quēquam fallit dolosa imagine sctitatis. Quj aūt in professione Christianitatis, inusitato squallore ac sordibus intētos in se hoium oculos facit, cū id voluntate faciat, nō necessitate patiatur, ex cęteris eius opib° potest conijci, vtrū hoc contemptu superflui cult°, an ambitione aliqua faciat: quia & sub ouina pelle cauēdos lupos dominus pręcipit: Sed ex fructibus, inquit eorum cognoscetis eos.

R. Fact° est sermo. 144. Lc. iij.

Cum enim cęperint aliquibus tētationibus ea ipsa illis subtrahi, vel negari, que isto velamine vel cōsequuti sūt, uel cōsequi cupiūt: tūc necesse est vt appareat, vtrū lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua. Non tñ propterea ornatu superfluo debet aspectus hominum mulcere Christianos, quia illū parcum habitum, ac necessariū etiam simulatores sępe vsurpāt vt incautos decipiant: quia & illę oues non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant. R. Mouens igitur. 145.

Ad Lau. & Horas, oīa vt i psalt. Ad Bñs. Añ. Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Deinde dicuntur preces. f. 24. Similiter & in Uesp. Ad alias autem Horas vt Psalt. Oro.

Pręsta dñe fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solennia, & congrua pietate suscipiāt, & secura deuotione percurrant. Per dominum nrm.

¶ Hodie & duobus seqnē. diebus dñr Uesperę hora ɔsueta. Sabbatho vero & deinceps vsque ad Pascha dicuntur ante comestionem tam in festis, quā in ferijs, exceptis Dominicis: in

 quiᐟ

nuibus dicunt hora consueta. ¶ Ad Ma. Aña. Thesaurizate vobis thesauros in celo, vbi nec erugo nec tinea demolit. Oro.

Inclinātes se dñe maiestati tue, ppitiatus intende: vt qui diuino munere sunt refecti, celestibus semper nutriantur auxilijs. Per dominum no:

FERIA QVINTA.

ca. 8. Lcō s. euāg. sm Mattheū. L. j.

In illo tpe: Cum intrasset Jesus Capharnaū, accessit ad eum Centurio rogās eum & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

Videamus, vtrum de seruo Cēturionis sibi Mattheus, Lucasque consentiant. Mattheus enim dicit: Accessit ad eum Centurio rogans eum, & dicens: Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videtur repugnare quod Lucas ait: Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judeorum: rogans eum vt veniret, & sanaret seruū eius. At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eū solicite, dicentes ei, quia dignus est vt hoc illi prestes: diligit eīn gentem nrām, & synagogam ipse edificauit nobis. Jesus autem ibat cum illis: & cū iam non longe eēnt a domo, misit ad eū Cēturio amicos, dicens. Dñe noli vexari, non enim dignus sum, vt sub tectum meum intres.

℟. O sic puer meus iacet paralyticus i domo, & male torquetur. Amē dico tibi, ego veniā, & curabo eū. ℣. Dñe non sum dignus vt intres sub tectū meū: sed tātū dic verbo, & sanabitur puer meus. Amē dico. Lec. ij.

Nisi diligēter auertentes intelligamus, Mattheū non omnimodo deseruisse vsitatum morem loquēdi. Non enim solum dicere solemus accessisse aliquem etiā antequam perueniat illuc, quo dicitur accessisse, vnde etiā dicimus parū accessit, vel multum accessit eo, quo appetit peruenire: verum etiam ipsam peruentionem, cuius adipiscendi causa accedit, dicimus plerunq; factam: etsi eū, ad quem peruenit, non videat ille qui peruenit, cum per amicū puenit ad aliquem, cuius ei fauor est necessarius. Quod ita tenuit ɔsuetudo, vt iā etiam vulgo peruentores appellent, q ad potētiū quorūlibet tanq̄ inaccessibiles amicos per pueniētiū personarum interpositionem ambitionis arte pertingunt. ℟. Dū staret 143. L. iij.

Non ergo absurde Mattheus et qd vulgo possit intelligi per alios factū, accessu Cēturionis ad dñm, compēdio dicere voluit, Accessit ad eū Cēturio. Veruntā non negligenter intuenda est etiam sancti euangeliste altitudo mysti ce locutionis, secundum quod scri

scriptum est in psalmo: Accedite ad eũ, ꝛ illuminamini. Proinde, quia fidem Centurionis, qua vere acceditur ad Jesum, ipse ita laudauit vt diceret, Non inueni tantam fidẽ in Israel: ipsum potius accessisse ad Christuꝫ dicere voluit prudẽs euangelista, quam illos ꝑ quos verba sua miserat. ℟. Tentauit. 143. Ad Bndc. Aña. Dñe puer meus iacet paralyticus i domo, ꝛ male torquet: Amẽ dico tibi, ego veniam, ꝛ curabo eum. Oratio.

Deus, q culpa offenderis, penitentia placaris: preces populi tui supplicãtis ꝓpitius respice: ꝛ flagella tuę iracũdię, q̃ pro peccatis nr̃is meremur auerte. Per dominum. Ad ca. Mag. Aña. Domine, non sum dign⁹, vt intres sub tectuꝫ meum: sed tantum dic verbo, ꝛ sanabitur puer meus. Oratio.

Parce domine, parce populo tuo: vt dignis flagellationibus castigatus, i tua miseratione respiret. Per domi.

FERIA SEXTA.

Hodie dicũt Psalmi Penitẽtiales
Lcõ. j. euãg. sm Matthęũ. C. v.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Audistis quia dictũ est antiquis: Diliges proximuꝫ tuuꝫ, ꝛ odio habebis inimicum tuum. Et rel. Homilia S. Hieronymi presb.

Ego aũt dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Multi pręcepta Dei imbecillitate sua, non sanctoruꝫ viribus ęstimantes, putant esse impossibilia, quę pręcepta sunt: ꝛ dicũt sufficere virtutibus, non odisse inimicos: cęterum diligere, pl⁹ pręcipi, quam humana natura patiatur. Sciẽdũ est ergo Christum non impossibilia pręcipere, sed perfecta. Quę fecit Dauid in Saul, ꝛ in Absalon: Stephanus quoq; martyr pro inimicis lapidantibus deprecat⁹ est: ꝛ Paulus anathema cupit esse ꝑ persecutoribus suis. Hęc autem Jesus ꝛ docuit, ꝛ fecit dicẽs: Pater ignosce illis: qd enim faciunt nesciunt. ℟. Angelus domini. 143. Lectio ij.

Et estis filij pr̃is vestri, q in celis est. Si Dei pręcepta custodiens, filius quis efficitur Dei: ergo nõ est natura filius, sed arbitrio suo. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritę faciunt in synagogis, ꝛ in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Qui tuba canit eleemosynam faciens, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur faciẽ suam, vt ventris inanitateꝫ mõstret in vultu, ꝛ hic hypocrita est. Qui in synagogis ꝛ in angulis platearuꝫ orat, vt videat ab hominibus, hypocrita est. ℟. Vocauit. 143. Lectio iij.

Ex quibus omnibus colligitur hypocritas eẽ, qui quid

det quippe dñs laborátes i mari, quáuis ipse positus sit in terra: ga etsi ad horá differi videatur auxiliuz tribulatis impédere: nihilominus eos, ne in tribulationibus deficiant sue respectu pietatis corroborat: Et aliquando ét manifesto adiutorio victis aduersitatib⁹, quasi calcatis sedatisq; fluctuũ voluminibus, liberat. ℟. Moués igitur.145. Ad Bñs. an. Me etenim de die in dié quęrunt, & scire vias meas volunt. Oratio.

Adesto dñe suplicationibus nr̃is: & pcede, vt hoc solẽne ieiuniuz, quod animab⁹ corporibusq; curandis salubriter institutum est, deuoto seruitio celebremus. Per dominuz.

Sabbatho primo in quadrag.
Ad Uesperas. Capitulum.

Fratres, hortamur vos, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis: ait enim: Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Hymnus.

Audi benigne cõditor. fo.152. vt in secunda feria. ℣. Angelis suis De⁹ mãdauit de te. ℟. Ut custodiát te in oibus vijs tuis. Ad Mag. Añ. Tunc Inuocabis, & dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Oro.

Deus, qui ecclesiá tuá annua quadragesimali obseruatione purificas, presta familię tuę, vt quod a te obtinere abstinendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per dñm nostrum Jesum Christum &c.

DOMINICA PRIMA.
in Quadragesima.
Ad Matut. Inuitatoriũ.

Non sit vobis vanuz mane surgere ante lucez. Quia promisit dominus coroná vigilátibus. Quod di in dñicis tm vsq; ad dñicá Passionis. ps. Uenite.1. Hym. Ex more docti mystico. vt in ij. fer. 151. Ad noct. Aña. Seruite dño. ps. Beatus vir. cum reliq. vt in Psalter. fol.2. De epistola ij. B. Pauli apostoli ad Corinthios. Lectio.i.

Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuũ gratiam dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dátes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei: Per arma iustitię a dextris, & a sinistris: per gloriá & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores

⁊ ueraces: sicut qui ignoti, ⁊ cogniti: Quasi morientes, ⁊ ecce viuimus: vt castigati, ⁊ nō mortificati: quasi tristes, semp autē gaudentes: sicut egētes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habētes, ⁊ oia possidētes. ℟. Ecce nunc tēpus accepta/bile, ecce nunc dies salutis; cō/mendemus nosmetipsos i mul/ta patientia: in ieiunijs multis: Per arma iustitie ṽtutis Dei. ℣. In omnib⁹ exhibeamus nos/metipsos sicut Dei ministros, i multa patiētia, in ieiunijs mul/tis. Per arma. Lcō secunda.

O S nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatū est. Nō angustiamini in nobis, angustiamini autem i visceribus vestris. Eandē autē habentes remunerationem (tā quam filijs dico) dilatamini ⁊ vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quę enim par ticipatio iustitię cum iniquita te? aut quę societas luci ad te/nebras? Quę autem conuen/tio Christo ad Belial? aut q̄ pars fideli cum infideli? Quis autem cōsēsus templo Dei cū idolis? Uos enim estis templū Dei viui, sicut dicit De⁹: Quō inhabitabo in illis, ⁊ inambula bo inter eos ⁊ ero illorū Deus, ⁊ ipsi erunt mihi populus. ℟. In omnibus exhibeamus nos/metipsos sicut Dei ministros, in multa patientia: vt non vitu peretur ministerium nostrum.

℣. Ecce nunc tempus accepta bile, ecce nunc dies salutis, cō/mēdemus nosmetipsos in mul ta patientia. Ut non. Lect. iij.

R Epletus sum consolatio ne, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam ⁊ cū venissemus in Ma/cedoniam, nullam requiem ha buit caro nostra sed omnem tri bulationem passi sumus: foris pugnę, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consola/tus est nos Deus in aduentu Titi: non solum autem in ad/uentu eius, sed etiam in con/solatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum: vē stram ęmulationē pro me, ita vt magis gauderem: q̄m etsi cō tristaui vos in epistola, non me pęnitet: ⁊ si pęniteret, videns q̄ epistola illa (etsi ad horā) vos cōtristauit, nūc gaudeo, nō q̄z constristati eis, sed quia contri stati estis ad pęnitētiā. ℟. In ieiunio ⁊ fletu orabāt sacerdo/tes dicentes. Parce dn̄e, parce populo tuo: ⁊ ne des hęreditatē tuā i perditionē. ℣. Inter vesti bulū ⁊ altare plorabāt sacerdo tes, dicētes. Parce. Glo. Pa. In iij. noctur. ana. Bonorum. ℣. Conserua. fol. [illegible] Sermo. s. Leonis Pape. [illegible]

P Redicaturus vobis dilec/tissimi, sacratissimū ma/ximumq̄ ieiunium: quo aptius vtar exordio, q̄ vt verbis apl'i, in quo

in quo Christus loquebatur, in
cipiam: dicamq; quod lectum
est. Ecce nunc tempus accepta
bile: ecce nũc dies salutis. Quã
uis enim nulla sint tempora, que
diuinis non sint plena muneri
bus, & semper nobis ad miseri
cordiam Dei per ipsius gratiã
prestetur accessus: tunc tamen
omnium mentes maiori studio
ad spirituales profectus moue
ri, & ampliori fiducia oportet
animari: quando ad vniuersa
pietatis officia, illius nos diei,
quo redempti sumus, recursus
inuitat: vt excellens super om
nia passionis dominice sacra
mentum purificatis & corpori
bus & animis celebremus. R.
Emendemus in melius, que
ignoranter peccauimus: ne subi
to preoccupati die mortis, que
ramus spatium penitentie, & in
uenire non possimus. Attende
dñe & miserere, quia peccauimus
tibi. V. Adiuua nos deus sa
lutaris noster, & propter hono
rem nominis tui dñe libera nos.
Attende.

Lectio quinta.

Debebatur quidem tantis
mysterijs ita incessabilis
deuotio, & continuata reuerentia:
vt tales permaneremus in con
spectu Dei, quales nos in ipso
paschali festo dignum est inueni
ri. Sed quia hec fortitudo pau
corum est, & dum carnis fragi
litate austerior obseruantia rela
xatur, dumq; per varias actio
nes vite huius sollicitudo distẽ
ditur, necesse est de mundano
puluere etiam religiosa corda
sordescere, magna diuine insti
tutionis salubritate prouisum
est, vt ad reparandam mentium
puritatem: quadraginta nobis
dierum exercitatio mederetur,
in quibus aliorum temporum
culpas, & pia opera redimerent,
& ieiunia casta decoquerent. R.
Derelinquat impius viam suã,
& vir iniquus cogitationes suas,
& reuertatur ad dominum: &
miserebitur eius: Quia beni
gnus & misericors est, & presta
bilis super malitia dominus
Deus noster. V. Non vult domi
nus mortem peccatoris, sed vt
conuertatur, & viuat. Quia.

Lectio sexta.

Ingressuri igitur, dilectissi
mi, dies mysticos, & purifi
candis animis atq; corporibus
sacratius institutos, preceptis apo
stolicis obedire curemus: emun
dantes nos ab omni inquinamẽ
to carnis ac spiritus: vt castiga
tis colluctationibus, que sunt in
ter vtranq; substantiã, animusq;
quem sub Dei gubernaculis cõ
stitutum corporis decet esse recto
rem, dominationis sue obtineat
dignitatem: vt nemini dantes vl
lam offensionem: vituperationi
bus obloquentium non simus
obnoxii. Digna enim ab infide
libus reprehensione carpemur
& nostro vitio lingue impie in iniu
riam se religionis armabunt, si
ieiunantium mores a puritate per
fecte

fecte continentie discreparint: Non enim i sola abstinentia cibi fiat nostri summa ieiunii, aut fru ctuose corpori esca subtrahitur nisi mens ab iniquitate reuocet. R. Paradisi portas aperuit nobis ieiunii tempus: suscipiamus illud orantes, et deprecantes: Ut in die resurrectionis cum domino glo riemur. V. In omnibus exhibea mus nosmetipsos sicut Dei mi nistros in multa patientia. Ut. In tertio nocturno. Antipho. Non sunt loquele. Ps. Celi enar rant gloriam Dei. cum reliq. Lco s.euan. sm Mattheum. L. vij.

c. 4. In illo tpe: Duct' est Jes' in desertum a spu, vt tenta ret a diabolo: et cum ieiunasset q draginta diebus, et quadragita noctibus, postea esuriit. Et rel. Homilia S. Gregorij Pape.

Dubitari a quibusdam so let a quo spiritu sit Jes' ductus in desertum, propter hoc quod subditur, Assumpsit eum diabolus in sanctam ciui tatem: et rursum, Assumpsit eum in montem excelsum valde. Sed vere, et absque vlla questio ne conuenienter accipitur, vt san cto spiritu i desertum ductus cre datur: vt illuc eum su' spiritus duceret, vbi hunc ad tentandum spiritus malignus inueniret. Sed ecce cum dicitur Deus ho mo, vel in excelsum montem, vel in sanctam ciuitatem assumpt' a diabolo, mens refugit credere humane hoc audire aures expa uescunt: cum tamen non esse in credibilia ista cognoscimus, si in illo et alia facta pensamus. R. Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, et conuer timini ad Dominum Deum ve strum. Quia benignus, et mise ricors est. V. Derelinquat im pius viam suam: et vir iniquus cogitationes suas, et reuertatur ad dominum, et miserebitur ei', Quia benignus. Lectio viij.

Certe iniquorum omnium diabolus caput est: et hu ius capitis membra sunt om nes iniqui. An non diaboli membrum fuit Pilatus: an non diaboli membra Judei persequen tes, et milites crucifigentes fue runt? Quid ergo mirum, si se ab illo permisit in montem duci, et tentari, qui pertulit etiam a membris illius crucifigi? Non est ergo indignum Redempto ri nostro, quod tentari voluit, qui venerat occidi. Justum qp pe erat, vt sic tentationes no stras suis tentationibus vince ret, sicut mortem nostram uene rat sua morte superare. R. Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et ante ibit faciem tuam iustitia tua. V. Cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despe xeris. Tunc erum. Lectio ix.

Sed sciendum nobis est, q tentatio trib' modis agit: sugge

suggestione, delectatione, & cō sensu. Et nos cū tentamur, plerunqꝫ in delectationem, aut etiā in consensum labimur: quia de carnis peccato ꝓpagati, in nobis ipsis ēt gerimus vñ certamina toleremus. Deus vero, q in vtero virginis incarnatus, in mundum sine peccato venerat, nil contradictionis in semetipso tolerabat. Tētari ergo p suggestionē potuit, sed eius mentē peti delectatio non momordit. Atqꝫ ideo omnis diabolica illa tētatio foris, nō intus fuit. ℟. Angelis suis Deus mādauit de te, vt custodiant te in oībus vijs tuis. In manibus portabūt te, ne vnqꝫ offendas ad lapidem pedez tuum. ℣. Super aspidez & basiliscū ambulabis: & conculcabis leonem & draconē. In manibus. Gloria.. In.

Per hebd. eius loco dicitur ℟. Abscōdite eleemosynā in sinu pauperū, & ipsa orabit ꝓ vobis ad dñm. Quia sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit pctm̄. ℣. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sūt vobis. Quia.

Ad Laudes. Antiphona.

Cor mundum crea in me Deus: & spūm rectū innoua in visceribus meis. Ps. Miserere. 23. Aña. O dñe saluum me fac: o dñe, bene prosperare. Ps. Confitemini. 10. Aña. Sic benedicam te in vita mea domine, & in nomine tuo leuabo manus meas. Ps. Deus De' me' ad te. 8. cū rel. Aña. In spiritu humilitatis, & in animo ɔtrito suscipiamur dñe a te: & sic fiat sacrificiū nostruz, vt a te suscipiat hodie, & placeat tibi dñe Deus. Aña. Laudate Deum cęli cęlorum, & aquę omnes. Cap. Fratres, Hortamur. 148. vt supra. Hym. Iam Christe sol iustitię. vt i secūda fer. 351. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Ut custodiāt te i oībus vijs tuis. Ad Bñc. Aña. Ductus est Jesus in desertum a spiritu, vt tentaret a diabolo, & cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Oro. O e', qui ecclesiam tuam. 148.

Ad Primā. Aña. Jesus autem cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Ad Absolonē Capli. Lect. bre. Quęrite dñm. vt i Psalt. 13. & di in Officis & ferijs vsqꝫ ad Dñicam Passionis exclusiuę.

Ad iij. Aña. Tunc assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatē: & statuit euz supra pinnaculuz tēpli, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsuz. Caplm. Fratres, Hortamur. fo. 148. ℟. br. Ipse liberabit me, De laqueo venantiuz. ℣. Et a verbo aspero. ℟. De laqueo. ℣. Gloria. ℟. Ipse liberabit me. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis.

Ad

Ad vj. Aña. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod pcedit de ore Dei. Cap

ij Cor. 6. Ecce nunc tēpus accepta bile: ecce nūc dies salutis nemini dantes vllaȝ offensionē, vt non vituperetur ministeriū nostrū. ℟. bre. Scapulis suis, Obūbrabit tibi. ℣. Et sub pennis eius sperabis. ℟. Obūbrabit tibi. ℣. Glia. ℟. Scapulis suis. ℣. Scuto circundabit te veritas ei⁹. ℟. Nō timebis a ti.

Ad nonam. Antiphona.

Dominum Deuȝ tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies. Capl'm.

Vt castigati, ⁊ non mortificati: quasi tristes, semp autem gaudentes: sicut egētes, multos aūt locupletantes: tanquam nihil habentes, ⁊ omnia possidētes. ℟. br. Scuto circūdabit te, Veritas eius. ℣. Nō timebis a timore nocturno. ℟. Veritas. ℣. Gloria. ℟. Scuto circundabit. ℣. Angelis suis Deus mādauit de te. ℟. Vt custodiāt te in omnibus vijs tuis.

Ad vesperas. Antiphona.

Dixit dñs. 52. cum reliq. Cap. Fratres, Hortamur. 148. Hy⁹.

Audi preces nras deitatis aures Deus iclina pietate sola: Supplicū vota suscipe, pcamur Famuli tui.

Respice clemēs solio de sācto, Vultu sereno lāpades illustra, Lumine tuo tenebras depellē Pectore nostro.

Crimina laxa pietate multa, Ablue sordes, vincula disrūpe, Parce peccatis, releua iacētes Dextera tua.

Te sine tetro mergimur pfūdo Labimur alta sceleris sub vnda Brachio tuo trahimur ad clara Sidera celi.

O bie lux vera, bonitas, ⁊ vita, Gaudiū mūdi, pietas immēsa, Qui nos a morte roseo saluasti Sanguine tuo

Insere tuū, petimus, amorem Mētibus nostris, fidei refūde Lumē ęternū, charitatis auge Dilectionem.

Tu nobis dona fontē lacrymarum, Ieiuniorum fortia ministra: Vitia carnis millia retunde Framea tua.

Procul a nobis pfid⁹ absistat, Satā, a tuis viribus ptractus: Sāctus assistat spiritus a tua Sede demissus.

Gloria Deo sit eterno patri, Sit tibi semp genitoris nate, Cū quo ęqualis spūs p cuncta Secula regnat. Amen.

℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Ad Mḡt. Antiph. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: in his ergo diebus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs, in vigilijs, ⁊ in charitate non ficta.

Oratio

Oratio vt sup. ¶ Hym. ℣. ℞. bic. supradicta dñr in Dñica diebus ⁊ ferijs vsq; ad dñicam de Pass. excepto Hymno. Ad preces nostras. qui tantum di in Vesperis Dñice.

FERIA SECUNDA.

Hodie di Offm Defunctorum. Ad Mat. Inui. de Psalt. Hy°.

Ex more docti my
stico
Seruem° hoc ie
iunium.
Deno dierum cir
culo
Ducto quater notissimo.
Lex ⁊ prophete primitus
Hoc pretulerunt, postmodum
Christus sacrauit omnium
Rex atq; factor temporum.
Utamur ergo parcius
Verbis, cibis, ⁊ potibus,
Somno, iocis: ⁊ arctius
Perstemus in custodia.
Uitemus autem pessima,
Que subruunt mentes vagas:
Nullumq; demus callidi
Hostis locum tyrannidi.
Dicamus omnes cernui,
Clamemus atq; singuli,
Ploremus ante iudicem,
Flectamus iram vindicem.
Nostris malis offendimus
Tuam Deus clementiam:
Effunde nobis desuper
Remissor indulgentiam.
Memento quod sumus tui
Licet caduci plasmatis:
Ne des honorem nominis
Tui precamur alteri.
Laxa malum quod fecimus,
Auge bonū quod poscimus:
Placere quo tandem tibi
Possimus hic, ⁊ perpetim.
Presta beata Trinitas,
Concede simplex vnitas,
Ut fructuosa sint tuis
Ieiuniorum munera. Amen.

Antiphone, ⁊ psalmi noctur. de Psalt. quod seruatur ⁊ in alijs ferijs vsq; ad dñicam passionis. Lcō s. euāg. sm Mattheū. L. i.

In illo tpe: Dixit Jes° discipulis suis: Cum venerit filius hominis i maiestate sua, ⁊ omnes angeli eius cū eo: tūc sedebit sup sedē maiestatis sue: ⁊ congregabuntur ante eū omnes gentes. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

Si mandatis nō seruatis ad vitā veniri potest per solā fidē, que sine operibus mortua est, quomodo verum erit, q̄ eis quos ad sinistram positurus est, dicet, Ite in ignem eternum, qui paratus est diabolo, ⁊ angelis eius? Nec increpat, q: in eum non crediderunt, sed q̄a bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquā de fide, que sine operibus mortua est, promittat eternam vitā, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, que permiste eis pascuis vtebantur: vt appareat eos illi dicturos, Domine quādo te vidimus illa ⁊ illa patiētem, ⁊ nō ministrauimus tibi? qui in eo crediderāt, sed bona ope/

operari non curauerāt, tāquā de ipsa fide mortua ad vitā peruenirētur eternam. ℟. Ecce nunc tempus. 148. Lectio ij.

An forte ibunt in ignem eternū, qui opera misericordię non fecerunt, ꝛ nō ibunt qui aliena rapuerūt: vel corrū/pedo i se tēplū Dei, in seipsos immisericordes fuerunt: quasi opa misericordię ꝓsint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribuā oia mea pauperibus, charitatē aūt nō habeā, nihil mihi prodest: Aut diligat quisquā proximū sicut seipsū, qui nō diligit seipsū. Qui eni diligit iniquitatē, odit animā suā. ℟. In oibus. 148. Lec. iij.

Neq; illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducūt, ignē eternū dictū, nō ipsā ꝯbustionē eternā. Per ignē qppe, q etern⁹ erit, trāsituros arbitrant eos, qb⁹ ꝓpter fidē mortuā per ignē ꝓmittūt salutē: vt videlicet ipse ignis eternus sit, cōbustio vero eorum, hoc est operatio ignis non sit i eos eterna: cum ꝛ hoc ꝓuidens dn̄s sentētiā suā ꝯclusit, ita dicens: Sic ibūt illi i cōbustionē eternā, iusti autem in vitā eternam. Erit ergo eterna combustio sicut ignis, ꝛ eos in illā ituros veritas dicit, quorū nō fidem, sed bona opa defuisse declarauit. ℟. In ieiunio. 148. Ad Laud. Aña. Miserere. 23. cum reliq̄s in Psalt. Capitulū.

Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā: ꝛ anūcia pplo meo scelera eorū, ꝛ domui Jacob pctā eorū. Hym. (Isa. 58.)

Iam Christe sol iustitię,
Mentis dieścāt tenebrę,
Virtutum vt lux rēdeat
Terris diem cum reparas.
Dans tempus acceptabile,
Et pęnitens cor tribue:
Conuertat vt benignitas
Quos longa suffert pietas.
Quiddamq; penitentię
Da ferre, quamuis grauium,
Maiore tuo munere
Quo demptio fit criminum.
Dies venit dies tua.
In qua reflorent omnia:
Letemur in hac, vt tuę
Per hanc reducti gratię.
Te rerum vniuersitas
Clemens adoret trinitas,
Et nos noui per veniam
Nouū canam⁹ canticū. Amē.

℣. Angelis suis De⁹ mādauit de te. ℟. Ut custodiāt te i omnibus vijs tuis. Ad Bñs. Aña. Venite bñdicti pr̄is mei, percipite regnū, quod vobis paratū est ab origine mundi. Oratio.

Conuerte nos Deus salutaris noster: ꝛ vt nobis ieiuniū quadragesimale ꝓficiat, mentes nr̄as celestibus instrue disciplinis. Per dominum no. Ad j. Aña. Viuo ego, dicit dn̄s: Nolo mortē peccatoris, sed vt ma-

magis convertatur, et vivat. Capi. Pacem. 15. cum reli. ut in Psalt. Ad absolutionem Capli. O. Uenite domini. ut in Psalt. 13.
Ad iij. Anti. Advenerunt nobis dies penitentie, ad redimenda peccata, ad salvandas aias. Cap.
Convertimini ad me in toto corde vestro: in ieiunio, et fletu, et planctu: et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, ait dominus omnipotens. R. br. Ipse liberabit me, De laqueo venantium. V. Et a verbo aspero. R. De laqueo venant. V. Gloria. R. Ipse liberabit. V. Scapulis suis obumbrabit tibi. R. Et sub pennis eius sperabis.
Ad Sextam. Antiphona.
Commendemus nosmetipsos in multa patientia, i ieiunijs multis, per arma iustitie. Caplm.
Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad dominum, et miserebitur ei, et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. R. br. Scapulis suis, obumbrabit tibi. V. Et sub pennis eius sperabis. R. Obumbrabit tibi. V. Gloria pa. R. Scapulis suis. V. Scuto circumdabit te veritas eius. R. Non timebis a timore nocturno.
Ad ix. Antiphona. Per arma iustitie virtutis Dei commendemus nosmetipsos i multa patientia. Ca.
Frange esurienti panem tuum: et egenos vagosque induc i domum tuam: cum videris nudum, operi eum: et carnem tuam ne despexeris. R. Scuto circumdabit te: Veritas eius. V. Non timebis a timore nocturno. R. Veritas. V. Gloria. R. Scuto circumdabit te veritas. V. Angelis suis Deus mandavit de te. R. Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Ad Uesp. Antiphona. Inclinavit. 54. cum reliquis de Psalte. Caplm.
Inter vestibulum, et altare plorabunt sacerdotes ministri domini dicentes: parce domine, parce populo tuo: et ne des hereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Hym.

Audi benigne conditor:
Nostras preces cum fletibus
In hoc sacro ieiunio
Fusas quadragenario.
Scrutator alme cordium,
Infirma tu scis virium.
Ad te reversis exhibe
Remissionis gratiam:
Multum quidem peccavimus,
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.
Sic corpus extra conteri
Dona per abstinentiam,
Ieiunet ut mens sobria
A labe prorsus criminum.
Presta beata Trinitas:
Concede simplex unitas,
Ut fructuosa sint tuis.
Ieiuniorum munera. Amen.

V. Angelis suis Deus mandavit de te. R. Ut custodiant te i omni-

omnib⁹ vijs tuis. Ad M. An. Qđ vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: dicit dñs. oro.

Absolue, quesum⁹ dñe nostrorum vincula peccatorum: et quicquid pro eis meremur, propitiatus auerte. Per dñm nrm. ... capl'a sup. ad tertiā. ... Dñs vsq ad dñicā Passi.

FERIA TERTIA.

Se. eua. scḋm Mattheū. c.21. L.i.

In illo tempore: Cum intrasset Jesus Jerosolymā cōmota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Et reliqua.

... venerab. Bede ...

Uod maledicendo ficuz infructuosaz per figurā fecit dominus, hoc idem mox aperte ostendit eyciēdo improbos de templo. Neque enim aliquid peccauerat arbor que esuriente domino poma non habuit, quorū necdū tēp⁹ aduenerat: sed peccauerūt sacerdotes, qui in domo dñi secularia negocia gerebant, et fructū pietatis, quē debuerāt, quemqȝ i eis dñs esuriebat, ferre recusabant. Arefecit dñs arborē maledictā: vt homines hoc vidētes, siue audientes, multo magis itelligerent se diuino condemnandos esse iudicio, si absqȝ operū fructu, de plausu tātū sibi religiosi sermonis, velut de sonitu et bladimēto viridātiū glorientur foliorū. Emendemus. 149 Lec. ij.

Erum quia nō intellexerūt, cōsequenter in ipsos districtionē merite vltiōis exercuit. Eiecitqȝ cōmercia rerū humanarum de tēplo illo, in quo diuinas res tātum agi, hostias et oblationes Deo offerri, verbū Dei legi, audiri, et decātari, preceptū erat. Et quidem credendum est, quod ea tantum vendi, vel emi repererat i templo, que ad ministeriuz templi eiusdem necessaria erāt, iuxta hoc quod alias factum legimus, cum idem templum ingrediēs inuenit in eo ementes, et vendētes oues, et boues, et columbas. Que nimirum omnia, nō nisi vt offerrentur in domo domini vēdebantur: eosque, qui de longe venerant, ab indigenis cōparare credenduz est. R. Derelinquat. 149. Lec. iij.

Si ergo dñs nec ea volebat i tēplo offerri: videlicet propter studiū auaritie, siue fraudis, quod proprū solet esse negociātium facinus: quanta putas animaduersione puniret si inuenisset aliquos ibi risui, vel vaniloquio vacantes, aut alio cuilibet vitio mancipatos? Si enī ea, que alibi libere geri poterant, dñs in domo sua temporalia negocia geri non patit, quāto magis ea, q̄ nusquā fieri licet, plus celestis ire merent, si in edib⁹ deo sacratis agant? Uerum quia spiritus sanct⁹ in colūba super dñz apparuit, recte per colūbas spūs sācti charismata figurātur. Qui autem sunt

sunt in templo dei hodie, q co lumbas vendunt: nisi qui in ecclesia preciū de impositiōe manus accipiūt? p quā videlicet impositionē spiritus sanctus celitus datur. ℟. Paradisi. 149.
Ad Bñs. Aña. Intrauit Jesus in templū Dei, & eijciebat oēs vendētes, & ementes: & mensas nūmulariorū, & cathedras vendentiū colūbas euertit. Oro.
R Espice dñe familiā tuā, & presta: vt apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat, q se carnis maceratiōe castigat. Per dominum nostrum, &c.
Ad Mag. Aña. Scriptum est enim: quia domus mea domus orationis est cunctis gētibus: vos autem fecistis illam speluncam latronum: & erat quotidie docens in templo. Oratio.
A Scendāt ad te dñe preces nre: & ab ecclesia tua cunctā repelle nequitiā. Per.

FERIA QVARTA.
Quatuor temporum.
Hodie dñr Psalt Graduales.
Lcō s. euāg. bm Matthęū. Le. j.
I N illo tēpore: Accesserūt ad Jesū Scribę, & Pharisęi dicētes: Magister, volumus a te signum videre. Et reliq.
Homilia Sācti Augustini epi.
I Onā prophetā, qui deiectus in mare belluę marinę vtero except9 est, & die tertio viuus euomitur, figurā gessisse Saluatoris, q passus est, & die tertia resurrexit, ipse Saluator ostēdit. Accusatus est populus Judęorū in cōparatione Niniuitarum, qm Niniuitę ad quos redarguēdos missus est Jonas propheta, agendo pęnitentiam iram Dei placauerunt, & misericordiā meruerūt. Ecce, inqt, plusquam Jonas hic, volēs intelligi seipsum dñs Jesus. Audierunt illi seruum, & vias suas correxerūt: audierūt isti dñz, & cōtempserunt, & insuper occiderūt. ℟. Scindite. 149. Lect. ij.
R Egina Austri exurget, inquit, i iudicio cū gñatione hac, & condemnabit eam: venit enim de finibus terrę, audire sapientiā Salomonis, & ecce plusquaz Salomon hic. Nō fuit magnum Christo plus esse quam Jonas, plus esse quā Salomon. Jste enim dominus, illi serui erant. Sed tamen quales sunt: qui presentem dominū cōtempserunt, quando alienigenę seruos eius audierunt? Deinde sequitur, Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quęrens requiem, & nō inuenit: tunc dicit, Reuertar in domum meam, vnde exiui. ℟. Frange esurienti. 149. Lectio iij.
Q Uando fit in sacramētis remissio peccatorū, mundat domus, sed habitator ē necessarius spūs scūs: spūs aūt sāct9 nō habitat nisi sup humiles corde. Deus eni3 dicit: Super quē requiescet spiritus me9? & respon-

respōdet proposito. Super humilem & quietum, & trementē verba mea. Ille ergo cum fuerit habitator, implet, regit, agit, refrenat a malis, ad bona excitat, suauez facit iustitiam: vt homo bñfaciat amore recti, nō timore supplicij. Hoc quod dixi, agere per semetipsum homo minus idoneus est, scētum spūm si habitatorē habuerit, ipsum in omnibus bonis ineniet adiutorē. ℟. Abscondite. 150. Ad Bñs. Añ. Generatio hęc praua & peruersa signū querit, & signum non dabitur ei, nisi signuz Ionę prophetę. Oratio.

PReces nostras, q̄s dñe, clementer exaudi: & cōtra cūcta nobis aduersantia dexterā tuę maiestatis extende. Per. Ad Mag. Aña. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus dieb⁹ & tribus noctibus: ita erit fili⁹ hominis i corde terrę. Oratio.

MEntes nostras, q̄s domine, lumine tuę claritatis illustra, vt videre possimus quę agenda sunt, & quę recta sunt agere valeam⁹. Per dominū.

FERIA QVINTA

Lectio s. euāg. sm Matthe ū. L. j.

ca. 5. IN illo tempore, Egressus Jesus secessit i partes Tyri, & Sidonis. Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presbr.

SCribis, & Phariseis calūniatorib⁹ derelictis trāsgredit i partes Tyri, & Sidōis, vt Tyrios Sidoniosq̄ curaret Mulier aūt Chananea egredit de finib⁹ pristinis, vt clamās filię impetret sanitatē. Obserua quod in quintodecimo loco filiā Chananęę sanet. Miserere mei domine, fili Dauid: filia mea male a dęmonio vexatur: Inde nouit vocare filium Dauid, quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorem Tyriorum ac Sidoniorum loci ac fidei, cōmutatiōe dimiserat. ℟. Tribulare, si nesciré misericordias tuas dñe: tu dixisti: nolo mortē peccatoris: sed vt magis cōuertat & viuat: Qui Chananęā & publicanū vocasti ad pęnitētiā. ℣. Secūduz multitudinem dolorum meorum in corde meo, cōsolationes tuę lętificauerunt aiam meam. Qui Chana. Lectio ij.

FIlia mea male a dęmonio vexat. Ego filiā Chananęę puto aīas esse credētiū, q̄ male a dęmonio vexabāt, ignorātes creatorē, & adorātes lapidē. Qui nō respondit ei verbū: nō ꝙ superbia Pharisaica, nec de Scribarū supercilio, sed ne ipse sentētię suę videret esse cōtrarius, ꝑ quā iusserat. In viā Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Nolebat enim occasionē calūniatoribus dare, perfectāq̄ salutem Gentibus, passionis & resurrectionis tempore reseruabat. ℟. In oibus. 148. Lc. iij.

ET accedētes dicipuli ei⁹ rogabat eū dicentes: Dimitte

mitte eā, q̄a clamat post nos. Discipuli illo adhuc tp̄e myste ria dn̄i nescientes, vel misericor dia cōmoti, rogabāt p Chana/ nea muliere, quā alter euange/ lista Syrophenissam appellat, vel importunitate eius carere cupientes, q: non vt clementē, sed vt durū medicū crebrius inclamaret. Ipse aūt respōdēs ait: Non sum missus, nisi ad o/ ues, q̄ perierunt domus Israel. Non quod & ad Gentes nō mis sus sit, sed q̄ primum missus sit ad Israel: vt illis non recipien tibus euangelium, iusta fieret ad Gentes transmigratio. R. In ieiunio. 148. Ad Be. Ana. Egressus Jesus secessit in par/ tes Tyri & Sidonis: & ecce mu lier Chananea annibus illis egressa, clamabat dicens: Mi/ serere mei fili Dauid. Oratio.

Deuotionē pp̄li tui, q̄s do mine, benign⁹ intēde: vt q̄ per abstinentiā macerant in corpore, per fructum boni ope/ ris reficiantur in mente. Per. Ad Magnificat. Antiphona. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut petisti. Oratio.

Da, q̄s dn̄e: populis Chri/ stianis, & que profitētur agnoscere, & celeste munus dili gere quod frequentant. Per.

FERIA SEXTA.

Quatuor temporū.

Hodie dr̄r Psal. penitētiales.

Ca. 5. In. s. euā. s. Joh. Lec. i. In illo tēpore: Erat dies festus Judeorum, & ascēdit Je/ sus Jerosolymam. Et reliq.

Homilia Sancti Augustini epi.

Videamus qd voluerit si gnificare in illo vno, quē etiam ipse, seruans vnitatis my sterium: sicut prelocutus sum, de tot languentibus vnum sa/ nare dignatus est. Inuenit i an nis eius numerum quendā lan guoris. Triginta & octo annos habebat in infirmitate. Hic nu merus quomodo magis ad lā guorem pertineat, quam ad sa nitatem, paulo diligentius ex/ ponendū est. Intentos vos vo/ lo: aderit dn̄s: vt pgrue loquar: & sufficiēter audiatis. Quadra genarius numerus sacrat⁹ no/ bis in quadā perfectione com/ mendatur. Notū esse arbitror charitati vestre: testant sepissi/ me diuine scripture ieiunium hoc numero consecratum esse, bene nostis? Nā & Moyses qua draginta diebus ieiunauit, & Elias totidem, & ipse dn̄s no/ ster & saluator Jesus Christus hunc ieiunij numerum imple/ uit. Per Moysen significatur lex, per Eliam significantur p/ phete, per dn̄ū significatur euā/ gelium. Ideo in illo mōte tres apparuerunt, vbi se discipulis ostendit in claritate vultus, & vestis sue: apparuit enim me/ dius inter Moysen, & Eliam, tanq̄ euāgelium testimonium haberet a lege & prophetis. R. Emendemus. 149. Lectio. ii.

Eſto dñe propitius plebi tue: & quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dominum.

Ad Ma. Aña. Qui me ſanũ fecit, ille mihi pͤcepit: tolle grabatum tuũ, & ambula i pace. Oro.

Exaudi nos miſericors deus: & mẽtib⁹ nr̃is gratie tue lumen oſtende. Per dñm.

SABBATHO.

Quatuor temporum.

Lcõ s. euãg. ſm. Mattheũ. L. j. c. 13.

In illo tpe: Aſſũpſit Jeſus Petrũ, & Jacobũ, & Johãnẽ fratrẽ ei⁹, & duxit illos i mõtem excelſum ſeorſũ. Et reliq.

Homilia ſancti Leonis Pape.

Euãgelica lectio dilectiſſimi, q̃ p aures corporis in teriorem mentiũ noſtrarũ pulſauit auditum, ad magni ſacramenti nos intelligentiam vocat, quam aſpirãte gratia dei facilius aſſequemur, ſi conſiderationem noſtram ad ea, que paulo ſuperius ſunt narrata, referamus. Saluator enim humani generis Jeſus Chriſtus, condens eam fidem, que & impios ad iuſtitiam, & mortuos reuocat ad uitã, adhuc diſcipulos ſuos doctrine monitis, & operũ miraculis imbuebat, vt idẽ Chriſt⁹, & vnigenit⁹ Dei, & hoĩs filius crederet: nam vnum horũ ſine altero nõ proderat ad ſalutẽ: & equalis erat periculi, dñm Jeſum Chrm, aut Deum tãtũmodo ſine hoĩe, aut ſine Deo ſolũ hoĩem credidiſſe: cũ vtrunq; eſſet pariter ꝯtendũ: q̃ ſicut Deo vera humanitas, ita homini inerat vera diuinitas. ℞. Scindite. 149. Lectio ij.

Ad ꝯfirmandã ergo hui⁹ fidei ſaluberrimã cognitionẽ interrogauerat diſcipulos ſuos dominus, inter diuerſas aliorum opiniones, quid ipſi de eo crederẽt, quidve ſẽtirent. Ubi petrus apoſtolus, per reuelationem ſummi patris corporea ſuperans, & humana tranſcendens, vidit mentis oculis filium Dei viui, & cõfeſſus eſt gloriã deitatis: q̃ nõ ad ſolã reſpexit ſubſtãtiã carnis, & ſãguinis: tãtumq; in hac fidei ſublimitate cõplacuit, vt beatitudinis felicitate donatus, ſacrã inuiolabilis petre acciperet firmitatẽ: ſuper quã fundata Eccleſia, portis inferi, & mortis legibus preualeret, nec in ſoluendis, aut ligãdis quorumcunq; cauſis, aliud ratũ eſſet in celo, quam quod Petri ſediſſet arbitrio. ℞. Frange. 149. Lec. iij.

Hec aũt, dilectiſſimi, laudate intelligentie celſitudo inſtruẽda erat de inferioris ſubſtãtie ſacramẽto: ne apoſtolica fides ad gl'iã ꝯfitẽdẽ i Chriſto deitatis euecta, infirmitatis noſtre receptionem indignã impaſſibili Deo atq; incongruam iudicaret: & ita iã in Chro humanã crederet eſſe glorificatã naturã: vt nec ſupplicio poſſet

 afficb

effici nec morte dissolui. Et iõ dicente dño, ꝙ oportet eũ ire Jerosolymã, ꝛ multa pati a senioribus ꝛ scribis, ꝛ principibꝰ sacerdotũ, ꝛ occidi, ꝛ tertia die resurgere: cũ btũs Petrꝰ, q sup no illustratus lumine de ardẽtissima filij Dei ꝯfessione feruebat, ꝯtumelias illusionũ ꝛ crudelissimę mortis opꝓbriũ, religioso vt putabat, ꝛ libero fastidio respuisset, benigna ab Jesu increpatiõe correctꝰ, ꝛ ad cupiditatẽ participãdę cũ eo passionis aiatꝰ ẽ. ℟. Abscõdite. 150.

Ad Benedictus. Antiphona.

Assũpsit Jesus discipulos suos: ꝛ ascendit in montem, ꝛ transfiguratus est ante eos. Oratio.

Populum tuũ quęsumus domine, propitius respice: atq; ab eo flagella tuę iracũdię clemẽter auerte. Per dñm.

Ad Vesperas. Capitulum.

1. The. 4.

Fratres, Rogamꝰ vos, ꝛ obsecramus i dño Jesu, vt quẽadmoduꝫ accepistis a nobis, quõ vos oporteat ambulare, ꝛ placere Deo: ꝛ sic ꝛ ambuletis, vt abundetis magis. Hym. Audi benigne cõditor. 151. ℣. Angelis.

Ad Mag. Añ. Uisionẽ quã vidistis nemini dixeritis, donec a mortuis resurgat filiꝰ hoĩs. Oro.

Deus, qui cõspicis omni nos virtute destitui: interius exteriusq; custodi: vt ab oĩbus aduersitatibus muniamur in corpore, ꝛ a prauis cogitatiõnibus mũdemur i mẽte. Per d.

DOMINICA II. in Quadragesima.

Ad Mat. Inui. Non sit vobis uanũ. Hyꝰ. Ex more. ꝛ rel. vsq ad lec. vt i supiori Dñica. 148.

De libro Genesis. Lectio j.

Senuit aũt Jsaac, ꝛ caligauerunt oculi eius, ꝛ videre nõ poterat: vocauitq; Esau filiũ suũ maioreꝫ ꝛ dixit ei: Fili mi. Qui rñdit: Adsum. Cui pater: Uides, ingt: ꝙ senuerim, ꝛ ignorem diẽ mortis meę: sume arma tua, pharetrã ꝛ arcũ, ꝛ egredere foras. Cũque venatu aliqd apphẽderis, fac mihi inde pulmentũ, sicut velle me nosti, ꝛ affer: vt comedã, ꝛ bñdicat tibi aia mea, anteꝗ̃ moriar. Qd cum audisset Rebecca, ꝛ ille abijsset in agrũ, vt iussionẽ pñis ipleret, dixit filio suo Jacob: Audiui patrẽ tuũ loquẽtẽ cũ Esau fratre tuo, ꝛ dicẽtẽ ei, Affer mihi d venatiõe tua, ꝛ fac cibos, vt comedã, ꝛ bñdicã tibi corã dño, anteꝗ̃ moriar. Nũc ergo fili mi, acquiesce ꝯsilijs meis, ꝛ pgẽs ad gregẽ, affer mihi duos hedos optimos, vt faciã ex eis escas patri tuo, quibus libẽter vescit: quas cũ intuleris, ꝛ comederit, benedicat tibi priusquam moriat. ℟. Tolle arma tua, pharetrã, ꝛ ar

⁊ arcū,⁊ affer de venatiōe tua vt comedā:Et benedicat tibi anima mea. ℣. Cumq͡ꝫ venatu aliqd attuleris, fac mihi inde pulmentū, vt comedā.Et. ℟. ii.

Cui ille respōdit:Nosti q͡ꝫ Esau frater meꝰ homo pilosus sit,⁊ ego lenis? Si atrectauerit me pater meꝰ meus,⁊ senserit,timeo ne putet me sibi voluisse illudere, ⁊ inducat super me maledictionem pro benedictione.Ad quē mater, In me sit,ait, ista maledictio fili mi, tātum audi vocem meam: ⁊ pergens affer quē dixi. Abijt ⁊ attulit,deditq͡ꝫ matri. Parauit illa cibos,sicut nouerat velle patrē illius, vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi induit eum: pelliculasq͡ꝫ hedoꝝ circūdedit manibꝰ, ⁊ colli nuda ptexit:dedit q͡ꝫ pulmētū,⁊ panes,quos coxerat,tradidit.Quibꝰ illatis dixit Pater mi.At ille respōdit: Audio,Quis es tu fili mi? Dixitq͡ꝫ Jacob:Ego sū Esau,primogenitꝰ tuus:feci sicut pcepisti mihi:surge,sede,⁊ comede d̄ venatione mea,vt bn̄dicat mihi aīa tua.Rursū Jsaac ad filiū suū, Quomodo,inqt, tā cito inuenire potuisti, fili mi? Qui rn̄dit: Voluntas Dei fuit,vt cito occurreret mihi qđ volebā. ℟. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dn̄s:crescere te faciat Deꝰ meꝰ sicut arenā maris:Et donet tibi de rore celi benedictionē. ℣. Deꝰ autem omnipotens bn̄dicat tibi, atq͡ꝫ multiplicet. Et donet. ℟. iii.

Dixitque Jsaac: Accede huc,vt tangam te fili mi ⁊ probem vtrum tu sis filius meus Esau,an nō.Accessit ille ad patrem: ⁊ palpato eo, dixit Jsaac:Vox quidem,vox Jacob est:sed manus,manꝰ sunt Esau. Et non cognouit eum: quia pilosę manus similitudinem maioris expresserant. Benedicēs ergo illi ait:Tu es filius meus Esau? Respondit: Ego sum. At ille,Affer mihi,iquit,cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea.Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiā vinū. Quo hausto dixit ad eum.Accede ad me, ⁊ ⁊ da mihi osculū fili mi.Accessit, ⁊ osculatus est eū. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrātiā: benedicēs illi, ait:Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni,cui bn̄dixit dn̄s. Det tibi deus de rore cęli,⁊ de pinguedine terrę abundantiā frumenti,vini,⁊ olei:⁊ seruiant tibi populi,⁊adorent te tribus: esto dn̄s fratrū tuoꝝ, ⁊ incuruētur ante filij mr̄is tuę. Qui maledixerit tibi,sit ille maledictꝰ, ⁊ qui benedixerit tibi,bn̄dictionibus repleatur. ℟. Det tibi Deus de rore cęli, ⁊ d̄ piguedine terrę abūdantiā: seruiant tibi tribus, ⁊ populi.Esto dominus fratrum tuoꝝ. ℣. Et incuruentur

uentur ante te filij matris tue. Esto vo. Gloria. Esto vo.

Ex libro S. Augustini episcopi contra mendacium. Lectio iiij.

Iacob quod matre fecit auctore, vt patrem falleret videret, si diligenter, et fideliter attendatur, non est mendacium, sed mysterium: que si mendacia dixerimus, oes etiam parabole ac figure significandarum quarumcunque rerum, que non pro proprietate accipiende sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicenf esse mendacia: quod absit omnino. Nam qui hoc putat, tropicis etiam tam multis locutionibus potest hanc importare calumniam: ita, vt hec ipsa que appellat metaphora, hoc est de re propria ad rem non propriam verbis alicuius vsurpata translatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. R. Cum exiret Jacob de terra sua, vidit gloriam Dei: et ait: Quam terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus dei, et porta celi: ℣ Uere Deus est in loco isto, et ego nesciebam. Quam. Lec. v.

Que significant enim, vtique ipsa dicunf: putantur autem mendacia, quoniam non ea, que vera significant dicta intelligunt, sed ea que falsa sunt dicta esse credunt. Hoc vt exemplis fiat planius, id ipsum, quod Jacob fecit, attende. Hedinis certe pellibus membra contexit. Si causam proximam requiramus, mentitum putabimus: hoc enim fecit, vt putaret esse, qui non erat. Si autem hoc factum ad aliud, propter quod significandum re vera factum est, referatur: per hedinas pelles, peccata, per eum vero, qui eis se operuit ille significatus est, qui non sua, sed aliena peccata portauit. R. Si dominus deus meus fuerit mecum in via ista, per quam ego ambulo, et custodierit me, et dederit mihi panem ad edendum, et vestimentum quo operiar, et reuocauerit me cum salute: Erit mihi dominus in refugium et lapis iste in signum. ℣. Surgens ergo mane Jacob tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum: fundensque oleum desuper dixit. Erit. Lectio vi.

Uerax ergo significatio nullo modo mendacium recte dici potest: vt autem in facto, ita et in verbo: nam cum ei pater dixisset, Quis es tu fili? ille respondit: Ego sum Esau primo genitus tuus. Hoc si referatur ad duos illos geminos, mendacium videbitur: si autem ad illud, propter quod significandum ista gesta dictaque conscripta sunt, ille est hic intelligendus in corpore suo, quod est eius Ecclesia, qui de hac re loquens ait: Cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob, et oes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et, venient ab oriente, et occidente, et aquilone, et austro, et recumbent in regno Dei. Ecce sunt nouissimi, qui erant primi: et sunt primi, qui erant nouissimi. Sic

enim

enim quodam modo minor maioris primatum frater abstulit atque i se transtulit fris. ℟. Erit mihi dñs i Deuz: et lapis iste quē erexi i titulū, vocabitur dom⁹ Dei, et de vniuersis, q̄ dederis mibi, Decimas et hostias pacificas offeram tibi. ℣. Si reuersus fuero ꝓspere ad domū pris mei. Decimas. Gloria. Deci.

Lcō s. euāg. fm Matth. L. vy

c. 17. In illo tpe, Assūpsit Jes⁹ Petrū, et Jacobū, et Johānem fratrē eius: et duxit illos i montē excelsuz seorsuz. Et reli.

Homilia sancti Leonis Pape.

Assumpsit Jesus Petrū, et Jacobū, et fratrez eius Johānē: et ꝯscēso cū eis seorsū monte ꝓcelso, claritatē sue glorie demonstrauit: quia licet intellexissent in eo maiestatē dei, ipsius tñ corporis, quo diuinitas tegebatur, potentiā nesciebant. Et ideo ꝓprie signāterque promiserat quosdam de astantibus discipulis nō prius gustare mortem, quaz viderēt filiuz hois venientem in regno suo, idest i regia claritate, quā spiritaliter ad naturam susceptī hominis pertinentē his tribus viris voluit esse conspicuā. Nā illā ipsius deitatis ineffabilem et inaccessibilem visionem: que in eternā vitā mundis corde seruat, nullo mō mortali adhuc carne circundati, intueri poterāt, et videre. ℟. Dixit angelus ad Jacob: Dimitte me, aurora ē: Rñdit ei, Nō dimittā te, nisi bñdixeris mihi. Et benedixit ei in eodem loco. ℣. Cumq̄ surrexisset Jacob: ecce vir luctabatur cum eo vsq̄ mane: et cuz videret, q̄ eum superare nō posset, dixit ad eū. Dimitte me, aurora. Lectio vij.

Dicente patre, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsuz audite: nonne euidenter auditū est, hic est fili⁹ me⁹, cui ex me et mecū eē sine tpe ē: q: nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior. Hic est filius meus dilectus, quem a me non separat deitas: nō diuidit potestas, non discernit eternitas. Hic est filius meus, non adoptiuus, sed proprius, non aliunde creatus: sed ex me genitus, nec de alia natura mihi factus cōparabilis, sed de mea essētia mihi nat⁹ equalis. ℟. Vidi dñm facie ad faciez: Et salua facta est anima mea. ℣. Et dixit mihi, Nequaquaz vocaberis Jacob, sed Jsrael erit nomen tuum. Et. Lect. ix.

Hic est filius meus, p quē oia facta sunt, et sine quo factū est nihil: quia omnia, que facio, similiter facit: et quicquid operor, iseparabiliter mecū atque indifferēter operatur. Hic est filius meus, qui eaz quā habet mecuz equalitatem, nō rapina appetyt, nec vsurpatione p̄sumpsit, sed manens in for

ma glorię meę, vt ad reparãdũ genus humanum exequeretur commune consilium, vsque ad formam seruilem inclinauit in commutabilẽ deitatem. Hunc ergo in quo mihi per omnia bene cõplaceo, et cuius predicatiõe manifestor, cui⁹ humilitate clarificor, incũctãter audite: quia ipse est veritas, et vita: ipse virtus mea, atque sapientia. ℞. Cum audisset Jacob, q̄ Esau veniret cõtra eũ, diuisit filios suos, et vxores, dicens: si percusserit Esau vnam turmã, salua erit altera. Libera me domine, q̃ dixisti mihi, multiplicabo semen tuum sicut stellas celi, et sicut arenam maris, q̃ pre multitudine numerari non potest. ℣. Dñe, qui dixisti mihi, reuertere i terrã natiuitatis tuę, domine, qui pascis me a iuuẽtute mea. Libera. Glo:ia. Libera.

Ad Laudes. Antiphona.

Domine labia mea apies, et os meũ annũciabit laudem tuã. Ps. Miserere. fol. 13. Añ. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me. Ps. Cõfitemini. 10. Añ. Factus est adiutor meus De⁹ meus. Ps. Deus Deus me⁹. 8. cũ reliq. Añ. Trium puero𝔷 cantemus hymnũ: quem cantabant in camino ignis benedicentes dñm. Añ. Statuit ea in ęternũ et in seculũ seculi: preceptũ posuit, et non preteribit. Cap. Fratres, Rogamus. 155. Hy⁹. Iã Christe. 151. ℣. Angelis suis Deus. Ad Bñs. Añ. Assũpsit Jesus discipulos suos, et ascẽdit i montẽ, et trãsfiguratus est ante eos. Oro. Deus qui conspicis. 155. Ad I. et in iii. Añ. Dñe bonũ est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnum, et Elię vnũ. Cap. Fratres, Rogamus. 155. ℞. br. Ipse lib. et Scapulis. vt in p̃ Dñica. 150. Ad vi. Añ. Faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, et Elię vnum. Capitulum.

Haec est eni volũtas Dei sãctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrũ vas suũ possidere i sanctificatione, et honore. ℞. Scapulis. ℣. Scuto. Ad ix. Añ. Visionẽ, quam vidistis: nemini dixeritis, donec a mortuis resurgat fili⁹ hois. Ca.

Non enim vocauit nos de⁹ in immunditiã, sed in sãctificationẽ, in Chro Jesu dño nro. ℞. Scuto cir. ℣. Angelis. Ad vesp. Añ. Dixit dñs. 52. cũ reliq. Dñica. Cap. Fratres, Rogamus. 155. Hy⁹. Ad preces nostras. 150. ℣. Angelis suis. Ad Mag. Añ. Visionẽ quam vidistis, nemini dixeritis donec a mortuis resurgat filius hois.

FERIA SECVNDA.

Hodie dr̃ officiũ Defunctorũ. Lcõ s. euãg. sm̃ Johannẽ. Lc. i.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judęorũ: Ego vado

vado,et queretis me:et in peccato vestro moriemini. Et reliq.

Homilia s. Augustini episcopi.

Locutus est dns Judeis dicens Ego vado: Chro enim dno mors profectio fuit illo unde venerat, et vsi nō discesserat. Ego,inqt,et vado,et qretis me,nō desiderio,sed odio. Nam illū postea quā discessit ab oculis hoium, inquisierunt et q oderāt, et q amabāt illi psequēdo, isti habere cupiēdo. In psalmis ait ipse dns p pphetā: Periit fuga a me,et non est q regrat aiam meā. Et iterū ait i alio psalmo: Cōfundant, et reuereantur requirentes aiam meam. R. Cū iret Jacob de Bersabee, et pgeret Aram,locutus est ei dns dicēs: Terram,in qua dormis,tibi dabo,et semini tuo. V. Aedificauit ex lapidibus altare in honore domini:fundens oleum desup, et benedixit eum Deus dicens. Terram. Lectio secunda.

Culpauit qui non requirerent:dānauit requirētes. Bonum est enim querere animam Christi,sed quomodo eam quesierunt discipuli:et malū est qrere aiam Chri,sed quō eam quesierunt Judei: illi, vt haberēt,isti,vt perderent. Deniq istis,q sic qrebāt more malo corde puerso,quod sequitur adiūxit:Queretis me:et ne putetis quia bene me qratis,i peccato vro moriemini. Hoc est Christum male querere,in peccato suo mori. Hoc est illū odisse,per quem posset solum saluus esse. R. Apparuit Deus Jacob, et benedixit eū,et dixit:Ego sum Deus Bethel: vbi vnxisti lapidem,et votū vouisti mihi. Crescere te faciam, et multiplicabo te. V. Uere dominus est in loco isto,et ego nesciebam. Crescere. Lectio tertia.

Cum enim homines,quorum spes in Deo est,non debeant mala reddere, nec ēt pro malis:reddebant illi mala pro bonis. Prenunciauit ergo illis dns, dixitq sententiā prescius,q in peccato suo morerētur. Deinde adiunxit:Quo ego vado,vos non potestis venire. Hoc et dns discipulis suis alio loco dixit:nec tamen eis dixit. In peccato vestro moriemini. Quid autem dixit quod et istis? Quo ego vado vos nō potestis venire:non abstulit spem,sed p dixit dilationem. Quando enī hoc discipulis dominus loquebatur, tunc non poterant venire quo ille ibat,sed postea venturi erant:isti autem nunquam, quibus prescius dixit, in peccato vestro moriemini. R. Det tibi Deus de rore celi.159. vt in primo nocturno Dominice precedentis. Ad Bñs. Antip.

Ego principium, qui et loquor vobis. Oratio.

Presta,quesumus omnipotēs Deus:vt familia tua: que se affligendo carnem,ab alimen/

mentis abstinet, sectando iusti/tiam a culpa ieiunet. Per dñz.
Ad Mag. Aña. Qui me mi/sit, mecum est, & non relinquit me solum: qa quę placita sunt ei, facio semper. Oratio.
Adesto supplicatiõib⁹ nostris ops Deus: & quib⁹ fiduciã sperandę pietatis indulges, csuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dñm.

FERIA TERTIA.

Leč s. euãg. s3 Matthęũ. Lec. j.

In illo tempore: Locutus est Jesus ad turbas, & ad discipulos suos: dicens: Sup cathedraz Moysi sederunt Scribę, & Pharisęi. Omnia ergo quęcunq3 dixerint vobis seruate: & facite: secundũ vero opera eorum nolite facere. Et reliq.
Homilia s. Hieronymi presby.
Quid mãsuetius, quid benigni⁹ dño: Tẽtat a Pharisęis, & confringuntur insidię eorum, & secundum psalmistã, sagittę paruulorum factę sunt plagę eorum: & nihilominus propter sacerdotium, & nominis dignitatem, hortatur populos, vt subyciantur eis, non opera, sed doctrinam considerantes. Quod autem ait, Sup cathedrã Moysi sederũt Scribę, & Pharisęi: per cathedram, doctrinam legis ostendit. Ergo & illud quod dicitur i psalmo: In cathedra pestilẽtię nõ sedit, & cathedras vendentiũ columbas euertit, doctrinã debem⁹ accipere. ℟. Dũ exiret. 159. Lec. ij.

Alligant autẽ onera grauia, & importabilia, & imponũt ea in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Hoc generaliter aduersus omnes magistros dictũ est, qui grandia iubent, & minora non faciunt. Notandum autem quod humeri, & digitus & vincula, quibus alligantur onera, spiritualiter intelligenda sunt. Omnia vero sua opera faciunt, vt videantur ab hominibus. Quicunq3 igitur ita facit quidlibet, vt videatur ab hominib⁹, Scriba est & Pharisęus. ℟. Si dñs. 196 Lec. iij.

Dilatãt enim phylacteria sua, & magnificãt fimbrias. Amãt quoq3 primos accubitus i cęnis, & primas cathedras i synagogis: & salutationes i foro, & vocari ab hoib⁹ rabbi. Vę nobis miseris ad quos Pharisęoꝝ vitia trãsierũt. Dñs cũ dedisset mãdata legis p Moysen, ad extremũ intulit: Ligabis ea in manu tua, & erũt imota ante oculos tuos. Et est sensus: Pręcepta mea sint in manu tua, vt cõpleant: sint ante oculos tuos, vt die ac nocte mediteris in eis. Hoc Pharisęi male itẽrptãtes scribebãt in mẽbranulis Decalogũ Moysi, idest decẽ verba legis, cõplicãtes ea: & ligantes in fronte, & quasi coronã capiti faciens, vt semp ante oculos mouerentur. ℟. Erit mihi. 157.

Ad Bñs. Añ. Unus est enim magister vester, qui in celis est Christus dominus. Oratio.

Perfice, q̃s dñe, benignus in nobis obseruátię sáctę subsidium: vt quę te auctore fa cienda cognouimus, te operan te impleamus. Per dominum.

Ad Mag. Añ. Oés autem vos fratres estis: ꝛ patré nolite voca re vobis sup terrá, vnᵘ est enim pater vester, qui in cęlis est: nec vocemini magistri, q: magister vester vnus est Christus. Oro.

Propitiare dñe supplicatio nibus nostris, ꝛ animarũ nostrarum medere languori/ bus: vt remissione percepta, in tua semper benedictione lę/ tentur. Per dominum.

FERIA QVINTA.

Hodie dñr Psalmi Graduales

Lcõ s. euag. fm Mattheũ. L. j.

In illo tpe: Ascédés Jesus Jerosolymá assũpsit duo/ decim discipulos suos secreto, ꝛ ait illis: Ecce ascédimus Jero solymam: ꝛ filius hoīs tradetur principibᵘ sacerdotũ, ꝛ scribis. ꝛ cõdemnabũt eũ morte. Et rel.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Considerádũ est, q̃ mater filioꝝ Zebedęi cũ filijs ꝛ pro filijs petat. Mater est vti que, cui pro filioꝝ honore solici te, immoderatior quidé, sed ta men ignoscenda mensura voto rũ est: atq; mater ętate lõgęua, studio religiosa, solatio destitu ta: quę tunc tépore, quádo vel iuuanda, vel alẽda foret validę plus auxilio, abesse sibi liberos patiebatur, ꝛ volũtati suę mer/ cedem sequentium Christũ ptu lerat filiorum: qui prima voce vocati a dño (vt legimus) reli/ ctis retibus ꝛ pře, secuti sũt eũ.

R. Dixit Angelus. 157. L. ij.

Haec igitur studio mater nę sedulitatis idulgẽtior obsecrabat Saluatoré dicens: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, ꝛ aliᵘ ad sinistram in regno tuo. Etsi error, pietatis tamen error est. Nesciũt enim viscera materna patientiam. Et si voti auara, ta men venerabilis cupiditas, q̃ nõ pecunię est auida sed gratię nec inuerecũda petitio, quę nõ sibi, sed liberis cõsulebat. Ma/ trem considerate, matrem cogi tate. R. Vidi dñm. 157. L. iij.

Considerate enim matris dilectioné quę filiorum mercede grandęuá solabatur senectã: ꝛ desiderijs licet fessa maternis, carissimorum pigno/ rum tolerabat absentiam. Cõsi derate etiam fęminam hoc est sexum fragiliorem, quam do/ minus propria nondum cõfir mauerat passione. Considera/ te, inquam, Euę illius primę mulieris hęreditatem transfu/ sam in omnes immoderatę cu piditatis successione labentem: quam dñs adhuc pprio sangui ne non redemerat, nõdum ino litam affectibus oẽs immodici contra

contra fas honoris appetētiā; luo Jesus cruore diluerat. Rẽcitario igit mulier delinquebat errore. ℟. Cũ audis. 157.

Ad Bñd. Añā. Ecce ascendimus Jerosolymā: ꝛ filius hoīs tradet ad crucifigendũ. Orō.

Populum tuum, q̄s domine: ꝑpitius respice: ꝛ quos ab escis carnalibus pręcipis abstinere, a noxijs quoq; vitijs cessare concede. Per dominum.

Ad Magñ. Añā. Tradetur enim gentibus ad illudendũ, ꝛ flagellandũ, ꝛ crucifigendũ. Orō.

Deus, innocētię restitutor: ꝛ amator, dirige ad te tuorũ corda seruorum: vt spiritus tui feruore cōcepto, ꝛ in fide inueniant stabiles, ꝛ in opere efficaces. Per do. in vnitat.

FERIA QVINTA.

Lcō s. euāg. ſm Lucam. Lec. j.

c. 16. In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Homo quidā erat diues, ꝛ induebat purpura, ꝛ bysso, ꝛ epulabatur quotidie splēdide. Et reliq.

Homilia s. Gregorij Papę.

Quem, fratres carissimi, quē diues iste, q induebatur purpura, ꝛ bysso, ꝛ epulabatur quotidie splendide, nisi Judaicum populũ significat: qui cultum vitę exterius habuit, q acceptę legis delicijs ad nitorē vsus est glorię, nō ad vtilitatē. Quē vero Lazarus vlceribus plenus, nisi Gentilem populũ, singulariter exprimit: qui dum conuersus ad Deum peccata sua confiteri non erubuit, huic vulnus in cute fuit. In cutis quippe vulnere virus a visceribus trahitur, ꝛ foras erumpit. ℟. Tolle arma. 155. Lect. ij.

Quid ergo est peccatorū confessio: nisi quędā vulnerum ruptio? Quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente. Vulnera etenim cutis in superficiem trahunt humorem putredinis. Et confitendo peccata, quid aliud agimus, nisi malum, quod in nobis latebat, aperimus? Sed Lazarus vulneratus cupiebat saturari de micis, quę cadebant de mensa diuitis, ꝛ nemo illi dabat: Quia gentilium quemq; ad cognitionem legis admittere superbus ille populus despiciebat. ℟. Ecce odor. 156. Le. iij.

Qui dum doctrinā legis non ad charitatem habuit, sed ad elationē, quasi de acceptis opibus tumuit: ꝛ quia ei verba defluebant de sciētia, quasi micę, cadebāt de mensa. At contra iacentis pauperis vulnera lingebant canes. Nonnunq; solent in sacro eloquio p canes pdicatores intelligi. Canũ etenim lingua, vulnus dũ lingit curat. Quia ꝛ doctores sancti, dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt. ℟. Det tibi deus. 156.

Ad Ben. Ana. Fili recordare, quia recepisti bona i uita tua, et Lazarus similiter mala. Oro.

Presta nobis, quesumus domine, auxilium gratie tue: vt ieiuniis, et orationibus conuenienter intenti, liberemur ab hostibus mentis, et corporis. Per dominum.

Ad Mag. An. Diues ille guttam aque petiit, qui micas panis Lazaro negauit. Oratio.

Adesto domine famulis tuis, et perpetuam benignitatem largire poscentibus: vt iis, qui te auctore, et gubernatore gloriantur, et congregata restaures, et restaurata conserues. Per dominum.

FERIA SEXTA.

Hodie dicuntur psalmi penitentiales.

Lectio s. euang. sm Mattheum. Lec. i.

c.21. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, et turbis Iudeorum parabolam hanc: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, et sepe circundedit eam. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosii episcopi.

Plerique uarias significationes de uinee appellatione deriuant: sed euidenter Isaias uineam domini Sabaoth, domum Israel esse commemorat. Hanc uineam quis alius, nisi Deus, condidit? Hic est ergo qui locauit eam, et peregre profectus est: non quia ex loco ad locum profectus est dominus, qui ubique semper presens est: sed quia presentior est diligentibus, negligentibus abest. Multis autem temporibus abfuit, ne preproperа videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia. R. Dum exiret. 155. Lec. ii.

Unde bene secundum Mattheum habes, quia et sepe circundedit eam, hoc est diuine custodie munitione vallauit, ne facile pateret incursibus bestiarum. Et fodit in ea torcular. Quomodo intelligimus quid sit torcular, nisi quia forte psalmi de torcularibus inscribuntur, eo quod in his mysteria dominice passionis modo musti, sancto feruente spiritu prophetarum, redundantius estuauerunt? Denique ebrii putabantur, quibus spiritus sanctus inundabat. Ergo et hic fodit torcular, in quod vue rationalis fructus interior spirituali infusione deflueret. R. Si dominus. 156. Lectio tertia.

Edificauit turrim, verticem scilicet legis attollens: atque ita hanc vineam munitam, instructam, et ornatam, locauit Iudeis et tempore fructuum seruulos suos misit. Bene tempus fructuum posuit, non prouentuum: Nullus enim fructus extitit Iudeorum, nullus vinee huius prouentus, de qua dominus ait: Expectaui vt faceret vuas, fecit autem spinas. Itaque non letitie uino, non spirituali musto, sed cruento prophetarum sanguine torcularia redundarunt. R. Erit mihi. fol. 15[illegible]

Ad Bñs.Añs. Malos male pdet,et vineã suam locabit aliis agricolis: qui reddant ei fructum temporibus suis. Oro.

O A,quesumus,ops Deus, vt sacro nos purificante ieiunio,sinceris mẽtib⁹ ad sctã ventura facias puenire.Per do.

Ad Magnificat. Antiphona.

Quęrentes eum tenere,timuerunt turbas,quia sicut prophetam eum habebant. Oratio.

D A quęsum⁹ dñe, populo tuo salutẽ mẽtis,et corporis:vt bonis operibus inhęrendo, tuę semper virtutis mereatur ptectione defendi.Per do.

SABBATHO.

Lcõ s.euãg.sm Lucam.Lect.j.

c.15. I N illo tempore:Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc:Homo quidam habuit duos filios:et dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantię, quę me contingit. Et reliq.

Homilia s.Ambrosij episcopi.

Et hic locus ad vtrāq; redundat gratiam: vt cito flecti diuinam misericordiam matris vidue lamentatione credamus: eius precipue, que vnici filij vel labore, vel morte frangatur: cui tamen vidue grauitatis meritum exequiarum turba conciliet, & hanc viduam populorum turba septam plus videri esse quam feminā: q; resurrectionē vnici adolescētis filij sui lacrymis meruerit impetrare: eo qđ sancta ecclesia populum iuniorē a pompa funeris, atq; a supremis sepulchri, suarum reuocet ad vitam contemplatione lacrymarum: que flere prohibetur eum, cui resurrectio debebatur. ℟. Locutus est dñs. 198. Lec. ij.

Qui quidē mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrū ferebat elemētis: sed spē resurgēdi habebat, quia ferebat i ligno. Quod etsi nobis ante non proderat, tamē posteaquā Jesus id tetigit, proficere cepit ad vitā: vt esset indicio, salutem populo p crucis patibulū refundendam. Audito igitur Dei uerbo, steterūt acerbi illius funeris portitores, qui corpus humanū lethali fluxu nature materialis vrgebant. Quid .n. aliud nisi quasi in quodam feretro, hoc est supremi funeris instrumēto, iacemus exanimes: cum vel ignis immodice

cupiditatis exestuat, vel frigid⁹ humor exudat, vel pigra quadā corporis hebetudine vigor hebetatur animorum: vel concreta noster spiritus labe, pure lucis uacuus alit mentem? Hi sunt nostri funeris portitores. ℞. Stetit. 197. Lectio iij.

Sed quāuis suprema mortis spē vite ois abolecuerint, ꝛ tumulo proxima corpora iaceant defunctorum: verbo tamen Dei iā moritura resurgūt cadauera. Uox redit, redditur fili⁹ matri, reuocatur a tumulo, eripit a sepulchro. Quis est iste tumulus tuus nisi mali mores? Tumulus tuus pfidia est: sepulcrū tuū guttur est. Sepulcruz enim patens est guttur eorū, vnde vba mortua pferunt. Ab hoc sepulchro te liberat Christus. Ab hoc tumulo resurges, si audias dei uerbuz. Et, si graue peccatū est, quod penitētie tue lacrymis ipse lauare nō possis: fleat p te mater ecclesia: que pro singulis tanqȝ pro unicis filijs uidua mater iteruenit. Compatitur enim quodā spirituali dolore nature, cū suos liberos letalib⁹ uitijs ad morte ceruit geri. ℞. Cantemus. 197.

Ad Bñs. Aña. Ibat Jesus in ciuitatem, que uocatur Naim: ꝛ ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Oro.

Presta, qsumus omnipotēs De⁹: ut quos ieiunia uotiua castigant, ipsa quoqȝ deuotio sācta letificet: ut terrenis affectibus mitigatis, facili⁹ celestia capiamus. Per dominum.

Ad Mag. Añ. Propheta magnus surrexit in nobis: ꝛ quia Deus uisitauit plebē suā. Oro.

Populi tui Deus institutor, ꝛ rector peccata, quibus impugnat, expelle: ut semper tibi placitus, ꝛ tuo munimine sit securus. Per dominum.

FERIA SEXTA

Hodie dñr psalmi penitētiales: Lcō s. euāg. sm Johānem. L. j.

In illo tēpore. Erat quidā languens Lazarus a Bethania d castello Marie, ꝛ Marthe sororum eius. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

In superiori lectione meministis, quod dominus exijt de manibus eorum, qui lapidare illum uoluerunt, ꝛ discessit trans Jordanem, ubi Johannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximū Jerosolymis. Maria aūt erat, que unxit dominū unguento, ꝛ extersit pedes ei⁹ capillis suis, cuius frater Lazar⁹ infirmabatur. Miserunt ergo sorores ei⁹ ad eū. Iā intelligimus quo miserunt, ubi erat dñs: quoniā absens erat. Trans Jordane scilicet miserunt ad dñm, nunciantes quod egrotaret frater earū ut dignaretur uenire, ꝛ eum ab egritudine liberare. Ille distulit

sit sanare, vt posset resuscitare. ℟. In mari viç. 168. Lec. v.

Quid ergo annunciaue/runt sorores eius: Dñe, ecce quē amas infirmat. Non dixerūt veni. Amāti. n. tantum/modo nunciandū fuit. Non au sę sunt dicere: veni, & sana. Non ausę sunt dicere, ibi iube, & hic fiet. Cur enim nō istę, si fides il lius centurionis inde laudat? Ait enim: Non sum dignus vt intres sub tectū meum, sed tan tum dic verbo, & sanabitur pu/er meus. Nihil horum istę, sed tantummodo. Domine, ecce quem amas infirmatur. Suffi/cit enim, vt noueris: non enim amas & deseris. ℟. Qui perse/quebantur. 168. Lectio vi.

Sed dicet aliquis. Quo per Lazarum peccator significebat: & a dño sic amaba tur? Audiat eū dicentē: Nō ve/ni vocare iustos, sed pctōres. Si enim peccatores Deus non amaret, de cęlo ad terrā nō de scenderet. Audiens aūt Jesus dixit eis: Infirmitas hęc nō est ad mortē, sed pro gloria Dei, vt glorificet filius Dei per eā. Ta lis glorificatio ipsius nō ipsum auxit, sed nobis profuit. Hoc ē ergo quod ait, Nō est ad mortē qr & ipsa mors non erat ad mor tē, sed potius ad miraculū: quo facto crederēt hoīes in Chr̄z, & vitarent verā mortem. Sane vi dete quemadmodum tanquā ex obliquo dñs se Deum dixit: propter quosdā, qui negāt filiū Deū esse. ℟. Moyses. 168.

Ad Bñs. Aña. Lazarus amic⁹ noster dormit: eamus, & a som/no excitemus eum. Oratio.

Deus, q ineffabilib⁹ mun/dū renouas sacramētis: pręsta quęsumus: vt ecclesia tua & ęternis pficiat institutis, & tē/poralibus nō destituatur auxi/lijs. Per do. Ad Mag. Aña. Dñe: si fuisses hic, Lazarus nō esset mortuus, ecce iā fętet qua triduan⁹ in monumēto. Oro.

Da, quęsumus oīps Deus: vt q infirmitatis nostrę conscij, de tua virtute confidi/mus: sub tua semp pietate gau/deamus. Per dominum nrm.

SABBATHO.

Lcō s. euāg. scḿ Johannē. Le. i.

In illo tēpore: Dicebat Je sus turbis Iudęorū: Ego sum lux mundi. Qui sequit me non ambulat i tenebris, sed ha/bebit lumen vitę. Et reliqua. 8. ca.

Homilia s. Augustini episcopi.

Quod ait dominus: Ego sum lux mundi, clarum puto esse eis, qui habent oculos vnde huius lucis participes fi/ant: qui autem non habent ocu los, nisi in sola carne, mirantur quod dictū est a domino Jesu Christo, Ego sum lux mundi. Et forte non desit qui dicat a/pud semetipsum: Nunqd forte dñs Christus est sol iste, qui or tu & occasu suo peragit diem? Non enim defuerūt heretici, q

ista senserunt. Manichei solē/ istū oculis carnis visibilē expositum, et publicum, non tantum hoibus, sed etiaʒ pecoribus ad videndū, Chrm dñm esse putauerūt. ℟. Splēdida.168. L.v.

Sed catholice Ecclesie recta fides improbat tale cōmentū, et diabolicā doctrinā esse cognoscit, nec solum agno scit credendo, sed i qbus pōt cōuincit ēt disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorē quē sancta ab initio anathematizauit Ecclesia. Non arbitremur dñm Jesuʒ Christū hunc esse solem, quem videmus oriri ab oriente, occidere in occidente: cuius cursui nox succedit, et cuius radij nube obumbrātur: qui certa de loco in locum motione cōmigrat: non est hic dñs Jesus Chrs: Non est dñs Christus sol factus, sed per quē sol factus est: oia enim per ipsum facta sūt, et sine ipso factū est nihil. ℟. Ecce mitto. Lectio iij.

Est ergo lux q̄ fecit hanc lucē. Hanc amemus, hāc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus, vt ad ipsaʒ lucem aliqñ veniamus, et in illa ita viuamus, vt nunq̄ oino moriamur. Ista eniʒ lux est de qua prophetia oliʒ pmissa ita in psalmo cecinit: Dñe apud te est fons vite, et in lumine tuo videbim' lumē. Aduertite quid d̄ tali luce antiquus sanctoꝶ oiuʒ Dei sermo pmiserit. Homines ingt et iumēta saluos facies dñe: sicut multiplicata est misericordia tua De'. ℟. Attēdite.168.

Ad Benedictus. Antiphona. Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite, dicit dominus. Oratio.

Fiat dñe, qs, per giaʒ tuā fructuosus nrē deuotionis affect': qa tunc nobis proderunt suscepta ieiunia, si tue sint placita pietati. Per dñm.

Ad Vesperas. Capitulum.

Fratres: Chūs assistēs pōtifex futuroꝶ bonoruʒ p amplius et pfectius tabernaculū nō manufactū .i. nō hui' creationis: neq; p sanguinē hircoꝶ aut vituloꝶ, sed p pprīū sāguinē itroiuit semel in scā, eterna redēptione inuētā. Hebr. 9.

Hymn. Uexilla regis pdeunt. vt in secunda feria seque. 177.

℣. Eripe me dñe ab hoie malo. ℟. A viro iniquo eripe me.

Ad Mag. Añā. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: et testimoniuʒ perhibet de me, q misit me pater. Oratio.

Uesum' ops De' familiā tuā ppitius respice: vt te largiēte regat in corpore, et te seruāte custodiat i mēte. Per dominum nostrum etc.

Ab hoc sabb. vsq; ad fer. ij. post Octa. Pentec. non fiunt commemorat. consuete de Sancta Maria, de Apostol. et de pace.

Do/

DOMINICA De Passione.

Ad Matutinum. Inuitatoriū.



Hodie si vocem dñi audieritis. Nolite obdurare corda vestra.

Quod di vsq ad feriam v. in Cena Dñi etiā in feriali offō. In psal. Hodie si vocē. di loco Inui. deide sequit Sicut in exacerbatiōe. In fi. huius ps. nō di. Gloria pat. hoc tēpore Passionis nisi in festis, sed eius loco repetit. Inui. quod etiam seruatur in R. ad Matut. et in R. bre. horarum vbi similiter repet. R. Hymn. Pange lingua gloriosi: vt i ij. feria seq. fol. 175. Ad noc. oia vt i Psalt. V. Erue a fram. 23. ibidem tempore Passionis:

Incipit liber Jeremie prophete. Lcō prima.

Verba Jeremie filij Helcie de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth i terra Beniamin. Quod factū est verbū dñi ad eum, in diebus Josie, filij Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joachim filij Josie regis Juda, vsq ad cōsummatiōnē vndecimi anni Sedechie filij Josie regis Juda, vsq ad trāsmigratiōnē Jerusalē i mense quinto. Et factū est uerbum dñi ad me dicens. Priusquam te formarē in vtero, noui te: et antequā exires de vulua, sanctificaui te, et prophetam in gentibus dedi te. Et dixi, A, a, a, domine de⁹, ecce nescio loqui: quia puer ego sum. R. Isti sunt dies quos obseruare debetis temporibus suis. Quartadecima die ad vesperū pascha domini est: et quintadecima solennitatē celebrabitis altissimo dño. V. Locut⁹ est dñs ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel, et dices ad eos. Quartadecima.

hoc R. nō di infra hebd. Le. ij.

Et dixit dñs ad me: Noli dicere, puer sum: qm ad oia que mittam te, ibis: et vniuersa quecūq mādauero tibi, loqueris. Ne timeas a facie eorū, qr ego tecū sum, vt eruam te, dicit dñs. Et misit dñs manū suā, et tetigit os meū: et dixit ad me. Ecce dedi vba mea in ore tuo, ecce cōstitui te hodie super gentes, et sup regna: vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et edifices, et plātes. Et factū ē vbū dñi ad me dicēs: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Virgā vigilātē ego video. Et dixit dñs ad me: Bene vidisti: qa vigilabo ego sup vbo meo, vt faciam illud. Et factum est verbū dñi secūdo ad me dicēs: Quid tu vides?

des? Et dixi: Ollā succensā e/go video, & facies eius a facie Aquilonis. ℟. Multiplicati sunt, qui tribulant me, & dicūt: nō est salus illi in Deo eius. Exurge dñe saluum me fac De⁹ meus. ℣. Nequando dicat inimicus meus: p̄ualui aduersus eum. Exurge. Lectio iij.

Et dixit dñs ad me: Ab Aqlone pādet oē malum sup oēs habitatores terre. Quia ecce ego ꝓuocabo oēs cognationes regnoꝝ Aqlonis, ait dñs, & venīēt, & ponēt vnusquisq; soliū suū in introitu portaꝝ Jerusalē, & sup oēs muros eius in circuitu, & sup vniuersas vrbes Juda: & loquar iudicia mea cum eis super oē malitiā eoꝝ qui dereliquerunt me, & libauerūt diis alienis, & adorauerūt opus manuū suaꝝ. Tu ergo accinge lūbos tuos, & surge, & loquere ad eos oia que ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ, nec enim timere te faciam vultum eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie i ciuitatem munitā, & in columnā ferreā: & in murum ereum sup omnem terram regibus Juda, & principibus eius, & sacerdotibus, & omni pp̄lo terre: & bellabunt aduersum te: & non p̄ualebunt: quia ego tecum suꝫ, ait dñs, vt liberem te. ℟. Usque quo exaltabitur inimicus me⁹ super me? Respice, & exaudi me dñe Deus meus. ℣. Qui tribulāt me, exultabunt si motus fuero: ego autē i misericordia tua sparabo. Respice. Usquequo.

In secundo nocturno.

Sermo s. Leonis Pape. Le. iiij.

Inomnibus dilectissimi, solennitatibus Christianis nō ignoramus paschale sacrm esse p̄cipuū: cui cōdigne, & cōgrue suscipiendo totius quidē nos tp̄is instituta reformāt: sed deuotionem nostram p̄sens vel maxime dies exigunt, quos illi in sublimissimo diuine misericordie sacramento scimus ēē contiguos. Jn quibus merito a sanctis Apostolis per doctrinā spiritus sancti maiora sunt ordinata ieiunia, vt per commune consortium crucis Christi, etiam nos aliquid in eo, qd̄ p̄ nos gessit, ageremus: sicut Apostolus ait: Si compatimur & conglorificabimur. Certa atque secura est expectatio promisse beatitudinis, vbi est participatio dñice passionis. ℟. Deus meus es tu, ne discedas a me. Quoniam tribulatio proxima est, & nō est qui adiuuet. ℣. Tu aūt dñe ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionē meā aspice. Qm̄. Lect. v.

Nemo est, dilectissimi, cui per conditionem tp̄is societas huius glorie denegetur, tā quā tranquillitas pacis vacua sit occasione virtutis. Apostolus enim p̄dicat dicens: Oēs qui volunt in Christo pie viuere, p̄secutionē patientur: & ipco nunquam

quam deest tribulatio persecutionis, si nunquam desit obseruatia pietatis. Dominus enim in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit crucem suam et sequitur me, nō est me dign'. Nec dubitare debemus, hanc vocem non solum ad discipulos Christi: sed ad cunctos fideles, totamque ecclesiam pertinere, quę salutare suum in ijs q aderāt vniuersaliter audiebat. R. In te iactatus sum ex vtero de uentre matris meę Deus me'es tu, ne discedas a me. Qm̄ tribulatio proxima est, et non est q adiuuet. V. Salua me ex ore leonis: et a cornibus vnicorniū humilitatem meā. Qm̄. Lec. vi.

Sicut ergo toti' est corporis pie viuere, ita totius est tpis crucē ferre, quę merito ferri vnicuiq; suadetur, qa proprijs modis atque mēsuris ab unoquoq; tolerat. Vnū nomen est persecutiōis: sed nō una causa est certaminis: et plus plerūq; periculi est in insidiatore occulto, quā in hoste manifesto. Beatus Job alternantibus bonis ac malis mūdi hui' eruditus, pie ueraciterq; dicebat. Nōne tentatio ē uita hominis sup terrā? Qm̄ non solis doloribus corporis atq; supplicijs aia fidelis impetitur, uerū etiam, salua incolumitate mēbrorū, graui morbo urgetur, si carnis voluptate mollitur. Sed cum caro cōcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, p̄sidio crucis Christi mens rationalis instruitur, nec cupiditatib' noxijs illecta consentit: quoniam continentię clauis, et dei timore transfigitur. R. In proximo est tribulatio mea domine, et non est qui adiuuet, ut fodiāt manus meas et pedes meos: libera me de ore leonis. Vt enarrez nomen tuū fratribus meis. V. Erue framea Deus aiam meam: et de manu canis vnicā meam. Vt enar. In proxi.

Lcō s. euāg. sm Johānē. L. viij.

In illo tēpore: Dicebat Jesus turbis Judeorū et principibus sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si veritatē dico uobis, quare nō creditis mihi? Et reliqua. (ca. 8.)

Homilia S. Gregorij Papę.

Pensate, fratres carissimi, mansuetudinē dei: relaxare peccata uenerat, et dicebat: Quis ex vobis arguet me d̄ peccato? Non dedignat̄ ex ratione ostendere se peccatorē nō esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Sed terribile est valde qd̄ subditur. Qui ex deo ē, uerba dei audit: propterea uos nō auditis, quia ex deo nō estis. Si enim uerba Dei audit qui ex Deo est, et audire uerba eius non potest quisquis ex illo non est: interroget se unusquisque si uerba Dei in aure cordis percipit, et intelliget unde sit. Celestem patriam

desid-

desiderare veritas iubet: carnis desideria côterere, a mundi gloria declinare, aliena nô appetere, propria largiri. ℟. Mota die côtristatus ingrediebar domine, quoniã anima mea côpleta est illusionibus. Et vim faciebant qui querebant aiam meã. ℣. Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverût et steterunt, et qui iuxta me erât de longe steterût. Et. Lec.viij.

Penset ergo apud se vnusquisque vestrum, si hec vox Dei in cordis eius aure conualuit, et q: iam ex Deo sit agnoscet. Nam sunt nonnulli, qui precepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nonnulli, qui hec quidem corporis aure percipiunt, sed nullo ea mêtis desiderio côplectûtur. Et sunt nônulli, qui libêter verba Dei suscipiût, ita vt etiaz in fletibus compungãtur, sed post lacrymarû tempus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei nô audiunt, q ea exercere opere contemnunt. Vitaz ergo vestram, fratres carissimi, ante mêtis oculos reuocate, et alta pôsideratione ptimescite hoc, q ex ore veritatis sonat: Propterea vos nô auditis, quia ex Deo non estis. ℟. Ne auertas faciê tuaz a puero tuo dñe. Qm tribulor: velociter exaudi me. ℣. Intende aie mee, et libera eã, ppter inimicos meos eripe me: Quoniam. Lect.ix.

Sed hoc quod de reprobis veritas loquitur, ipsi hoc de semetipsis reprobi iniquis suis operibus ostendunt: nam sequitur. Responderunt ergo Judei, et dixerunt ei: Nonne bñ dicim⁹ nos, q: Samaritanus es tu, et demoniû habes? Accepta autem tanta contumelia quid dominus respondeat audiamus. Ego demonium nô habeo, sed honorifico patrem meum, et vos inhonorastis me. Quia eniz Samaritanus interpretatur custos: et ipse veraciter custos est, de quo psalmista ait: Nisi dñs custodierit ciuitatê, in vanû vigilant q custodiût eam, et cui per Jsaiã di. Custos quid de nocte? custos qd de nocte? respondere noluit dñs, Samaritanus nô sum: sed, Ego demoniû nô habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit aliud tacêdo ôsensit. ℟. Quis dabit capiti meo aquã: et oculis meis fontê lacrymarû, et plorabo die ac nocte, qa frater ppinquus supplãtauit me: Et omnis amicus fradulenter incedit in me. ℣. Fiant vie eorû tenebre, et lubricuz: et angelus dñi persequens eos. Et. Quis dabit.

Ad Laudes. Antiphona.

Vide dñe afflictionê meã: quoniã erect⁹ est inimicus meus. psalm. Miserere. i3.
Ana. In tribulatione inuocaui dominum, et exaudiuit me in latitudine. psal. Confitemini io.
Ana.

Añ. Judicasti dñe causaʒ animę meę: defensor vitę meę, dñe Deus meus. Ps. Deus Deus me^9.8. cũ res. Añ. Popule me^9 qd feci tibi? aut qd molest^9 fui? responde mihi. Añ. Nũquid redditur pro bono malũ? q: foderunt foueã animę meę. Capi. Fratres, Christus.172. Hym. Lustris sex qui iam pactis. Require in feria ij. seq. f.176. ℣. Eripe me de inimicis meis De^9 meus. ℟. Et ab insurgẽtibus i me libera me. Ad Bñs. Añ. Dicebat Jesus turbis Judęorum ꝛ principibus sacerdotũ: Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex deo estis. Oratio. Quesumus.172. Ad j. Añ. Ego demoniũ non habeo, sed honorifico patrẽ meum, dicit dñs. Cap. Regi seclo.21. ℟. bre. Christe fili Dei viui, Miserere nobis. Rep. Christe. ℣. Qui sedes ad dexterã pris. ℟. Miserere. ℟. br. Christe fili dei viui. ℟. Miserere nobis. ℣. Exurge Christe. ꝛ reliq̃ in Psalt. 12. Ad Absolõnẽ Capli. Lect. bre. Faciẽ meã. vt i Psal. ad j.13. ꝛ d^9 in officiis ꝛ feriis vsq; ad se riam v. in Cena Dñi exclusiue. Ad iij. Añ. Ego gloriã meã non quero, est qui q̃rat, ꝛ iudicet. Cap. Fratres, Christus. fol.172. ℟. br. Erue a framea Deus animã meã. ℣. Et de manu canis vnicam meam. ℟. Deus ani. Erue. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornibus vnicornium humilitateʒ meaʒ. Ad vj. Añ. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in ęternum. Capitulum.

Si enim sanguis hircorũ, ꝛ taurorũ, ꝛ cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quãto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatuʒ Deo emundabit ꝯscientiã nostraʒ ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? ℟. br. De ore leonis, Libera me dñe. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatẽ meam. ℟. Libera. De ore. ℣. Ne perdas cum impiis Deus aiam meam. ℟. Et cum viris sanguinũ vitã meã. Ad ix. Añ. Tulerũt lapides Judęi, vt iacerent in eum: Jesus autẽ abscondit se, ꝛ exiuit de tẽplo. Cap.

Et ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionẽ earũ preuaricationũ, quę erant sub priori testamẽto, repromissionẽ accipiant, qui vocati sunt ęterne hereditatis. ℟. br. Ne perdas cuʒ impiis, Deus animã meaʒ. ℣. Et cum viris sanguinũ vitã meam. ℟. Deus. Ne perdas. ℣. Eripe me dñe hoie malo. ℟. A viro iniquo eripe me. Ad Vesp. Añ. Dixit dñs. f.52. cũ res. Cap. Fratres, Christus.172. Hym. Vexilla.177. ℣. Eripe

Ad Mag. An. Abrahã pater vester exultauit, vt videret diẽ meũ: vidit, & gauisus est. Oro. Q. uesumus omnipotens. 172. Hymn. ℣. & preia hec. supradi/cta dicũtur tã i dñicis quã in ferijs visq ad iiij. feriã maioris hebd.

FERIA SECVNDA.

Hodie dr̃ Officiũ Defunctorũ: Inuitatorium Hodie si vocem eius. 173. ps. Venite. Hymn.

P Ange lingua gloriosi
Prelium certaminis,
Et super crucis trophęum
Dic triumphum nobilem,
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.
D e parentis protoplasti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morsu in mortem corruit,
Ipse lignum tunc notauit
Damna ligni vt solueret.
H oc opus nostrę salutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret:
Et medelam ferret inde
Hostis vnde lęserat.
Q ando venit ergo sacri
Plenitudo temporis,
Missus est ab arce patris
Natus orbis conditor,
Atq; ventre virginali
Caro factus prodijt.
V agit infans inter arcta
Conditus pręsepia,
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et manus, pedesq; & crura
Stricta cingit fascia.
G loria & honor Deo
Vsquequaque altissimo,
Una patri filioque
Inclyto paraclito,
Cui laus est & potestas
Per inmensa secula. Amen.

Añe, & psalmi eiusdẽ ferie. 16. ℣. Erue framea Deus. fol. 13. Lcõ j. euãg. sm Johannẽ. L. j.

I N illo tempore: Miserunt principes, & Pharisei ministros vt apprehenderent Jesum. Et reliqua.

Homilia Sãcti Augustini epi.

Q Uomodo apprehẽderẽt adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, missi sunt vt audirent docentem. Quid docentem: Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere facturi estis, sed non modo, quia modo nolo. Quare adhuc modo nolo? Quia adhuc modicum tempus vobiscum sum: & tunc vado ad eum qui memisit. Implere debeo dispẽsationem meam, & sic perueni/re ad passionẽ meã. ℟. E ripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agen/tis, & iniqui. Quoniã tu es pa/tientia mea. ℣. Deus meus ne elongeris a me, Deus meus in auxiliũ meũ respice. Quõ. L. ij.

Q Uęretis me, & nõ inuenie/tis: & vbi ego sum, vos nõ potestis venire. Hic iam resur/rectionem

rectionem suā prędixit. Nolue runt enim eū agnoscere pręsen tez, et postea quęsierunt, cum vi derent in eum multitudinez iā credentē. Magna enim signa fa cta sunt etiam cum dns resur/ rexit, et ascendit in cęlū. Tūc p discipulos facta sunt signa ma gna, sed ille per illos, qui et per seipsum. Ipse quippe illis dixe rat. Sine me nihil potestis face re. Qū claud' ille, qui sedebat ad portā, ad vocē Petri surre/ xit, et suis pedibus ambulauit, vt hoies mirarentur, sic eos al/ locutus est Petrus: qz nō i sua potestate ista fecit, sed in virtu/ te illius quē ipsi occiderūt: mul ti cōpuncti dixerunt. Quid fa/ ciemus? ℟. Qui custodiebāt animā meaz, consiliū fecerunt in vnum dicentes: Deus dere/ liquit eū. Persequimini, et cō/ prehendite eum: quia non est q liberet eum: Deus meus ne e/ longeris a me: Deus meus in adiutorium meum intende. ℣. Oēs inimici mei aduersum me cogitabāt mihi mala: ver/ bū iniquū mādauerūt aduersū me dicētes. Persequimini. L. iij. Viderunt. n. se ingēti cri/ mine ipietatis astrictos, quando illum occiderunt, quē venerari, et adorare debuerūt: et hoc putabant esse inexpiabi/ le. Magnum. n. facinus erat cu ius cōsideratio illos faceret de sperare. Sed non debebant de/ sperare, pro quibus in cruce pē dēs dñs dignatus est orare. Di xerat enim: Pater ignosce illis qz nesciunt, quid faciunt. Vide bat quosdaz suos inter multos alienos. Illis iam petebat ve/ niam, a quibus adhuc accipie/ bat iniuriam. Non enim atten debat, quod ab ipsis moriebat, sed quia pro ipsis moriebatur. ℟. Pacifice loquebantur mi/ hi inimici mei, et in ira molesti erant mihi, Vidisti domine, ne sileas, ne discedas a me. Ego autem, cum mihi molesti eēnt, induebam me cilicio, et humi/ liabam in ieiunio animam me/ am. Vidisti. Pacifice. Ad Laudes Antipho. Miserere. cū reliq. de Psalt. fol. 23. Cap.

Venite mittamus lignuz in panē eius, et eradam' eū de terra viuētiū, et nomē ei' non memoret amplius. Hym. Jer. 11.

Lustris sex qui iā peractis,
Tēps implens corporis,
Se volente natus ad hoc,
Passioni deditus,
Agnus in cruce leuatur,
Immolandus stipite.
Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, claui, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis, vnda profluit:
Terra, pontus, astra, mūdus,
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes
Arbor vna nobilis,
Nulla sylua talem profert
Fronde, flore, germine:
Dulce lignuz, dulces clauos,

Dulce

Dulce pondus sustinet.
Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa viscera:
Et rigor lentescat ille,
Quem dedit natiuitas:
Ut superni membra regis
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre secli precium,
Atq; portum preparare
Nauta mundo naufrago,
Quez sacer cruor perunxit,
Fusus agni corpore.
Gloria, et honor Deo,
Usquequaque altissimo.
Una patri filioque,
Inclyto paraclito:
Cui laus est, et potestas
Per immensa secula. Amen.
℣. Eripe me de inimicis meis deus meus. ℟. Et ab insurgentibus i me libera me. Ad Bns. An. In die magno festiuitatis stabat Jesus, et clamabat dicés: Siqs sitit, véiat ad me, et bibat. Preces vt in Psalt. 24. Oro.

Sanctifica, quesumus domine, nostra ieiunia, et cũctarum nobis indulgentiam propitius largire culparum. Per dominum nostrum etc.

Ad Primá. An. Libera me domine et pone me iuxta te, et cuiusuis manus pugnet cótra me. Cap. Pacé et verita. cũ rel. 15. Ad Absolutioné. Cap. Faciez meam. vt in Psalt. ad j. fo. 13. Ad iii. Añ. Iudicasti dñe causam aie mee, defensor vite mee Domine Deus meus. Cap

Domine, oẽs qui te derelinquunt, cõfundent: recedentes a te in terra scribentur: qm dereliquerunt venaz aquarum viuentium dñm. ℟. bre. Erue a framea, Deus animam meá. ℣. Et de manu canis vnicam meam. ℟. Deus. Erue. ℣. De ore leonis libera me domine. ℟. Et a cornibus vnicornium humilitatem meam. Preces vt in Psalterio. fo. 16. Ad Sextá. Aña Popule meus quid fecit tibi? aut quid molestus fui? respóde mihi. Capłm.

Jer. 17.

Confundant, qui me persequuntur, et non cófundar ego: paueant illi, et non paueam ego: induc super eos dié afflictionis: et duplici contritione contere eos, domine Deus noster. ℟. br. De ore leonis, Libera me dñe. ℣. Et a cornibus vnicornium humilitatem meá. Libera. De ore. ℣. Ne perdas cum impiis deus animam meam. ℟. Et cum viris sanguinũ vitam meam. Ad ix. Añ. Nunquid redditur pro bono malũ? quia foderunt foueam anime mee. Capitulum.

Jer. 17.

Recordare quod steteriz i cóspectu tuo, vt loquerer pro eis bonũ, et auerterem indignationem tuã ab eis. ℟. bre. Ne pdas cũ impiis Deus aiam meaz. ℣. Et cũ viris sanguinũ vitam meá. Deus. Ne perd. ℣. Eripe me dñe ab hoie malo. ℟. A viro iniquo eripe me.

Jer. 18.

Ad

Ad Vesperas. Capitulum.
Tu autem domine Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas renes, & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam domine Deus meus. Hymnus.

Vexilla regis prodeunt,
Fulget crucis mysteriũ,
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo: (Ier. 11.)
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceę,
Ut nos lauaret crimine,
Manauit vnda, sanguine.
Impleta sunt quę concinit
Dauid fidelis carmine,
Dicens in nationibus
Regnauit a ligno Deus.
Arbor decora, & fulgida
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tãgere.
Beata cuius brachijs
Secli pependit precium
Statera facta corporis,
Prędamq; tulit tartari.
O crux aue spes vnica,
Hoc passionis tempore
Auge pijs iustitiam,
Regisq; dona veniam.
Te summa Deus Trinitas
Collaudet omnis spiritus:
Quos per crucis mysterium
Saluas, rege p secula. Amen.

℣. Eripe me dñe ab hoie malo. ℟. A viro iniquo eripe me.
Ad Mag. Aña. Siquis sitit, veniat ad me, & bibat: & de ventre eius fluẽt aquę viuę: dicit dñs.

Preces vt in Psalt. 24. Oro.
Da quęsumus dñe populo tuo salutẽ mentis & corporis: vt bonis operibus inhęrẽdo, tua semper mereatur protectione defendi. Per dominũ.
Cap. dicta dñr in feriali offõ vsq; ad feriã iiij. maioris heb. Antiphonę vero per horas vsq; ad Dominicam in Palmis.

FERIA TERTIA.

Lcõ j. euang. sm Johan. Lec. j.
In illo tempore: Ambulabat Jesus in Galilęã: non enim volebat in Judęam ambulare: quia quęrebant eũ Judęi interficere. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.
In isto euangelij capitulo fratres, domin⁹ noster Jesus Christus, secundũ hominẽ se plurimum cõmendauit fidei nostrę. Etenim semper hoc egit dictis & factis suis, vt deus crederetur & homo: deus qui nos fecit, homo qui nos quęsiuit: De⁹ cũ patre, semp: homo nobiscum ex tempore. Nõ enim quęreret quod fecerat, nisi ipse qđ fecerat fieri voluisset. Uerũ hoc memẽtote, & de cordib⁹ vestris nolite dimittere: sic esse Christum hoiem factũ, vt nõ desisteret deus esse. Manens Deus accepit hoiem, qui fecit hominem. ℟.
Adiutor & susceptor meus esto dñe, & in verbũ tuum sperauí. Declinate a me maligni, & scrutabor mãdata Dei mei. ℣. Iniquos odio habui: & legẽ tuã

uilexi. Declinate. Lectio scda.

Quãdo ergo latuit vt homo, nõ poten' iam perdi disse putandũ est, sed exẽplum nostrę infirmitati prębuisse. Ille enim, quando voluit, detẽtus est: quando voluit occisus est. Sed quoniã futura erãt mẽbra eius, idest fideles eius, q nõ haberent illã potestatẽ, quã habebat ipse dñs noster: quod latebat: quod se tanq̃ ne occideret occultabat: hoc idicabat factura esse membra sua, in quibus vtique membris suis ipse erat. ℟. Docebo iniquos vias tuas, ꝛ impij ad te ꝯuertentur. Libera me de sanguinib' Deus de' salutis meę. ℣. Dñe labia mea aperies: ꝛ os meum annunciabit laudẽ tuam. Libera. Lc. iij.

Non enim Chris in capite: ꝛ nõ in corpore: sed Christus totus in capite, ꝛ in corpore. Quod ergo membra eius, hoc ipse: quod autem ipse, non continuo membra eius. Nam si ipsi non essent membra eius, non diceret Saulo. Quid me persequeris? Non enim Saul' ipsum, sed membra eius, idest fideles eius, in terra persequebatur. Noluit tamen dicere sanctos meos, seruos meos, postremo honorabilius, fratres meos: sed me, hoc est membra mea, quibus ego sum caput. ℟. Ne perdas cum impijs Deus animam meam, ꝛ cum viris sãguinum vitam meam. Redime me dñe. ℣. Eripe me dñe ab homine malo, a viro iniquo libera me, Redime me. Ne perdas.

Ad Bñs. Aña. Tempus meum nondũ aduenit: tempus autẽ vestrũ semp est paratũ. Oro.

Nostra tibi domine, q̃sumus, sint accepta ieiunia, quę nos expiando gratia tua dignos efficiant, ꝛ ad remedia perducant ęterna. Per.

Ad Ma. Aña. Vos ascendite ad diẽ festum hunc: ego autẽ non ascendã: quia tẽpus meũ nondum aduenit. Oratio.

Da nobis, q̃s, dñe pseuerãtem in tua voluntate famulatũ: vt in diebus nostris, ꝛ merito, ꝛ numero populus tibi seruiens augeatur. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Hodie dñr Psalmi Graduales. Lcõ s. euãg. ſm Iohannem. L. j.

In illo tpe. Facta sũt encęnia i Ierosolymis, ꝛ hyẽs erat, ꝛ ambulabat Iesus i tẽplo in porticu Salamonis. Et rel. Homilia s. Augustini episcopi.

Encęnia festiuitas erat dedicationis tẽpli: Grece enim cęnon dicitur nouũ: quãdocunq̃ enim nouũ aliqd fuerit dedicatũ: encęnia vocatur: iam vsus habet hoc verbum: siquis noua tunica induatur, encęniare dicitur. Illũ ergo diem, quo tẽplũ dedicatũ est, Iudęi solenniter celebrabãt. Ipse dies festus agebat, cũ ea lecta sunt locut' est dñs. ℟. Tota die. 174.

Pia.ij.noc. dñice p̄terite.Lũr Hyems erat, ⁊ ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Judęi, ⁊ dicebant ei: Quousqȝ animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Non veritatem desiderabant, sed calumniam pręparabant. Hyems erat ⁊ ideo frigidi erant. Ad illum eniȝ diuinũ ignẽ accedere pigri erãt: sed accedere, est credere: qui credit, accedit: qui negat, recedit. Non mouetur anima pedibus, sed affectibus. ℟. Ne auertas. 174. Lectio iij.

Riguerant diligẽdi charitate, ⁊ ardebãt nocẽdi cupiditate. Lõge aberãt, ⁊ ibi erãt: non accedebant credẽdo, ⁊ premebãt persequendo. Quęrebãt audire a dño, Ego sum Chrs, ⁊ fortasse de Christo sm hoiem sapiebãt. Prędicauerũt eniȝ prophetę Christũ, sed diuinitatẽ Christi, ⁊ in prophetis, ⁊ in ipso euãgelio, nec heretici intelligunt: quanto minus Judęi, quamdiu velamẽ est super cor eoȝ? ℟ Quis dabit. 174. Ad Bñs. Añ. Oues meę vocem meam audiunt: ⁊ ego dominus agnosco eas. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio, Deus tuorũ corda fideliũ miserator illustra: ⁊ quib⁹ deuotionis pręstas affectũ, prębe supplicantibus pium benignus auditum. Per d. Ad Mag. Añ. Multa bona opera operatus sum vobis: propter quod opus vultis me occidere? Oratio.

Adesto supplicatioĩb⁹ nostris ops De⁹: ⁊ quibus fiduciam sperãdę pietatis indulges, psuetę misericordię tribue benignus effectum. Per dñm.

FERIA QVARTA.

Leõ s. euãg. sm Lucam. Le. vi.

In illo tpe: Rogabat Jesũ quidã Phariseus, vt manducaret cũ illo: ⁊ ingressus domũ Pharisei discubuit. Et rel. Homilia S. Gregorij Papę.

Cogitanti mihi de Marię Magdalenę penitentia, flere magis libet quã aliquid dicere. Cuius enim vel saxeus pectus illę huius peccatricis lacrymę ad exẽplum penitẽdi non emolliãt? Considerauit nãqȝ qđ fecit, ⁊ noluit moderari quid faceret. Sup conuiuantes ingressa est, non iussa venit, inter epulas lacrymas obtulit. Discite quo dolore ardet, q̃ flere ⁊ inter epulas nõ erubescit. ℟. Deus meus eripe. vt sup. in ij. feria. 175. Lectio ij.

Hanc vero quã Lucas peccatricẽ mulierẽ, Joãnes Mariã nominat: illã esse Mariã credimus, de qua Marcus septẽ demonia eiecta fuisse testat. Et qđ per septẽ demonia nisi vniuersa vitia designãtur? Quia enim omne tẽpus septẽ diebus comprehenditur, recte septenario numero vniuersitas

figuratur. Septē ergo demonia Maria habuit, q̄ vniuersis vitijs plena fuit. ℟. Multiplica. vt in j. noc. Dñicę pterite. L. iij.

173.
Sed ecce quia turpitudinis suę maculas aspexit, lauādā ad fontē misericordię cucurrit, côuiuantes non erubuit: nam q̄ semetipsā grauiter erubescebat intus, nihil esse credidit, quod verecūdaretur foris. Quid igit̄ mirāmur fratres? Mariā venientem, an dominū suscipientem? suscipiētē, dicā, an trahentem: sed melius dicam trahentē, ⁊ suscipientē: q̄ nimirum ipse eam per misericordiā traxit intus, qui p mā suetudinē suscepit foris. ℟. Vsquequo. 173. Ad Bñs. Aña. Magister dicit, Tempus meū prope est, apud te facio pascha: cum discipulis meis. Oratio. Pręsta, quęsumus, oīpotens deus: vt dignitas cōditionis humanę per immoderantiam sauciata, medicinalis parsimonię studio reformet. p. Ad Mag. Aña. Desiderio desideraui hoc Pascha māducare vobiscū antequā patiar. Oro. Esto, q̄s dñe, ppiti⁹ plebi tuę: vt q̄ tibi nō placēt respuētes, tuoꝝ potius repleāt delectationibus mādatoꝝ. Per.

FERIA SEXTA.

Hodie dñr Psal. pęnitētiales.

c.11. Lcō s. euāg. sm Iohannē. Lc. j.
In illo tempore: Collegerunt pontifices, ⁊ Pharisęi concilium: ⁊ dicebāt, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.
Non tamē credamus. Plus enim perditi homines cogitabant quōmodo nocerent, vt perderent, quam quomodo sibi consulerēt, ne perirēt. Et tamē timebāt, ⁊ quasi ꝯsulebant: dicebāt enim. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittim⁹ eū sic, oēs credēt in eum, ⁊ veniēt Romani, ⁊ tollent locum nostrū, ⁊ gentem. Temporalia quidē perdere timuerunt, ⁊ vitam ęternam non cogitauerūt, ⁊ sic vtrunque amiserunt. ℟. Deus meus es tu. folio 173.

℟. ex ij. noct. de Dñica. Lect. ij.
Nam ⁊ Romani post dñi passionē, ⁊ glorificationē tulerūt eis locū, ⁊ gentē, expugnādo, ⁊ trāsferēdo: ⁊ illud eos sequitur, qđ alibi dictū est: Filij aūt regni ibunt in tenebras exteriores. Hoc aūt timuerūt: ne, si oēs in Christū crederēt, nemo remaneret, qui aduersos Romanos ciuitatē dei tēplūq; defenderet. Qm̄ cōtra ipsū tēplū, ⁊ ꝯtra suas paternas leges doctrinā Christi esse sentiebāt. ℟. In te iactatus. 174. Lc. iij.
Vn⁹ aūt ex ipsis Caiphas noie, cū eēt pōtifex anni illius dixit illis: Vos nescitis quicquā, nec cogitatis, q: expe

dit

dit vobis ut vnus moriatur ho mo pro pplo, et non tota gens pereat. Hoc autē a seipso nō di xit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit. Hic doce/ mur, etiam homines malos pro phetię spiritu futura pdicere. Quod tamen euangelista di/ uino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, idest sūmus sacer dos. R. In proximo est. 174.

Ad Ben. Añ. Appropinqua/ bat autē dies festus Iudęorū, et quęrebāt principes sacerdotuz quomodo Iesum interficerent sed timebant plebem. Oratio.

Cordibus nostris, qsum⁹ dñe, gratiā tuā benignus infunde: vt peccata nostra casti gatione voluntaria cohibētes, tēporaliter poti⁹ maceremur, quā supplicijs deputemur ęter nis. Per dominum nostrum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Principes sacerdotū cōsiliū fe cerūt vt Iesuz occiderent: dice bāt aūt: Nō i die festo, ne forte tumultus fieret i populo. Oro.

Concede, quęsum⁹, omni potens Deus: vt qui ptectionis tuę gratiā quęrimus, li berati a malis omnibus, secura tibi mente seruiamus. Per do.

SABBATHO.

Lcō s. euang. sm Iohannē. c. 12.

In illo tēpore: Cogitaue/ runt principes sacerdotū, vt et Lazarum interficerent: qa multi pter illū abibant ex Iu dęis: et credebāt in Iesū. Et rel.

Homilia s. Augustini episcopi.

Viso Lazaro resuscitato, q: tantum miraculum domini tanta erat euidentia diffamatum, tanta manifesta/ tione declaratum, vt nō possent vel occultare quod factum est, vel negare quod inuenerunt, Videte: Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt et La/ zarum interficerēt. O stulta co gitatio: et cęca sęuitia. Domin⁹ Chis, qui suscitare potuit mor tuum, non posset occisuz? Quā do Lazaro inferebatis necem, nunqd auferebatis a dño pote/ statē? Si aliud vobis videt mor tuus aliud occisus, ecce domi nus utrūque fecit, et Lazarum mortuuz, et seipsum suscitauit occisum. R. Tota die. 174.

R. ex iij. noct. Dñicę. Lec. iij.

In crastinum autez turba multa, quę venerat ad diē festum, cum audisset, quia venit Iesus Ierosolymaz, acceperūt ramos palmaruz, et processerūt obuiaz ei: et clamabant: Hosan na, benedictus qui venit i noīe dñi, rex Israel. Rami palmarū laudes sunt significantes victo riā, q: dñs erat mortē moriēdo superaturus, et trophęo crucis de diabolo mortis pricipe triū phaturus. Vox autē obsecran/ tis est, Hosanna, sicut nōnulli di cūt, q Hebręā linguā nouerūt, magis affectū indicās, qz rē ali qua significans: sicut sunt in lin gua Latina, quas interiectiões

vocāt: velut cū volētes dicim' heu,vel cū delectamur,Vah,dicim'. ℟. Ne auertas.174. f.iiij.

Nos ei laudes turba dice bat,Hosanna, bñdictus qui venit i noīe dñi,rex Israel. Quam crucem mentis inuiden tia principum Judeoꝝ perpeti poterat, quādo regē suū Christū tāta multitudo clamabat? Sed qd fuit dño regē esse Isrl? Quid magnū fuit regi seculorum,regem fieri hominū? Non enim rex Israel Christus ad exigendū tributū, vel exercitū ferro armandū,hostesq visibiliter debellandos:sed rex Israel, qꝫ mētes regat,quod in eternū cōsulat, quod in regnū celorū credentes,sperātes,amātesq perducat. ℟. Quis dabit. 174.

Ad Benedictus. Antiphona. Clarifica me pr̄ apud temet ipsum claritate, quā habui prius quam mundus fieret. Oratio.

Proficiat,quesumus dñe, plebs tibi dicata pie deuotionis affectu:vt sacris actionibus erudita, quanto maiestati tue fit gratior,tāto donis potioribus augeatur. Per dominum.

Ad Vesperas. Capitulum.

phil. 2. Fratres, Hoc eñ sentite in vobis, qd ꝛ in Christo Jesu:qui cum in forma Dei esset, nō rapinā arbitrat' est eē se equalē deo. ℟. Verilla regis.177. ℣. Eripe me dñe.

Ad Magnificat. Antiphona. Pater iuste,mundus te non cognouit: ego autē noui te,quia tu me misisti. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus:qui humano generi ad imitandū humilitatis exemplum Saluatorem nostrū carnē sumere, ꝛ crucem subire fecisti: cōcede ꝑpitius,vt ꝛ patientie ipsius habere documenta, ꝛ resurrectionis consortia mereamur. Per eundem dominū.

DOMINICA

In Palmis.

Ad Mat.Inui. Hodie si voc. Hy'. Pāge lingua.175. ꝛ alia vsq ad lect.vt in dñica ꝑcedēt.

De Jeremia propheta.Lect. j.

ca.2. Obstupescite celi super hoc,ꝛ porte eius desolamini vehemēter, dicit dñs. Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontē aque viue,ꝛ foderunt sibi cisternas,cisternas dissipatas, q̄ continere non valent aquas. Nunquid seruus est Israel,aut vernaculus? quare ergo factus est in predam? Super eum rugierunt Leones,ꝛ dederunt vocem suam,posuerunt terram eius i solitudinē,ciuitates eius exuste sūt, ꝛ non est qui habitet in eis. Filij quoq Mempheos ꝛ Taphneos constuprauerunt te vsque ad uerticem. Nunquid non istud factum est tibi, quia dere

dereliquisti dñm deũ tuum, eo tempore quo ducebat te p viã? ℟. In die qua inuocaui te domine, dixisti, noli timere: Iudicasti cãm meam, ꝛ liberasti me dñe De⁹ me⁹. ℣. In die tribulationis meę clamaui ad te, qꝫ exaudisti me. Iudicasti. Lc. ij.

Et nũc quid tibi vis i via Aegypti, vt bibas aquã turbidã? Et qd tibi cũ via Assyriorũ, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, ꝛ auersio tua increpabit te. Scito, ꝛ vide qꝛ malũ, ꝛ amarũ est reliquisse te dñm Deũ tuũ, ꝛ nõ eẽ timorẽ eius apud te: dicit dñs Deus exercituum. A seculo cõfregisti iugũ meũ: repulisti vincula mea ꝛ dixisti, Nõ seruiaꝫ. In oĩ enĩꝫ colle sublimi, ꝛ sub omni ligno frondoso tu psternabaris meretrix. Ego aũt plãtaui te vineã electã oẽ semen verũ: quomodo ergo puersa es mihi in prauũ vinea aliena? Si laueris te nitro, ꝛ multiplicaueris tibi herbã borith, maculata es i iniquitate tua corã me, dicit dñs. ℟. Fratres mei elõgauerunt se a me, ꝛ noti mei, quasi alieni recesserũt a me. ℣. Deliquerũt me pximi mei, ꝛ q me nouerunt. Quasi. Lec. iij.

Quid vultis mecũ iudicio ptendere? oẽs dereliqstis me. dicit dñs. Frustra percussi filios vestros. Disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra. Uidete verbũ dñi, nunquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dicit populus meus: Recessimus: nõ veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiscet virgo ornamenti sui, aut sponsa fascię pectoralis sui? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris. ℟. Attende dñe ad me, ꝛ audi voces aduersariorũ meorum. Nunquid reddit pro bono malũ: quia foderunt foueaꝫ animę meę. ℣. Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, ꝛ auertereꝫ indignationem tuam ab eis. Nunquid red. Attende.

Sermo s. Leonis Papę. Le. iiij.

Desiderata nobis dilectissimi, ꝛ vniuerso optabilis mũdo, adest festiuitas dominicę passionis, q̃ nos inter exultationes spiritualiũ gaudioruꝫ silere nõ patitur. Qꝛ etsi difficile est, de eadẽ solennitate sępi⁹ digne apteq; disserere, nõ est tamẽ liberũ sacerdoti in tãto diuinę misericordię sacramẽto fideli⁹ pplis subtrahere sermonis offĩm: cũ ipsa materia ex eo qꝫ est ineffabilis, fandi tribuat facultatẽ: nec possit deficere qđ dicatur, dũ non potest satis esse qđ di. Succũbat ergo humana infirmitas glorię Dei, ꝛ i explicãdis operibus misericordię e/ tus, imparẽ se semper inueniat. Laboremus sẽsu, hereamus in/

genio, deficiam⁹ eloquio: bonū est, ut nobis parum sit, quod etiam recte de domini maiestate sentimus. R. Conclusit uias meas inimicus, insidiator factus est mihi sicut leo in abscondito: repleuit, & inebriauit me amaritudine: deduxerunt in lacum mortis uitam meam, & posuerunt lapidē cōtra me. Vide domine iniquitates illorū & iudica causam animę meę, defensor uitę meę. V. Factus sum in derisum oīpopulo meo, cāticū eorum tota die. Vide. Lec. v.

Dicente enim propheta, Querite dñm, & cōfirmamini, q̄rite faciē eius semper nemini p̄sumendū est, quod totum quod q̄rit inuenerit: ne desinat propinquare, qui cessarit accedere. Quid autē inter oīa opera Dei, in q̄bus humanę admirationis fatigatur itētio, ita cōtemplationē mētis nostrę oblectat, & superat, sicut passio Saluatoris? Qui ut humanum genus uinculis mortiferę p̄uaricationis absolueret, & seuiēti diabolo potentiā suę maiestatis occultauit, & infirmitatē nrę humilitatis obiecit. Si eni crudelis, & superbus inimicus cōsiliū misericordię Dei nosse potuisset, Iudęorum animos māsuetudine potius tēperare, quā iniustis odijs studuisset accēdere: ne omniū captiuorū amitteret seruitutē: dū nihil sibi debentis persequit libertatē. R. Saluū me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę usq; ad animam meam: ne auertas faciem tuā a me. Quoniam tribulor: exaudi me domine deus meus. V. Intende animę meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Quoniam. Lect. vi.

Fefellit ergo illū malignitas sua, ītulit suppliciū filio Dei, qđ cūctis filijs hoīū ī remediū verteret. Fudit sāguinem iustum, qui reconciliando mūdo, p̄ciū esset, & poculum. Suscepit dñs quod s̄m propositum suę uolūtatis elegit. Admisit in se impias manus furētiū: quę dū proprio incūbūt sceleri famulatę sūt Redemptori. Cuius etiā circa īterfectores suos tāta erat pietatis affectio, ut de cruce supplicās p̄ri, nō se uindicari, sed illis postularet ignosci. R. Noli eē mihi dñe alienus: parce mihi in die mala, cōfundant oēs qui me p̄sequnt. Et nō confundar ego. V. Confundātur oēs inimici mei, qui quęrunt animā meam. Et. Noli. Lcō s. euā. s̄m Mattheū. Lvij.

In illo tēpore: Cū appropinquasset Jes⁹ Jerosolymis, & uenisset Bethphage ad montē Oliueti, tūc misit duos ex discipulis suis. Et reliqua. Homilia s. Ambrosij episcopi.

Pulchre relictis Iudeis hābitaturus in affectib⁹ Gētiū tēplū dñs ascēdit. Hoc enim tēplū est uerū, in quo non i lite

ra,

c. 21.

ra, sed in spiritu domin⁹ adora tur. Hoc Dei templú est, quod fidei series, non lapidú structu/ra fundauit. Deserunt ergo q oderunt, eligútur qui amaturi erát: ꝛ ió ad móté venit Oliue/ti: vt nouellas oliuas i sublimi virtutú plátaret, quarú mater est illa, quę sursuȝ est, Jerłem. In hoc móte est ille cęlestis a/gricola: vt plátati oés in domo domini possint in veritate dice re, Ego sicut oliua fructificaui in domo dñi. ℟. Dominus me cum est tanquá bellator fortis: propterea psecuti sunt me, ꝛ in telligere non potuerunt: domi/ne, pbas renes ꝛ corda. Tibi re uelaui causam meá. ℣. Uidisti dñe iniqtates eoꝝ aduersú me, iudica iudiciú meú. Tibi. L. viij.

Et fortasse ipse mons est Christus. Quis enim alt⁹ tales fructus ferret oleaꝝ, non curuescétiú vbertate baccarú, sed spiritus plenitudine gétiú fecundarú? Ipse est per qué a/scédimus, ꝛ ad qué ascédimus. Ipse est ianua, ipse est via, q a/perit, ꝛ qui aperit, qui pulsatur ab ingrediétibus, ꝛ ab egredié tibus adoratur. Ergo in castel/lo erat, ꝛ ligatus erat pullus cú asina: nó poterat solui nisi iussu dñi, soluit eú man⁹ apostolica: talis actus, talis vita, talis gra tia. Esto talis ꝛ tu, vt possis li/gatos soluere. ℟. Dixerút im pij apud se, nó recte cogitátes: circumueniamus iustú, quoniá ɔtrarius est operibus nostris: promittit se sciétiá dei habere, filiú Dei se nominat, ꝛ gloriat patré se habere deú. Uideam⁹ si sermones illius veri sunt, ꝛ si est vere filius Dei, liberet illuȝ de manib⁹ nostris, morte turpis sima ɔdemnem⁹ euȝ. ℣. Tanq̃ nugaces existimati sum⁹ ab il/lo: ꝛ abstinet se a vijs nřis, tanq̃ ab immundicijs, ꝛ pfert nouissi ma iustoꝝ. Uideamus. Lc. ix.

Nunc ɔsideremus qui fue/rint illi, q errore detecto, de paradiso eiecti in castellum sint relegati. Et videbim⁹, qué/admodum quos mors expule/rat, vita reuocauerit. Et ió sm Mattheú ꝛ asiná, ꝛ pulluȝ legi mus, vt q̃ in duobus bobus v/terq; fuerat sexus expullus, in duobus aialibus sexus vterq; reuocetur. Ergo ille i asina ma tré quasi Euam figurauit erro ris: hic aút in pullo generalita tem populi Gentilis expressit. Et ideo pullus sedetur asinę, ꝛ bene in quo nemo sedit, qa nul lus, antequam Chřs, nationuȝ ppłos vocauit ad Ecclesiá. De niq; sm Marcú sic habes: Qué nemo adhuc sedit hominuȝ. ℟. Circundederunt me viri men daces, sine causa flagellis ceci derunt me. Sed tu domine de/fensor vindica me. ℣. Quoniá tribulatio proxima est, ꝛ nó est qui adiuuet. Sed. Circun.

Ad Laudes. Antipho.

Domine Deus auxiliator meus.

meus,ꝛ ideo nō sum confusus: ps. Miserere.23. Aña. Circundantes circūdederunt me, ꝛ in noīe domini vindicabor in eis. ps. Cōfitemini.10. Aña. Judica cām meā: defende quia potēs es dñe. ps. Deꝰ Deꝰ meꝰ.8. ... Aña. Cū angelis ꝛ pueris fideles inueniamur triumphatori mortis clamantes, Hosanna in excelsis. Aña. Confundātur, qui me persequunt, ꝛ nō ꝯfundar ego dñe deus meus. Cap. Fratres. Hoc enim. 179. Hym. Lustris sex.176. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me. Ad Bñ. Añ. Turba multa, quę ꝯuenerat ad diem festū, clamabat dño: Bñdictus, q venit in noīe domini, Hosanna in excelsis. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus. f.179. ¶ Ad i. Aña. Pueri Hebręorū tollentes ramos oliuarum, obuiauerunt dño clamantes, ꝛ dicentes: Hosanna in excelsis. Ad iij Añ. Pueri Hebręorum vestimēta ꝓsternebant in via, ꝛ clamabāt dicētes, Hosāna filio Dauid, bñdictus qui venit in noīe dñi. Cap. Fratres, Hoc enī. 179. ℟. br. Erue a fra.175. ℣. De ore leo. dñica preterita. Ad vi. Añ. Tibi reuelaui causā meam defensor vitę meę: Domine Deus meus. Cap.

phil. 2.

Humiliauit semetipsū factus obediēs vsq3 ad mortem, mortem autem crucis: propter quod ꝛ Deus exaltauit illum: ꝛ donauit illi nomē: quod est super omne nomen. ℟. De ore leonis. ℣. Ne perdas. Ad ix. Aña. Jnuocabo nomen tuum domine: ne auertas faciē tuam a clamore meo. Capi.

In noie Jesu oē genu flectatur, celestiū, terrestriū, vt su ꝛ infernorū: ꝛ ois lingua cōfiteatur, quia dominus noster Jesꝰ Christus in gloria est Dei patris. ℟. Ne pdas. ℣. Eripe me. Ad Vesp. An. Dixit.52. cū rel. de dñica. Cap. Fres. hor.179. Hym. Vexilla.177. ℣. Eripe. Ad M. Aña. Scriptum est enī: percutiam pastorem, ꝛ dispergentur oues gregis: postquā autē resurrexero, pręcedam vos in Galilęā: ibi me videbitis dicit dominus. Oratio. Omnipotens sempiterne.179. Ab hac die vsq3 ad oct. paschę si occurrat aliqđ festū nouē lec. trāsfert post oct. Triū vero lec a feria v. in Cena dñi vsque ad feriā iij. Paschę nulla fit cōme

FERIA SECVNDA.

Hodie nō di Offm Defūctorū: ¶ Jnuitat. ꝛ alia vsque ad lec vi in pręcedenti hebdomada. Lcō i. euā. fm Johannē. Lec. i.

In illo tpe: Ante sex dies Paschę venit Jesus Bethaniā, vbi fuerat Lazarꝰ mortuꝰ, quē suscitauit Jesꝰ. Et rel. Homilia sancti Augustini epi.

Ne putarent hoies phantasma eē factū: q: mortuus

tuus resurrexit, Lazarus vnus erat ex recumbentibus: viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudeorum confundebatur. Discumbebat ergo Jesus cum Lazaro & ceteris: ministrabat Martha vna ex sororibus Lazari. Maria vero altera soror Lazari accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Jesu, & extersit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti. Factum audiuimus, requiramus mysterium. ℟. Viri impij dixerunt, opprimamus virum iustum iniuste, & deglutiamus eum tanquam infernus viuum: auferamus memoriam illius de terra, & de spolijs eius sortem mittamus inter nos: ipsi enim homicide thesaurizauerunt sibi mala: Insipientes & maligni oderunt sapientiam: & rei facti sunt in cogitationibus suis. ℣. Hec cogitauerunt, & errauerunt, & excecauit illos malitia eorum. Insipientes. Lectio ij.

Quecunque aia fidelis vis esse cum Maria, vnge pedes domini precioso vnguento. Vnguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit. Erat autem vnguentum nardi pistici preciosi. Quod ait, pistici, locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum preciosum. Nec tamen hoc vacat, & sacramentis optime consonat: pistis Grece, Latine dicitur fides. Querebas operari iustitiam? iustus ex fide viuit. Vnge pedes Jesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & domini pedes tersisti. Capilli enim superflua corporis videntur. Habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt: forte in terra domini pedes indigent. ℟. Opprobrium factus sum nimis inimicis meis: viderunt me: & mouerunt capita sua. Adiuua me domine Deus meus. ℣. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odij circundederunt me. Adiuua me. Lectio tertia.

De quibus enim nisi de membris suis in fine dicturus est? Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: superflua vestra impendistis: sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem repleta est odore: mundus impletus est fama bona: nam bonus odor fama bona est. Qui male viuunt, & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciunt, de quibus dictum est quod per eos nomen Dei blasphematur. Si per tales nomen Dei blasphematur, per bonos nomen Dei laudatur. Audi apostolum: Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco. ℟. Insurrexerunt in me viri iniqui, absque misericordia, quesierunt me interficere: & non pepercerunt in faciem meam spuere, & lanceis suis vulnerauerunt me: &

con-

gcussa sunt omnia ossa mea. Ego autem existimabam me tanquam mortuum super terram: ℣. Effunderunt furorem suum in me, fremuerunt contra me dentibus suis. Ego. Insur.
Ad Laudes, et per Horas. Ana.
Faciē meā nō auerti ab increpātibus, et cōspuētibus in me. Psalmi de feria. 23. Ana. Framea suscitare aduersus eos qui dispergunt gregem meum. Ana. Appenderunt mercedem meā triginta argenteis, quibus appreciatus sum ab eis. Ana. Inundauerunt aquę sup caput meū: dixi, perij: inuocabo nomē tuum dñe Deus. Ana. Labia insurgentiū, et cogitationes eorum uide dñe. Capit. Venite, mittamus. 179. Hymn. Lustris sex. ibidē. ℣. Eripe me de ini. Ad Bñs. An. Clarifica me pr apud temetipsum claritate quā habui priusq̄ mundus fieret. Deinde preces i Psalr. 24. Oro.
Da quęsumus, omnipotens Deus, vt qui in tot aduersis, ex nostra infirmitate deficimus, intercedēte vnigeniti filij tui passione respiremus. Per eundem. Ad Vespe. Ana. Inclinauit. Ps. Dilexi. 54. cū reliq. Cap. Tu autem dñe Sabaoth. 177. Hymn. Vexilla regis. ibidem. ℣. Eripe me dñe ab. Ad Mag. Ans Nō haberes i me potestatē, nisi desuper tibi datū fuisset. Oro.
Adiuua nos Deus salutaris nr: et ad bñficia recolēda qbus nos instaurare dignatus es tribue venire gaudētes. Per.
FERIA TERTIA.
De Jeremia propheta: Lec. j.
Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes sanctę auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam vberem, pulcram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum: ad vocem loquelę grādis exarsit ignis in ea, et cōbusta sunt frutera eius. Et dñs exercituū, qui plātauit te, locutus est super te malū, pro malis domus Israel, et domus Iuda, quę fecerūt sibi ad irritandum me libantes Baalim. Tu autem domine demōstrasti mihi, et cognoui: tu ostēdisti mihi studia eorū. Et ego quasi agnus mā suetus, qui portat ad victimā: et nō cognoui: quia cogitauerūt super me consilia dicētes: Mittamus lignū in panē eius, et eradamus eum de terra viuentiū: et nomen eius nō memoret amplius. Tu autem dñe Sabaoth, qui iudicas iuste, et probas renes et corda, vi deā ultionē tuā ex eis: tibi eni reuelaui causam meā. ℟. O ō tumelias et terrores passus sum ab eis, qui erāt pacifici mei: et custodiētes latus meū dicētes, Decipiamus eū, et preualeamus illi: sed tu dñe mecum es tanq̄ bella tor fortis. Cadant in opprobriū sempiternum, ut uideam uindictā i eis: quia tibi reuelaui cau sam

sam meam. ℟. Judica domine causaȝ animę meę, defensor vi/tę meę. Cadant. Lectio ij.

Iustus quidē tu es dñe, si dispute tecū: veruntamen iusta loquar ad te. Quare via impioꝝ prosperat, bene est om nibus, qui preuaricantur, & ini/que agūt? Plantasti eos, & radi cē miserūt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eoruȝ, & longe a renibus eorū: & tu do mine nosti me, vidisti me, & pro basti cor meū tecū. Congrega eos quasi gregē ad victimaȝ, & sanctifica eos in die occisionis. Usquequo lugebit terra, & her ba oīs regiōis siccabit propter malitiā habitantiū in ea? Con/sumptum est animal & volucre, qm̄ dixerunt: Nō videbit nouis sima nr̄a. ℟. Ue eus Israel pro pter te sustinui improperiuȝ: o/peruit reuerētia faciē meā, ex/traneus factus sum fratribus meis, & hospes filijs mr̄is meę. Qm̄ zelus domus tuę comedit me. ℣. Intende animę meę, & libera eā, propter inimicos me/os eripe me. Quoniaȝ. Lec. iij.

Reliqui domū meā, dimi si hēditatē meā, dedi di/lectā aiam meā i manus inimi corum eius. Facta est mihi hē/ditas mea quasi leo in sylua: de dit ɔtra me vocē: iō odiui eam. Nunqd auis discolor hereditas mea mihi? Nūquid auis tincta per totū? venite, congregamini oēs bestię terrę: pperate ad de/uorandū. Pastores multi demo liti sunt vineā meā, conculcaue runt partē meā, dederūt portio nē meā desiderabilē in desertū solitudinis: posuerunt eā in dis sipationē, luxitq̧ super me. De/solatiōe desolata est omnis ter ra: qꝛ nullus est, qui recogitet corde. ℟. Synagoga populorū circundederūt me: & non reddi di retribuentibus mihi mala. Cōsumet dñe nequitia pecca/torū, & diriges iustū. ℣. Judica me dñe secundū iustitiā meam: & secundū innocentiā meā sup me. Cōsumetur. Synagoga. Ad Laudes, & p horas. Añas

Uide dñe, & cōsidera: qm̄ tribulor, velociter exau/di me. Ps. mi. dñe. f. 29. Añ. Discerne cām meā dñe: ab ho/mine iniquo & doloso eripe me Añ. Duȝ tribularer clamaui ad dñz de ventre inferi, & exau diuit me. Añ. Dñe uim patior: respōde pro me, q: nescio quid dicā inimicis meis. Añ. Dixe rūt impij, opprimamus virū iu stū: qm̄ cōtrarius est operibus nostris. Ad Bñā. Antiphona. Ante diē festū Paschę, sciē; Je sus qr venit hora ei⁹, cū dilexis set suos, i finē dilexit eos. Orō.

Omnipotens sempiterne deus: da nobis ita domi nicę Passionis sacramenta per agere: vt indulgentiam perci/pere mereamur. Per eundem. Ad Vesp. Añ. In domum dñi. ps. Letatus sum fo. 55. cū rel.

Ad

Ad Magn. Aña. Potestatem habeo ponendi animam meã, et iterum sumendi eam. **Oratio.**

Tua nos misericordia deus et ab omni surreptione vetustatis expurget: et capaces sãcte novitatis efficiat: Per dñz.

FERIA QVINTA

Non dñr Psalmi Graduales.

De Jeremia propheta. Lec. j.

c.17. Expectatio Israel domine. Omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes a te in terra describentur. quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium dominũ. Sana me dñe, et sanabor: salvum me fac: et salvus ero: qm laus mea tu es. Ecce ipsi dicũt ad me: Ubi est verbum domini: veniat. Et ego non sum turbatus te pastorẽ sequẽs, et diẽ hominis nõ desideravi: tu scis. Quod egressũ est de labijs meis rectũ in conspectu tuo fuit. Nõ sis tu mihi formidini: spes mea tu in die afflictionis. Cõfundãtur, qui me persequũtur, et non cõfundar ego: paveant illi, et nõ paveã ego: induc super eos diẽ afflictionis, et duplici contritione cõtere eos. **R.** Locuti sunt adversum me lingua dolosa, et sermonibus odij circundederunt me: pro eo, ut me diligerent, detrahebãt mihi: Ego autem orabam, et exaudisti me domine deus meus. **V.** Et posuerũt adversum me mala pro bonis, et odiũ pro dilectione mea. Ego autem. **Lectio secunda.**

Quis audivit talia horribilia quę fecit nimis virgo Israel? nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut evelli possunt aquę erumpentes frigidę, et defluentes? Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingentes in vijs suis, in semitis seculi, ut ambularent per eas in itinere non trito, ut fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum: omnis qui prćterierit per eam obstupescet, et movebit caput suum. Sicut vẽtus urens dispergã eos, coram inimico dorsũ, et nõ faciẽ ostendã eis in die pditionis eoz. Et dixerunt, Venite, et cogitemus contra Jeremiã cogitationes: nõ enim peribit lex a sacerdote neq; cõsilium a sapiente, nec sermo a propheta: Venite, et percutiamus eum lingua, et nõ attendamus ad universos sermones eius. **R.** Dixerunt impij. 181.

vt in iij. noc. pcedẽ. dñicę. L. iij.

Attende dñe ad me, et audi vocẽ adversariorũ meorũ: Numquid redditur pro bono malũ quia foderũt foveã animę meę? Recordare quod steterim in cõspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationẽ tuã ab eis. Propterea da filios eoz in famẽ, et deduc eos in manus gladij: fiant uxores eoz absq; liberis, et viduę: et viri earum interficiantur morte:

Juvenes

Juuenes eoꝝ cōfodiantur gladio in prelio. Audiatur clamor de domib⁹ eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderūt foueam ut caperēt me, et laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autē dñe scis omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne ppitieris iniquitati eorum, et peccatū eorum a facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.
℣. Circumdederunt me viri. Folio 11.

Ad Laudes, et per Horas. Ana.

Libera me de sanguinib⁹ Deus Deus me⁹: et exultabit lingua mea iustitiā tuam.
Psal. de feria. 33. Ana. Contumelias et terrores passus sum ab eis: et dñs mecū est tanquā bellator fortis. Ana. Ipsi uero in uanum quesierunt animam meā, introibunt in inferiora terre.
Ana. Omnes inimici mei audierunt malū meum dñe: letati sunt, qm̄ tu fecisti. Ana. Alliga dñe in vinculis nationes gentium: et reges eaꝝ in pedibus.

Ad Benedictus. Antiphona. Simon dormis? Non potuisti vna hora vigilare mecū? Orō.

Presta, qs ops deus: vt qui nostris excessib⁹ incessanter affligimur: per vnigeniti filij tui passionē liberemur. Qui.

Ad Vesp. Ana. Non confundetur. ps. Nisi dñs. 55. cum rel.

Ad Magnificat. Antiphona. Ancilla dixit Petro: vere tu ex illis es: nam et loquela tua manifestum te facit. Deinde Preces vt i Psalt. fo. 24. Oratio.

Respice qs, dñe: super hanc familiā tuā: pro qua dñs noster Jes⁹ Christus non dubitauit manibus tradi nocentium, et crucis subire tormentum. Qui tecum viuit.

¶ Trib⁹ seq. dieb⁹ dicto secre. Pater nr: Aue Maria. et ad Matu. Credo. omnibus alijs pretermissis absolute incipitur officium ad Matuti. et Vespe, ab Antiphona primi psalmi, et antiphone duplicātur, sicut in festo duplici. Psalmi dīr sine Gloria pa. per omnes horas, et in fine cuiuslibet psalmi ad Matutinū extinguitur vna ex quindecim candelis positis in cādelabro triangulari ante altare.

FERIA QVINTA
in Cena domini. duplex.

Ad Matut. In j. noc. Antipho.



Zelus domus tue comedit me, et opprobria exprobrantiū tibi ceciderūt super me. Ps. Saluum me fac deus. 34.
Ana. Auertantur retrorsū, et erubescāt, qui cogitāt mihi mala. ps. Deus in adiutorium. 35. Ana.

Deus meus eripe me de manu peccatoris. ps. In te dñe. 35. ℣. Auertant retrorsū, & erubescāt. ℟. Qui cogitant mihi mala. Hoc triduo post ℣. noc. di secr. Pr nr. nec pnūciat. Et ne nos: nec di Absoso, neq3 dant Bñones añ lcōnes. In fine lcō. nō di Tu aūt. sed primę tres lec. Jeremię terminantur vt infra. Incipit lamentatio Jeremię prophetę. Lectio j. Aleph.

Quomodo sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua dña gentiū: princeps prouinciarū facta est sub tributo: Beth. Plorans plorauit in nocte, & lacrymę eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici mei. Gimel. Migrauit Juda, propter afflictionem & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Oēs persecutores eius apprehenderūt eā inter angustias. Daleth. Vię Sion lugēt eo q nō sint qui veniāt ad solēnitatem. Oēs portę eius destructę, sacerdotes eius gementes: virgines eius squallidę, & ipsa oppressa amaritudine. He. Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, q2 dñs locutus est super eā, propter multitudinem iniquitatū eius. Paruuli ei⁹ ducti sunt in captiuitatem, ante faciē tribulantis. Jerusalē, Jerusalē conuertere ad dñm Deum tuum. Sic terminant lcōnes de lamētatione in hoc triduo. ℟. In monte Olvieti orauit ad prēz: Pr si fieri potest, transeat a me calix iste, Spiritus quidē promptus est, caro autem infirma: fiat voluntas tua. ℣. Vigilate, & orate, vt non intretis in tētationē. Spiritus. l. ij. Vau.

Et egressus est a filia Siō ois decor eius: facti sūt principes eius velut arietes: nō inuenientes pascua: & abierunt absq3 fortitudine ante faciē subsequētis. Zain. Recordata est Jerusalē dierū afflictionis suę, & preuaricationis oium desiderabilium suorū, quę habuerat a diebus antiquis, cū caderet populus eius i manu hostili, & nō esset auxiliator. Viderūt eā hostes, & deriserūt sabbatha eius. Heth. Peccatum peccauit Jerusalem, propterea instabilis facta est. Omnes q glorificabant eam, spreuerunt illam: q2 viderunt ignominiā eius. Ipsa aūt gemens, conuersa est retrorsū. Teth. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens ꝯsolatorem. Vide dñe afflictionē meam, qm̄ erectus est inimicus. Jerusalē, Jerusalē. ℟. Tristis est aia mea vsq3 ad mortem, sustinete hic, & vigilate mecū, nūc videbitis turbā: q circundabit me. Vos fugā ca/

capietis, et ego vadã imolari pro vobis. ℣. Ecce appropinquat hora, et filius hominis tradet in man⁹ pctõr. Vos. Lec. iij. Jod.

Manum suã misit hostis ad omnia desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus preceperas ne intrarent in ecclesiam tuã. Caph. Omis populus eius gemẽs, et querẽs panẽ: dederunt preciosa queq; pro cibo ad refocillandam animã. Vide dñe, et cõsidera, qm̃ facta sum vilis. Lamed. O vos oẽs, qui transitis per viã, attendite, et videte, si est dolor sicut dolor meus: qm̃ vindemiauit me, vt locutus est dominus in die ire furoris sui. Mem. De excelso misit ignem in ossibus meis, et erudiuit me, expandit rete pedibus meis, cõuertit me retrorsum: Posuit me desolatam, tota die merore confectã. Nun. Vigilauit iugum iniquitatum mearũ, in manu eius conuolute sunt, et imposite collo meo: Infirmata est virtus mea: dedit me dñs in manũ, de qua nõ potero surgere. Jerusalem. Jerusalem. ℟. Ecce vidimus eũ non habentem speciẽ, neq; decorem, aspectus eius in eo non est: hic peccata nostra portauit et pro nobis dolet: ipse autẽ vulneratus est propter iniquitates nostras, Cuius liuore sanati sumus. ℣. Vere lãguores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse

portauit. Cui⁹. Ecce vidim⁹. In ij. noc. Añа. Liberauit dñs pauperem a potente, et inopem cui non erat adiutor. ps. De⁹ iudiciũ. 35. Aña. Cogitauerũt impij: et locuti sunt nequitiam: iniqtatẽ in excelso locuti sunt. ps. Quã bon⁹ Israel. 36. Aña. Exurge dñe, et iudica causam meam. ps. Ut quid Deus. 36. ℣. Deus meus eripe me de manu peccatoris. ℟. Et de manu contra legẽ agentis, et iniqui. Ex tractatu S. Augustini episcopi super psalmos. Lec. iiij.

Exaudi Deus orationem meã: et ne despexeris deprecationem meã: intẽde mihi, et exaudi me. Satagentis, solliciti, in tribulatione positi, vba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderãs. Superest vt audiamus in quo malo sit: et cũ dicere ceperit agnoscamus ibi nos esse: vt cõmunicata tribulatione coniungam⁹ orationem. Contristatus sum, inquit, in exercitatione mea, et conturbatus sum. Ubi cõtristatus? vbi conturbatus? in exercitatione mea inquit. Hoies malos, quos patitur, commemoratus est: eandemq; passionẽ malorum hoium, exercitationem suam dixit. Ne putetis gratis malos esse in hoc mundo, et nihil boni de illis agere deũ: Omnis malus, aut iõ viuit, vt corrigatur: aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. ℟.

psal. 54.

 ℟ mi-

Amicus me⁹, osculi me tradidit signo: quē osculat⁹ fuero, ipse est, tenete eū: hoc malū fecit signū: q̄ p osculū adipleuit homicidiū. Infelix ꝑtermisit preciū sāguinis, ⁊ in fine laqueo se suspēdit. ℣. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Infelix. Lectio quinta.

Ceterū ergo q̄ nos modo exercēt, ꝯuertantur, ⁊ nobiscum exerceantur: tamē quādiu ita sunt, vt exerceant nos, nō eos oderimus: q2 i eo ꝙ malus est quis eoꝝ, vtrū vsq3 in finē perseueratur⁹ sit, ignoram⁹. Et plerunq3 cū tibi videris odisse inimicū, fratrē odisti, ⁊ nescis. Diabolus, ⁊ angeli eius in scripturis sanctis manifestati sūt nobis, ꝙ ad ignē ęternū sūt destinati: ipsoꝝ tm̄ desperāda est correctio, cōtra quos habemus occultam luctā: ad quam luctam nos armat apl's, dicens: Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: idest non aduersus hoīes quos videris, sed aduersus principes, ⁊ potestates, ⁊ rectores mūdi tenebrarū harū. Ne forte cum dixisset mūdi, intelligeres demones esse rectores cęli ⁊ terrę: mūdi dixit, tenebrarum harū: mūdi dixit, amatoꝝ mundi: mundi dixit, impioꝝum ⁊ iniquoꝝ: mundi dixit: de quo in euāgelio dicit: Et mūdus eū nō cognouit. ℟. Iudas mercator pessimus osculo petijt dominum: ille vt agnus innocens nō negauit Iudę osculū: Denarioꝝum numero Christum Iudęis tradidit. ℣. Melius illi erat, si nat⁹ non fuisset. Denarioꝝū. Lectio vi.

Quoniā vidi iniquitatē, ⁊ ꝯtradictionē in ciuitate. Attēde gloriā crucis ipsius. Iam in fronte regū crux illa fixa ē, cui inimici insultauerūt. Effectus probauit virtutē. Domuit orbē, nō ferro, sed ligno. Lignū crucis contumelijs dignū visum est inimicis, ⁊ ante ipsum lignū stantes caput agitabāt: ⁊ dicebāt: Si filius Dei est, descendat de cruce. Extendebat ille manus suas ad populum nō credentē ⁊ contradicentem. Si eīn iustus est qui ex fide viuit, iniquus est qui non habet fidē. Quod ergo hic ait iniquitatē, perfidiā intellige. Uidebat ergo dñs in ciuitate iniquitatem, ⁊ contradictionē, ⁊ extēdebat manus suas ad populū non credentem, ⁊ cōtradicentem, ⁊ tñ ipsos expectās dicebat, Pr̄ ignosce illis, q2 nesciunt qd faciūt. ℟. Unus ex discipulis meis tradet me hodie. Ue illi per quē tradar ego. Melius illi erat si nat⁹ nō fuisset. ℣. Qui intingit mecū manū i parobside, hic me traditurus est i manus peccatoꝝ. Melius. Unus. In iij. noct. Aña. Dixi iniqs, nolite loq aduersus Deū iniquitatē. Ps. Cōfitebimur. 36. Aña. Terra tremuit ⁊ quieuit,

quieuit, dū exurgeret i iudicio deus. Ps. Notus i Judea. 37.
Aña. In die tribulationis meę deum exquisiui manibus meis. Ps. Uoce mea. 37. ℣. Exurge dñe. ℟. Et iudica cām meam.

De epistola prima beati Pauli apost. ad Corinthios. Le. vij.

c. 11. Hoc aūt pręcipio nō laudās, qꝫ nō in melius, sed in deterius ꝯuenitis. Primum quidē conueniētibus vobis in ecclesiā, audio scissuras esse inter uos: ⁊ ex parte credo: naꝫ oportet hęreses esse, vt qui pbati sunt, manifesti fiāt in uobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iā non est dñicā cęnā mā ducare: vnusqͥsqꝫ enim suā cęnā pręsumit ad manducanduꝫ: ⁊ alius quidē esurit, alius aūt ebrius est. Nūquid domos non habetis ad manducandū ⁊ bibendū: aut ecclesiam dei cōtēnitis, ⁊ cōfunditis eos, q nō habent? Quid dicaꝫ vobis? laudo vos, in hoc nō laudo. ℟. Eraꝫ quasi agnꝰ innocēs, ductus suꝫ ad immolandū, ⁊ nesciebā: cōsiliū fecerūt inimici mei aduersum me, dicētes: Uenite mittāmus lignū in panē eiꝰ, ⁊ eradāmus euꝫ de terra viuentiuꝫ. ℣. Oēs inimici mei aduersuꝫ me cogitabant mala mihi: verbuꝫ iniquū mandauerunt aduersuꝫ me, dicentes. Uenite. Le. viij.

Ego enim accepi a dño, qđ ⁊ tradidi vobis: quoniā dñs Jesus i qua nocte tradebatur, accepit panē, ⁊ grās agēs fregit, ⁊ dixit: Accipite ⁊ māducate: hoc est corpus meū, qđ pro vobis tradetur: hoc facite i meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicē postquā cęnauit, dicēs: Hic calix nouū testamentum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescunque bibetis, in meā cōmemorationem. Quotiescunque enim māducabitis panē hunc, ⁊ calicē bibetis, mortē dñi annūciabitis donec veniat. ℟. Una hora non potuistis vigilare mecum, qui exhortabimini mori p me? Uel Judam non videtis quomodo nō dormit, sed festinat tradere me Judęis? ℣. Quid dormitis? surgite, ⁊ orate: ne intretis i temtationē. Uel. Lectio nona.

Itaqꝫ quicunque manducauerit panē, ⁊ biberit calice domini indigne, reus erit corporis, ⁊ sanguinis dñi. Probet autem seipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat. Qui enim manducat ⁊ bibit indigne, iudicium sibi manducat ⁊ bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles, ⁊ dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Dū iudicamur auteꝫ a dño corripimur vt nō cū hoc mundo dānemur. ℟. Seniores ppłi cōsiliū fecerunt: Ut Jesuꝫ dolo tenerēt, ⁊ occiderēt: cū gladijs, ⁊ fustibus

exierũt tãq̃ ad latronẽ. ℟ Col legerunt pontifices, ⁊ pharisei concilium. Ut. Seniores popu.

Ad Laudes. Antiphona.

Iustificeris dñe in sermonibus tuis, ⁊ vincas cum iudicaris. ps. Miserere. 23. Ai. Dñs tãq̃ ouis ad victimã ductus est, ⁊ nõ aperuit os suũ. ps. Dñe refugiũ. 39. Añ. Contritum est cor meũ i medio mei, cõtremuerũt omnia ossa mea. ps. Deus Deus meus. 8. Aña. Exaltatus es in virtute tua, ⁊ in refectione sãcta tua dñe. ps. Cantemus dño. 40. Aña Oblatus est quia ipse voluit: ⁊ peccata nostra ipse portauit. ps. Laudate dominum de cęlis. 9. Cap. ⁊ Hym. no i dĩr. ℣. Homo pacis meę, in quo speraui. ℟ Qui edebat panes meos, ampliauit aduersũ me supplãtationem. Ad Bn. Antipho. Traditor aũt dedit eis signum, dicens: quẽ osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. I terum dĩ de canticũ, Bñs. extinctis prius omnibus candelis in candelabro triangulari preter vnam, q̃ posita est in summitate candelabri, extinguuntur paulatim sex candele supra altare, ita vt in vltimo versu extinguatur vltima cãdela: similiter extinguũtur lampades, ⁊ luminaria per ecclesiam. Cũ repetitur. Antip. Traditor. et cãdelabro accipit supremã cãdelã, a sub altari ab scõdit. ⁊ cornu epistolę, repetita

Añ. post Bñs. dĩ ℣. Christus factus est pro nobis obediẽs vsq̃ ad mortẽ. Scda nocte addit Mortẽ autẽ crucis. Tertia nocte addit. Propter quod ⁊ deus exaltauit illũ, ⁊ dẽit illi nomẽ, quod est sup oẽ nomẽ. Et sicut in Matu. dĩ p horas dici. Cũ incipit. ℣. Christus factus est. oẽs genuflectunt: ⁊ eo finito dĩ Pater nr. totum sub silentio, postea ps. Miserer. 23. aliquãtulo altius: quo finito sine Oremus. dĩ O.o. R espice q̃s. 184. simili voce: sed Qui tec. dĩ sub silentio. Finita oione fit fragor ⁊ strepitus aliquantulũ: mox profert cãdela accẽsa, ⁊ oẽs cũ silẽtio discedunt. Prima. iij. vj. ⁊ ix. dĩcũs secreto. Pr noster. Aue Maria. ⁊ ad primã Credo. absolute icboant a ps. dñe tis: q aa Prima sũt vt in festis. qbus finitis dĩ ℣. Chũs fact⁹. ẽ Deinde flexis genibus dĩ secrẽ Pr nr. ps. Miserere. 24. Oio. Respice q̃s. 184. sicut in Matut. In hoc triduo nõ annũciat aliquid de Martyrologio, nec dĩ Preciosa. Uespere, dicto secr. Pater nr. ⁊ Aue Maria. incipiuntur absolute a prima Aña.

Calicẽ salutaris accipiã, ⁊ nomen domini inuocabo. ps. Credidi. 54. Aña. Cum his qui oderunt pacem, erã pacificus: dum loquebar illis, impugnabant me gratis. ps. Ad dñm cũ tri. 54. Antiphona. Ab hominibus iniquis libera me dñe.

ps.

Ps. Eripe me. 58. Aña. Custodi me a laqueo, quē statuerūt mihi, & a scādalis operātiū iniquitatē. Ps. Dñe clamaui ad te. 59. Aña. Considerabam ad dexterā, & videbā, & nō erat q cognosceret me. Ps. Voce mea. f. 59. Cap. Hym. & Pñc. nō dñr in hoc triduo. Ad Mag. Aña. Cenantibus autē illis accepit Jesus panē, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis. V. Christus factus est. cū rel. vt supra in Matutino. Ad Cōpletorium non dicitur Jube dōne. nec lectio breuis, sed facta Cōfessione, & Absolutione incipitur a psalmo. Cum inuocarē. dictis psal. &. Nunc dimittis. Deinde V. Christus factus est. cū reliq. vt sup. ad alias Horas. Sic terminant oēs Horę, i hoc triduo usq; ad Vesp. Sab. scti.

FERIA SEXTA.

In Parasceue duplex.

Ad Mat. In primo noc. Aña.



Astiterūt reges terrę, & principes conuenerunt in unum aduers⁹ dominum, & aduers⁹ Christū ei⁹. Ps. Quare fremuerunt. 2. Antiphona. Diuiserūt sibi uestimenta mea: & sup uestem meam miserūt sortem. Psalmus. Deus Deus meus respice. 14. Aña. Insurrexerūt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi. Ps. Dñs illuminatio. 19. V. Diuiserūt sibi vestimenta mea. R. Et super uestem meā miserunt sortē.

De Lamentatione Jeremię prophete Lectio i. Heth.

Cogitauit dñs dissipare murum filię Sion: tetendit funiculum suum, & nō auertit manum suam a perditione: luxitque antemurale, & mur⁹ pariter dissipatus est. Teth. Defixę sunt in terra portę eius: perdidit & contriuit vectes eius, regem eius, & principes eius in gentibus. Nō est lex, & prophetę eius non inuenerunt uisionē a domino. Jod. Sederūt in terra, conticuerunt senes filię Sion, consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis: abiecerunt in terra capita sua uirgines Jerusalem: Caph. Defecerūt pre lacrymis oculi mei: cōturbata sūt viscera mea: Effusum est in terra iecur meū super contritionem filię populi mei, cum deficeret paruulus, & lactēs in plateis oppidi. Jerusalem, Jerusalem. R. Omnes amici mei derelinquerūt me & preualuerunt insidiātes mihi: tradidit me quē diligebam: Et terribilibus oculis, plaga crudeli pcutientes, aceto potabāt me. V. Inter iniquos proiecerunt me, & non pepercerunt anime meę. Et. V. R. Lamed. Matrib⁹ suis dixerūt, ubi

est triticū, et vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Mem. Cui cōparabo te: vel cui asimilabo te filia Jerusalem? cui exequabo te, et consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui? Nun. Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuā, vt te ad peniten tiaȝ prouocarēt. Viderunt autē tibi assumptiones falsas, et eiectiōes. Samech. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viā, sibilauerūt, et mouerunt capita sua super filiā Jerusalem, Hęccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudiū vniuersę terrę. Jerusalem, Jerusalem. R. Velū tēpli scissum est: Et omnis terra tremuit, latro de cruce clamabat dicens. Memento mei dñe, dum veneris in regnū tuū. V. Petrę scissę sunt, et monumēta aperta sunt, et multa corpora sanctorū qui dormierāt surrexerunt. Et omnis. Lec. iii. Aleph.

Ego vir vidēs paupertatē meā, in virga indignationis eius. Aleph. Me minauit et adduxit in tenebras: et nō i lucem. Aleph. Tantū in me vertit, et conuertit manum suaȝ tota die. Beth. Vetustā fecit pellem meam, et carnem meam: cōtriuit ossa mea. Beth. Edificauit in gyro meo, et circūdedit me felle, et labore. Beth. In tenebrosis collocauit me, q̄si mortuos sēpiternos. Gimel. Circūedificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum. Gimel. Sed et cum clamauero, et rogauero, exclusit orationem meam. Gimel. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Jerusalem, Jerusalem. R. Vinea mea electa, ego te plantaui. Quomodo conuersa es in amaritudinem, vt me crucifigeres, et Barabbam dimitteres? V. Sepiui te, et lapides elegi ex te, et ędificaui turri. Quō. Vinea mea. In ii. noc. Ana. Vim faciebāt, q q̄rebant aiam meā. Ps. Dñe ne i furore. Ps. 23. An. Confundantur et reuereantur qui quęrunt animam meā, vt auferant eam. Ps. Expectās expectaui. 25. An. Alieni insurrexerunt in me, et fortes q̄sierūt animam meam. Ps. Deus in nomine tuo saluum. 10. V. Insurrexerunt in me testes iniqui. R. Et mentita est iniquitas sibi. Ex tractatu S. Augustini episcopi super psalmos. Lect. iiii.

Protexisti me Deus a cōuentu malignātiū, a multitudine operantiū iniquitatē. Jam ipsum caput nostrū intueamur. Multi martyres talia passi sunt, sed nihil sic elucet, quomodo caput martyrum: ibi melius intuemur quod illi experti sunt. Pro-

Protectus est a multitudine malignantium, protegente se Deo: protegente carnem sua in ipso filio & homine, quem gerebat: quia filius hominis est, & filius dei est: Filius dei propter formam dei, filius hominis, ppter formã serui, habẽs potestatẽ ponere aiam suã, & recipere eã. Quid potuerũt facere inimici? Occiderũt corpus, aiam autẽ non occiderũt. Intẽdite. Parũ ergo erat, dñm hortari martyres verbo, nisi firmaret exemplo. R. l. Tanquã ad latronem existis cum gladijs & fustibus, comprehendere me. Quotidie apud uos erã in templo, docens, & non me tenuistis: & ecce flagellatũ ducitis ad crucifigenduz. V. Cũq; iniecissent manus i Jesuz, & tenuissent eũ, dixit ad eos. Quotidie. Le. v.

Nostis qui conuẽtus erat malignantiũ Judęorũ, & quę multitudo erat operantiũ iniquitatẽ? Quam iniquitatẽ? Quia voluerunt occidere dñz Jesum Christuz. Tanta opera bona, inquit, ostẽdi vobis: propter quod boni me vultis occidere? Pertulit oẽs infirmos eorũ, curauit oẽs languidos eorũ, prędicauit regnũ cęlorum, nõ tacuit vitia eorũ: vt ipsa potius eis displicerẽt, nõ medicus a quo sanabãtur. His omnibus curationibus eius ingrati, tãq; multa febre frenetici, isanientes in medicũ, qui venerat curare eos, excogitauerunt consiliuz perdendi eum, tanquam ibi volentes probare, vtrum vere homo sit, qui mori possit: an aliquid super homines sit, & mori se non permittat. Uerbum ipsorum agnoscimus in sapientia Salomonis. Morte turpissima, inquiunt, condemnemus eum: interrogemus eum: erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim vere filius Dei est: liberet eum. R. l. Tenebrę factę sunt, dum crucifixissent Jesum Judęi, & circa horam nonam exclamauit Jesus voce magna: Deus meus, vt quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritum. V. Exclamãs Jesus voce magna, ait Pater in manus tuas cõmẽdo spiritũ meum. Et incli. Le. vj.

Exacuerunt tanq; gladiũ linguas suas. Non dicãt Judęi, nõ occidimus Christũ: Etenim ppter ea eũ dederunt iudici Pilato, vt quasi ipsi a morte eius viderẽtur immunes. Nã cũ dixisset eis Pilatus: Uos eũ occidite: responderunt. Nobis nõ licet occidere quẽquã. Iniquitatẽ facinoris sui in iudicẽ hoiem refundere volebãt. Sed nunquid Deũ iudicẽ fallebãt? Quod fecit Pilatus: in eo ipso quod fecit aliquantulum particeps fuit: sed i cõparatione illorum multo ipse innocẽtior: Institit eniz quãtũ potuit, vt illũ ex eorũ manibus liberaret. Nã pro/

propterea flagellatū produxit ad eos. Non persequēdo domi nū flagellauit, sed eorū furori satisfacere volens, ut vel sic iā mitescerent, & desinerent velle occidere, cum flagellatū viderent. Fecit & hoc. At vbi perseuerauerūt, nostis illū lauisse manus, & dixisse, quod ipse non fecisset, mundū se esse a morte illius. Fecit tamen, sed si reus quia fecit vel inuitus, illi innocentes qui coegerūt vt faceret? Nullo modo. Sed ille dixit in eū sententiā, & iussit eū crucifigi, & quasi ipse occidit, & vos o Iudei occidistis. Vn̄ occidistis? gladio lingue. Acuistis enim linguas vestras. Et quādo percussistis: nisi quādo clamastis: Crucifige crucifige? ℟. Aiam meā dilectā tradidi in manus iniquorum, & facta est mihi hereditas mea sicut leo in sylua: dedit cōtra me voces aduersari⁹ dicēs: Congregamini, & properate ad deuorandum illum: posuerunt me i dserto solitudinis, & luxit super me omnis terra. Quia nō est inuentus qui me agnosceret & faceret bene. ℣. Insurrexerūt i me viri absque misericordia, & non pepercerunt anime mee. Quia. Animam.

In iij. noctur. Antiphona.

Ab insurgentibus in me libera me domine, quia occupauerūt animam meam. ps. Eripe me. de. 31. Ana. Lōge fecisti notos meos a me: traditus sum, & nō egrediebar. ps. Dn̄e deus salutis. 42. Ana. Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. psalm. Deus vltionum. 43. ℣. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. ℟. Et sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis.

De epistola beati Pauli apostoli ad Hebreos. Lectio vij.

Festinemus ingredi i illā requiem, vt ne i idipsū quis icidat icredulitatis exēplū. Viuus est enim sermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē anime & spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationū, & intentionum cordis, & nō est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia autē nuda & aperta sunt oculis ei⁹, ad quē nobis sermo. Habētes ergo pōtificē magnū, qui penetrauit celos, Iesum filiū Dei, teneamus spei nostre cōfessionē. Nō enim habemus Pontificem, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris: tentatū autē per oia pro similitudine absq; peccato. ℟. Tradiderunt me i manus impiorū, & inter iniquos piecerūt me, & nō pepercerūt aie mee: cōgregati sunt aduersum me fortes: Et sicut gigantes steterunt contra me. ℣. Alieni insurrexerunt aduersū me, & fortes que sierūt aiam meā. Et. Le. viij. Adea

Adeamus ergo cũ fiducia ad thronum gratię eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus i auxilio opportuno. Omnis nanque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quę sũt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Qui cõdolere possit his, qui ignorãt: & errãt, qm̃ & ipse circundatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis. ℟. Iesũ tradidit impius summis principibus sacerdotum & senioribus populi. Petrus autẽ sequebat eum a longe, vt videret finem. ℣. Adduxerunt autem eum ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribę & Pharisęi conuenerant. Petrus. Lectio ix.

Nec quisquã sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquã Aaron: sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Põtifex fieret: sed qui locutus est ad eum. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quẽadmodũ & i alio loco dicit, Tu es sacerdos in ęternum ẽm ordinem Melchisedech. Qui in diebus carnis suę preces supplicationesq; ad eũ qui possit saluum illuz facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerẽtia. Et quidẽ cũ esset filius Dei, didicit ex his, q̃ passus est, obedientiam: & cõsummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis ęternę: appellatus a Deo pontifex iuxta ordinẽ Melchisedech ℟. Caligauerunt oculi mei a fletu meo: quia elongatus est a me qui consolabatur me. Videte omnes populi, Si est dolor similis sicut dolor meus. ℣. Omnes qui transitis per viam, attendite, & videte. Si est. Caligauerunt.

Ad Laudes. Antiphona.

Proprio filio suo nõ pepercit Deus: sed pro nobis oĩbus tradidit illuz. ps. Miserere. 32. Aña. Anxiatus est super me spiritus meus, i me turbatũ est cor meũ. ps. Dñe exau. 44. Añ. Ait latro ad latronẽ. Nos quidẽ digna factis recipimus hic autẽ quid fecit? memento mei dñe dum ueneris in regnũ tuuz. ps. Deus Deus meus. 8. Aña. Cũ cõturbata fuerit anima mea dñe, misericordię memor eris. ps. Dñe audiui. 45. Aña. Memento mei dñe dum ueneris in regnum tuum. ps. Laudate dñm de cę. 9. Collocauit me i obscuris. ℣. Sicut mortuos seculi. Ad Bñs. Aña. Posuerunt sup caput eius causam ipsius scriptã. Jesus Nazarenus rex Judęorũ. ℣. Christus factus est. Morte ps. Misere. 23. Lectio ut s. R. espice qs dñe. 184. Ad Vesp. Añ. & ps. ut pre. preteriti.

dici dñr sine cãtu. Ad M. Aña.
Cu3 accepisset acetũ dixit: Cõ summatũ est: ꝛ inclinato capite emisit spiritum. ℣. ꝛ alia, vila.

SABBATHO
Sancto duplex.

Ad Matut. in j. noctur. Aña.



In pace i idipsum dormiam: ꝛ requiescam. psalmus Cũ inuocarem. 61. Aña Habitabit in tabnaculo tuo, requiescet in mõte sancto tuo: ps. Domine quis habitabit. 4. Aña. Caro mea requiescet in spe. ps. Conserua me domine. ℣. In pace in idipsum. ℟. Dormiam ꝛ requiescam.

De Lamentatione Jeremie pphete. Lectio prima. Heth.

Misericordie dñi, q: non sumus cõsumpti: qa non defecerunt miserationes eius. Heth. Noui diluculo, multa e fides tua. Heth. Pars mea dominus: dixit anima mea: ppterea expectabo eu3. Teth. Bonus est dñs sperãtibus in eum, anime querẽti illũ. Teth. Bonum est prestolari cum silentio salutare Dei. Teth. Bonũ est viro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua. Iod. Sedebit solitarius, ꝛ tacebit: q: leuauit se super se. Iod. Ponet i puluere os suum, si forte sit spes. Iod. Dabit percutienti se maxillã: saturabitur opprobriis. Jerusalẽ Jerusalem. ℟. Sicut ouis ad occisionem ductus est, ꝛ dum male tractaretur, non aperuit os suum: traditus est ad mortem, Ut viuificaret populum suum. ℣. Tradidit in mortem animam suam, ꝛ inter sceleratos reputat⁹ est. Ut viuificaret.

Lectio ij. Aleph.

Quomodo obscuratu3 est auru3, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omniũ platearu3. Beth. Filij Sion incliti, ꝛ amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Gimel. Sed ꝛ lamie nudauerũt mammam lactauerũt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio i deserto. Daleth. Adhesit lingua lactẽtis ad palatũ eius in siti: Paruuli petierunt panem, ꝛ nõ erat qui frãgeret eis. He. Qui vescebantur voluptuose, interierũt i vijs: Qui nutriebantur i croceis, amplexati sunt stercora. Uau. Et maior effecta est iniquitas filie populi mei peccato Sodomoru3: que subuersa est in momento, ꝛ non ceperunt in ea manus. Jerusalem Jerusalem. ℟. Jerusalem surge: ꝛ exue te vestibus iucunditatis: induere cinere, ꝛ cilicio: Quia in te occisus est saluator Israel. ℣. Deduc quasi torrentem lacrymas per

per diem et noctem, et nō taceat pupilla oculi tui. Quia in te.
Incipit oro Iere. pphete. L. iii.

R Ecordare domine, quid acciderit nobis: intuere, et respice opprobrium nostrū. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostrę ad extraneos. Pupilli facti sumus absq; patre: matres nostrę quasi viduę. Aquā nostram pecunia bibimus, lignua nostra precio comparauim⁹. Ceruicibus nři minabamur, lassis non dabat requies. Aegypto dedim⁹ manum, et Assyriis: vt saturaremur pane. Patres nostri peccauerunt, et nō sunt: et nos iniquitates eorū portauimus. Serui dñati sunt nostri: non fuit q redimeret de manu eorū. In animabus nostris afferebamus panē nobis, a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi cliban⁹ exusta est: a facie tempestatū famis. Mulieres in Siō humiliauerūt, et virgines i ciuitatibus Juda. Ierlm. R. Plāge quasi virgo plebs mea, vlulate pastores i cinerē et cilicio. Quia veniet dies dñi magna: et amara valde. V. Accingite vos sacerdotes, et plāgite ministri altaris, aspgite vos cinere. Quia. R. Plāge.
In iii. noctur. Añ. Eleuamini portę eternales, et introibit rex glię. Ps. Domini est terra. 13. Añ. credo videre bona dñi in terra viuentium. Ps. Dñs illuminatio mea. 16. Añ. Dñe abstraxisti ab inferis aiam meā. Ps. Exaltabo. 19. V. Tu autem domine miserere mei. R. Et resuscita me, et retribuam eis.
Ex tractatu S. Augustini epi scopi super psalmos. Lec. iiii.

A Ccedet homo ad cor altum, et exaltabitur Deus. Illi dixerunt, quis nos videbit? Defecerunt scrutantes scrutationes et consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia: passus ē se teneri vt hō. Nō enim teneret nisi homo, aut videret nisi homo: aut cęderet nisi hō, aut crucifigeret, aut moreret, nisi homo. Accessit ergo homo ad illas omnes passiões, quę i illo nihil valerét, nisi esset homo. Sed si ille non esset hō, nō liberaretur homo. Accessit hō ad cor altū: idest cor secretū, obiiciēs aspectibus humanis hoiem, seruans intus Deū, celās formā Dei, i qua ęqualis est patri: et offerēs formā serui, qua minor est patre. R. Recessit pastor noster, fons aq viuę: ad cuius trāsitū sol obscuratus est. Nā et ille captus ē, qui captiuum tenebat primum hominē, hodię portas mortis et seras pariter saluator noster dirupit. V. Destruxit quidē claustra inferni, et subuertit potētias diaboli. Nam et ille. Lectio v.

Q Uo perduxerūt illas scrutationes suas, quas pscrutantes

tantes defecerūt, vt etiā mortuo domino, & sepulto, custodes ponerent ad sepulchrum. Dixerunt enim Pilato. Seductor ille, hoc appellabatur nomine dominus Jesus Christus ad solatium seruorum suorum, quando dicuntur seductores. Ergo illi Pilato, Seductor ille, inquiūt, dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam: Jube itaque custodiri sepulcrū usque diē tertiū, ne forte veniāt discipuli eius, & furenf eū: & dicāt plebi: Surrexit a mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illi Pilatus: Habetis custodiā, ite custodite sicut scitis: Illi autem abeūtes munierūt sepulchrū signātes lapidē cum custodibus. R. Ovos oēs, qui trāsitis per viā, attēdite & videte, Si est dolor similis sicut dolor meus. V. Attendite vniuersi populi, & videte dolorem meū. Si est do. L. vi.

Posuerūt custodes milites ad sepulcrū, cōcussa terra domin[us] resurrexit: miracula facta sunt talia circa sepulcrū, vt ipsi milites, qui custodes aduenerant, testes fierent, si vellēt vera nunciare. Sed auaritia illa que captiuauit discipulum comitem Christi, captiuauit & militē custodem sepulcri. Damus, inquiunt, vobis pecuniam, & dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius: & abstulerunt eum. Vere defecerunt scrutātes scrutationes. Quid est quod dixisti, o infelix astutia? Tātum ne deseris lucem consilij, pietatis, & in profunda versutię demergeris, vt hoc dicas: dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, & abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes? vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia fecisti. R. Ecce quō moritur iust[us], & nemo percipit corde: & viri iusti tollūt, & nemo cōsiderat: a facie iniquitatis sublat[us] est iustus. Et erit in pace memoria eius. V. Tāquā agnus corā tōdēte se obmutuit: & nō aperuit os suum, de angustia & de iudicio sublat[us] est. Et erit. Ecce. In iij. noct. Ant. Deus adiuuat me: & dn̄s susceptor est aię meę. Ps. Deus in noie tuo. 10. An. In pace factus ē loc[us] eius. & in Siō habitatio eius. Ps. Notus in Judęa Deus. 37. Ant. Factus sū sicut homo sine adiutorio: inter mortuos liber. Ps. Domine deus salutis meę. 42. V. In pace factus est locus ei[us]. R. Et in Sion habitatio eius. De epistola beati Pauli apostoli ad Hebręos. Lectio vij.

Christ[us] assistēs Pōtifex futurorū bonorū, per amplius & perfectius tarbernaculū non manufactum, idest non huius creationis. Neque per sāguinem hircorum, aut vitulorū, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, ęterna redēptione inuēta. Si enim sanguis hir-

birco⁊ú,⁊ tauro⁊ú,⁊ cinis vitu le aspersus inquinatos sácti ficat ad emúdationé carnis:quá to magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctú seipsuȝ obtulit immaculatum deo,emundabit conscientiam nostraȝ ab operibus mortuis, ad seruiédú deo viuenti? ℟. Astiterunt reges terre,⁊ principes conuenerunt in vnum,Aduersus dominum,⁊ aduersus Christum ei⁹. ℣. Quare fremuerunt gentes, ⁊ populi meditati sunt inania? Aduersus. Lectio octaua.

Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedéte, in redemptioné eaȝ preuaricationum, que erát sub priori testamento,repromissioné accipiát,qui vocati sút eterne hereditatis.Ubi enim est testamentum,mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est:alioquin nondú valet, duȝ viuit qui testatus est:vnde nec primú quidem sine sanguine dedicatuȝ est. ℟. Estimatuȝ sum cum descendentibus i lacú. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. ℣. Posuerunt me in lacu inferiori,in tenebrosis,⁊ in vmbra mortis.Factus. Lec. ix.

Lecto enim omni mandato legis a Moyse vniuerso pplo,accipiés sanguiné vitulorú ⁊ birco⁊,cú aqua, ⁊ lana coccinea,⁊ bysopo,ipsú quoq; librú,⁊ oém ppl'ȝ aspersit dicés: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos deus.Etiá tabernaculuȝ, ⁊ oia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et oia pene in sanguine múdátur ƀm legem:⁊ sine sanguinis effusione nó fit remissio. ℟. Sepulto dño signatú est monuméntum, voluentes lapidem ad ostium monumenti: Ponentes milites,qui custodirent illum. ℣. Accedentes principes sacerdotum ad Pilatum petierunt illum. Ponentes. Sepul.

Ad Laudes. Antiphona.

O Mors,ero mors tua,morsus tuus ero inferne. ps. Miserere.23. Añ. Plágent cú quasi vnigenitum, q2 innocens dominus occisus est. ps. Iudica me. 29. Añ. Attendite vniuersi ppli,⁊ videte doloré meú. ps. Deus deus meus ad te de luce.8. Añ. A porta inferi erue domine animá meaȝ. ps. Ego dixi.29. Añ. O vos omnes,qui transitis per uiam,attendite,⁊ videte, si est dolor sicut dolor meus. ps. Laudate dominum de celis.9. ℣. Caro mea requiescet in spe. ℟. Et non dabis sáctum tuuȝ videre corruptioné. Ad Bñs. Añ. Mulieres sedétes ad monumentú lamentabátur flentes dñz. ℣. Christus factus. ⁊ Morté. Propter. ps. Miserere mei.23. Oro.vt sup. ¶ Dictis horis vt sup. di Missa vt in ordinario:facta cómunione

munione sacerdotis dicitur pro vesp. vi' Añ. Hal. hal. hall.
Laudate dominum omnes. 54. cum Gloria patri. Sicut erat. et repetitur Ana. Halleluia,
Cap. Hym. et ℣. non dicuntur. Ad Mag. Añ. Vespere autem sabbathi, que lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, et altera Maria videre sepulcrum, hal'la. Canticum. Magnificat. cum Gloria pat. Sicut. Et repetitur Ana. Vespere autem. Deinde sacerdos dicit Dñs vobiscum. Oratio.
Spiritum nobis domine tue charitatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per dominum. in vnitate eiusdem spiritus sancti. Deinde Dñs vobiscu. Postea Diaconus dicit Ite Missa est halla, halla. ℟. Deo gratias. hal. halla. ¶ Ad Completorium. Jube dñe. Benedictio. Noctem quietã. Lectio. Fres sobrii estote. 61. ℣. Adiutorium nrm. Facta cõfessione et absolutione di. ℣. Conuerte nos deus. ℣. Deus in adiutorium. Gloria patri. et amplius nõ di. Laus tibi dñe rex eterne glorie. sed eius loco deinceps dicit Halla. Deinde sine Aña dñr psalmi consueti. Capit. ℣. et Hym. non dñr. Ad Nunc dimittis, Aña. Vespere autẽ sabbathi. vt sup. in vespe. Oratio. Uisita, qs dñe. In fine Aña. Regina celi. vt in psalt.

DOMINICA RESVRRECTIONIS

quod est Pascha. duplex.

Ad Matutinum.

℣. Domine labia mea apies. Deus in adiutorium. &c.

Inuitatorium.



Surrexit dominus vere, Hallelu. ps. Venite. fo. I.

Hymni, et Capitul. non dicunt in aliqua horarũ vsque ad vespe. sabbathi in Albis, nec versicu. nisi in nocturn.

Ad Nocturnum. Antiphona.

Ego sum, qui sum, et consilium meum non est cũ impiis, sed in lege domini volũtas mea est, halla. ps. Beatus vir qui non abiit. 2. Aña. Postulaui patrem meum, halleluia, dedit mihi gentes, halleluia, in hereditatem halleluia. ps. Quare fremuerunt. 2. Aña. Ego dormiui, et somnum cepi, et exurrexi, quoniam dominus suscepit me, hallel. hallel. ps. Domine quid multiplicati. 2. ℣. Surrexit dominus de sepulcro, halleluia. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, halleluia. Absol. Exaudi dñe Jesu Christe.

Lectio. euãg. sm Marcu. Lec. I.
In illo tempore, Maria Magdalene, et Maria Jacobi,

cobi, & Salome, abeuntes eme runt aromata: vt venientes un gerent Jesum. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Pape.

Audistis, fratres carissimi, quod sancte mulieres que dominum fuerant secute, cu aromatibus ad monumetu venerunt, & ei quem viuente dilexerunt, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Sed res gesta aliquid in sancta ecclesia signat gerendu. Sic quippe necesse est vt audiamus que facta sunt, quatenus cogitem etiam que nobis sint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum, qui est mortuus, credentes, si odore virtutum referti cum opinione bonorum operum dominum querimus, ad monumentum profecto illius cu aromatibus venimus. Ille autem mulieres angelos vider, que cum aromatibus uenerut: quia uidelicet ille mentes supnos ciues aspiciunt, que cum virtutum odoribus ad dominum per sancta desideria profi ciscuntur. Tu autem. R. Angelus domini descendit de celo, & accedens reuoluit lapide: & super eum sedit, & dixit mulieribus. Nolite timere: scio enim quia crucifixum queritis: iam surrexit: venite & videte locum vbi positus erat dominus, alleluia. V. Et introeuntes i monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, cooptum stola candida, & obstupuerunt, qui dixit illis. Nolite. V. Gloria patri. Repetitur R. Angelus dni. Sicut ad Lec. ij.

Notandum vero nobis est quidnam sit, q in dextris sedere angelus cernitur. Quid namque per sinistram, nisi vita presens, quid vero per dextera: nisi perpetua vita designatur? Unde in canticis Canticorum scriptum est: Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quia ergo rede ptor noster ia presentis vite corruptionem transierat, recte angelus, qui nunciare perennem eius uita venerat, in dextera sedebat: qui stola cadida coopertus apparuit, quia festiuitatis nostre gaudia nunciauit. Candor etenim vestis splendorem nostre denunciat solennitatis. Nostre dicamus, an sue? sed vt fateamur verius, & sue dicam & nostre. Illa quippe redeptoris nostri resurrectio, & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit: & angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad celestia eorum numerum impleuit. R.

Cu transisset sabbathu Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome, emerunt aromata: Ut veniétes vngerét Jesu, alleluia. V. Et valde mane vna sabbathoru veniunt ad monumentum orto iam sole Ut veniétes. Gloria. Ut venientes. Lec. iij.

In sua ergo ac nostra festiuitate angelus i albis vestibus apparuit: qr dñ nos p resurrectionē dñicā ad superna reducimur, cęlestis patrię dāna reparantur. Sed quid aduenientes fęminas affatur, audiamus: Nolite expauescere: ac si aperte dicat: Paueant illi, qui non amant aduentum supernorū ciuiū: pertimescant q carnalibus desiderijs pressi, ad eorū se societatē pertingere posse desperant: vos autē cur pertimescitis, q̄ vestros ciues videtis? Unde & Matthęus angelū apparuisse describēs ait: Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimēta eius sicut nix. In fulgure etenim terror timoris est, in niue autē blandimentū candoris. Post tertiā lec. dr Te Deum.

Ad Laudes. Antiphona.

Angelus autē dñi descendit de cęlo, & accedēs reuoluit lapidē, & sedebat sup eū, halle. halle. Ps. Dñs regna. 8. cum rel. Añ. Et ecce terrę motus factus est magnus, angelus eñi dñi descendit de cęlo, hallelu. Añ. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, vestimenta autem eius sicut nix, halle. hall. Añ. Pręe timore autem eius exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui, hallā. Añ. Respōdens autem angelus dixit mulieribus, Nolite timere: scio enim quod Jesum quęritis, halleluia.

Loco Capli & Hymn. dicitur.

Hęc dies quā fecit dñs, exultem⁹, & letemur i ea. Ad Bñs. Añā. Et valde mane vna sabbathoꝝ veniunt ad monumētū orto iā sole: hall. Oro.

Deus, qui hodierna die p vnigenitū tuum ęternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra, quę pręueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere. Per eundē. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Benedicamus dño, halle. hallel. ℟. Deo gratias, hallelu. hallā. Sic dī Bñdicam i Uesp. & ad Matutinū, vsq; ad vesp. Sabb. in albis.

¶ Ad Primā, iij. & vj. & ix. post Deus in adiutoriū. & Glia pa. dr Halla. Et non dr antiphona Laus tibi dñe, rex ęternę glorię. & tūc Hymn. Dr psalmi [illegible] ad Primā tamen vt in festis: quibus finitis. dr. Hęc dies q̄ fe. Postea Oro, quę ad Primā dr O. Deus omps, q ad principiū, vt in Psalterio. Preciosa. cū rel. & ad Tā sol. cap. Si cōsurrexistis cū Chro. ¶ Ad vesp. Añā. Angel⁹ aūt dñi. vt su. cū rel. de Lau. & ps. Dixit do. 52. cū rel. In fine ps. In exitu. Sic dī vsque ad vesp. Sabbathi: postea Hęc dies. Ad Mag. Antiph. Et respicientes viderunt reuolutum lapidē: erat quippe magnus valde: halleluia. Oratio. Deus, qui hodierna die per vnigenitum. &c.

¶ Ad Completo. facta prius cōfessione

fessione, post ℣. Converte nos. ℣. Deus in adiutorium. Gloria patri. Sunt psal. consueti, quibus finitis dicitur Halle, halla, halla. Canticum. Nunc dimittis ser. postea Hec dies quam fe. et Oro. Ista, quesumus, domine.

¶ Predictum modum horarum ser uabis usque ad vesp. Sab. in Albis.

FERIA II: duplex.

Ad Matu. Inui. Alle. Psal. ad noct. et Lau. dicu. ut sup. in die Pasche per totam Octauam. ℣. Surrexit dominus de sepulcro, haleluiah. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah.

Secundum Lucam. Lec. i.

ca. 4. In illo tempore: Duo ex discipulis Jesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emaus. Et reliq.

Omelia S. Gregorii Pape.

Audistis fratres carissimi, quia duobus discipulis ambulantibus in via, non quidem credentibus, sed tantum de se loquentibus, dominus apparuit: sed eis speciem quam recognoscerent, non ostendit. Hoc ergo egit foris dominus in oculis corporis, quod apud ipsos agebatur intus in oculis cordis. Ipsi namque apud semetipsos intus et amabant: et dubitabant: eis autem dominus, foris et presens aderat, et quis esset non ostendebat. De se igitur loquentibus presentiam exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscondit: ℟. Maria Magdalene, et altera Maria ibant diluculo ad monumentum. Jesum quem queritis, non est hic: surrexit, sicut locutus est: precedet vos in Galileam: ibi eum videbitis, haleluiah: haleluiah. ℣. Et valde mane una sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole: et introeuntes viderunt iuuenem sedentem in dextris, qui dixit illis. Jesum. Lectio ij.

Verba quidem contulit, duritiam intellectus increpuit, scripture sacre mysteria, que de ipso erant, aperuit: et tamen quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide, ire se longius finxit. Fingere namque componere dicimus: unde et compositores luti figulos vocamus. Nihil ergo simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem eis se exibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi autem erant, si hi qui eum etsi necdum ut deum diligerent, saltem ut peregrinum amare potuissent. ℟. Surrexit pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, et pro grege suo mori dignatus est, Halla, halla, halla. ℣. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Hal. Gloria. Hal. Lec. iij.

Sed quia esse extranei a charitate non poterant hi cum quibus veritas gradiebatur, eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Cur autem dicimus, vo-

cũt, cũ illic scriptum sit, et coegerunt eum? Ex quo nimirum exemplo colligitur: quia peregrini ad hospitium non solum inuitandi sunt: sed etiam trahendi. Mensam igitur ponūt: et panes, cibosque offerunt: et Deum quem in scripture sacre expositione non cognouerant, in panis fractione cognoscunt. Audiendo ergo precepta Dei, illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt: quia scriptum est: Non auditores legis iusti sunt apud Deū: sed factores legis iustificabuntur. Qui ergo vult audita intelligere, festinet ea, q̄ iā audire potuit opere implere. Ecce dñs non est cognitus dū loqueretur, et dignatus est cognosci dum pascitur. Ad B. Aña. Jesus iunxit se discipulis suis in via, et ibat cū illis: oculi autē eorū tenebantur ne eū agnoscerēt: et increpauit eos dicēs: O stulti et tardi corde ad credendū in his, q̄ locuti sunt prophete, Hal. Oro.

Deus, qui solennitate Paschali, mūdo remedia contulisti: populū tuū, q̄sumus, celesti dono prosequere: vt et perfectam libertatem cōsequi mereatur, et ad vitā proficiat sempiternam. Per dominum nostrum Jesum Christum filiū. Ad Magnificat. Antiphona. Qui sunt hi sermones, quos cōfertis adinuicem ambulātes, et estis tristes? Halelu. Oro vt su.

FERIA III. Duplex.

℣. Surrexit dñs vere, Halelu. ℟. Et apparuit Simoni hale. Lcō s. euāg. sm Lucam. Lec. i.

In illo tempore: Stetit Jesus in medio discipulorū suorum, et dixit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Et rel. c. 24.

Homilia Sācti Ambrosij epi.

Mirū quomodo se natura corporea p impenetrabile corpus infuderit inuisibili auditu, visibili conspectu, tangi facilis, difficilis estimari. Denique conturbati discipuli estimabāt se spiritum videre. Et ideo dñs vt speciē nobis resurrectionis ostenderet, Palpate, inquit, et videte: quia spūs carnē et ossa nō habet, sicut me videtis habere. Nō ergo per incorporeā naturam: sed per resurrectionis corporee qualitatē imperuia vsu clausa penetrauit. Nā qđ tangitur, corpus est: quod palpatur, corpus est. ℟. Uirtute magna reddebāt apostoli Testimoniū resurrectiōis Jesu Christi dñi nostri, halelu. haleluiah. ℣. Repleti quidē spiritu sancto loquebantur cū fiducia verbū Dei. Testi. Lec. ij.

In corpore autē resurgemus. Seminatur enī corpus animale: surgit corpus spirituale: sed illud subtilius, hoc crassius, vtpote adhuc terrene labis qualitate cōcretū. Nā quomodo nō corpus, in quo manebāt insignia vulnerū, vestigia cicatricū,

catricu,q̃ dn̄s palpāda obtulit? In quo nō solū fidē firmat: sed etiā deuotionē acuit, quod vulnera suscepta pro nobis celo inferre maluit, abolere noluit, vt deo patri nostre p̄cia libertatis ostenderet. Talez sibi pater ad dexteram locat, tropheum nostre salutis amplectēs: tales illic martyres nobis cicatricis sue corona mōstrauit. ℟. De ore prudētis procedit mel, baleluiah, dulcedo mellis ē sub lingua eius, baleluiah. Fauus distillans labia eius, baleluiah, baleluiah. ℣. Sapiētia requiescit in corde eius, ⁊ prudētia in sermone oris illius. Fauus. Gloria. Fauus. Lectio iij.

Et qm̄ sermo huc noster vsq3 euasit, consideremus qua gratia s̄m Johannem crediderint apostoli, qui gauisi sunt: s̄m Lucam quasi incredul i redarguantur: ibi spiritum sanctum acceperint, hic sedere in ciuitate iubeantur: quoadusque induantur virtute ex alto. Et videtur mihi quasi Apostolus maiora ⁊ altiora tetigisse, hic sequentia: ⁊ humanis proxima: hic historico vsus circuitu: ille compendio: quia ⁊ de illo dubitari non potest, qui testimoniū perhibet de his, quibus ipse interfuit, ⁊ verum est testimonium eius: ⁊ ab hoc quoq3 q euāgelista esse meruit, vel negligētie, vel mēdaciū suspicionē equū est propulsari. Et ideo verū putamus vtrunq3, nō sententiarum varietate, nec personarum diuersitate distinctum. Nam etsi primo Lucas eos nō credidisse dicat, postea tamen credidisse demōstrat: ⁊ si prima consideremus, cōtraria sunt: si sequentia, certum est cōuenire.

Ad Benedictus. Antiphona. Stetit Jesus in medio discipulorum suorum, ⁊ dixit eis: Pax vobis, baleluiah: bal. Oratio.

Deus: qui ecclesiam tuaz nouo semper fetu̅ multiplicas: concede famulis tuis: vt sacramentū viuendo teneant, quod fide perceperunt. Per d.

Ad Mag. An. Uidete manus meas ⁊ pedes meos: quia ego ipse sum, bale. baleu. Oro. vt su.

FERIA QVARTA.

℣. Gauisi sunt discipuli, bale. ℟. Uiso domino, baleluiah.

Lcō s. euāg. s̄m Johannē. Le. j.

In illo tempore: Manifestauit se iterum Jesus discipulis suis ad mare Tiberiadis: manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus, ⁊ Thomas: qui dicitur Dydimus. Et reliqua. c. 21.

Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio sancti euangelij, q̃ modo i vris aurib' lecta est, fratres charissimi, q̄stione animū pulsat, sed pulsatiōe sua vim discretionis indicat. Queri etenim potest, cur Petrus: q piscator ante cōuersionez fuit: post ɔuersionē ad piscationē re

dũt? Et cũ veritas dicat, Nemo mittẽs manũ suã ad aratrũ: & aspiciens retro, aptus est regno dei: cur repetijt qd reliqt? Sed si virtus discretionis inspicit, citius videtur: quia nimirũ negocium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. R. Ecce vicit Leo de tribu Juda, radix Dauid, aperire librum & soluere septem signacula eius. Haleluiah, haleluiah, haleluiah. V. Dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Halla. Lec. ij.

Nam piscatorem Petrum, Matthęũ vero Telonearium scimus: & post conuersionem suam ad piscationem Petrus redijt, Matthęus vero ad telonei negocium non resedit. Quia aliud est victum p piscationẽ quęrere, aliud telonei lucris pecunias augere. Sũt enim pleraq; negocia, quę sine peccatis exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt. Quę ergo ad peccatum implicãt, ad hęc necesse est vt post cõuersionẽ aius non recurrat. R. Ego sum vitis vera: & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, haleluiah, haleluiah. V. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi me vos. Qui G lo. Qui. Lectio tertia.

Quęri etiam potest: cur, discipulis in mari laborãtibus post resurrectionem suam dñs in litore stetit: qui ante resurrectionem suam coram discipulis in fluctibus maris ambulauit? Cuius rei ratio festine cognoscitur: si ipsa, quę tunc inerat, causa pensetur. Quid etenim mare, nisi pręsens seculum designat? quod se casuum tumultibus, & vndis vitę corruptibilis illidit? Quid per soliditatem litoris, nisi illa perpetuitas quietis ęternę figuratur? Qr igitur discipuli adhuc fluctibus mortalis vitę inerant, in mari laborabant. Quia autem redẽptor noster iam corruptionẽ carnis excesserat, post resurrectionem suam in litore stabat. Ad Benedictus. Antiphona. Mittite in dexterã nauigij rete, & inuenietis, hal. Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dñicę annua solennitate lętificas: cõcede propitius: vt per temporalia festa quę agimus, peruenire ad gaudia ęterna mereamur. Per eundem. Ad Mag. Ant. Dixit Jesus discipulis suis: Afferte de piscibus, quos prehendidistis nũc. Ascendit autẽ Simõ Petrus: & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, haleluiah.

FERIA QVINTA.

V. Surrexit dominus de sepulcro, haleluiah. R. Qui pro nobis pepẽdit in ligno, haleluiah.

Lectio

Lcō s.euāg.ſcm Johannē. Lc.j.

c.20. IN illo tēpore, Maria stabat ad monumentū foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se, ⁊ prospexit in monumentum, ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

MAria Magdalene, q̄ fuerat in ciuitate peccatrix, amando veritatem lauit lacrymis maculas criminis, ⁊ vox veritatis impletur qua dicitur. Dimissa sūt ei peccata multa, qm̄ dilexit multū. Que enim prius frigida peccando remanserat, postmodum amando fortiter ardebat. Nā postquā venit ad monumentū, ibiq; corp⁹ dn̄icū nō inuenit, sublatū credidit, atq; discipulis nunciauit: qui veniētes viderunt, atq; ita esse, vt mulier dixerat, crediderunt: ⁊ de eis protinus scriptū est. Abierunt ergo discipuli ad semetipsos, ac deinde subiungitur, Maria autem stabat ad monumētum foris plorans. ℟. Tulerunt dominum meum, ⁊ nescio vbi posuerunt eum. Dicunt ei angeli: Mulier qd ploras? surrexit sicut dixit. Precedet vos in Galileam: ibi eū videbitis, haleluiah, halla. ℣. Cum ergo fleret inclinauit se, ⁊ prospexit in monumētū, ⁊ vidit duos angelos in albis sedentes, qui dicūt ei. Prece. Lectio ij.

QUa in re pensandū est, huius mulieris mentē quāta vis amoris accenderat: que a monumento dn̄i, etiam discipulis recedentibus, non recedebat. Exquirebat enim, quē nō inueniebat: flebat inquirendo, ⁊ amoris eius igne succensa, eius quem ablatū credidit, ardebat desiderio. Unde contigit, vt eū tunc sola videret, q̄ remanserat, vt quereret: quia nimirū virtus boni operis perseuerantia est, ⁊ voce veritatis dicitur: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. ℟. Congratulamini mihi oēs qui diligitis dn̄m: quia quem querebā, apparuit mihi. Et dū flerem ad monumentū, vidi dn̄m, halelu. haleluiah. ℣. Recedentibus discipulis non recedebam: ⁊ amoris eius igne succensa ardebā desiderio. Et. Gloria. Et. Lectio tertia.

MAria ergo cum fleret, inclinauit se, ⁊ prospexit in monumentū. Certe iam monumentū vacuū viderat, iam sublatū dn̄m nunciauerat. Quid est quod se iterū inclinat, iterū videre desiderat? Sed amanti semel aspexisse nō sufficit: quia vis amoris itētionē multiplicat inquisitionis. Quesiuit ergo pri⁹, ⁊ minime inuenit: perseuerauit vt quereret, vnde ⁊ contigit vt inueniret: actūq; est, vt desideria dilata crescerent, ⁊ crescentia caperent quod inuenissent. Ad Benedictus. Antiphona. Maria stabat ad monumētum

plorās, et vidit duos angelos in albis sedētes, et sudariū qd fuerat sup caput Jesu, halle. Oro.

Deus, q diuersitatē gētiū in cōfessione tui nominis adunasti: da, vt renatis fonte baptismatis, vna sit fides mentiū, et pietas actionum. Per dñm.

Ad Mag. An. Tulerunt dñm meū: et nescio vbi posuerūt eū: si tu sustulisti eū, dicito mihi, halleluiah, et ego eum tollam, hal.

FERIA SEXTA.

℣. Surrexit dñs vere, Halelu.
℟. Et apparuit Simoni, hall.

Lcō .j. euāg. sm Matheū. C. j.

C.28. In illo tēpore. Undecim discipuli abierūt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Jesus. Et reliqua.

Homilia s. Hieronymi presby.

Post resurrectionem Jesus in monte Galilee conspicitur: ibiq adoratur: licet quidam dubitarunt: et dubitatio eorum nostram augeat fidem. Tunc manifestius ostēdit Thome et latus lancea vulneratū, et manus fixas demonstrat clauis. Accedens Jesus locutus est eis dicēs: Data est mihi ois potestas in celo et in terra. Illi potestas data est, qui paulo ante crucifixus: qui sepultus in tumulo: qui mortuus iacuerat: qui postea resurrexit. In celo autem et in terra potestas data est: vt qui ante regnabat in celo: per fidē credentiū regnet et in terris. ℟. Surgens Jesus dñs noster, et stās i medio discipulorum suorum dixit. Pax vobis, halleluiah: gauisi sunt discipuli viso dño, halelu. ℣. Una ergo sabbatorum, cum fores essent clause, vbi erant discipuli congregati, venit Jesus, et stetit in medio eorum, et dixit. Pax vobis. Lectio ij.

Euntes aūt docete oēs gētes, baptizātes eos i noīe pr̄is, et filij, et spūs scti. Primum docēt oēs gētes, deinde doctas intingunt aqua. Non enim potest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatē. Baptizant aūt in noīe pr̄is, et filij, et spiritus sancti: vt quorū vna est diuinitas, vna sit largitio: nomenq Trinitatis vnus Deus est. ℟. Expurgate vetus fermentū, vt sitis noua conspersio, etenim pascha nostrū immolatus est Chrs: Itaq epulemur in dño. Hale. ℣. Mortuus est pter delicta nr̄a, et resurrexit pter iustificationē nostrā. Itaq. Gloria. Hale. L. iij.

Docētes eos seruare oīa, quecunq mādaui vobis. Ordo pcipuus: iussit apostolis, vt primū docerent oēs gentes: deinde fidei itingerēt sacramēto: et post fidē, ac baptisma, que essent obseruāda preciperent. Ac ne putemus leuia esse que iussa sūt, et pauca, addidit: Omnia quecunq mādaui vobis: vt quicūq crediderint, q in Trinitate

nitate fuerint baptizati: omnia faciant, que precepta sunt. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Qui vsque ad consummationem seculi cum discipulis se futurum esse promittit, et illos ostendit semper esse victuros, et se nunquam a credentibus recessurum. Ad Bndis. Aña. Undecim discipuli in Galilea videntes dominum adorauerunt, halleluiah. Oro.

Omnipotens, sempiterne Deus: qui paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti: da mentibus nostris: vt quod professione celebramus, imitemur effectu. Per dnm nostrum. Ad Mag. Aña. Data est mihi omnis potestas in celo, et in terra, halleluiah.

SABBATHO

In Albis.

℣. Gauisi sunt discipuli, halle. ℟. Viso domino, halleluiah.

Lcō s. euāg. sm Johānem. Lec. j.

c. 20. In illo tempore: Una sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebre essent, ad monumentum. Et reli. Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio sancti euangelij, quam modo fratres audistis, valde in superficie historica, est aperta: sed eius nobis sunt mysteria sub breuitate requirenda. Maria Magdalene, cum adhuc tenebre essent, venit ad monumentum. Iuxta historiam notatur hora, iuxta intellectum vero mysticum, requirentis signatur intelligentia. Maria enim auctorem omnium: quem carne viderat mortuum, querebat in monumento: et quia hunc minime inuenit, furatum credidit. Adhuc ergo erant tenebre quando venit ad monumentum. Cucurrit ergo citius, discipulisque nunciauit: sed illi pre ceteris cucurrerunt, qui pre ceteris amauerunt, videlicet Petrus et Johannes. ℟. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: Quod autem viuit, viuit Deo, hale. halelu. ℣. Mortuus est semel propter delicta nostra: et resurrexit propter iustificationem nostram. Quod. Lec. ij.

Currebant autem duo simul: sed Johannes precucurrit citius Petro, et venit prior ad monumentum, et ingredi non presumpsit. Uenit ergo posterior Petrus, et intrauit. Quid fratres: quid cursus iste significat? Nunquid hec tam subtilis euangeliste descriptio a mysterijs vacare credenda est? minime. Neque enim se Johannes, et preisse: et non intrasse diceret, si in ipsa sua trepidatione mysterium aliquod defuisse credidisset. Quid ergo per Johannem, nisi synagoga? quid per Petrum, nisi Ecclesia designatur? ℟. Isti sunt agni nouelli, qui annunciauerunt, halleluiah, mo-

do venerunt ad fontes. Repleti sunt claritate, hale. hale. ℣. In ɔspectu agni, amicti sunt stolis albis, ⁊ palme in manibꝰ eorū. Repleti. Glo. Repleti. Lectio.

Nec mirū esse videatur, ꝙ per iuniorem synagoga, per seniorem vero Ecclesia signari perhibetur: quia etsi ad Dei cultum prior est synagoga quam Ecclesia Gentium, ad vsum tamen seculi prior est multitudo Gentium, quā synagoga, Paulo attestante: qui ait: Quia nō prius quod spirituale est, sed quod animale. Per seniorem ergo Petruȝ significat Ecclesia Gentium: per iuniorē vero Johanneȝ synagoga Judeorum. Currunt ambo simul: quia ab ortus sui tempore vsqȝ ad occasuȝ pari ⁊ cōmuni via, etsi non pari ⁊ cōmuni sensu gētilitas cuȝ synagoga cucurrit. Venit synagoga prior ad monumentū, sed minime intrauit, quia legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac passione dn̄ica audiuit, sed credere in mortuū noluit.

Ad Bñs. Ana. Currebāt duo simul, ⁊ ille aliꝰ discipulus precu currit citiꝰ Petro, ⁊ venit prior ad monumentū, hale. Oratio.

Concede, q̄ sumꝰ, omnipotēs Deꝰ: vt qui festa paschalia venerando egimus, per hec ɔtingere ad gaudia eterna mereamur. Per dn̄m nostrum. Ad vesperas [illegible]

Ana. Haleluiah, haleluiah, [illegible] ps. Benedictus. 59. [illegible] Cap.

Carissimi, oē quod natuȝ est ex Deo vincit mundū: ⁊ hec est victoria, q̄ vincit mundum, fides nostra. Hymnus.

Ad cenam agni prouidi. 200. [illegible] nant cū versu. Gloria tibi dn̄e, Qui surrexisti a mortuis ⁊c.

℣. Mane nobiscum dn̄e, halle. ℟. Quoniā aduesperascit, hal. Ad Mag. Ana. Cum esset sero die illa, vna sabbathorū, ⁊ fores essent clause: vbi erant discipuli congregati in vnum, stetit Jesus i medio ⁊ dixit eis, Pax vobis, haleluiah. Oratio.

Presta, q̄sumus, oipotens Deus: vt q paschalia festa peregimus, hec te largiente moribus ⁊ vita teneamus. Per do. ℣. Benedicamus domino. Deinceps dicitur hic. Halelu.

¶ Cōpletoriū dicit [illegible] omnibus precibus, ⁊ loco Ane Miserere, [illegible] Hall. hall. hal. [illegible] Salua nos. addi Hale. [illegible] Hale. [illegible] Hal. [illegible] dicitur semel.

DOMINICA in Albis.

In octa. Pasche offm fit dupl: Ad Mat. Inuit. Surrexit dñs vere, Halle. ps. Venite. Hym. Rex sempiterne. 299. vt i y. fer. In j. noct. Ana. Haleluiah, Lapis reuolutus est, hale. ab ostio monumenti, haleluiah, halelu. [illegible] de [illegible] ut in Psalte. fol. 2. qui dicuntur in quolibet [illegible] Antiphona. ℣. Surrexit domin⁹ de sepulcro, Haleluiah. [illegible] Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah. [illegible] ad Co[illegible].

Si cõsurrexistis cuz Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: que sursuz sunt sapite, non que super terrã. Mortui enim estis, 7 uita uestra abscõdita est cũ Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tunc 7 uos apparebitis cuz ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra, que sunt super terraz, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, 7 auaritiam, que est idolorũ seruitus. Propter que uenit ira Dei super filios incredulitatis, in quibus 7 uos ambulastis aliqñ, cum uiueretis in illis. ℟. [illegible]ngelus dñi descendit de celo, 7 accedẽs reuoluit lapidem, 7 super eum sedit, 7 dixit mulieribus: Nolite timere: scio enim qr crucifixuz queritis: iaz surrexit, uenite, 7 uidete locuz ubi positus erat dominus, Halelu. ℣. Et introeuntes in monumentũ uiderunt iuuenem sedentem a dextris coopertũ stola candida, 7 obstupuerunt: qui dixit illis. Nolite. Lectio y.

Nunc autẽ deponite 7 uos oia, iram, indignationes, malitia, blasphemiã, turpẽ sermonem de ore uestro. Nolite mentiri inuicem: expoliantes uos ueterem hominem cũ actibus suis, 7 induentes nouum, eum qui⁹ renouatur in agnitionẽ Dei ẽm imaginem eius, qui creauit illum, ubi non est masculus 7 femina, Gentilis 7 Iudeus, circuncisio 7 preputium, Barbarus 7 Scytha, seruus 7 liber, sed oia 7 in omnib⁹ Christus. Induite uos ergo sicut electi Dei, sancti 7 dilecti, uiscera misericordie, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patiẽtiam, supportantes inuicẽ, 7 donãtes uobismetipsis, siquis aduersus aliquẽ habet querelã. Sicut 7 dñs donauit uobis, ita 7 uos. ℟. Angelus dñi locutus est mulieribus dicens: Quem queritis? an Iesuz queritis? iã surrexit, Venite, 7 uidete, halelu. halelu. ℣. Iesum queritis Nazarenum crucifixum? surrexit, non est hic. Venite. [illegible]

Super oia aũt hec charitatẽ habere, qd est uinculũ pfectionis, 7 pax Christi exul

tet

tet in cordibus vestris, in qua et vocati estis in vno corpore: et grati estote. Uerbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes, et commonentes vosmetipsos in psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, oia in nomine dñi nři Jesu Christi facite, gratias agētes Deo, et patri per ipsum. ℟. Dū trāsisset. 192. et reliqua ℟ia pcedētis hebdō dicant p ordinē vt notanē in sequen. lectio. In ij. noct. Aña. Malel. quem querīs. et c. psalō. Cōserua. 5. cū rel. vt su. in psal. ℣. Surrexit dñs vere, halelui. ℟. Et apparuit Simoni, hale. Sermo s. Augustini epi. Lec. iiij.

Paschalis solēnitas hodierna festiuitate pcluditur, et ideo hodie neophytorū habitꝰ cōmutatur, ita tamē vt. cādor: q habitu deponit, semp i corde teneat. In qua qdē primū nobis agēdū est, vt qa paschales dies sunt, id est idulgētie ac remissionis, ita a nobis sanctorū dierū festiuitas agat, vt relaxatione corporū puritas nō obscuret: sed potius abstinētes ab oi luxu, ebrietate, lasciuia, demus operā sobrie remissioni, ac sancte sinceritati: vt qcqd mō corporali abstinētia nō acqrimus, mentium puritate quæramus. ℟. Maria Mag. 193. Lec. v.

Ad omnes quidez pertinet sermo, quos cura nostra complectitur: veruntamē, hodie terminata sacramētorū solennitate vos alloquimur nouella germina sanctitatis, regenerata ex aqua et Spiritu sācto: germen piū, examen nouellum, flos nostri honoris, et fructus laboris: gaudiū et corona mea: oēs qui statis in dño, apostolicis verbis vos alloquor: Ecce nox pcessit, dies autē appropinquauit. Abycite opera tenebrarū, et induite vos arma lucis, sicut in die honeste ambulemus. Non in cōmessationibus et ebrietatibus, nō in cubilibus et impudicitijs, non in contētione, et emulatione: sed induimini dñm Jesum Christū. ℟. Surrexit pastor. 193. Lectio vj.

Habemus, inquit, certiorē pphaeticū sermonem, cui bene facitis intēdētes, tanq̄ lucerne lucēti in obscuro loco, donec dies lucescat, et lucifer oriatur i cordibꝰ vřis. Sint ergo lūbi vři accincti, et lucerne ardētes i manibꝰ vřis: et vos similes hoibꝰ expectātibꝰ dñm suū, qñ reuertat a nuptijs. Ecce dies adueniūt in qbꝰ dñs dicit: Pusillū, inquit, et nō videbitis me: et iterum pusillum, et videbitis me. Hec est hora, de qua dixit: Uos tristes eritis, seculū autez gaudebit, id est vita ista tētatio nibꝰ plena, in qua pegrinamur ab eo. Sed iterū, inquit, videbo

vos,

vos: et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. ℟. Virtute magna. 193. In iii. noc. An. Allel. noli flere. Ps. Celi enarrant. 7. cum rel. vt in psalt. ℣. Gauisi sunt discipuli halleluiah. ℟. Viso dño, hall. Lcō v. euag. sm Johan. Ca. xx.

In illo tempore: Cum esset sero die illa vna sabbathorum, et fores essent clause, vbi erant discipuli congregati propter metum Judeorum, venit Jesus et stetit in medio, et dixit eis: Pax vobis. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Pape.

Prima lectionis huius euangelice questio animum pulsat, quomodo post resurrectionem corpus Dominicum verum fuit, quod clausis ianuis ad discipulos ingredi potuit? Sed sciendum nobis est, quod diuina operatio, si ratione comprehenditur: non est admirabilis: nec fides habet meritum, cui humana ratio prebet experimentum. Sed hec ipsa Redemptoris nostri opera: que ex semetipsis comprehendi nequaquam possunt, ex eius operatione pensanda sunt, vt rebus mirabilibus fidem prebeant facta mirabiliora. Illud enim corpus dñi intrauit ad discipulos clausis ianuis: quod videlicet ad humanos oculos per natiuitatem suam clausio exiit vtero Virginis. Quid ergo mirum, si clausis ianuis post resurrectionem suam in eternum iam victurus intrauit, qui moriturus veniens, non aperto virginis vtero exiit? ℟. De ore pru. 194. Lc. vij.

Sed quia ad illud corpus quod videri poterat fides intuentium dubitabat, ostendit eis protinus manus, et latus: palpandam carnem prebuit, quam clausis ianuis introduxit. Qua in re duo mira, et iuxta humanam rationem sibi valde contraria ostendit: dum post resurrectionem suam corpus suum incorruptibile, et tamen palpabile demonstrauit. Nam et corrumpi necesse est, quod palpatur: et palpari non potest quod non corrumpitur. Sed miro modo atque inestimabili Redemptor noster et incorruptibile post resurrectionem, et palpabile corpus exhibuit, vt monstrando incorruptibile, inuitaret ad premium, et prebendo palpabile, firmaret ad fidem. Et incorruptibilem se ergo, et palpabilem demonstrauit: vt profecto esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, et einsdem nature, et alterius glorie. ℟. Surgens Jesus. 195. vt in fe. i. Lc. ix.

Pax vobis. Sicut misit me pater, et ego mitto vos. Idest sicut misit me pater Deus Deum, et ego mitto vos homo homines. Pater filium misit, qui hunc pro redemptione generis humani incarnari constituit. Quem videlicet in mundum venire ad passionem voluit: sed tamen amauit eum, quem ad passionem misit. Electos vero apostolos dñs

non

non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passiones in mundū mittit. Quia ergo, & filius amatur a patre, & tamen ad passionem mittitur: ita & discipuli a domino amantur, qui tamen ad passionez mittunt in mundum. Itaqꝫ recte dicitur: Sicut misit me pater & ego mitto vos. Idest ea vos charitate diligo, cū inter scandala persecutorum mitto, qua me charitate pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Ad Laudes Aña. Halelu. ps. Dñs regna. 8. cum reliq. ps. & Añ. de psal. Cap. Carissimi, oc. 196. Hym. Aurora lucis. 200. vt in festa fer. ℣ In resurrectiõe tua Chre, hale. ℟. Celi & terra letentur, hale. Ad Bñs. Aña. Cum esset sero. 199. vt supra in vespe. Oro vt sup. Ad I. Añ. Halelulab, haleluiah, halelu. ps. Deus in nomine tuo. Beati immaculati. Retribue. & Quicunqꝫ. Cap. Regi seculorum. ℟. bre. Christe fili Dei viui, miserere nobis, Halelu. halelu. ℣ Qui surrexisti a mortuis. Halelu. halelu. Gloria patri. ℣. Exurge Christe adiuua nos haleluiah. ℟. Et libera nos propter nomen tuum, haleluiah. & sic dr ℟. bre. vsqꝫ ad Ascensi. & qñ non est duplex: dñr preces de Dñica, vt i Psalterio. Oro. Domine Deus omnipotens. Ad Absol. Cap. Si cõsurrexistis cum Chro. vt in Psalt. 13.

Ad iij. & alias horas. Añ. Hale. hal. hal. hal. Cap. Carissimi. omne. 196. ℟. b. Surrexit dñs de sepulcro, Hal. hal. ℣. Qui pro nobis pependit in ligno. Hale. haleluia. Gloria. Surrexit dñs. ℣. Surrexit dñs vere, halelu. ℟. Et apparuit Simoni, hale.

Ad Sextam. Capitulum.

Quis est autem: qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est filius Dei? hic est, qui venit per aquam & sanguinem Jesus Christus, non in aqua soluz, sed in aqua & sanguine. ℟. Surrexit dominus vere, Haleluiah, haleluiah. ℣. Et apparuit Simoni. Halelu: Gloria. Surrexit. ℣. Gauisi sunt discipuli, haleluiah. ℟. Viso domino, haleluiah.

1. Joã. 5.

Ad Nonam. Capitulum.

Si testimonium hominuz accipimus, testimoniuz Dei maius est: qñ hoc est testimoniū dei, quod maius est: qa testificatus est de filio suo: Qui credit i filiū dei, habet testimonium dei in se. ℟. Gauisi sunt discipuli, Hale. hale. ℣. Viso dño. Hal. Gloria. ℣ Mane nobiscū dñe, hale. ℟. Qm aduesperascit, hale. Ad Vesp. Aña. Hale. ps. Dixit dominus. 52. cuz reliq. de dñica, qui sub vna tantū Aña dñr. Cap. Carissimi oc. 196. Hym. Ad cenā. 200. ℣ Mane nobiscuz dñe: halelu. ℟. Qm aduesperascit, halelu. Ad Mag. Añ. Post dies octo ianuis

ianuis clausis ingressus dñs dixit eis, Pax vobis, halla. halla. Oro. [illegible] zgsta qs. 196. Hym. ℣. & ℟. Ore. huius dominicę dicuntur vsque ad Ascensio, etiam in feriali officio.

FERIA SECVNDA.

Inuit. Haleluiah, Hal. Hal. Halla. psalm. Venite. Hymnus.

Rex sempiterne dñe, Rerũ creator oium, Qui eras añ secula Sẽper cũ pře filius,

Qui mundi in primordio Adam plasmasti hominem, Cui tuę imagini Vultum dedisti similem.

Quem diabolus deceperat Hostis humani generis, Cuius tu formam corporis Assumere dignatus es,

Ut hominem redimeres, Quem ante iaz plasmaueras, Et nos deo coniungeres. Per carnis contubernium.

Quem editum ex virgine Pauescit omnis anima, Per quem & nos resurgere Deuota mente credimus,

Qui nobis per baptismum Donasti indulgentiam, Qui tenebamur vinculis Ligati conscientię,

Qui crucem propter hominem Suscipere dignatus es, Dedisti tuum sanguinem Nostrę salutis precium:

Quesumus auctor omnium, In hoc Paschali gaudio Ab omni mortis impetu Tuum defende populum.

Gloria tibi domine, Qui surrexisti a mortuis, Cum patre & sancto spiritu, In sempiterna secula. Amen.

Aña. Hal. ps. Dñs illumi. 19. cũ rel. de ij. fer. vt in Psalterio. psal. feriales noc. & vesp. oñr sub vna Aña. Hal. vsq; ad Ascẽs.

℣. Surrexit dominus de sepulcro, halla. ℟. Qui pro nobis pependit in ligno, haleluiah.

Incipit liber Actuum Apostolorum. Lectio prima.

Primũ quidẽ sermone feci de oĩbus, o Theophile, q̃ cepit Jesus facere & docere, vsq; in diẽ, qua pcipiẽs apl̃is p spiritũ sanctum quos elegit, assumptus est: qbus & pbuit seipsum viuũ post passionẽ suã i multis argumẽtis, p dies quadraginta apparẽs eis, & loquẽs de regno dei. Et puescẽs pcepit eis, ab Jerosolymis ne discederẽt: sed expectarẽt promissionem patris, quã audistis (inquit) per os meũ: qa Johannes quidẽ baptizauit aqua, vos aũt baptizabimini spiritu sctõ, nõ post multos hos dies. Igitur qui cõuenerãt, interrogabant eũ: dicentes: Dñe, si in tempore hoc restitues regnũ Israel? Dixit aũt eis: Nõ est vestruz nosse tẽpora vel momẽta, quę pater posuit i sua potestate: sed accipietis

pietis virtutē superueniētis spiritus scti in vos: et eritis mihi testes in Jerusalē, et in omni Judea, et Samaria, et vsqz ad vltimū terre. ℟. Uirtutes ma. 192 vt sup. in iij. fer. infra Oct. vnde etiā sumunt, que in sequētibus lectionibus signata sunt. Lc. ij.

Et cum hec dixisset, videntibus illis eleuatus est, et nubes suscepit euz ab oculis eorum. Cumqz intuerentur in celum eūtē illū, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui et dixerunt: Uiri Galilei, quid statis aspicientes in celū? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in celum, sic veniet quēadmodum vidistis eum euntem in celū. Tunc reuersi sunt Jerosolymam a monte, qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Jerusalem, sabbathi habens iter. Et cum introissent in cenaculum, ascenderunt vbi manebāt Petrus, et Johannes, Jacobus et Andreas, Philippus, et Thomas, Bartholomeus, et Matthęus, Jacobus Alphei, et Simon Zelotes, et Judas Jacobi. Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cū mulieribus, et Maria matre Jesu, et fratrib' eius. ℟. De ore prudentis. 194. Lectio iij.

In diebus illis: Exurgens Petrus in medio fratruz dixit: (erat autē turba hominū simul fere centum viginti.) Uiri fratres oportet impleri scripturaz, quam predixit spiritus sanct' per os Dauid de Juda, q fuit dux eorū qui comprehenderunt Jesum, qui cōnumeratus erat in nobis, et sortitus est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit agruz de mercede iniquitatis, et suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius: et notum factum est omnibus habitantib' Jerusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum Acheldama, hoc ē ager sanguinis. Scriptū est enim in libro psalmorū. Fiat cōmoratio eorū deserta, et nō sit qui inhabitet in ea: et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris, q nobiscū sunt cōgregati in omni tēpore, quo intrauit et exiuit inter nos dñs Jesus, incipiēs a baptismate Johānis, vsqz in diē qua assumptus est a nobis, testez resurrectionis eius nobiscū fieri unū ex istis. Et statuerūt duos, Joseph q vocabat Barsabas, q cognominat' est Just': et Mathiā: et orātes dixerūt: Tu dñe, q corda nosti oiuz, ostende quē elegeris ex his duobus unū, accipere locū ministerij huius, et apostolatus, de quo puaricatus est Judas: ut abiret in locū suū: Et dederūt sortes eis, et cecidit sors super Mathiā, et annumeratus est cū undecim apostolis. Hoc tpe Pasch. nō di iij. ℟. in ferialī offō, sed [illegible] deū. Ad Laud. An. Hall. cū reli. ut in Dñi.

In Dñica.po. Dñs reg.8. Cap.

Ro. 6.

Christus resurgẽs ex mortuis, iã nõ morit: mors illi vltra nõ domina bit: qd enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autẽ viuit, viuit deo. Hym.

Aurora lucis rutilat,
Celũ laudibus intonat,
Mundus exultans iubilat,
Gemens infernus vlulat.
Cum rex ille fortissimus,
Mortis confractis viribus,
Pede conculcans tartara,
Soluit a pena miseros.
Ille qui clausus lapide
Custoditur sub milite,
Trimphans pompa nobili
Victor surgit de funere.
Solutis iam gemitibus,
Et inferni doloribus,
Quia surrexit dominus,
Resplendẽs clamat angelus.
Quesumus auctor omnium,
In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre, ꝛ sancto spiritu.
In sempiterna secula. Amen.
℣. In resurrectione tua Chrẽ, hal. ℟. Celi ꝛ terra letent, hal.
Ad Benedictus. An. tñbona. Surgẽs Jesus mane prima sab bathi, apparuit primo Marie Magdalene, de qua eiecerat sẽ ptem demonia, haleluiah.

Deinde di Oro dñice pterite. Postea fit cõm. de Cruce: que quotidie fit in Matut. ꝛ vespe. vsq ad Ascensi. tam in offõ de tpe, quã de sãctis, nisi fiat dup.
¶ Aliç cõm. de Apostolis, ꝛ de Pace non dñr tpe Paschali.
In Laudibus. Aña de Cruce. Crucifixus surrexit a mortuis, ꝛ redemit nos, haleluiah: hale.
℣. Dicite in nationib᷒, halelu/iah. ℟. Quia dñs regnauit a ligno, haleluiah. Oratio.

Deus, qui pro nobis filium tuũ crucis patibulũ subi re voluisti, vt inimici a nobis expelleres ptãtẽ: cõcede nobis famulis tuis, vt resurrectionis gratiã ꝯsequamur. Per eundẽ.
In Vespe. An. Crucem san/ctã subijt, q infernũ ꝯfregit: ac/cinctus est potẽtia, surrexit die tertia, hal. ℣. ℟. ꝛ Oro vt sup.
¶ Prima i feriali offõ dicit in festis simplicib᷒ toto tẽpore Pasch. scilicet ps. Deus in no/mine. Beati immaculati. ꝛ Re tribue. Psalmi Do. autẽ dñr co quatuor: Hale. Cap. Regi se/culorũ. ℟. bre. vt sup. in dñica. Preces vt i Psal. de dñica. 12. Ad iij. Aña. Haleluiah, halelu. hale. hale. Cap. Christus re/surgẽs. ℟. bre. Surrexit dñs de sepulcro, Haleluiah, hal. ℣. Qui p nobis pepẽdit in ligno. Hal. hal. Gloria pa. ℣. Surre/xit dñs vere, hal. ℟. Et appa/ruit Simoni, hal. Ad vi. Aña Hale. hale. hale. halelu: Ca

Christus

1. Cor. 15.

Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium: quoniam quidem per hominem mors, et per hominé resurrectio mortuorum: et sicut in Adá oés moriunt, ita et in Christo oés viuificabuntur. R. Surrexit dñs vere. Hal, haleluiah, ℣. Et apparuit Simoni. Hal, hal. Gloria. Surrexit. ℣. Gauisi sunt discipuli, haleluiah: R. Viso dño, hal. Ad iij. Aña. Halla, halla, halla, hal. Cap.

1. Pet. 2.

Christus semel pro peccatis nris mortu9 est, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, mortificatos quidé carne, viuificatos aút spiritu. R. b. Gauisi sunt discipuli, Hal. halla. ℣. Viso dño. Hal. hal. Gloria. Gauisi. ℣. Mane nobiscú dñe, hal. R. Qm aduesperascit, halla. Ad vesp. Aña. Halla. ps. Dilexi. 54. cú rel. et psalt. sub vna Aña. Cap. Chris resur. Hymn.

Ad cenam agni, prouidi,
Et stolis albis candidi,
Post transitum maris rubri,
Christo canamus principi,
Cuius corpus sanctissimum,
In ara crucis torridum,
Cruore eius roseo
Gustando, viuimus Deo.
Protecti Pasche vespere
A deuastante angelo,
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio,
Iam Pascha nrm Chris est,
Qui immolatus agnus est,
Sinceritatis azyma
Caro eius oblata est.
O vere digna hostia,
Per quá fracta sunt tartara,
Redempta plebs captiuata,
Reddita vite premia.
Consurgit Christus tumulo,
Victor redit de barathro,
Tyrannum trudens vinculo,
Et reserans paradisum.
Quesumus auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
Gloria tibi domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre, et sancto spiritu:
In sempiterna secula. Amen.

℣. Mane nobiscum dñe, hal. R. Qm aduesperascit, halla. Ad Mag. Aña. Pax vobis, ego sum, halla, nolite timere, hal. Inui. et Cap. suprascripta sunt de dñi in feriali Offo vsq ad Asc.

FERIA TERTIA

De Actibus Apłorum. Lec. j. ca. ij.

Et cú complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, et factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, et repleuit totam domum vbi erát sedentes. Et apparuerunt illis dispertite linguę tanquam ignis, seditq; supra singulos eorum: et repleti sunt omnes spiritu sancto: et ceperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ierusalé habitantes Iudei viri religiosi,

gioni et omni natione, que sub celo est. Facta autē hac voce ꝯuenit multitudo, ⁊ mēte confusa est, quoniā audiebat vnusquisque lingua sua illos loquētes. Stupebāt autē oēs, ⁊ mirabātur dicentes: Nōne ecce oēs isti qui loquuntur Galilei sunt? ⁊ quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostrā in qua nati sumus? ℟. Ecce vicit leo. vt sup. in iii feria. 194. Lec. ii.

Stans Petrus cum vndecim leuauit vocē suā, ⁊ locutus est eis: Uiri Judei, ⁊ qui habitatis Jerusalem vniuersi: hoc vobis notum sit, ⁊ auribus percipite verba mea. Nō enim sicut vos estimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictū est per prophetam Joel. Et erit in nouissimis diebus (dicit dñs) effundā de spiritu meo super oēm carnem, ⁊ prophetabunt filij vestri ⁊ filie vestre, ⁊ iuuenes vestri visiones videbūt, ⁊ seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, ⁊ super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo, ⁊ prophetabunt, ⁊ dabo prodigia in celo sursū, ⁊ signa in terra deorsū, sanguinē, ⁊ ignē, ⁊ ⁊ vaporē fumi. Sol ꝯuertetur in tenebras, ⁊ Luna i sanguinē antequā veniat dies dñi magnus ⁊ manifestus. Et erit, oīs quicūque inuocauerit nomen dñi, saluus erit. ℟. Ego sum. 194. Lec. iii.

Uiri Israelite, audite verba hec. Jesū Nazarenum, virum approbatum a deo in vobis, virtutibus, ⁊ prodigijs, ⁊ signis: q̄ fecit Deus per illum in medio vr̄i, sicut vos scitis: hunc definito cōsilio, ⁊ prescientia traditū per manus iniquorū affligentes interemistis, quē Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illū ab eo. Dauid enī dicit in eū. Prouidebā dñm i ꝯspectu meo semp, qm̄ a dextris est mihi, ne cōmouear. Propter hoc letatū ē cor meū ⁊ exultauit lingua mea: insup ⁊ caro mea requiescet in spe. Qm̄ nō derelinques aiā meā i inferno, nec dabis sctū̄ videre corruptionē. Ad Bñs. Añ. Precedā vos in Galileam, ibi me videbitis, sicut dixi vobis, hallā. hallā. Ad Mag. Añs. Mitte manū tuā ⁊ cognosce loca clauorū, halleluiah, ⁊ noli esse incredulus: sed fidelis, hal.

FERIA QVARTA.

De Actibus Apostolorū. Lec. i.

Petrus autē ⁊ Johannes ascēdebāt in tēplū ad horā orationis nonā. Et qdā vir, q erat claudus ex vtero matris sue, baiulabat, quem ponebant quotidie ad portā templi, q̄ dr̄ speciosa, vt peteret elecmosynā ab introeūtib⁹ in tēplū. Js cum vidisset Petrū ⁊ Johannē incipientes introire in tēplū, rogabat vt elecmosynam acciperet.

Intuens aut in eu Petrus cum Johanne, dixit: Respice in nos. Et ille intendebat in eos, sperans se aliqd accepturu ab eis. Petrus autem dixit: Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo: hoc tibi do. In nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula. ℟. Surgens Jesus. 195. vt sup. in v. fer. Lectio ij.

Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eu, et protinus consolidate sunt bases ei?, et plante: et exiliens stetit, et ambulabat: et intrauit cum illis in templu ambulans, et exiliens, et laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem et laudantem Deum. Cognoscebant autem illum, qp ipse erat qui ad elemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: et impleti sunt stupore et extasi, in eo quod contigerat illi. Cum viderent autem Petru et Johannem, cucurrit ois populus ad eos ad porticu: q appellatur Salomonis, stupentes. ℟. Expurgate. vt. 195. Lec. iij.

Videns aut Petrus respondit ad populu. Viri Israelite qd miramini i hoc? aut nos qd intuemini? quasi nostra virtute aut ptate fecerim? huc ambulare. Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patru nostroru, glorificauit filiu suu Jesum: que vos quidem tradidistis, et negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Vos aut sanctu et iustu negastis, et petijstis viru homicidam donari vobis, auctore vero vite interfecistis: que deus suscitauit a mortuis, cuius nos testes sumus. Et in fide nois eius, huc que vos videtis et nostis, confirmauit nomen eius: et fides, q per eu est, dedit itegra sanitate ista in conspectu omnium vestrum. Ad B. Añ. Ego su vitis vera, bal. et vos palmites veri, bal. Ad M. Aña. Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati q non viderunt, et crediderunt, balla.

FERIA QVINTA.

De Actibus Aploꝝ. Lec. i.

Vir aut qda nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vedidit agrum, et fraudauit de precio agri: conscia vxore sua: et afferens partem quandam, ad pedes Aploꝝ posuit. Dixit aut Petrus ad Anania. Anania cur tentauit Satanas cor tuu, mentiri te spiritui sancto, et fraudare de precio agri? nonne manens tibi manebat, et venundatu in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc re? No es mentitus hoibus: sed Deo. Audiens aut Ananias hec verba, cecidit, et expirauit. Et factus est timor magnus super oes q audieru. Surgentes aut iuuenes amoueru eu, et efferentes sepelierunt. ℟. Christus resurgens. 196. vt su. in Sab. L. ij.

Factu est aut quasi horarum triu spatiu, et vxor ipsius nesciens quod factu fuerat, introiuit.

troiuit. Dixit autẽ ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrũ vendidistis? At illa dixit: Etiaz tanti. Petrus autem ad eam: Quid vtiq; conuenit vobis ten tare spiritum dñi? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium: & efferent te. Confestim autem cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intran tes autem iuuenes inuenerunt illã mortuã, & extulerunt, & sepe lierunt ad virum suum. Et fa ctus est timor magnus in vni uersa ecclesia, & in omnes q au dierũt hec. ℟. Surrexit past. 193. [illegible] infra oct. Le. ij.

Per manus aũt apostolorũ fiebant signa & prodigia multa in plebe: & erãt vnanimi ter oẽs in porticu Salomonis. Ceteror aũt nemo audebat se coniungere illis, sed magnifica bat eos populus. Magis autẽ augebat credentiũ in dño mul titudo virorũ ac mulieruz, ita vt in plateas eijcerẽt infirmos, & ponerẽt in lectulis ac graba tis: vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quẽ quã illoruz, & liberarent oẽs ab infirmitatib⁹ suis. Cõcurrebat aũt & multitudo vicinarũ ciui tatũ Jerusalẽ, afferẽtes egros, & vexatos a spiritibus inmun dis: qui curabantur omnes. [illegible] Ardens est cor meũ, desidero videre dñz meũ: quero, & non inuenio vbi posue runt eum, alleiu. alleluiah.

Ad Mag. Añ. Nisi digitum meum in fixuras clauorũ, & ma num meã in latus eius, & dixi: Dñs meus & Deus meus, al.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apostolorũ. Lec. j.

Vir autẽ quidaz erat no mine Simon: qui ante fuerat in ciuitate Magus sedu cens gentem Samarie, dicens se esse aliquẽ magnum, cui au scultabant oẽs, a minimo vsq; ad maximũ, dicentes: Hic est virtus dei, q̃ vocatur magna. Attendebãt aũt euz, propterea quod multo tẽpore magys suis demẽtasset eos. Cum vero cre didissent Philippo euangelizã ti de regno Dei, in nomine Je su Christi baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ip se credidit: & cũ baptizatus es set, adherebat Philippo. Ui dens etiaz signa & virtutes ma ximas fieri, stupẽs admirabat. ℟. Virtute magna 193. Le. ij.

Cũ aũt audissent aposto li q erãt Jerosolymis, q̃ recepisset Samaria verbũ Dei miserũt ad eos Petrũ & Johã nẽ. Qui cũ venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperẽt spiritũ sã ctũ. Nõdũ eñi in quenq; illoꝝ venerat, sed baptizati tñ erant in noie dñi Jesu. Tũc impone bant manus super illos, & acci piebant spiritũ sanctũ. Cuz vi disset autez Simõ quia per im positionẽ manus apostolorũ da ret spiritus sanctus: obtulit eis

ca.8.

pecuniã dicens: Date & mihi hanc potestatem, vt cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. ℟. De ore pau. 164. Lectio tertia.

P Etrus autem dixit ad eũ. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ: quoniã donũ Dei existimasti pecunia possideri. Nõ est tibi pars neq; sors i sermone isto: cor enim tuũ nõ est rectum coram Deo. Pniam itaq; age ab hac neqtia tua: & roga deũ si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle eñ; amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respõdẽs autẽ Simon dixit: Precamini vos pro me ad dñm, vt nihil veniat sup me horũ, quę dixistis. Ad Benedictus, Antiphona. Venerunt ad monumentũ Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulcrũ, haleluiah. Ad vesperas nisi occurrat festũ nouẽ lcõ. a capi̾o fit di̾s. Maria

SABBATHO.

De Actibus Apostolorum. L. j.

c. 10. V Ir autẽ quidã erat i Cęsarea, nomine Corneli⁹, cẽturio cohortis, quę dicit̾ Italica, religiosus ac timens Deũ cũ omni domo sua, faciẽs elemosynas multas plebi, & deprecans deũ semper. Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, ãgelũ Dei introeũtẽ; ad se, & dicentem sibi. Corneli. At ille intuens eũ, timore correptus dixit: Quis es dñe? Dixit autẽ illi. Orones tuę, & elemosynę tuę ascenderunt in memoriã in conspectu Dei: & nunc mitte viros Joppen: & accerse Simonẽ quẽdã, qui cognominatur Petrus, hic hospitatur apud Simonẽ quendã coriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Et cũ discessisset angelus, qui loquebat̾ illi: vocauit duos domestĩcos suos, & militem metuentẽ dominũ ex ijs, qui illi parebãt. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppen.

Lectio secunda.

P Ostera autẽ die, iter illis faciẽtib⁹ & appropinquãtibus ciuitati: ascendit Petrus in superiora vt oraret, circa horã sextam: & cũ; esuriret, voluit gustare. Parãtibus autẽ illis: cecidit sup eũ mentis excessus: & vidit cęlum apertu;, & descendens vas quoddã; velut linteũ magnũ, quatuor initijs submitti de cęlo in terrã, in quo erant oia quadrupedia, serpentia terrę, & volatilia cęli. Et facta est vox ad eũ: Surge Petre: occide, & mãduca. Ait autẽ Petr⁹: Absit dñe: quia nunquam manducaui oẽ commune: & immundũ. Et vox iterũ; secundo ad eum: Quod Deus purificauit, tu cõmune ne dixeris. Hoc autẽ factũ est per ter: & statĩ; receptum est vas in cęlum. Et dum intra se hęsitaret Petrus, qd'naũ; esset visio quã vidisset, ecce viri:

viri, qui missi erãt a Cornelio, inquirentes domum Simonis astiterunt ad ianuam. Lect.iij.

Aperiens autẽ Petrus os suũ dixit: In veritate cõperio, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gẽte, qui timet euз ꝛ operatur iustitiam, acceptus est illi. Verbũ misit Deus filijs Israel, annũcians pacẽ per Jesum Christũ: hic est oium dñs. Vos scitis qđ factũ est verbũ per vniuersam Judeam: incipiẽs enim a Galilea post baptismũ, quod predicauit Johãnes, Jesuз a Nazareth quõ vnxit eũ Deus spiritu sancto, ꝛ virtute, qui pertrãsijt benefaciendo, ꝛ sanando oẽs oppressos a diabolo: qm̃ Deus erat cũ illo. Et nos testes sumꝰ omniũ, que fecit in regione Judeorũ, ꝛ Jerusalem: quem occiderunt suspẽdentes in ligno. Hũc Deꝰ suscitauit tertia die: ꝛ dedit eũ manifestum fieri, nõ omni populo, sed testibus preordinatis a Deo, nobis qui manducauimus ꝛ bibimus cũ illo, postquaз resurrexit a mortuis. Ad [illegible] Halleluiah, halleluiah, halleluiah. ℣. Benedictus. 59. [illegible] Capitulũ.

1. Pet 2.

Charissimi, Christus passus est p nobis, vobis relinquẽs exẽplũ, vt sequamini vestigia eius: qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hymn. Ad cenam Agni prouī. 200. ℣. Mane nobiscum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Ego sum pastor ouium: ego suз via veritas ꝛ vita, ego sum pastor bonus, ꝛ cognosco oues meas, ꝛ cognoscunt me mee, Halleluiah, halleluiah. Oratio.

Deus, qui in filij tui humilitate iacentem mundũ erexisti: fidelibus tuis perpetuã cõcede letitiã: vt, quos perpetue mortis eripuisti casibꝰ, gaudijs facias sempiternis pfrui. Per eundem dominũ nostruз.

Deinde fit cõmemor. d Cruce, vt supra in secunda feria. 200.

DOMINICA II. post Pascha.

Inuitator. Hymn. ꝛ antiphone vt in superiori Dominica, sed Officium non fit duplex.

De actibus Apostolorũ. Le.i.

C. 13.

Cum a Papho nauigassẽt Paulꝰ ꝛ q cũ eo erãt, venerũt Pergen Pamphylie. Johannes autẽ discedẽs ab eis reuersus est Jerosolymã. Illi vero ptrãseuntes Pergen venerunt Antiochiã Pisidie, ꝛ ingressi synagogã die sabbathorũ sederũt. Post lectionẽ aũt legis, ꝛ prophetarũ, miserũt principes synagoge ad eos dicẽtes. Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebẽ, dicite. Surgẽs aũt Paulus, ꝛ

manu silentiũ indicẽs, ait. Viri Israelite, ꝛ qui timetis Deũ audite: Deus plebis Israel elegit patres nr̃os, ꝛ plebẽ exaltauit, cũ essent incole in terra Egypti: ꝛ in brachio excelso eduxit eos ex ea, ꝛ ꝑ quadraginta annorũ tempus mores eorũ sustinuit in deserto. Et destruẽs gentes septẽ in terra Chanaan, sorte distribuit eis terrã eorũ quasi post quadringẽtos ꝛ quinquaginta annos. Et post hec dedit Judices vsq ad Samuel ꝓphetam. ℟. Virtute magna. 193. ꝛ alia ℟ia vt signata sunt in preceden. hebd. dñr per ordinẽ in hac Dñica, ꝛ ꝑ hebd. seq. L. ij.

Et exinde postulauerũt reges, ꝛ dedit illis Saul filiũ Cis virũ de tribu Beniamin, annis quadraginta. Et amoto illo suscitauit illis Dauid regẽ, cui testimoniũ perhibẽs, dixit: Inueni Dauid filiũ Jesse virũ ſm cor meum: qui faciet omnes volũtates meas. Huius deus ex semine secũdũ promissionẽ eduxit Israeli saluatorẽ Jesũ, predicante Johanne ante faciẽ aduẽtus eius baptismã penitẽtie omni populo Israel. Cum impleret autẽ Johãnes cursum suũ, dicebat: Quẽ me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cuius nõ sũ dignus calciamẽta pedũ soluere. ℟. De ore. 194. L. iij.

Viri fratres filij generis Abrahã, ꝛ qui in vobis timent deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Jerusalem, ꝛ principes eius, hunc ignorantes, ꝛ voces prophetarũ, que per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerũt, ꝛ nullã causam mortis inuenientes in eo, petierunt a Pilato vt interficerent eum. Cunque consummassent omnia: que de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento: Deus autem suscitauit eum a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his: qui simul ascenderant cũ eo de Galilea in Jerusalem: qui vsque nunc sunt testes eius ad plebẽ. Et nos vobis annunciamus eam, que ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Jesum, sicut ꝛ in psalmo secundo scriptũ est: Filius meus es tu, ego hodie genui te. ℣. Ecce vicit leo de tribu Juda. 194.

Sermo s. Leo[illegible]

Hi dies, dilectissimi: qui inter resurrectionẽ dñi, ascẽsionẽq fluxerũt, non ocioso trãsiere decursu, sed magna in eis confirmata sacramẽta, magna sunt reuelata mysteria. In his metus dire mortis auferẽ, ꝛ non solum anime: sed etiam carnis immortalitas declaratur. In his per insufflationem domini infundit Apostolis om

nibus

nibus spiritus Sanctus, & beato apostolo Petro supra ceteros, post regni claues, ouilis Dominici cura mandatur. R. Ego sum vitis. 194. Lectio v.

In his diebus, duobus discipulis tertius in via vdis iungitur comes, & ad omnem nostre ambiguitatis caliginem detergendam pauentium ac trepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt: & que erant tepida, reserante scripturas domino, efficiuntur ardentia. In fractione quoque panis, conuescentium aperiuntur obtutus, multo felicius eorum oculis patefactis, quibus nature sue manifestata e glorificatio, quam illorum generis nostri principum: quibus preuaricationis sue est ingesta confusio. R. Surgens Jesus. fol. 195. Lectio sexta.

Inter hec autem, aliaque miracula, cum discipuli trepidis cogitationibus ambularent: & apparuisset in medio eorum dominus, dixissetque: Pax vobis: ne hoc remaneret in eorum opinionibus, quod voluebatur in cordibus (putabant enim se spiritum videre, non carnem) redarguit cogitationes a veritate discordes: ingerit dubitantium oculis manentia in manibus suis & pedibus, crucis signa: & vt diligentius pertractetur inuitat. Quia ad sananda infidelium cordium vulnera, clauorum & lancee erant seruata vestigia: vt non dubia fide, sed constantissima scientia teneretur, eam naturam in dei patris consessuram throno, que iacuerat in sepulcro. R. Expurgate. 195. Lectio s. euang. sm Johanem. Lec. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus c. 10. Phariseis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Et reliqua. Homilia S. Gregorij Pape.

Audistis fratres carissimi, ex lectione euangelica eruditionem vestram, audistis & periculum nostrum. Ecce enim is qui non ex accidenti dono: sed essentialiter bonus est, dicit: Ego sum pastor bonus, atque eiusdem bonitatis formam, quam nos imitemur, adiunxit, dicens. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: fecit quod monuit: ostendit quod iussit. Bonus pastor pro ouibus suis animam suam posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues, quas redemerat, carnis sue alimento satiaret. R. Christus resurgens. 196. Lec. viij.

Ostensa nobis est igitur de contemptu mortis via, quam sequamur: apposita est forma, cui imprimamur. Primum nobis est, exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere: postremum vero, si necesse est, etiam vitam nostram pro eisdem ouibus ministrare. A primo autem hoc minimo, peruenitur ad postremum maius.

malus. Sed cũ incomparabiliter longe sit melior aĩa qua vivimus, terrena substantia quã exterius possidemus: qui non dat pro ovibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam? ℟. Surrexit pastor. 193. Lectio ix.

Et sunt nonnulli, qui duz plus terrenam substantiã quaz oves diligunt, merito nomen pastoris perdũt: de quibus protinus subdit: Mercenarius autẽ, & qui non est pastor, cuius non sunt oves proprie, & videt lupum veniẽtez, & dimittit oves & fugit. Nõ pastor, sed mercenarius vocatur, q non pro amore intimo oves dñicas, sed ad temporales mercedes pascit. Mercenarius quippe est: qui locũ q dẽ pastoris tenet, sed lucra animarũ nõ querit: terrenis cõmodis inhiat, honore prelationis gaudet, tẽporalibus lucris pascit, impensa sibi ab hoĩbus reverẽtia letat. Ad Laud. An. Alla. vt in Psalte. tpe Pasch fol. 8. Capit. Carissimi, Chřs passus est, 203. Hym. Aurora. fo. 200. Ad Bñs Aña. Ego suz pastor. vt su. vesp. Oõ. Deus: qui in filij tui. 203: Ad tertiaz. Cap. Carissimi, Chřs. 203. ℟. bre. Surrexit dñs de sepulc. 198. ℣. Sur. dñs ve. Ad Sexta. Cap.

1. pe. 2. Tradebat aũt iudicãti se iniuste, q peccata nřa ipse ptulit i corpore suo sup lignũ: vt peccatis mortui, iu iustitie viuamus: cuius livore sanati sum⁹. ℟. b. Sur. do. ve. 198. ℣. Gavisi. Ad Nonam. Capitulum.

Eratis enim sicut oves errantis: sed conversi estis nunc ad pastorem, & episcopuz animarum vestrarum. ℟. bre. Gavisi sunt. & Mane nob. 198. Ad vesp. Cap. Carissimi, Chřs passus. Hym. Ad cenam. 200. Ad M. Añ. Ego suz pastor bonus: q pasco oves meas, & p ovibus meis pono aĩam meã. Al.

FERIA SECVNDA.

De Actibus Apostol. Lec. i.

C. 15. Surrexerunt autez quidã de heresi Phariseorum: qui crediderunt dicẽtes: Quia oportet circumcidi eos, precipere quoqz servare legẽ Moysi. Convenerunt qz apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus De⁹ in nobis elegit per os meũ audire gentes verbum evangelij, & credere. Et qui novit corda Deus testimoniũ perhibuit dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discrevit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugũ super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neqz nos portare potuimus? Sed per gratiaz domini Iesu Christi credimus salvari, quem-

admodum

admodum et illi. Tacuit autē
omnis multitudo, et audiebāt
Barnabam et Paulum narran/
tes quanta Deus fecisset signa
et prodigia in gētibus per eos.
R. Virtute magna. foli. 193.
[illegible] bead. diē in hac
et seq. ferie per ordinem. Le. ij.

Et postquam tacuerunt, re
spondit Iacobus dicēs:
Viri fratres, audite me. Simō
narrauit, quemadmodum pri/
mum Deus visitauit sumere
ex gentibus populum nomini
suo. Et huic concordant verba
prophetarum, sicut scriptū est:
Post hec reuertar, et redifica/
bo tabernaculum David quod
decidit, et diruta eius redifi/
cabo: et erigam illud, vt requi/
rant ceteri hominum dominū,
et omnes gentes super quas in
uocatum est nomen meum, di/
cit dominus faciens hec. No/
tum a seculo est domino opus
suum. Propter quod ego iudi/
co non inquietari eos, qui ex
gentibus conuertūtur ad Deū,
sed scribere ad eos, vt abstineāt
se a contaminationibus simula
crorum, et fornicatione, et suffo/
catis, et sanguine. Moyses em
a tēporibus antiquis habet in
singulis ciuitatibus: qui eū prē
dicet in synagogis, vbi per om
ne sabbathum legitur. R. De
ore. 194. Lectio tertia.

Tunc placuit apostolis, et
senioribus cum omni Eccle/
sia, eligere viros ex eis, et mitte
re Antiochiā cū Paulo et Bar
naba Iudam, qui cognomina/
batur Barsabas, et Silam vi/
ros primos in fratribus, scribē
tes per manus eorum. Aposto/
li, et seniores fratres his qui sunt
Antiochie, Syrie, et Cilicie, fra
tribus ex Gentibus salutem.
Quoniam audiuimus, quia q/
dā ex nobis exeuntes turbaue/
runt vos verbis, euertentes ani
mas vestras, quibus non man/
dauimus, placuit nobis colle/
ctis in vnū eligere viros, et mit
tere ad vos, cum carissimis nr̄is
Barnaba, et Paulo, hoibus q
tradiderunt aias suas pro no/
mine domini nostri Jesu Chri.
Misimus ergo Iudā et Silā,
qui et ipsi vobis verbis referēt
eadem. Visum est enim spiritui
sācto et nobis, nihil vltra impo
nere vobis oneris, quā hec ne/
cessaria, vt abstineatis vos ab
immolatis simulacrorū, et san/
guine, et suffocato, et fornicatio/
ne: a quib⁹ custodientes vos, be
ne agetis. Valete. [illegible]
Euntes in mūdū, halla, docete
oēs gentes, hal. [illegible]
Pastor bonus animā suam po/
nit pro ouibus suis, halelu iah.

FERIA TERTIA.

De actibus Apostolorū. Lec. j.

Stans Paulus in medio c. 17
Areopagi, ait: Viri Athe
niēses, per oia quasi superstitio
siores vos video. Preteriens e/
nim, et videns simulacra vestra,
inueni et arā, in qua scriptū erat.

Ignoto

Ignoto Deo. Quod ergo igno rantes colitis, hoc ego annun/ cio vobis. Deus, qui fecit mun duz ꝛ omnia que in eo sunt, hic celi ꝛ terre cum sit dñs, non in manufactis teplis habitat, nec manibus humanis colitur, in/ digens aliquo: cuz ipse det om nibus vitam, ꝛ inspirationem: ꝛ omnia: fecitqꝫ ex vno omne ge nus hominum inhabitare sup vniuersaz faciem terre: definiés statuta tempora: ꝛ terminos ha bitationis eorum, querere deũ: si forte attrectent eũ, aut inue/ niant, quamuis nõ longe sit ab vnoquoqꝫ nostrum. ℟. Ecce vi cit. 194. Lectio ij.

In ipso eñi viuimus, ꝛ mo uemur, ꝛ sumus: sicut ꝛ q dam vestrorum poetarum dixe runt: Ipsius enim ꝛ genus su/ mus. Genus ergo cũ sim⁹ Dei: nõ debemus existimare, auro ꝛ argẽto, aut lapidi sculpture ar/ tis ꝛ cogitationis hominis, di uinũ esse simile. Et tẽpora qui/ dẽ huius ignorãtie despiciens Deus, nunc annunciat homini bus, vt omnes vbiqꝫ penitentiã agãt: eo ꝙ statuit diem, in quo iudicaturus est orbẽ in equita/ te, in viro in quo statuit, fidem prebens omnibus, suscitans eũ a mortuis. Cum audissent autẽ resurrectionm mortuorũ: qdaz quidẽ irridebãt, qdã vero dixe rũt: Audiemus te de hoc iterũ. Sic Paul⁹ exiuit ꝺ medio eoꝝ. ℟. Ego suz vitis ve. 194. Lc. iij.

Quidã vero viri adheren/ tes ei, crediderunt: in qui bus ꝛ Dionysius Areopagita, ꝛ mulier noie Damaris, ꝛ alij cum eis. Post hec egressus ab Athenis venit Corinthuz: ꝛ in/ ueniens quendã Judeũ nomine Aquilã, Ponticũ genere, q nu/ p venerat ab Italia, ꝛ Priscil/ laz vxorem eius (eo ꝙ pcepisset Claudius discedere omnes Ju deos a Roma) accessit ad eos: ꝛ qa eiusdẽ erat artis, manebat apud eos, ꝛ operabat (erat au/ tẽ scenofactorie artis) ꝛ disputa bat in synagoga p omnẽ sabba/ thũ, interponẽs nomẽ dñi Jesu, suadebatqꝫ Judeis, ꝛ Grecis. Ad Laudes Añ. Euntes in mun dum docete omnes gentes, ba/ ptizantes eos in noie patris: ꝛ filij, ꝛ spirit⁹ sancti, halelulah. Ad Mag. Añ. Mercenarius autem cuius non sunt oues pro prie, videt lupum venientem: ꝛ dimittit oues: ꝛ fugit, ꝛ lupus rapit: ꝛ dispergit oues: hale/ luiah.

FERIA QVARTA.

De Actibus Apostolorum. [illegible]

A Mileto Paulus mittẽs Ephesuz, vocauit maio/ res natu Ecclesie: q cũ venissẽt ad eũ: ꝛ simul essent, dixit eis. Uos scitis a prima die qua in/ gressus sum in Asiam: qualiter vobiscũ per omne tempus fue/ rim, seruiens dño cuz omni hu militate ꝛ lacrymis, ꝛ tẽtationi bus, que mihi acciderũt ex insi dijs

c. 20.

dijs Iudęorū: quomodo nihil subtraxerim vtilium, quominus annunciarem vobis, et docerem vos publice, et per domos, testificans Iudęis atque Gentilibus, in Deum pęnitentiam, et fidem in dominum nostrum Iesum Christum. ℟. Surgens Iesus 195. Lectio ij.

Et nūc ecce alligat⁹ ego spiritu vado in Ierusalē, quę in ea ventura sint mihi, ignorans: nisi quod spiritus sanctus per oēs ciuitates mihi protestatur, dicēs, qm̄ vincula et tribulationes Ierosolymis me manent: Sed nihil eorum vereor, nec facio aiam meā preciosiorē quā me, dummodo cōsummem cursum meum, et ministeriū verbi quod accepi a domino Iesu testificari euāgeliū gratię Dei. Et nūc ecce ego scio, q: amplius nō videbitis faciem meā vos oēs, per quos transiui prędicās regnum Dei. Quapropter cōtestor vos hodierna die, quia mūdus sum a sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annūciarem omne consiliū Dei vobis. ℟. Expurgate. 195. Lectio iij.

Attendite vobis, et vniuerso gregi, in quo vos spūs sanctus posuit epōs regere Ecclesiā Dei, quā acqsiuit sāguine suo. Ego scio qm̄ intrabunt post discessionē meā lupi rapaces in vos, nō parcētes gregi. Et ex vobis ipsis exurgēt viri loquētes puersa, vt abducāt discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, qm̄ per triennium nocte et die non cessaui cū lacrymis, monēs vnumquemq; vestrū. Et nunc commendo vos Deo, et verbo gratię ipsius: qui potens est ędificare, et dare hereditatē in sanctificatis omnibus. Argentū, et aurum aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis: qm̄ ad ea, quę mihi opus erant, et his qui mecum sunt, ministrauerūt manus istę. Ad Bñs. Aña. Ite, nunciate fratrib⁹ meis: ha-leluiah: vt eāt in Galilęam, halleluiah, ibi me videbunt, halelu. halelu. halelu. Ad Mag. Aña. Sicut nouit me pater, et ego cognosco patrem, et animā meam pono pro ouibus meis, halelu.

FERIA QVINTA

De Actibus Apostolorū. Lec. j.

Respōdit aūt Paulus annuēte sibi pręside dicere. Ex multis annis te esse iudicē genti huic sciens, bono aio pro me satisfaciam. Potes enim cognoscere, quia nō plus sunt mihi dies quā duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalē: et neque in templo inuenerūt me cū aliquo disputantem, aut cōcursum facientem turbę, neque in synagogis, neq; in ciuitate: neq; pbare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autem hoc tibi, quod secū dum sectam: quam dicunt hęresim, sic deseruio patri, et Deo

24. c.

me

meo, credens omnib⁹, quę in le ge & pphetis scripta sunt: spem habens in deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum, & iniquorum. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere ad deũ & ad homines semper. ℟. Christus resurgens. 195. Lectio ij.

POst annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meã veni, & oblationes & vota: in quibus inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba neq; cum tumultu: & apprehenderunt me clamantes, & dicentes, Tolle inimicum nostrum. Quidam autem ex Asia Iudęi quos oportebat apud te pręsto esse, & accusare siquid haberẽt aduersum me, aut hi ipsi dicant, siquid inuenerũt in me iniquitatis cum stem in concilio: nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stãs. Qm̃ de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. ℟. Surrexit pastor. 193. Lec. iij.

DIstulit autem illos Felix: certissime sciens de via hac, dicẽs: Cũ tribunus Lysias descenderit, audiã vos. Iussitq; centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quenquã de suis phibere ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quę erat Iudęa, vocauit Paulum: & audiuit ab eo fidem quę est in Christum Iesum. Disputante aũt illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefact⁹ Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autẽ opportuno accersam te, simul & sperans q; pecunia ei daret a Paulo: propter quod & frequenter accersens eũ, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam pręstare Iudęis Felix, reliquit Paulum vinctum. Ad Bñs. Aña. Tu solus peregrinus es: & nõ audisti de Iesu quõ tradiderunt eum in dãnationẽ mortis: halla. Ad Mag. Aña. Alias oues habeo, quę nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocẽ meã audiẽt, & fiet vnũ ouile, & vn⁹ pastor, hal.

FERIA SEXTA.

De Actibus Apostolorum. Lc. i. ca. 25

FEstus ergo, cum venisset in prouinciã, post triduũ ascẽdit Ierosolymam a Cęsarea, adieruntque eum principes sacerdotum, & primi Iudęorum aduersus Paulum, & rogabãt eum postulantes gratiã aduersus eum, vt iuberet perduci eũ in Ierusalem, insidias tendẽtes vt interficerent eum in via. Festus autẽ respondit, seruari quidem Paulum in Cęsarea, se autem maturius profecturũ. Qui ergo in vobis, ait potẽtes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum. ℟. Virtute. 193. Lectio ij.

Memor-

Demoratus autē inter eos dies nō amplius quā octo aut decem: descendit Cesareā, & altera die sedit pro tribunali & iussit Paulū adduci. Qui cū perductus esset: circunsteterūt eum qui ab Jerosolyma descenderant Judei, multas & graues causas objicientes, quas nō poterant probare. Paulo rationē reddente: Quoniam neque in legē Judeorum, neque in templum, neque in Cesarem, quicquam peccaui. R. De ore. 164.

Lectio tertia.

Festus autem volens gratiam prestare Judeis: respondens Paulo dixit: Uis Jerosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus Ad tribunal Cesaris sto: ibi me oportet iudicari. Judeis nō nocui: sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignū morte aliqd feci, nō recuso mori: si vero nihil est eorū, que hi accusant me. nemo potest me illis donare. Cesarem appello. Tunc Festus cū cōcilio locutus: respondit, Cesarē appellasti, ad Cesarem ibis. Ad Bñs. Aña. Nonne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriā suā; alleluia.

De Sancta Maria, nisi occurrat festum nouem lectionum.

SABBATHO.

De Actibus Apostolorum. L. j.

c.28. Cum autē venissemus Romā, permissum est Paulo permanere sibimet cū custodiēte se milite. Post tertiū autē diē cōuocauit primos Judeorū. Cumq; cōuenissent dicebāt eis: Ego viri fratres: nihil aduersus plebē faciēs: aut morē paternū, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorū: qui cū īterrogationē de me habuissent, voluerūt me dimittere eo q̄ nulla esset causa mortis ī me, Cōtradicētibus autē Judeis, coactus sum appellare Cesarē nō quasi gentē meā habēs aliqd accusare. Propter hāc igit causā rogaui vos videre & alloqui: propter spem enim Israel, catena hac circundatus sum. L. ij.

At illi dixerūt ad eū. Nos neq; literas accepimus de te a Judea: neq; adueniens aliquis fratrū nūciauit aut locutus est quid de te malū. Rogamus autē a te audire que sentis: nā de secta hac notū est nobis, quia vbiq; ei cōtradicitur. Cum cōstituissent autē illi diem venerūt ad eū in hospitiū plurimi, quibus exponebat testificās regnū Dei, suadensq; eis de Jesu ex lege Moysi & prophetis: a mane vsq; ad vesperā. Et quidā credebant iis: que dicebantur: quidam vero non credebant.

Lectio tertia.

Cumq; inuicem nō essent cōsentiētes, discedebāt: dicente Paulo vnū verbū, Quia bene spiritus sāctus locutus est per Isaiam prophetā ad patres nostros dicēs. Uade ad populum istum,

istum: et dic ad eos. Aure audietis, et nō intelligetis, et videntes videbitis, et nō perspicietis. Incrassatū est enim cor populi huius, et auribus grauiter audierunt: et oculos suos cōpresserūt: ne forte videāt oculis: et auribus audiant: et corde intelligāt, et cōuertantur, et sanem eos. Notū ergo sit vobis, quoniam Gentibus missū est hoc salutare dei, et ipsi audient. Et cū hec dixisset, exierūt ab eo Judei, multā habentes inter se questionem. Mansit aūt biennio toto in suo conducto, et suscipiebat oēs qui ingrediebantur ad eū predicās regnū Dei, et docens que sunt de dño Jesu Christo cū omni fiducia, sine prohibitione.

Ad Vesperas. Capitulum.

1. pet. 2.

Charissimi, obsecro vos tanq̄ aduenas, et peregrinos: abstinere vos a carnalibus desideriis: que militant aduersus animam. Hymn. Ad cenā. 200. ℣. Mane Ad Mag. An. Modicum et non uidebitis me, dicit dñs: iterum modicum: et uidebitis me: quia uado ad patrem, halleluiah, hallelu. Oro.

Deus: qui errātibus: ut in uiam possint redire iustitie ueritatis tue lumen ostēdis: da cunctis qui Christiana professione censentur: et illa respuere, que huic inimica sunt nomini: et ea, que sunt apta sectari. Per dñm nostrū Jesuz Chrm.

DOMINICA III. post Pascha.

Incipit liber Apocalypsis beati Johānis Apostoli. Lectio I.



Apocalypsis Jesu Christi, quā dedit illi deus palā facere seruis suis: q̄ oportet fieri cito, et significauit, mittēs per angelum suum seruo suo Johanni: qui testimonium perhibuit uerbo dei, et testimoniū Jesu Christi quecunq; uidit. Beatus qui legit, et audit uerba prophetie huius, et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johannes septē ecclesiis que sunt in Asia: gratia uobis, et pax ab eo: qui est, et qui erat, et qui uenturus est: et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt: et a Jesu Christo: q est testis fidelis, primogenitus mortuorum: et princeps regum terre: qui dilexit nos, et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos regnum: et sacerdotes Deo et patri suo: ipsi gloria et imperium in secula seculorum. Amen. ℟. Dignus es domine accipere librū, et aperire signacula eius, halleluiah: quoniam occisus es, et redemisti nobis deo. In sanguine tuo, halelu. ℣. Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdo-

sacerdotium. In Lectio ij.

Ecce venit cum nubibus: et videbit eũ oĩs oculus, et qui eum pupugerunt: et plangent se super euz oẽs tribus terre, etiam amen. Ego sum Alpha, et Omega, principium et finis, dicit dñs Deus, qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotens. Ego Johãnes frater vester, et particeps in tribulatione, et regno, et patientia in Christo Jesu, fui i insula, que appellatur Pathmos, propter verbũ Dei, et testimoniuz Jesu. Fui in spiritu in dñica die: et audiui post me vocem magnam tanquam tube dicentis: Quod vides scribe in libro, et mitte septem ecclesijs que sunt in Asia, Epheso, et Smyrne, et Pergamo, et Thiatyre, et Sardis, et Philadelphie, et Laodicee. ℟. Ego sicut vitis fructificaui suauitatẽ odoris, halelu. Trãsite ad me oẽs qui cõcupiscitis me, et a generationibus meis adimplemini, halelu iah, hale. ℣. In me omnis gratia vie, et veritatis: in me oĩs spes vite et virtutis. Transite. Lectio iij.

Et cõuersus sum, vt viderez vocẽ que loquebatur mecum: et cõuersus vidi septẽ candelabra aurea, et in medio septẽ candelabrorum aureorũ similem filio hominis, vestitum podere: et precinctũ ad mammillas zona aurea. Caput autem eius, et capilli erant cãdidi tanquã lana alba et tanquam nix, et oculi eius tanquã flamma ignis: et pedes eius similes auricalcho, sicut in camino ardenti: et vox illius tanquam vox aquarũ multarum. Et habebat in dextera sua stellas septẽ: et de ore eius gladius vtraqꝫ parte acutus exibat, et facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere, ego sum primus, et nouissimꝰ, et viuus, et fui mortuus, et ecce sum viuens in secula seculorum, et habeo claues mortis et inferni: scribe ergo que vidisti, et que sunt: et que oportet fieri post hec. ℟. Audiui vocem de celo tanquam vocez tonitrui magni, halelu iah: regnabit Deus noster in eternũ halelu iah. Quia facta est salus et virtus, et potestas Christi eiꝰ, halelu iah, halel. ℣. Et vox de throno exiuit dicens: Laudẽ dicite Deo nostro oẽs sancti eius, et qui timetis Deũ pusilli et magni. Quia facta. Gloria. Quia.

Sermo s. Augustini epi. Lectio iiij.

Diebus his sanctis resurrectioni dñi dedicatis, quantum donante ipso possumus, de carnis resurrectione tractemꝰ. Hec enim fides nostra: hoc donũ i dñi nostri Jesu Christi nobis carne pmissum est, et in ipso precessit exemplũ. Voluit enim nobis, quod promisit in fine, nõ solum

solus prenunciare, sed et demõstrare. Illi quidẽ q tũc fuerũt, cũ illũ viderẽt r expauescerẽt, r spiritus se videre crederẽt, soliditatem corporis tenuerũt. Locutus est enim non solus verbis ad aures eorũ, sed etiã specie ad oculos eorũ: parumq erat se prebere cernendum, nisi etiã offerret pertractandũ, atq palpandũ. ℟. Locutus est ad me vnus ex septem angelis dicẽs. Ueni, ostendã tibi nouã nuptã, sponsam agni: Et vidi Jerusalẽ descendentem de celo ornatam monilibus suis, haleluiah, haleluiah, haleluiah. ℣. Et sustulit me i spiritu in montem magnum, r altum. Et. Lectio v.

Ait enim, Quid turbati estis, r cogitationes ascẽdũt in cor vestrũ? Putauerũt eñ se spiritũ videre. Quid turbati estis, inqt, r cogitationes ascendũt i cor vestrũ? Uidete manꝰ meas, r pedes meos: palpate r videte: quia spiritꝰ ossa r carnẽ nõ habet: sicut me videtis habere. Cõtra istã euidẽtiã disputabant homines. Quid enim illud facerent hoĩes, q ea q̃ sũt hoĩus sapiũt: quã sic disputare de Deo cõtra Deũ? Ille enim Deus est, isti hoĩes sunt. Sed deus nouit cogitationes hoĩũ, qñ vane sunt. ℟. Audiui vocẽ in celo angelorũ multorũ dicẽtiũ. Timete dñs, r date claritatẽ illi, r adorate eũ, qui fecit celũ r terrã, mare r fontes aquarum, halla. halla. ℣. Uidi angelum Dei fortẽ volãtem per mediũ celi, voce magna clamãtẽ r dicentem. Timete. Lect. vj.

In homine carnali tota regula itelligendi est cõsuetudo cernẽdi. Quod solẽt videre credunt: quod nõ solẽt, nõ credunt. Preter cõsuetudinem facit Deꝰ miracula, qr Deus est. Maiora quidem miracula sũt tot quotidie homines nasci, qui non erant, quam paucos resurrexisse qui erant, r tamen ista miracula quia non consideratione comprehensa sunt, assiduitate viluerunt. Resurrexit Christus: absoluta est res: corpus erat, caro erat: pependit in cruce: emisit animã, posita est caro i sepulcro, exhibuit illã viuas qui viuebat in illa. Quare miramur? Quare nõ credimꝰ? Deus est qui fecit. ℟. Ueniens a Libano quam pulchra facta est, haleluiah. Et odor vestimentorum eius super omnia aromata, haleluiah, halla. ℣. Fauus distillãs labia eiꝰ, mel, r lac sub lingua eius. Et odor.

Lcõ [illegible] Lect. vij.

In illo tẽpore: Dixit Iesꝰ discipulis suis Modicũ r iam non videbitis me, r iterũ modicum, r videbitis me, quia vado ad patrem: Et reliqua. ca. 16

Omelia Sancti Augustini epi.

Modicũ est, hoc totũ spaciũ quod presens peruolat seculũ, vnde dicit idemipse euan

euangelista in epistola sua: Nouissima hora est, ideo nanq; addidit, Quia vado ad patrē, qd ad priorem sententiam referendū est, vbi ait, Modicū, & iam non videbitis me, non ad posteriorem, vbi ait, Et iterū modicū, & videbitis me. Eundo quippe ad patrē, facturus erat vt eum nō viderēt: ac per hoc, nō ideo dictū est, qa fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorū cōspectib⁹ recessurus, sed q̄ esset iturus ad patrē, quod fecit postea quā resurrexit, & cuz eis per quadraginta dies conuersatus ascendit in cęluz. ℟. Cecātabat ppl's Israel, hall'a, & vniuersa multitudo Jacob canebat legitime. Et Dauid cum cantatoribus citharam percutiebat in domo dñi, & laudes Deo canebat, hall'a, hall'a. ℣. Sanctificati sunt ergo sacerdotes, & leuite, & vniuersus Israel deducebat arcā federis dñi in iubilo. Et Dauid. Lectio.

Illis ergo ait: Modicū, & iam nō videbitis me, q cū corporaliter tūc videbāt, quando itur⁹ erat ad patrē, & cū deinceps mortalē visuri nō erant, qualem cuz ista loqueretur, vidēbāt. Quod vero addidit, Et iteruz modicū & videbitis me, vniuersę pmisit Ecclesię: sicut vniuersę promisit: Ecce ego vobiscuz sum, vsq; ad consummationem seculi. Non tardat dñs promissum: Modicuz & videbimus eum vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus: quia nihil desiderandum remanebit, nihil querendum latebit. ℟. Tristitia vestra, hall'a. Conuertetur in gaudium, hall'a, hall'a. ℣. Mundus autem gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra. Conuertetur. Lectio. ix.

Hoc modicum, longum nobis videtur, quoniam adhuc agitur: cum finitum fuerit, tunc sentiemus, quam modicum fuerit. Non ergo sit gaudium nostrū quale habet mūdus, de quo dictum est: Mundus autem gaudebit. Nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes sumus: sed sicut ait Apl's, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: quia & ipsa parturiēs, cui cōparati sum⁹, plus gaudet de mox futura prole, quaz tristis est de pręsenti labore. Sed huius sermonis iste sit finis: habēt enim questionez molestissimā que sequuntur: nec breuitate coarctāda sunt, vt possint commodius, si dominus voluerit, explicari. Ad Lau. Cap. Carissimi, Obsecro vos. 207. Ad Bñs. An. Modicū & nō vid. vt su. i vesp. Ad iii Cap. Carissimi ob. 207. ℟ Surrexit dñs de sepul. 198. ℣ Surre. dñs. vc. Ad vi. Cap.

Subiecti estote omni humane creature pp deuz, siue regi quasi pcellēti, siue du- 1. pe. 2.

 Dd cibus

cibus: tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorũ, laudẽ vero bonorum. ℟. Surrexit dñs vere. 198. ℣ Gauisi sunt.
Ad Nonam. Capitulum.

Serui subditi estote i om ni timore domini, non tãtũ bonis & modestis, sed etiã dyscolis: hec est enim gratia, in Christo Iesu dño nostro. ℟. Gauisi sũt. 168. ℣ Mane nob. Ad Vesp. Cap. Carissimi, obse cro. 207. Hymn. Ad cenã. 200, ℣ Mane nob. Ad Mag. An. Amen dico vobis, quia plorabi tis & flebitis vos: mundus aũt gaudebit, vos vero contristabi mini, sed tristitia vestra verte tur in gaudium, halelu iah.

FERIA SECVNDA.
De libro Apocalypsis beati Io hannis apostoli. Lectio prima.

ca. 2. Et Angelo Ephesi eccle sie scribe. Hec dicit q te net septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio se ptem candelabrorum aureorũ: Scio opera tua, & laborẽ, & pa tientiam tuam: & quia non po tes sustinere malos: & tentasti eos qui se dicũt apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos men daces, & patiẽtiã habes: & susti nuisti propter nomen meũ, & nõ defecisti. Sed habeo aduersus te pauca: q2 charitatẽ tuã pri mã reliquisti. Memor esto itaqȝ vñ excideris, & age penitẽtiã, & prima opera fac. Sin aũt, veniã tibi, & mouebo cãdelabrũ tuuȝ de loco suo, nisi penitẽtiã ege ris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, que & ego odi. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso dei mei. ℟. Vidi portã ciuitatis ad orientẽ positã, & apostolorũ nomina & agni super eam scri pta Et super muros eius ange lorum custodiam: hal. ℣. Vidi celum nouum, & terrã nouam, & ciuitatem nouam descenden tem de celo. Et. Lectio ij.

Et Angelo Smyrne eccle sie scribe: Hec dicit pri mus & nouissim⁹, q fuit mortu⁹ & viuit: Scio tribulationẽ tuaȝ & paupertatẽ tuam: sed diues es, & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudeos esse & non sunt, sed sunt synagoga Satane. Ni hil horũ timeas, q̃ passurus es. Ecce missurus est diabolus ali quos ex vobis in carcereȝ, vt tẽ temini: & habebitis tribulatio nẽ diebus decẽ. Esto fidelis vsq ad mortẽ, & dabo tibi coro nã vite. Qui hẽt aurẽ, audiat, qd spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit, nõ ledetur a morte secũ da. ℟. Ostẽdit mihi angelus fontẽ aque viue, & dixit ad me, halelu iah, Hic deũ adora ha leluiah, halelu iah, hal. ℣. Post quã audissem, & vidissem, ceci di vt adorarẽ ante pedes ange li, qui mihi hec ostẽdebat, & di xit mihi. Hic Deum. Lec. iij.

Et

Et Angelo Pergami ecclesie scribe. Hec dicit qui habet romphe am ex utraque parte acutam. Scio ubi habitas, ubi sedes est satane, et tenes nomen meum, et non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi Sathanas habitat. Sed habeo adversus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, et fornicari: ita habes et tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter penitentiam age. Si quo minus, veniam tibi cito, et pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs. Vincenti dabo manna abscondituum, et dabo illi calculum candidum, et in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit. [illegible] Et incipiens a Moyse, et omnibus prophetis, interpretabatur illis scripturas, que de ipso erant, halleluiah. [illegible] Tristitia vestra vertetur in gaudium, halleluiah: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis, halleluiah, halleluiah.

FERIA TERTIA

[illegible] Lectio I.

ca. 4. Post hec vidi, et ecce ostium apertum in celo, et vox prima quam audivi, tanquam tube loquentis mecum, dicens: Ascende huc, et ostendam tibi que oportet fieri cito. Post hec statim fui in spiritu: et ecce sedes posita erat in celo, et super sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, et sardinis, et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdine. Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, et supra thronos, vigintiquatuor seniores sedentes circumamicti stolis albis, et in capitibus eorum corone auree. Et de throno procedebant fulgura, et voces, et tonitrua, et septem lampades ardentes ante thronum: que sunt septem spiritus Dei. R. Vidi Jerusalem descendentem de celo, ornatam auro mundo, et ex lapidibus preciosis intextam. Halleluia, halleluia. V. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero aurum mundum, simile vitro mundo. Hal. Lec. ij.

Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum, simile crystallo: et in medio sedis, et in circuitu sedis quatuor aialia plena oculis ante et retro: et animal primum simile leoni, et secundum animal simile vitulo, et tertium animal habens faciem quasi hominis, et quartum animal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas, et in circuitu et intus plena sunt oculis. Et requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus

Deus oĩs, q erat, ⁊ q est, ⁊ qui venturus est. ℟. In diademate capitis Aaron lapides preciosi fulgebãt: Dum perficeret opus dei, alla, alla, alla. ℣. In veste eni poderis quã habebat, totus erat orbis terrarũ, ⁊ parentũ magnalia in quatuor ordinibus lapidum sculpta erãt. Dum perficeretur.. Lectio. iij.

Et cũ darent illa animalia gloriã, ⁊ honorem, ⁊ benedictionẽ sedẽti super thronũ viuenti in secula seculorũ: procidebant viginti quatuor seniores ante sedentẽ in throno, ⁊ adorabant viuentem in secula seculorum, ⁊ mittebant coronas suas ante thronum, dicentes. Dignus es dñe deus noster, accipere gloriam, ⁊ honorem, ⁊ virtutem, quia tu creasti omnia: ⁊ propter voluntatem tuam erant, ⁊ creata sunt. Ad Benedictus. Aña. Et coegerũt illũ dicentes: Mane nobiscũ dñe, qm̃ aduesperascit, alleluia. Ad Mag. Aña. Tristitia impleuit cor vestrũ, ⁊ gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis, alleluia, alleluia.

FERIA QVARTA.

De libro Apocalypsis beati Iohannis apostoli. Lectio prima

Ca. 5. Et vidi in dextera sedẽtis sup thronũ librũ scriptũ intus ⁊ foris: signatũ sigillis septem. Et vidi angelum fortem predicantẽ voce magna: Quis est dignus aperire librũ, ⁊ soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in celo, neq; in terra, neq; subtus terram, aperire librũ, neq; respicere illũ. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librũ, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librũ, ⁊ soluere septem signacula eius. Et vidi, ⁊ ecce in medio throni ⁊ quatuor animalium, ⁊ in medio seniorum agnum stantem, tanquam occisum, habentem cornua septẽ, ⁊ oculos septem, qui sunt septẽ spiritus Dei, missi in omnem terrã; ⁊ venit, ⁊ accepit de dextera sedentis in throno librum. ℟. Plateę tuę Ierusalem sternentur auro mũdo, alleluia: ⁊ cãtabitur in te canticũ lętitię, alleluia. Per oẽs vicos tuos ab vniuersis dicetur: alleluia, alleluia. ℣. Luce splendida fulgebis, ⁊ oẽs fines terrę adorabũt te, alleluia. Et per. Lec. ij.

Et cũ aperuisset librũ, quatuor aĩalia, ⁊ vigintiquatuor seniores ceciderũt corã agno, habẽtes singuli citharas ⁊ phialas aureas plenas odoramentorum, quę sunt orationes sanctorũ: ⁊ cantabant canticũ nouum dicentes: Dignus es domine aperire librũ: ⁊ soluere signacula eius, qm̃ occisus es: ⁊ redimisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, ⁊ lingua, ⁊ pupulo

populo, et natione. Et fecisti nos Deo nostro regnū, et sacerdotes, et regnabimus super terrā. ℟. Decantabat populus. 209. ut in iij. noct. Dominice. L. iij.

Et vidi et audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium dicentium voce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutem, et diuinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturam que in celo est, et super terram, et sub terra, et que sunt in mari, et que in eo, omnes audiui dicentes, sedenti in throno, et agno. Benedictio, et honor, et gloria, et potestas, in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, et adorauerunt viuentem in secula seculorum. Ad Bňo. Aña. Mane nobiscū, qm̄ aduesperascit, et inclinata est iā dies, hal. Ad Mag. Aña. Tristitia vestra, hall'a, vertet in gaudiū, hall'a.

FERIA QVINTA.

De libro Apocalypsis Beati Johannis Apostoli. Lectio j.

C. 15. Et vidi aliud signū in celo magnū et mirabile, angelos septē, habentes plagas septem nouissimas, qm̄ in illis consummata est ira. Et vidi tanq̄ mare vitreū mixtum igne, et eos qui vicerunt bestiā, et imaginē eius: et numerū nominis eius: stātes sup mare vitreum habentes citharas Dei: et cātātes cāticū Moysi serui Dei, et cāticū agni, dicentes: Magna et mirabilia sunt opera tua dn̄e Deus omnipotens: iuste et vere sunt vie tue dn̄e rex sanctorū. Quis non timebit te dn̄e, et magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es: quoniam omnes gētes venient, et adorabunt in conspectu tuo, qm̄ iudicia tua manifesta sunt. ℟. Dignus est d. 207. Feria Dnice repetitur in hac et duabus sequen. ferys. Lec. ij.

15. c. Et post hec vidi: Et ecce apertū est templum tabernaculi testimonij in celo, et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lapide mundo, et candido, et precincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracūdie Dei viuētis in secula seculorū. Et impletū est tēplum fumo a maiestate Dei, et de v̄tute ei⁹, et nemo poterat introire in tēplū, donec cōsummarent septē plage septē angelorū. ℟. Ego sicut. 208. Lec. iij.

Et audiui vocē magnā de tēplo dicentē septē angelis: Ite et effundite septē phialas ire Dei i terra. Et abijt primus angelus, et effudit phialā suā in terrā, et factū est vulnus

 seuum

sçuũ & pessimum in homines, qui habebant characterem bestie, & in eos qui adorauerũt bestiã & imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare: & factus est sanguis tãquã mortui: & oĩs anima viuens mortua est mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentẽ. Iustus es dñe, qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinẽ sanctorum & prophetarũ effuderũt, & sanguinem dedisti eis bibere, digni enim sunt. Ad Bñs. Añ. Et intrauit cũ illis: & factũ est, dũ recũberet cũ illis, accepit panẽ, & benedixit, fregit, ac porrigebat illis, halelulah, halla.
Ad Magnificat. Antiphona. Amen amen dico vobis, mundus autẽ gaudebit, & vos gaudebitis, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis, halelulah.

FERIA SEXTA.

De libro Apocalypsis B. Iohannis apostoli. Lectio prima.

.19. Post hec audiui quasi vocẽ magnã turbarum multarũ in celo dicentiũ, halelulah. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro, quia vera & iusta iudicia eius, qui iudicauit de meretrice magna, que corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinẽ seruorũ suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Halla. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt viginti quatuor seniores, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentẽ super thronum dicentes, Amen, Halla. Et vox de throno exiuit dicens Laudẽ dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis Deum pusilli & magni. ℟. Locutus est. 208. Lectio ij.

Et audiui vocẽ quasi tube magne, & sicut vocẽ aquarũ multarũ, & sicut vocẽ tonitruorũ magnorũ, dicẽtiũ, Hall. quĩ regnauit dñs Deus noster oĩpotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriã ei, quia venerunt Nuptie agni, & vxor eius preparauit se. Et datũ est illi, vt cooperiat se byssino splẽdẽti, & cãdido: Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi: Scribe: Beati qui ad cenã nuptiarũ agni vocati sunt. Et dixit mihi: Hec verba dei uera sunt: Et cecidi ante pedes eius: ut adorarẽ eũ. Et dixit mihi: Vide ne feceris: conseruus tuus sũ: & fratrũ tuorũ habentium testimonium Iesu: Deũ adora. Testimoniũ enim Iesu est spiritus prophetie. ℟. Audiui vocem. 208. Lectio iij.

Et vidi celum apertũ: & ecce equus alb9 & qui sedebat super eum uocabatur Fidelis & Verax & cũ iustitia iudicat: & pugnat. Oculi autẽ ei9 sicut flamma ignis: & in capite

eius diademata multa: habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in celo, sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo, & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea, & ipse calcat torcular vini furoris ire Dei omnipotentis. Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum, Rex regum, & dominus dominantium.

Ad Ben. Aña. Cognouerunt dñm Jesum, alla, in fractione panis, alla. Ad Mag. Aña. Dominica infra occu. festi ix. lec.

SABBATHO.

De libro Apocalypsis Beati Johannis Apostoli. Lectio i.

Et ostendit mihi fluuiũ aque viue, splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei & agni. In medio platee eius, & ex vtraque parte fluminis lignũ vite afferẽs fructus duodecim, per menses singulos reddens fructũ suũ: & folia ligni ad sanitatem gentium, & oẽ maledictũ nõ erit amplius, sed sedes Dei, & agni in illa erũt: & serui eius seruient illi, & videbũt faciẽ eius, & nomen eius in frõtibus eorũ. Et nox vltra non erit, & nõ egebũt lumine lucerne, neque luminis solis, quõ dñs Deus illuminabit illos, & regnabũt in secula seculorum. Et dixit mihi: Hec verba fidelissima sunt & vera, & dñs Deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere seruis suis que oportet fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetie libri huius. Lectio ii.

Et ego Johannes, qui audiui, & vidi hec: & postquam audissem & vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes angeli, qui mihi hec ostendebat. Et dixit mihi: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetie libri huius. Deum adora. Et dixit mihi: Ne signaueris verba prophetie libri huius. Tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.

Lectio tertia.

Ego sum alpha & omega, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorum in ligno vite, & per portas intrent in ciuitatem. Foris autem canes, & venefici, & impudici, & homicide, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit men

dacū. Ego Jesus misi angelū meū testificari vobis hęc in ecclesijs. Ego sum radix et genus Dauid, stella splēdida, et matutina, et spiritus et sponsa dicūt, veni. Et q audit, dicat, Ueni: et qui sitit veniat: et qui vult, accipiat aquā vitę gratis. Cōtestor enim omni audienti verba prophetię libri huius: Siqs apposuerit ad hec, apponet deus sup illū plagas scriptas in libro isto: et siquis diminuerit de verbis libri prophetię huius, auferet Deus partem eius de libro vitę, et de ciuitate sancta, et de his quę scripta sunt i libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam, venio cito. Amē. Ueni domine Jesu. Gratia domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad vesperas. Capitulum.

Charissimi, Omne datū optimū, et omne donū perfectum de sursum est, descēdēs a patre luminū: apud quē nō est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Hymn. Ad cenā agni. ℣. Mane nobiscum. Ad Magnificat. Antiphona.

Uado ad eum, qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis: halla, halla. Oro.

Deus, qui fideliū mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare qd pcipis, id desiderare quod promittis: vt inter mūdanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. etc.

DOMINICA IIII. post Pascha.

Incipit epistola canonica Beati Jacobi apostoli. Lectio prima.

Jacobus, Dei et Dñi nostri Jesu Christi seruus, duodecim tribubus, q sunt in dispsione, salutem. Omē gaudiū existimate fratres mei, cū in tentationes varias incideritis, sciētes q probatio fidei vestrę patiētiam operat: patientia aūt opus perfectū habeat: vt sitis perfecti, et integri in nullo deficiētes. Siquis aūt vestrū indiget sapientia: postulet a Deo, qui dat omnibus affluēter, et non improperat, et dabit ei: postulet aūt in fide nihil hęsitās. ℟. Si oblit9 fuero tui, halleluia, obliuiscat me9 dextera mea, Adhęreat ligua mea faucibus meis, si non meminero tui, halleluia, halleluia. ℣. Super flumina Babylonis illic sedimus et fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Adhęreat. Lectio secunda.

Qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, q a vēto mouetur, et circunfertur. Nō ergo existimet homo ille, quod accipiat aliqd a domino. Uir duplex

duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua, diues autem in humilitate sua, quoniam sicut flos foeni transibit. Exortus est enim sol cum ardore: et arefecit foenum: et flos eius decidit, et decor vultus eius deperijt. Ita et diues in itineribus suis marcescet. ℟. Uiderunt te aquę Deus, viderunt te aquę, et timuerunt. Multitudo sonitus aquarum, vocem dederunt nubes, halleluia, halleluia, halleluia. ℣. Illuxerunt coruscationes tuę orbi terrę, vidit et commota est terra. Multitudo.

Lectio tertia.

Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitę quam repromisit deus diligentibus se. Nemo cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse enim neminem tentat: Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus et illectus. deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. ℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis, halleluia, In medio ecclesię laudabo te, halleluia, halleluia. ℣. Confitebor tibi in populis domine, et psalmum dicam tibi in gentibus. In medio.

Ex tractatu s. Cypriani mart. de bono patientię. Lectio iiij.

De patientia locuturus fratres dilectissimi, et vtilitates eius et commoda prędicaturus, vnde potius incipiam, quam quod nunc quoque ad audientiam vestram patientiam video esse necessariam? vt nec hoc ipsum quod auditis, et discitis, sine patientia facere possitis: Tunc enim demum sermo, et ratio salutaris efficaciter discitur, si patienter quod dicitur audiatur. Nec inuenio fratres dilectissimi, inter cęteras cęlestis disciplinę vias, quod magis sit vtilius ad vitam, vel maius ad gloriam, quam vt qui pręceptis dominicis obsequio timoris ac deuotionis innitimur, patientiam maxime tota obseruatione tueamur. Hanc se sectari philosophi quoque profitentur: sed tam illic patientia falsa est, quam et falsa sapientia est. Unde enim vel sapiens esse, vel patiens possit, qui nec sapientiam, nec patientiam Dei nouit? ℟. In ecclesijs benedicite Deo, hall'a. Dn̄o de fontibus Israel, hall'a, halleluia. ℣. Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius. Domino. Lectio v.

Nos autem, fratres dilectissimi, qui philosophi non verbis, sed factis sumus: nec vestitu sapientiam, sed virtute pferimus: qui virtutum conscientiam magis quam iactantiam nouimus, qui non loquimur magna, sed viuimus:

quasi

quasi servi, et cultores dei patris tiã quã magisteriys celestib⁹ discimus, obsequiys spiritualibus prebeamus. Est enim nobis cũ Deo virtus ista cõmunis: in de patientia incipit, inde claritas eius et dignitas caput sumit. Origo et magnitudo patiẽtie deo auctore procedit. Diligenda res homini, que deo cara est. Bonũ quod amat, maiestas diuina cõmendat. Si dñs nobis et pater et Deus est, sectemur patientiã domini pariter et patris: quia et seruos oportet esse obsequentes, et filios nõ decet esse degeneres. R. In toto corde meo, halla: exquisiui te, halla, Ne repellas me a mandatis tuis, halla, halla. V. Benedict⁹ es tu domine: doce me iustificationes tuas. Ne. Le. vi.

Patientia est, q̃ nos Deo et cõmendat, et seruat: Ipsa est, que irã tẽperat, que linguã frenat, que mẽtẽ gubernat, pacẽ custodit, disciplinã regit, libidinis impetũ frãgit, timoris violentiam cõprimit: incendiũ simultatis extinguit, coercet potentiã diuitũ, inopiã pauperũ refouet, tuet in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatẽ, in coniunctis et maritatis indiuiduã charitatẽ: facit humiles in psperis, in aduersis fortes, contra iniurias et cõtumelias mites: docet delinquentibus cito ignoscere: si ipse delinquas: diu et multũ rogare

tẽtatiões expugnat, psecutões tolerat, passiones et martyria cõsummat. Ipsa est, que fidei nostre fundamẽta firmiter munit. R. Hymnũ cãtate nobis, hal. Quomodo cãtabimus canticũ dñi in terra aliena? halla, hal. V. Illic interrogauerunt nos q captiuos duxerũt nos, verba cantionũ. Quomodo. Glo. Quo.

Lcõ. euang. sm Johan. Xvi.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Uado ad eũ q misit me: et nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? Et rel.

Homilia Sci Augustini epi.

Cũ dñs Jesus predixisset discipulis suis persecutiones, quas passuri erãt post eius abscessum, subiũxit atq3 ait: Hec autem vobis ab initio nõ dixi, quia vobiscũ erã: nunc autẽ vado ad eum: qui misit me. Ubi primum videndum est, verum eis futuras non predixerit ante passiones. Sed alij tres euangeliste satis eum predixisse ista demonstrant, antequam ventũ esset ad cenã: qua peracta sm Johannem ista locutus est, vbi ait: Hec vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. R. Deus canticum nouum cantabo tibi, halla. In psalterio decẽ chordarũ psallã tibi, haleluia, haleluia. V. Deus meus es tu, et confitebor tibi: deus meus es tu, et exaltabo te. In.

An forte hinc ista soluitur questio, q alij eũ narrant pas/

16. c.

passioni proximã fuisse, cũ hec diceret. Nõ ergo ab initio quã do cũ illis erat, quia iã3 discessurus, iamq3 ad patrẽ perrecturus, hec dixit. Et ideo etiã3 fm illos Euangelistas verũ est, qđ hic dictũ est: Hec autem vobis ab initio nõ dixi: Sed quid agimus de fide euãgelij fm. Matheũ: qui hec ei a dño nõ solũ cũ iam esset in Pascha cum discipulis cenaturus iminẽte passione, verũ etiam ab initio denũciata esse commemorat, vbi primũ nominatim duodecim apostoli exprimunt, z ad opera diuina mittunt. [illegible] onũ est cõfiteri dño, halla. Et psallere: hal. In decachordo psalterio cum cantico, z cithara: Et. [illegible]

Quid sibi ergo vult, quod hic ait: Hec autẽ vobis ab initio non dixi: qa vobiscũ erã: nisi qa, q Jesus hic dixit de spiritu sancto q sit venturus ad eos, z testimoniũ perhibiturus quãdo illi mala illa passuri sũt. Hoc enĩ ab initio non dixit, qr cũ ipsis erat. Consolator ergo ille: vel aduocatus (vtrũq3 enĩ interpretat quod est Grece paraclitus) Christo abscedẽte necessarius fuerat. Et ideo de illo nõ dixerat ab initio, quãdo cũ illis erat, qr eius pñtia psolabant. [illegible] Carissimi. Omne datũ. 212. [illegible]

Vado ad eũ: qui me misit: z nemo ex vobis interrogat me, quo vadis? halla, hal. [illegible] Carissimi. Omne datum. 212. [illegible] Surrexit dñs de sepul. 198. Surrexit dñs ve. [illegible]

Citis fratres mei dilectissimi, sit aũt ois homo velox ad audiendum, tard' autem ad loquendum, z tard' ad iram, Ira enĩ viri iustitiã dei non operatur. Surrexit dominus vere. 298. z Gauisi.

Ad Nonam. Capitulum.

Propter quod abijcientes omnem immunditiam, z abundantiam malitie, in mãsuetudine suscipite insitum verbũ, quod potest saluare animas vestras. Gauisi sunt disci. 298. z Mane nobis. Ad vesp. [illegible] Carissimi, Omne datũ. fo. 200. [illegible] Ad cenam. fol. 200. [illegible] Mane nobiscũ. Ad [illegible] Ana. Vado ad eũ, qui misit me: sed quia hec locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrũ halleluiah. [illegible] vt supra. fol. 212

vt su.

FERIA SECVNDA.

De epistola canonica beati Jacobi apostoli. Lectio prima.

Omne datum optimum, z omne donũ pfectũ de sursum est descendẽs a patre luminum: apud quẽ non est trasmutatio: nec vicissitudinis obũbratio. Voluntarie enĩ genuit nos verbo veritatis: vt simus initiũ aliquod creature eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autẽ ois homo uelox ad audiendũ: tardus autẽ ad loquẽdũ: z tardus

1. ca.

dus ad iram. Ira eniz viri iusti tiã Dei non operatur. ℟. Vi cãt nũc qui redempti sunt, hal leluia. A dño, hall'a halleluia. ℣. Quos redemit de manu ini mici, & de regionibus cõgrega uit eos. A domino. Lectio ij.

P Ropter quod abijcientes oẽm immunditiaz, & abũ dãtiã malitie, in mansuetudine suscipite insitum verbuz, quod potest saluare animas vestras. Estote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallen tes vosmetipsos. Quia siquis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro conside ranti vultum natiuitatis sue in speculo. Considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. ℟. O. ãtate dño halleluia. Psalmum dicite ei, hall'a. ℣. Afferte dño gloriã, & honorẽ: afferte domino gloriã nomini eius. Psalmum. L. iij.

Q Ui aũt perspexerit i lege ge perfecte libertatis, & permãserit in ea, non auditor obliuiosus fact⁹, sed factor ope ris, hic beatus in facto suo erit. Siqs aũt putat se religiosuz es se, nõ refrenãs linguã suaz, sed seducens cor suũ, hui⁹ vana est religio. Religio mũda & imma culata apud Deuz & patrẽ hec est. Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorũ, & immacu latũ se custodire ab hoc seculo. Ad Benedictus. Antiphona. Nonne cor nostrũ ardens erat in nobis de Jesu dum loquere tur nobis in via: halleluia. Ad Mag. Ant. Ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt e go vadã: si enim non abiero, pa raclit⁹ non veniet ad vos: hal.

FERIA TERTIA.

De epistola canonica beati Ja cobi Apostoli. Lectio prima.

F Ratres mei: nolite in per sonarũ acceptione habe re fidem dñi nostri Jesu Chri sti glorie. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir au reum annulum habens in ve ste candida, introierit autem pauper in sordido habitu, & in tendatis in eum, qui indutus est veste preclara, & dixeritis ei: Tu sede hic bene, pauperi autẽ dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vosmet ipsos, & facti estis iudices co gitationum iniquarum? ℟. In ecclesijs. 213. Via Dñice dñr in hac & sequenti feria. Lectio ij.

A Udite fratres mei dile ctissimi: Nõne Deus ele git pauperes in hoc mundo, di uites i fide, & heredes regni qđ repromisit Deus diligẽtib⁹ se? Vos aũt exhonorastis paupe rẽ. Nõne diuites per potentiaz opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nõne ipsi blas phemant bonum nomen quod inuocatum est super vos. Si ta men legem perficitis regalẽ se cundum scripturas, Diliges pro ximum

ca. I.

ximum tuū, sicut teipsum: bene facitis. Si autē personas accipitis, peccatū operamini redarguti a lege, quasi trāsgressores. ℟. In toto corde. 213. Lec. iij.

Quicunque autem totā legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omniū reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit, et, Nō occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es trāsgressor legis. Sic loquimini, et sic facite, sicut per legē libertatis incipientes iudicari. Iudiciū enī sine misericordia illi qui nō facit misericordiam: Superexaltat autē misericordia iudiciū.

Ad Bñs Añ. Pax vobis, ego sum, alla, nolite timere, alla. Ad Mag. Aña. Cum venerit paraclitus spirit⁹ veritatis, ille arguet mūdū de peccato, et de iustitia, et de iudicio, alleluia.

FERIA QVARTA.

De epistola canonica beati Iacobi Apostoli. Lectio prima.

Quid proderit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat: nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater, aut soror nudi sint, et indigeant victu quotidiano: dicat autē aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini, et saturamini: non dederitis autem eis, quę necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic fides, si non habeat opera, mortua est, in semetipsa. ℟. Deus cātic. 213. L. ij.

Sed dicet quis: Tu fidē habes, et ego opera habeo: ostende mihi fidē tuā sine operibus, et ego ostendā tibi ex operibus fidem meam. Tu credis, quoniā vnus est Deus? benefacis, et dęmones credūt, et cōtremiscunt. Vis autem scire o homo inanis, quia fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerēs Isaac filiū suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: et ex operibus fides consummata est? ℟. Bonū est cōfiteri dño. 214. Lectio tertia.

Et suppleta est scriptura dicēs: Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad iustitiam: et amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operib⁹ iustificatur homo, et non ex fide tantum? Similiter autem et Raab meretrix, nōne ex operibus iustificata est suscipiens nuncios, et alia via ejiciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuū est: ita et fides sine operibus mortua est.

Ad Bñs Añ. Spiritus carnem et ossa non habet: sicut me videtis habere: iam credite, alla.

Ad Magnificat. Antiphona.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, alleluia.

FERIA

FERIA QVINTA.

De epistola canonica beati Jacobi Apostoli. Lectio prima.

ca.3. Nolite plures magistri fieri, fratres mei, scientes quoniam maius iudiciũ sumitis. In multis enim offendimus omnes. Siquis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam freno circũducere totum corpus. Si autẽ equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circunferimus. R. Si oblitus. 212. Lectio ij.

Et ecce, naues cũ magne sint, & a ventis validis minentur, circunferuntur tamen a modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicum quidẽ mẽbrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit: & lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. R. Viderunt te. 213. Lectio tertia.

Lingua cõstituitur in mẽbris nostris, quę maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostrę inflammata a gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum, & serpentum, & cetorũ domantur, & domita sunt a natura humana: linguam autem nullus hominũ domare potest: inquietũ, malũ plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus deũ & patrem: & in ipsa maledicimus homines, q ad imaginẽ & similitudinẽ dei facti sũt. Ex ipso ore procedit bñdictio & maledictio. Ad Benedictus. Antiphona. Obtulerunt discipuli domino partem piscis assi & fauum mellis halleluiah, halleluiah. Ad Magnificat. Antiphona. Non enim loquetur a semetipso: sed quęcunque audiet, loquetur, & quę ventura sunt, annunciabit vobis, halleluiah.

FERIA SEXTA.

De epistola canonica beati Jacobi Apostoli. Lectio prima.

ca.4. Vnde bella & lites in vobis? nõne ex cõcupiscentijs vestris, quę militant in mẽbris vestris? Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis: & non habetis, propterea q non postulatis. Petitis & non accipitis, eo q male petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei cõstituitur. R. In ecclesia. 213. Lectio secunda.

An putatis, quia inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis: maiorem autẽ dat gratiã: propter quod dicit: Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Subditi ergo estote deo, resistite autem

te diabolo, et fugiet a vobis. Appropinquate deo, et appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores: et purificate corda, duplices animo. Miseri estote, et lugete, ac plorate. Risus vester in luctum convertatur, et gaudium in merorem. Humiliamini in conspectu domini, et exaltabit vos. ℟ In toto cor. ii 3. Lc. iij.

Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, et iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Unus est enim legislator, et iudex, qui potest perdere, et liberare. Tu autem quis es, qui iudicas proximum tuum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam civitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur, et lucrum faciemus, (qui ignoratis, quid erit in crastinum: Que est enim vita vestra? vapor est, ad modicum parens, et deinceps exterminabitur) pro eo ut dicatis: Si dominus voluerit, et si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Ad Benedictus an. Isti sunt sermones, quos dicebam vobis, cum essem vobiscum halleluiah, hall. Ad vesp. ... occurrat ... ... capitulo ... Matth.

SABBATHO.

De epistola ... Jacobi apli. Lc. ca. 5.

Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris que advenient vobis. Divitie vestre putrefacte sunt, et vestimenta vestra a tineis comesta sunt: aurum et argentum vestrum eruginavit: et erugo eorum in testimonium vobis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, que fraudata est a vobis, clamat: et clamor eorum in aures domini Sabaoth introivit. Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis: Addixistis, et occidistis iustum, et non restitit vobis. Lectio secunda.

Patientes igitur estote, fratres, usque ad adventum domini. Ecce agricola expectat preciosum fructum terre, patienter ferens donec accipiat temporaneum, et serotinum. Patientes estote et vos, confirmate corda vestra, quoniam adventus domini appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, et longanimitatis, et laboris, et patientie, prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem domini vidistis, quoniam misericors dominus est et miserator. Lectio iii.

Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per celum neque

neq3 per terrã, neq3 aliud quod cũq3 iuramentũ. Sit aũt sermo vester, est, est: nõ non: vt non sub iudicio decidatis. Tristatur au tem aliquis vestrum? oret. Ae quo animo est? psallat. Infirma tur quis in vobis? inducat pres byteros ecclesię, ⁊ orent super eum vngentes eũ oleo in nomi mine domini, ⁊ oratio fidei sal uabit infirmũ, ⁊ alleuiabit eũ dominus: ⁊ si in peccatis sit, re mittentur ei. Confitemini ergo alterutrũ peccata vestra, ⁊ ora te pinuicẽ, vt saluemini: multũ enĩ valet deprecatio iusti assidua.

Ad Vesperas. Capitulum.

Iac. 1.

Charissimi, estote factores verbi, ⁊ nõ auditores tã tũ, fallentes vos metipsos: quia si quis auditor est verbi ⁊ non factor: hic compa rabitur viro consideranti vul tum natiuitatis suę in specu lo. Considerauit enim se, ⁊ abijt, ⁊ statim oblitus est qua lis fuerit. [illegible] nus. cenam. folio. 200. ℣. Mane.

[illegible]

Vsque modo non petistis quic quam in nomine meo: petite, ⁊ accipietis, halleluia. [illegible]

Deus, a quo bona cuncta procedũt: largire suppli cibus tuis: vt cogitemus te in spirante quę recta sunt, ⁊ te gu bernante eadem faciamus. Per dominum nostrũ Iesum Chri.

DOMINICA. II. post Pascha.

Incipit Epistola prima canoni ca B. Petri Apostoli. Lec. i.

Petrus Apostol' Iesu Christi ele ctis aduenis di spersionis Pon ti, Galatię, Cap padocię, Asię, ⁊ Bithinię sm prescientiam Dei patris, in sanctificationẽ spiri tus: in obedientiam ⁊ aspersio nẽ sanguinis Iesu Christi: gra tia vobis ⁊ pax multiplicetur. Benedictus Deus, ⁊ pater do mini nostri Iesu Christi, q sm misericordiam suam magnã re generauit nos in spem viuam: per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hereditatẽ incor ruptibilẽ, ⁊ incõtaminatã, ⁊ im marcessibilẽ, cõseruatã in cęlis in vobis, qui in virtute Dei cu stodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in tẽpore no uissimo. ℟. Si oblitus. 212.

[illegible]

In quo exultabitis, modi cũ nunc, si oportet, contri stari in varijs tentationibus: vt probatio vestrę fidei, multo pre ciosior auro, quod per ignẽ pro batur, inueniat in laudẽ, ⁊ glo riam, ⁊ honorẽ, in reuelationẽ Iesu Christi: quem cum nõ vi deritis diligitis: in quem nũc quoq3 non videntes, creditis: credẽtes aũt exultabitis lętitia inenarrabili, ⁊ glorificata, re

por

portantes finē fidei vestrę, sa/lutem animarū vestrarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetę, qui de futura in vobis gratiā prophe/tauerūt, scrutātes in quod, vel quale tēpus significaret, in eis spūs Christi, prenuncians eas, que in Chro sunt passiones, & posteriores glorias: quibus re/uelatū est, q; nō sibimetipsis, vo bis aūt ministrabant ea, q nūc nūciata sunt vobis, per eos qui euangelizauerūt vobis Spiri/tu sancto misso de cęlo, in quē desiderant angeli prospicere. ℟. Viderunt. 213. [illegible]

Propter qđ succincti lum bos mentis vestrę, sobrij, pfecti sperate in eā, q offertur vobis gratiā, in reuelatione Je su Christi, quasi filij obediētię, non cōfigurati prioribus igno/rantię vestrę desiderijs, sed s̄m eū qui vocauit vos sanctos: vt & ipsi in oī cōuersatione san/cti sitis: quoniam scriptum est: Sācti eritis, quoniā ego sāct^a sum. Et si patrē inuocatis eū, q sine acceptione personarū iu/dicat secundum vniuscuiusque opus: in timore incolat^o vestri tēpore cōuersamini: scientes q non corruptilibus auro vel ar/gento redēpti estis de vana ve/stra cōuersatione paternę tradi/tionis, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati, pręcogniti q/dē ante mūdi cōstitutionē, ma/nifestati autē nouissimis tēpori bus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscita uit eū a mortuis, & dedit ei glo riā, vt fides vestra, & spes esset in Deo. ℟. Narrabo. 213.

Ex libro S. Ambrosii episcopi de fide resurrectionis. Lec. iiij.

Quoniā Dei mori nō po/terat sapiētia, resurgere autē non poterat quod mortuū nō erat, assumit caro quę mori posset: vt dū moritur quod so/let, quod mortuū fuerat hoc re surgeret. Neque enim poterat esse nisi p hominē resurrectio: quoniam sicut p hominē mors, ita p hominē resurrectio mor/tuorum. Ergo resurrexit homo qm̄ homo mortuus: & resuscita/tus homo, sed resuscitās Deus, tunc s̄m carnē homo, nunc per oīa Deus. Nunc enim secundū carnem iam nouimus Christū, sed carnem per gratiam tene/mus: vt ipsum primitias quie/scentium, ipsum primogenitū ex mortuis nouerimus. ℟. In ecclesijs. 213. Lec. v.

Primitię vtiq; eiusdē sunt generis atq; naturę, cuius reliqui fructus: quorū p lętio re prouētu primitiua Deo mu/nera deferunt, sacrū munus p oībus, & quasi reparatę quędā liba naturę. Primitię ergo qe/scentiū Christus: sed vtrū suo/rū quiescētiū, qui quasi mortis exortes dulci quodā sopore te/nent, an oīum mortuorū? Sed si

ut in Adam oēs moriūtur, ita & in Christo oēs viuificabūtur. Itaq3 sicut primitię mortis in Adā, ita etiā primitię resurre/ctionis i Christo. Oēs resurgēt sed nemo desperet: neq3 iustus doleat cōmune ꝯsortiū resurgē di, cum ꝑpetuū fructum virtu tis expectet. Oēs quidem resur gēt, sed vnusquisq3, vt ait Apo/stolus, in suo ordine. Cōmunis est diuinę fructus clemētię, sed distinctus ordo meritorum.

℟. In toto corde. 213. Lec. vi.

Aduertimus quā graue sit sacrilegium, resurre/ctionem non credere. Si enim nō resurgemus, ergo Chrs gra tis mortuus est: ergo Christus non surrexit. Si enim nobis nō resurrexit, vtiq3 non surrexit, qui sibi cur resurgeret rōnem non habebat. Resurrexit in eo mundus, resurrexit in eo cęlū, resurrexit in eo terra. Erit enī3 cęlum nouum, & terra noua. Si bi autem non erat necessaria re surrectio, quē mortis uincula non tenebant. Nam etsi ẜm ho/minem mortuus, in ipsis tamē erat liber infernis. Vis scire quā liber? Factus sum sicut ho/mo sine adiutorio iter mortuos liber. Et bene liber, qui se pote rat suscitare, iuxta, quod scri/ptum est: Soluite templū hoc, & in triduo resuscitabo illud. Et bene liber, qui alios descen debat redempturus. ℟. Hym num cantate. folio 213.

Lcō s. euā. ẜm Iohānē. Le. vij.

In illo tpe: Dixit Iesus di scipulis suis: Amē amē di co vobis, siqd petieritis patrē i noīe meo, dabit uobis. Et rel.

Homilia s. Augustini episcopi.

Domini uerba nunc ista tractanda sunt. Amen di co uobis: siquid petieritis pa/trem in noīe meo, dabit vobis. Iā dictū est in superiorib⁹ hu/ius dñici sermonis partibus, ꝓpter eos qui nonnulla petunt a p̄re in Christi noīe, nec acci/piunt: Nō petitur in noīe Sal/uatoris qcquid petitur contra ratione salutis. Non enim sonū literarū ac syllabarū, sed qd ipse sonus significat, & quod eo sono recte ac ueraciter intelli/gitur, hoc accipiēdū est dicere, cū dicit, In nomine meo. ℟. Deus cāticū. 213. Lectio viij.

Qui de hoc sentit de Chrō, qdnō est de vnico Dei filio sentiendū, non petit in eius noīe, etiam si non taceat literis ac syllabis Chrm: qm̄ i eius noīe nō accipit qd petit. Qui uero qd est de illo sentien dum, sentit: ipse in eius noīe pe tit, & accipit qd petit, si nō ꝯtra suā salutē sempiternā petit, ac cipit autē, qm̄ debet accipere. Quędam autem nō negantur: sed, ut ꝯgruo dentur tempore, differuntur. Ita sane intelligen dum est quod ait, Dabit uobis: ut ea beneficia significata sciat his uerbis, quę proprię ad eos perti

pertinent, qui petunt. Exaudiũtur quippe oẽs sancti p̃ seipsis, non autẽ pro oibus exaudiunt, vel amicis, vel inimicis suis, vel quibuslibet alijs: quia non vtcunq; dictum est dabit: sed dabit vobis. ℟. Bonum est confi. Lectio ix.

Usq; modo, inqt, nõ petistis qcq̃ in noie meo: petite, ⁊ accipietis, vt gaudiũ vestrum sit plenum. Hoc quod dicit: gaudiũ plenũ, non profecto carnale, sed spirituale gaudiũ est: ⁊ quando tantuz erit, vt aliquid ei iam non sit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur qd̃ pertineat ad hoc gaudiũ cõsequẽdũ: hoc est i nomine Christi petendum, si diuinã intelligimus gratiaz, si vere beatã poscimus vitaz: quicquid autẽ aliud petitur, nihil petitur: nõ quia nulla omnino res est, sed quia in tanta rei comparatione, quicquid aliud concupiscitur, nihil est. Ad Lau. Cap. Carissimi, estote. fo. 216. Hym. Aurora. 200. Ad Ben. Aña. Usque modo vt su. in vesp. 216. Ad iij. Cap. Carissimi estote. 216. ℣. Surrexit dñs de sepul. 198. Surrexit dñs vere. Ad vi. Cap.

Jac. 1.

Qui autem perspexerit in lege perfecte libertatis, ⁊ pmãserit in ea, nõ auditor obliuiosus fact⁹, sed factor operis, hic beat⁹ i facto suo erit. ℟. Sur. dñs ve. 198. ℣ Gauisi sũt.

Ad Nonam. Capitulum.

Religio mũda ⁊ immaculata apud deũ ⁊ patrem hec ẽ, visitare pupillos ⁊ viduas i tribulatiõe eorũ, ⁊ immaculatũ se custodire ab hoc sclo. ℟. Gauisi sũt disci. 198. ℣ Mane. Ad vesp. Cap. Carissimi, estote. 216. Hym. Ad cenam agni. f. 200. ℣ Mane. Ad Mag. añ. Petite ⁊ accipietis, vt gaudiũ vestrũ sit plenum: ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, ⁊ credidistis, alleluia.

FERIA SECVNDA.

in Rogationibus.

Si hodie occur. f. 9ũ ix. lec. fit de eo cũ ix. lect. de seq. Hom. ⁊ cõ. de fer. ad Lau. tm̃, vt infra. De festo autẽ iij. lectionum fit tantum cõm. Lectio s. euang. sm Lucam. Lectio i.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Quis vestruz hẽbit amicũ: ⁊ ibit ad illũ media nocte, ⁊ dicet illi, Amice accõmoda mihi tres panes. Et rel. Homi. s. Ambrosij epi.

Alius precepti locus est: vt oibus momentis, non soluz diebus, sed etiã noctibus oratio deferatur. Uides enim, quod iste, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico suo postulans, ⁊ in ipsa petendi intentione persistens, nõ defraudetur orans? Qui sunt isti tres panes, nisi mysterij celestis alimentum? Quia si diliges dñm

Deū tuū, nō solum tibi, sed etiā aliis poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quā qui pro nobis corpus suum tradidit? Dñi tria [illegible] hac nocte. f. c. ij. et in ij. feria precedentis hebdo. tertiū qd est primū offic. R. Dicāt nunc qui. 214. Lec. ij.

Petiit ab hoc media nocte panes Dauid: petiit, et accepit, petiit enim, quando dicebat; Media nocte surgebā ad confitendum tibi. Ideo meruit hos panes, quos apposuit nobis edendos. Petiit, cum dicit: Lauabo per singulas noctes lectum meū. Neqꝫ enim timuit, ne excitaret dormiētē, quē scit semper vibrare vigilantes. Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi instantes, peccatis nostris veniā postulemus. R. Cantate domino. Lec. iij.

Nam si ille tā sanctus, et qui regni erat necessitatibus occupatus, septies in die laudē dño dicebat, matutinis et vespertinis sacrificiis semper intētus: quid nos facere oportet? qui eo amplius rogare debemus, quo frequētius carnis ac mētis fragilitate delinquimus: vt de via lassis, et istius qui cursu, ac vitę huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectionis deesse nō possit, qui hominis cor confirmet. Nec solū media nocte dñs sed omnibus prope docet vigilandū esse momētis. Venit eñi in vespertina, et secunda, et tertia vigilia, et pulsare consueuit. Beati itaqꝫ serui illi, quos cū venerit dominus, inuenerit vigilantes. R. Si oblitus. 212. Hac nocte non di. Te Deum. [illegible] R. In duabus seq. feriis di. Ad Bñs. Añ. Petite et accipietis, querite, et inuenietis: pulsate, et aperietur uobis, hal. Oro.

Presta, qs, ops Deus: vt qui in afflictione nra de tua pietate confidimus, contra aduersa omnia, tua semper protectione muniamur. Per dñm.

Hec Oro di ad Laudes, et per horas [illegible] tantu. Hoc triduo qui non interfuit processionis Rogationis, priuatim post mat. dicent Litanias cum suis precibus et Orationibus sine psal. penitentialibus. Ad horas oia [illegible] officio [illegible] 200. [illegible]

Ipse eñi pr amat vos, quia vos me amastis, et credidistis, hal. [illegible] Deus a quo bona. 216. [illegible] etiam in [illegible]

FERIA TERTIA.

[illegible]

Christo igit passo in carne, et vos eadē cogitatione armamini: qa qui passus est in carne, desiit a peccatis: vt iā nō desideriis hominū, sed voluntati Dei qd reliquū est in carne, viuat tēporis. Sufficit eñi preteritum

ritũ tẽpus ad volũtatẽ gentiũ cõsummandã iis, qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolẽtiis, comessationibus, potationib⁹, ebrietatibus, & illicitis idolorũ cultibus. In quo admiratur nõ concurrentibus vobis in eandẽ luxurię confusionem, blasphemãtes: q reddent rationẽ ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatũ est, vt iudicentur quidẽ secundũ homines in carne, viuant aũt ẽm Deũ in spiritu. Omniũ autem finis appropinquauit.

R. ij. noc. Dnice vi. post Pascha. R. L. ij

Estote itaq̃ prudẽtes, & vigilate in orõnib⁹. Ante omnia aũt mutuã in vobismetipsis charitatẽ cõtinuã habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Hospitales inuicem sine murmuratione. Vnusquisq̃ sicut accepit gratiã, in alterutrũ illã administrãtes: sicut boni dispensatores multiformis gratię Dei. Siquis loquitur, quasi sermones Dei: siquis ministrat, tanq̃ ex virtute quã administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesuz Christum, cui est gloria, & imperium, in secula seculorum. Amen. R. In toto. 513. L. iij

Charissimi, nolite peregrinari in feruore, q ad tẽtationẽz vobis sit: quasi noui aliquid vobis cõtingat: sed cõmunicantes Christi passionib⁹ gaudete: vt & i reuelatione glorię eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniã qđ est honoris, glorię, virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo aũt vestrum patiatur, quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si aũt vt Christianus, non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine. quoniã tẽpus est, vt incipiat iudicium a domo Dei. R. c Deum. 8. Ad Bñs. Aña. Oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis, haleluiah. Ad Magnifica. Aña. Exiui a pře, & veni in mundũz: iterũ relinquo mundũz, & vado ad patrẽ, hal.

FERIA QARTA. V Rogationum.

In vigilia Ascensionis. Si hodie occurrat festũ nouẽ lec. fit de eo cũ ix. lec. de Homi. vigilię & Oratione Dñice, vt infra: de festo autẽ triũ lect. fit tñ cõme. Lcõ sẽcundũ. ẽm Iohan. Lec. j.

In illo tẽpore: Subleuatis Iesus oculis in cęlũ dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Et reliqua. c. 17

Homilia s. Augustini episcopi.

Poterat dñs noster vnigenit⁹, & coeternus patri, in forma serui, & ex forma serui, si hoc opus esset, orare silẽtio: sed ita se při exhibere voluit pre-

 catorem

cato2é,vt meminisset nf3 se esse doctorē. Proinde ea3,quā fecit orationez pro nobis, notā fecit & nobis:quoniā3 tanti magistri nō solū3 apud ipsos sermocinatio,sed etiam ipsius pro ipsis ad patrē oratio,discipulorū est edificatio:& si illorū,qui hec dicta aderāt audituri,profecto & nostra,q fueram⁹ scripta lecturi.

R. iii. noc. dnice iiij. post Pascha. R. De⁹ canticū.113. l. ij.

Q Uapropter hoc qd ait: Pater venit hora,clarifica filiū tuū:ostendit omne tempus, & quid & quando faceret, vel fieri sineret, ab illo esse dispositū,q tēpori subdit⁹ non est: qm que futura erat per singula tpa,in dei sapientia causas efficientes habēt, in qua nulla sunt tēpora. Nō ergo credatur hec hora fato vrgente venisse. sed Deo potius ordinante: nec siderea necessitas Christi contexuit passionem: absit enim vt sidera mori cogerent siderū conditorē. R. Bonū est.214. l. iij.

C Larificatu3 a patre filiū nōnulli accipiūt in hoc q ei nō pepercit, sed pro nobis oibus tradidit eū: sed si passione clarificatus dicit,quāto magis resurrectione? nā in passione magis eius humilitas quā claritas cōmēdat, Apostolo attestāte,qui dicit: Humiliauit se metipsum factus obediēs vsq3 ad mortē, mortē3 autē3 crucis. Deinde sequit,& de eius clarificatione iā3 dicit: Propter qd & deus illū exaltauit, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur,celestium,terrestriū,& infernorū:& ois lingua cōfiteat, qa dns Jesus Christ⁹ in gloria est dei patris. Hec est glorificatio dni nri Jesu Christi:q ab eius resurrectione sumpsit exordiu3. U e Deum.8.

Ad Bñe. aña. Pater venit hora:clarifica filium tuum,claritate quam habui priusquam mūdus esset apud te:haleluiah. Oia vt de dnica pt.ut sup 216.

IN ASCENSIONE DOMINI. duplex.

Ad Uesp. Aña. Uiri Galilei. cū rel. de lau. ps. Dixit dns. 52. cu3 rel. de dnica. & loco ult. ps. Laudate dn3 oēs gēt.54. Cap.



P Rimum quidem sermonem feci de oibus o Theophile, que cepit Jesus facere, & docere : usq3 in diē qua pcipiēs apostolis: p spūm sanctū quos elegit:assumptus est. Act. 1. Hy.

I Esu nostra redēptio: Amor,& desiderium: Deus creator oium Homo in fine tempo rum.

Q ue te uicit clementia:

Ut

Ut ferres nostra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos a morte tolleres:
Inferni claustra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextram patris resides:
Ipsa te cogat pietas,
Ut mala nostra superes
Parcendo, et voti compotes
Nos tuo vultu saties.
Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurus premium,
Sit nostra in te gloria
Per cūcta semp secla Amen.
℣. Ascēdit Deus i iubilatione, hal. ℟. Et dñs i voce tube, hal.
Ad Mag. ana. Pater manifesta ui nomen tuum hoibus, quos dedisti mihi: nūc autem pro eis rogo, nō pro mundo, quia ad te venio, haleluiah. Oratio.

Concede, qs, omnipotēs deus, vt qui hodierna die vnigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus: ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem.

Ad Matu. Inuita. haleluiah. Christum dñm ascendentē in celum. Venite adoremus, haleluiah. Ps. Venite. Hymnus.

Eterne rex altissime,
Redemptor et fidelium,
Quo mors soluta deperit,
Datur triumphus gratie.
Scandens tribunal dextere
Patris potestas omnium
Collata Jesu celitus,
Que non erat humanitus.
Ut trina rerum machina
Celestium, terrestrium,
Et infernorum condita,
Flectat genu iam subdita.
Tremunt videntes angeli,
Versa vice mortalium,
Culpat caro, purgat caro,
Regnat Deus, Dei caro.
Tu esto nostrum gaudium,
Manens olympo preditum:
Mundi regis qui fabricā,
Mundana vincens gaudia.
Hinc te precantes quesumus.
Ignosce culpis omnibus,
Et corda sursum subleua
Ad te superna gratia,
Ut cum repente ceperis
Clarere nube iudicis,
Penas repellas debitas,
Reddas coronas perditas.
Gloria tibi domine,
Qui scandis super sydera,
Cum patre et sancto spiritu,
In sempiterna secula. Amen.

Sic terminant hym. eiusdē metri. vsq ad Pēte. excepto hymno ad vesp. In j. noctur. Ana. Eleuata est magnificentia tua, super celos Deus, halla. Ps. Domine dñs noster. &c. 3. Ana. Dñs in templo sancto suo, dñs in celo, halla. Psals. In domino confi. 4. Ana. A summo celo egressio eius, et occursus eius haleluiah. Ps. Celi enarrāt. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, haleluiah. ℟. Et dominus in voce tube, haleluiah.

Incipit liber Actuũ aploꝝ. c. j.

PRimũ quidẽ sermonẽ feci de oĩbus, o Theophile, q̃ cepit Jesus facere et docere, vsq; in diem, qua precipiens Apostolis, per spiritum sanctũ quos elegit, assumptus est: quibus et prebuit seipsum viuũ post passionem suã in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, et loquens de regno Dei. Et conuescẽs precepit eis, ab Jerosolymis ne discederẽt: sed expectarent promissionẽ patris, quã audistis (inquit) p os meũ: q2 Johãnes qdẽ baptizauit aqua, vos aũt baptizabimini spũ sancto, non post multos hos dies. R. Post passionẽ suã per dies quadraginta apparens eis, et loquẽs de regno Dei, halleluiah. Et videntibus illis eleuatus est, halleluiah: Et nubes suscepit eũ ab oculis eoꝝ, halleluiah. V. Et conuescens precepit eis, ab Jerosolymis ne discederẽt, sed expectarent promissionẽ patris. Et videntibus. Lectio secũda.

CVm ergo conuenerãt, interrogabant eũ dicẽtes: Dñe si in tẽpore hoc restitues regnum Israel? Dixit aũt eis: Non est vestrũ nosse tempora vel momẽta, q̃ pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutẽ superuenientis spũs sancti in vos, et eritis mihi testes in Jerusalẽ, et in omni Judea, et Samaria, et vsq; ad vltimũ terre. Et cum hec dixisset, videntibus illis eleuatus est, et nubes suscepit eum ab oculis eorum. R. Omnis pulchritudo dñi exaltata est super sidera. Spẽs eius in nubib9 celi, nomẽ eius in eternũ permanet, halla. V. A summo celo egressio eius, et occursus ei9 vsq; ad summũ eius. Species. L. iij.

CVmq; intuerent in celũ euntẽ illũ, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestib9 albis, qui et dixerunt: Viri Galilei, quid statis aspicientes in celũ? Hic Jesus qui assumptus est a vobis i celũ, sic veniet quẽadmodũ vidistis eũ euntẽ in celum: Tunc reuersi sunt Jerosõlymã a monte, qui vocatur Olineti, qui est iuxta Jerusalem, sabbathi habens iter. Et cũ introissent in cenaculũ, ascenderunt vbi manebant Petrus, et Johãnes, Jacobus et Andreas, Philippus et Thomas, Bartholomeus et Mattheus, Jacobus Alphei, et Simon Zelotes, et Judas Jacobi. Hi oẽs erãt perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, et Maria matre Jesu, et fratribus eius. R. Exaltare domine, hall. In virtute tua, hal. V. Eleuata est magnificentia tua sup celos de9. In. Gloria. In. [illegible] Exaltare dñe in virtute tua, cãtabim9, et psallemus, halla. Dñe in vir. 7.

Aña. Exaltabo te dñe, quoniã suscepisti me, all'. ps idē. f. 19. Aña. Ascendit deus in iubilatione, & dñs in voce tubę, all'. Psalmus Omnes gentes. 27. ℣. Ascendens Christus in altum, aleluiah. ℟. Captiuam duxit captiuitatem, aleluiah. Sermo Leonis pape. L. iii.

Post beatã & gloriosam resurrectionē dñi nři Jesu Christi, quã verũ dei templũ, Judaica impietate resolutum, diuina se in triduo potentia suscitauit, quadragenarius hodie dilectissimi, sãctorũ dierũ expletus est numerus, sanctissima ordinatione dispositꝰ, & ad vtilitatem nrę eruditionis impēsus: vt dũ a dño in hoc spatio mora presentię corporalis extēditur, fides resurrectionis documentis necessarijs muniretur. Mors enim Christi multorũ discipulorum corda turbauerat: & de supplicio crucis, de emissione spiritus, de exanimati corporis sepultura, grauatis męstitudine mētibus quidam diffidentię torpor obrepserat. ℟. Tempus est vt reuertar ad eũ qui me misit, dicit dñs: nolite contristari, nec turbetur cor vestrũ. Rogo pro vobis patrē, vt ipse vos custodiat, all'. all'. ℣. Nisi ego abiero, paraclitꝰ nō veniet: dũ assumptus fuero, mittaz vobis eum. Rogo. Lec. v.

Unde beatissimi apostoli, omnesq discipuli, qui & de exitu crucis fuerãt trepidi, & de fide resurrectiōis ambigui, ita sunt veritate pspicua roborati, vt dño in cęlorũ eunte sublimia, non solũ nulla afficerentur tristitia, sed etiam magno gaudio replerentur. Et re vera magna erat, & ineffabilis causa gaudendi, cum in conspectu sanctę multitudinis super omniuz creaturaruz cęlestium dignitatem humani generis natura conscenderet, supergressura angelicos ordines, & vltra archangelorũ altitudines eleuanda, nec vllis sublimitatibus moduz suę prouectionis habitura, nisi ęterni patris recepta consessu, illius glorię sociaretur in throno, cuius naturę copulabat in filio. ℟. Non turbet cor vestrũ: ego vado ad patrē, & dum assumptus fuero a vobis, mittã vobis, all'. Spiritũ veritatis, & gaudebit cor vestrum, all'a. ℣. Ego rogabo patrem, & alium paraclituz dabit vobis. Spiritũ. Lec. vi.

Quia igitur Christi ascensio nostra est prouectio: & quo precessit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis: dignis, dilectissimi, exultemꝰ gaudijs, & pia gratiarũ actiōe lętemur. Hodie eñi nō solũ paradisi possessores firmati sumus, sed etiã cęlorũ in Christo superna penetrauimꝰ: ampliora adepti p ineffabilez Christi gratiã, q̃ per diaboli amiseramus inuidiaz.

Nam quos uirulentus inimic⁹ primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi cōcorporatos dei filius ad dexteram patris collocauit: cū quo viuit & regnat in unitate spūs sancti deus p oia secula seculorū. Amē. R. Ascendēs Christ⁹ in altū, halleluiah, captiuā duxit captiuitatem. Dedit dona hoīb⁹ halleluiah, halleluiah, hal. V. Ascēdit de⁹ in iubilatione, & dñs in uoce tube. Dedit. Gloria. Dedit. In iij. noct. ur. aña Nimis exaltatus est, hal. super oēs deos, hal. ps Dñs reg. exul. 44. An Dñs in Sion, hal. magnus, & excelsus, hal. ps Dñs reg. irasc. 46. Aña Dñs in cęlo, hal. parauit sedem suā, halleluiah. ps Benedic anima. 1. 47. V. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, hall. R Deum meū, & Deum uestrum, haleluiah. Lectio .vij. Secūdū Marcū. L. vij.

c. 16. In illo tēpore: Recūbentibus undecim discipulis, apparuit illis Jes⁹, & exprobrauit incredulitatem illorū, & duritiam cordis, quia iis, qui uiderant eū resurrexisse a mortuis, non crediderant. Et reliqua. Homilia S. Gregorij Papę.

Quod resurrectionē dñicā discipuli tarde crediderunt, non tam illorū infirmitas, quā nostra (vt ita dicā) futura firmitas fuit. Ipsa nanq resurrectio illis dubitātib⁹ p multa argumēta mōstrata est: q̄ dū nos legentes agnoscimus, qd aliud quā de illorū dubitatione solidamur? Minus enim mihi Maria Magdalena pręstitit, quę citius credidit: quā Thomas, q diu dubitauit. Ille etenim dubitādo uulnerū cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis uuln⁹ amputauit. R. Ego rogabo patrē, & aliū paraclitū dabit uobis. Ut maneat uobiscū in ęternū spiritū ueritatis, hal. V. Si enim non abiero, paraclitus non ueniet ad uos: si aūt abiero, mittā eū ad uos. Ut ma. Lectio .viij.

Ad insinuandā quoq ueritatē dñicę resurrectionis notādū nobis est, quid Lucas referat, dicēs: Conuescens pręcepit eis ab Jerosolymis ne discederent. Et post pauca. Uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorum. Notate verba, signate mysteria. Cōuescens eleuatus est. Comedit, & ascendit: vt uidelicet per effectum comestionis, ueritas patesceret carnis. Marcus uero, priusquam cęlum dñs ascendat, eum de cordis atque infidelitatis duritia increpasse discipulos memorat. Quia in re quid cōsideran dū est nisi q iccirco dñs tunc discipulos increpauit, cū eos corporaliter reliquit: ut uerba q̄ discedens diceret, in cordib⁹ audientiū arctius impressa remanerēt. R. Omnis nubē ascē-

sum

sum tuuz dñe. Qui ambulas su per pēnas ventorum, haleluiah ℟. Confessionez & decorem in/ duisti: amictus lumē sicut vesti mētuz. Qui. ℣ lo. Qui. L. ix.

ca.3. Increpata igit eoruz duri tia: qd admonendo dicat audiamus. Eūtes in mūdū vni uersum, pdicate euāgeliū omni creaturę. Nunqd fratres mei, sanctū euāgeliū vel isensatis re bus, vel brutis aialibus fuerat pdicādum? vt de eo discipulis dicatur, Prędicate euāgelium oi creaturę. Sed ois creaturę nomine signatur homo. Ois au tē creaturę aliqd habet homo. Habet nanq: cōmune esse cum lapidibus, vigere cū arboribus, sentire cū aialibus, itelligere cuz angelis. Si ergo commune habet aliquid cuz omni creatu ra homo: iuxta aliqd ois creatu ra est homo. Omni ergo creatu rę prędicatur euangeliuz, cū so li homini prędicatur. ℣ e Deum. 8.

Ad Laudes, & p Horas. Aña.

Viri Galilei, qd aspicitis i cęluz? Hic Jesus, q assū ptus est a vobis in cęlū, sic veni/ et, halla. ps Dñs regnauit. 8. cū re Aña. Cumqz intuerentur in cęluz euntez illum, dixerunt: halla. Aña Eleuatis manibus benedixit eis, & ferebatur in cę/ lū, halla. Aña Exaltate regez reguz, & hymnū dicite deo, hal. Aña Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit euz in cęlo, hal.

Capit Primum quidem. 219. Hym. Jesu nostra redē. 219. ℣. Dominus i cęlo, haleluiah: ℟. Parauit sedem suaz. halleluia.

Ad Benedictus Antiphona.

Ascendo ad patrē meum, & pa trem vestrum. Deum meum: & Deum vestruz: haleuiah. Oro. Concede, qs ops. 22.

Ad Prima. ℟ bre Chrē fili dei viui miſere nobis. Hal. hal. ℣. Qui scandis super sidera: Halla. hal. ℣. Exurge Chrie. ℟. Et libera nos. hic di cuoti die vsqz ad Pēte. Ad iij. Ca Primum quidez. 219. ℟ bre. Ascendit Deus in iubilatione, Hal hal. ℣ Et dñs in uoce tu/ bę. Hal. hal. Gloria. ℣. Ascen dens Christus in altum, halelu iah. ℟ Captiuaz duxit captiui tatem, haleluiah.

Ad Sextam. Capitulum.

Et cōuescens precepit eis, ab Jerosolymis ne disce derent: sed expectarent promis sionē patris, quā audistis, ingt per os meū: quia Johannes q/ dem babtizauit aqua, vos aūt baptizabimini spiritu sctō, non post multos hos dies. ℟ Ascen dens Christus in altū, Halla. hal. ℣ Captiuā duxit captiui/ tatem Halla. Glo. ℣ Ascendo ad patrem meum, & patrem ve strum, halla. ℟ Deū meum: & deū vestrū: halla Ad ix. Cap. Act.

Viri Galilei, qd statis aspi ciētes in cęlū? Hic Jesus qui assumptus est a vobis in cę/ lum, Act. 1.

lū, sic veniet quemadmodū vi/ distis eum euntem in celū. ℟. Ascendo ad patrē meuȝ, ⁊ pa/ trē vestrū, Hal. haſ. ℣. Deum meum: ⁊ Deuȝ vestruȝ. Halla. Gloria. ℣. Dñs in celo, halla: ℟. Parauit sedeȝ suaȝ, halla. Ad Ueſp. [illegible] Dñs in celo, hala. ℟. Parauit sedeȝ suaȝ, hal. [illegible] O rex glorie, dñe virtutuȝ, qui triūphator hodie super oēs ce los ascēdisti, nec derelinquas nos orphanos: sed mitte promissuȝ patris in nos, spiritū veritatis, haleluiah. Oratio vt sup. 220. ℂ [illegible] Feria sexta.

FERIA SEXTA.

Incipit epla . . . Petri [illegible]

Symon Petr⁹, ser uus ⁊ apls Jesu Christi iis q coe qualeȝ nobiscuȝ sortiti sunt fidē, i iustitia Dei nři, ⁊ saluatoris Jesu Christi, Gra/ tia vobis ⁊ pax adimpleatur in cognitione dei, ⁊ Christi Jesu, dñi nostri: quomodo omnia no/ bis diuine virtutis sue, que ad vitā ⁊ pietatē pertinēt donata sunt, per cognitioneȝ eius, qui vocauit nos propria gloria, ⁊ virtute: pq̄ maxima, ⁊ precio sa nobis promissa donauit: vt p hec efficiamini diuine consor/ tes nature, fugientes eius, qui in mundo est, concupiscentie corruptioneȝ. ℟. Post paſ. 220.

Lectio .ii.

Uos aūt curaȝ omnē sub/ inferentes, ministrate in fide vestra virtutē, in virtute āt scientiam, in scientia auteȝ ab/ stinentiam, in abstinentia autē patientiā, in patientia autē pie tatem, in pietate autem amorē fraternitatis, in amore aūt fra ternitatis charitatē. Hec eniȝ si vobiscū adsint, ⁊ superent, nō vacuos, nec sine fructu vos con stituent in dñi nostri Jesu Chri sti cognitione. Cui enim nō pre sto sunt hec, cec⁹ est, ⁊ manu te tans: obliuionē accipiēs purga tionis veteruȝ suorū delictorū. ℟. Omnis pul. 220. [illegible]

Quapropter, fratres, ma/ gis satagite, vt per bona opera certā vestrā vocationeȝ ⁊ electionem faciatis. Hec eniȝ facientes nō peccabitis aliquā do: sic enim abundanter mini/ strabitur vobis introit⁹ in eter/ nū regnū dñi nři, ⁊ saluatoris Jesu Christi. Propter quod in cipiā vos semper commonere de his, ⁊ quidē scientes, ⁊ cōfir matos vos in presenti veritate. Justū autē arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo, suscita re vos in cōmonitione, certus quod velox est depositio taber/ naculi mei: secūdū qđ ⁊ dñs Je sus Chris significauit mihi. Da bo autem operam, ⁊ frequēter habe

habere vos post obitũ meũ, vt horum memoriã faciatis. ℟. Exaltare domine, ps. 220. Sermo s. Leonis Pape. Lectio iiii.

Sacramentũ, dilectissimi, salutis nostrę, quã precio sanguinis sui vniuersitatis cõdidor estimauit, a die corporalis ortus vsqꝫ ad exitũ passionis per dispensationẽ humilitatis impletum est. Et licet multa etiam in forma serui diuinitatis signa radiauerint, proprie tñ illius tẽporis actio ad demõstrandã suscepti hominis pertinuit veritatẽ. Post passionẽ vero ruptis mortis vinculis, quę vim suam in eum, qui peccati erat nescius, incẽdẽdo perdiderat: infirmitas in virtutẽ, mortalitas in immortalitatẽ, contumelia transiuit in gloriam: quã dñs Iesus Christus in multis manifestisqꝫ documentis multorũ declarauit aspectibus, donec triumphũ victorię, quẽ re portarat a mortuis, inferret & celis. ℟. Tempus est. 221. Lectio v.

Sicut ergo in solennitate pascali resurrectio dñi fuit nobis cã lętandi: ita ascẽsio eius in cęlos, pñsentium nobis est materia gaudiorũ, recolẽtibus illã diẽ, & rite venerãtibus, qua naturę nostrę humilitas in Christo, sup oẽm cęli militiã, super omnes ordines angelorũ, & vltra omniũ altitudinẽ potestatum, ad Dei patris est proue cta consessum. Quo ordine operũ diuinorũ nos fundati, nos ędificati sumus, vt mirabilis fieret gratia Dei, cum remotis a conspectu hominũ, quę merito reuerentiam sui sentiebantur indicere, fides non deficeret, spes non fluctuaret, charitas non teperet. ℟. Non turbetur. 221. Lectio vi.

Magnarũ hic vigor est mẽtiũ, & valet fideliũ hoc lumẽ animarũ, incunctãter credere quę corporeo nõ videntur intuitu, & ibi figere desideriũ, quo nequeas inferre cõspectũ. Hęc autem pietas vnde in nostris cordibus nasceretur, aut quomodo quisquã iustificaretur per fidẽ, si in iis tantũ salus nostra consisteret, quę obtutibus subiacerent? Unde & illi viro, q de resurrectione Christi videbatur ambigere, nisi in ipsius carne vestigia passionis, & visu explorasset & tactu, Quia vidisti me, inquit dñs, credidisti: beati, qui nõ viderũt, & crediderũt. ℟. Ascẽdens Chris. 221. Lectio vii. Secundũ Mar. Ca. xvi.

Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabit. Fortasse vnusquisqꝫ apud se metipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. Uerũ dicit si ñ dem operibus teneat. Uera etenim fides est, quę in hoc, quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidelibus

Paulus

Paulus dicit. Qui cōfitentur se nosse Deum. factis autem negāt. Hic Johannes ait: Qui dicit se nosse deū, ⁊ mādata ei⁹ non custodit, mendax est. ℟. Ego rogabo. 121. Lectio viij

Quod cum ita sit: fidei nostrę veritatē in vitę nr̄e consideratione debemus agnoscere. Tūc enim veraciter fideles sumus: si quod verbis promittimus, corporibus cōplem⁹. In die quippe baptismatis oībus nos antiqui hostis operib⁹ atq; omnibus pompis abrenūciare promisimus, itaque vnusquisque vestrum ad considerationē suā mentis oculos reducat: ⁊ si seruat post baptismū, quod ante baptismum spopondit, certus iā, q2 fidelis est gaudeat. ℣. Bonis. nu. 221. L. ix.

Sed ecce si quod promisit minime seruauit si ad exercenda praua opera, ad ↄcupiscēdas mundi pōpas dilapsus est, videam⁹ si iā scit plāgere, qđ errauit. Apud misericordē nāque iudicē, nec ille fallax habebitur, qui ad veritatem reuertitur, etiam postquam mentitur. Quia omnipotens Deus dum libenter nostrā pęnitentiā suscipit, ipse suo iudicio, hoc quod errauimus abscondit.

SABBATHO

De epistola prima beati Petri Apostoli Lectio prima.

Hanc ecce vobis, carissimi, secūdā scribo epistolā, in quibus vestrā excito in cōmonitione sincerā mentē: vt memores sitis eorū quę predixi verborū a sanctis ꝓphetis, ⁊ apostolorū vestroꝝ, pceptorū dn̄i ⁊ saluatoris: Hoc primū scientes: quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias ↄcupiscentias ambulantes, dicentes: Ubi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierūt, oia sic perseuerāt ab initio creaturę. Latet enim eos hoc volētes, φ cęli erant prius ⁊ terra de aqua, ⁊ per aquā consistens Dei verbo, per quē ille tūc mundus aqua inundatus periit. Celi aūt, qui nūc sunt, ⁊ terra eodē verbo repositi, sūt igni reseruati in diem Judicij, ⁊ perditionis impiorum hominum. ℟. Post passionem. 220. Lec. ij.

Unum vero hoc nō lateat vos charissimi: quia vn⁹ dies apud dn̄m, sicut mille anni, ⁊ mille anni sicut dies vn⁹. Nō tardat dn̄s promissionē suam, sicut quidā existimāt: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed oēs ad pęnitentiā reuerti. Adueniet autē dies dn̄i vt fur, i quo cęli magno impetu trāsiēt, elemēta vero calore soluētur, terra autē, ⁊ quę in ipsa sunt opera exurent. Cū igitur hęc oia dissoluēda sint: quales oportet vos esse in sanctis ↄuersationibus, ⁊ pietatib⁹, expectantes, ⁊ properātes in aduētum

tum diei dñi, per quē cęli ardē tes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Nouos uero cęlos, & nouā terrā secundum promissa ipsius expectamus, in qbus iustitia habitat. ℟. Omnis pulchritudo. 220. Lec. iiij.

Propter quod, carissimi, hęc expectantes, satagite immaculati, & inuiolati ei inueniri in pace: & dñi nostri longanimitatē, salutē arbitramini: sicut & carissimus frater noster Paulus ſm datā sibi sapientiā scripsit uobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de ijs, in quibus sunt quędam difficilia intellectu, quę indocti & instabiles depravant, sicut & cęteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres pręscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate, crescite uero in gratia, & in cognitione dñi nostri, & Saluatoris Jesu Christi: ipsi gloria & nunc & in diez ęternitatis. Amen. ℟. Exaltare dñe. 220.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

Quod itaq; redēptoris nostri conspicuū fuit, in sacramēta trāsiuit: & ut fides excellētior esset ac firmior, uisioni doctrina successit, cuius auctoritatē supnis illuminata radijs credentiū corda sequerentur. Hāc fidē ascensione dñi auctā, & spiritus sancti munere roboratā, nō uincula, non carceres, nō exilia, non fames, nō ignis, nō laniatus ferarū, nec exquisita persequentiū crudelitatib⁹ supplicia terruerunt. Pro hac fide per uniuersum mūdū non solū uiri, sed etiam fęminę, nec tantū impubes pueri, sed etiaz tenerę uirgines usq; ad effusionē sanguinis decertarunt. Hęc fides dęmonia eiecit, ęgritudines depulit, mortuos suscitauit. ℟. Tempus. 221. Lectio. v.

Vnde ipsi beati apostoli, qui tot miraculis pārmati, tot sermonibus eruditi, atrocitatem tamen dñicę passionis expauerāt, & veritatē resurrectionis eius nō sine hęsitatione susceperāt, tantum⁹ de ascensione dñi profecerunt, vt quicquid illis prius intulerat metum, verteretur in gaudiuz. Tōtā enim cōtemplationē animi in diuinitatē ad patris dexteraz psidentis erexerāt. nec iā corporeę uisionis tardabantur obiectu, quo minus in id aciē mentis intenderent, qđ nec a patre descendēdo abfuerat nec a discipulis ascendēdo discesserat. Tunc igitur dilectissimi, filius hoīs Dei filius excellēti⁹ sacratiusq; innotuit, cū in paternę maiestatis gloriā se recepit: & ineffabili mō cępit esse diuinitate pręsentior, qui fact⁹ est humanitate lōgiquior. ℟. Nō turbetur. 221. Lectio. vj.

Tunc ad ęqualē patri filiū eruditior fides gressu cępit mentis

mentis accedere, et cõtrectatio ne in Christo corporee substantie: qua pater minor est, nõ egere: quoniã glorificati corporis manẽte natura, eo fides credentiũ vocabat, vbi nõ carnali manu sed spirituali intellectu pargenitori vnigenitus tangeret: Hinc illud est, quod post resurrectionẽ suã dñs et Marie Magdalene psonã Ecclesie gerenti cum ad cõtactuz ipsius propera ret accedere dicit: Noli me tãgere: nondum enim ascendi ad patrez meum: hoc est: Nolo, vt ad me corporaliter venias: nec vt me sensu carnis agnoscas: ad sublimiora te differo, maiora tibi preparo, Cum ad patrẽ ascẽdero, tũc me perfectius veriusq3 palpabis: apprehensura quod nõ tangis, et creditura quod nõ cernis. Ascẽdens.221:

[illegible]

Signa autẽ eos, q credituri sunt, hec sequent: In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super egros manus imponent, et bene habebunt. Nunquid nam fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis. Sed hec necessaria in exordio Ecclesie fuerunt. Ut enim ad fidez cresceret multitudo credẽtiũ, miraculis fuerat nutrienda. Quia et nos, cuz arbusta plantamus, tandiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra iam coaluisse videamus. At si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod paulus dicit: Lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus. Ego rogabo. fol. 221. Lectio viij.

Habemus de his signis, atq3 virtutibus, que adhuc subtilius cõsiderare debeamus. Sancta quippe Ecclesia quotidie spiritualiter facit, quod tũc per apostolos corporaliter faciebat. Nam sacerdotes eius cum per exorcismi gratiam manuz credentibus imponunt, et habitare malignos spiritus in eorũ mente cõtradicunt, quid aliud faciũt, nisi demonia eijciũt: Et fideles quique, qui iam vite veteris secularia verba derelinquunt, sancta autem mysteria insonant, conditoris sui laudes et potentiam, quantum preualent, narrant, quid aliud faciunt nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum bonis suis exortationibus malitiam de alienis cordibus auferunt: serpentes tollunt. Bonis nu/ bem.222. Lec. ix.

Et dũ pestiferas suasiones audiunt, sed tñ ad operationem prauam minime pertrahuntur: mortiferum quidem est quod bibũt: sed nõ eis nocebit. Qui quoties proximos suos in bono opere infirmari conspiciũt: dũ eis tota virtute concurrunt

rũt, ꝛ exẽplo suę operationis il lorum vitam roborant, qui in propria actione titubant, quid aliud faciũt, nisi sup ęgros ma nus imponũt, vt bene habeant? Quę nimirũ miracula tãto ma iora sunt, quãto spiritualia: tan to maiora sunt, quãto p hęc nõ corpora sed animę suscitantur.

Ad Vesperas. Capitulum.

1. pe. 4.

Charissimi estote prudẽtes, ꝛ vigi late i orõnib⁹. Ante oĩa aũt mutuã in vobismetipsis charitatẽ conti nuã hñtes, qꝛ charitas operit multitudinẽ pctõꝝ. Hy⁹ Jesu nr̃a redẽ. 219. ℣ Dñs in cęlo, hal. ℟ Parauit sedẽ suã, hall.

Ad Mag. Aña Cũ venerit pa raclitus, quẽ ego mittã vobis spiritum veritatis, qui a patre procedit, ille testimoniũ perhi bebit de me, hallel. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus, fac nos tibi semper ꝛ deuotã gerere voluntatem, ꝛ maiestati tuę sincero corde ser uire. Per dñm nostrum Jesum Christuꝫ filiũ tuum, qui tecuꝫ.

Et fit cõme. Ascẽsionis. Aña. O rex glorię. 222. ℣ Ascendit Deus in iubilatione, hallel. ℟. Et dñs in voce tubę, halleluia. Oro. Cõcede quęsumus. 220.

DOMINICA INFRA octauam Ascensionis.

totũ officiũ fit de Ascẽsione, ex ceptis his q̃ hic habent ꝓpria.

B. II. R.

Incipit epistola prima Beati Johannis apostoli. Lectio i.

Quod fuit ab ini tio qđ audiuim⁹, quod vidim⁹ ocu lis nr̃is, qđ persp ximus, ꝛ man⁹ no strę ꝯtrectauerũt de verbo vitę, ꝛ vita manifesta ta est: ꝛ vidimus, ꝛ testamur, ꝛ annunciamus vobis vitaꝫ ęter nam, quę erat apud patrem, ꝛ apparuit nobis. Quod vidim⁹, ꝛ audiuimus, annũciamus vo bis: vt ꝛ vos societatẽ habeatis nobiscũ, ꝛ societas nostra sit cũ patre, ꝛ cũ filio eius Jesu Chri sto. Et hęc scribimus vobis, vt gaudeatis, ꝛ gaudium vestrum sit plenum, Et hęc est annuncia tio, quã audiuimus ab eo, ꝛ an nunciamus vobis: Quoniam Deus lux est, ꝛ tenebrę i eo nõ sunt vllę. ℟ Post passionem. fol. 220. Lectio secunda.

Si dixerimus quoniaꝫ sõ cietatẽ habem⁹ cũ eo, ꝛ i tenebris ambulam⁹: mẽtimur, ꝛ veritatem nõ facim⁹. Si autẽ in luce ambulamus, sicut ꝛ ipse est in luce: societatem habem⁹ adinuicẽ, ꝛ sanguis Jesu Chri sti filij ei⁹, emũdat nos ab omni peccato. Si dixerimus quoniã peccatũ non habemus: ipsi nos seducimus, ꝛ veritas in nobis nõ est. Si cõfiteamur peccata no stra, fidelis est, ꝛ iust⁹, vt remit tat nobis pctã nr̃a: ꝛ emundet nos ab oĩ iniqtate. Si dixerim⁹

qm̃ non peccauimus, mendacē facimus eū, ⁊ verbū ei⁹ nō est i nobis. Ois pulc. 220. L. v.

Filioli mei, hec scribo vobis vt nō peccetis: sed ⁊ si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Jesum Christum iustū: ⁊ ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scimus quoniā cognouim⁹ eū, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse Deum, ⁊ mādata eius non custodit, mēdax est, ⁊ in hoc veritas nō est. Qui autem seruat verbū eius, vere i hoc charitas dei perfecta est: ⁊ in hoc scimus quoniā in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, ⁊ ipse ambulare. R. Exaltare domine. folio 220.

Sermo s. Augu. epi. Lec. iiij.

Saluator noster, dilectissimi fratres, ascēdit in celū, nō ergo turbemur in terra. Ibi sit mēs, ⁊ hic, erit requies. Ascēdamus cū Christo interim corde, vt dū dies ei⁹ promissus aduenerit, sequamur ⁊ corpore. Scire tamē debem⁹ fratres q: cū Christo nō ascēdit superbia, nō auaritia, nō luxuria, nullū vitiū nr̃m ascendit cū medico nostro. Et ideo si post medicū desideramus ascēdere, debemus vitia, ⁊ peccata deponere. Oēs enim quasi quibusdā cōpedibus nos premūt, ⁊ vt peccatorū nos retibus ligare ptendūt, ⁊ ideo cū Dei adiutorio: sm̃ id q̄ ait psalmista, Dirūpam⁹ vincula eorū, vt securi possimus dicere dn̄o, Dirupisti vicula mea tibi sacrificabo hostiā laudis. R. Tempus est. 221. Lec. v.

Resurrectio dn̄i, spes nr̄a est: ascēsio dn̄i, glorificatio nostra est. Ascensionis hodie solēnia celebramus. Si ergo recte, si fideliter, si deuote, si sancte, si pie, ascensionē domini celebramus: ascendamus cū illo, ⁊ sursū corda habeamus. Ascēdentes autem non extollamur: nec de nostris quasi de propriis meritis p̄sumamus. Sursū autem corda habere debemus ad dn̄m. Sursum enim cor non ad dominū, superbia vocatur. Sursum autē cor ad dn̄m, refugiū vocatur. Uidete fratres, miraculum magnum. Altus est de⁹: erigis te, ⁊ fugit a te: humilias te, ⁊ descēdit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est, ⁊ humilia respicit, ⁊ alta a longe cognoscit. Humilia de proximo respicit, vt attollat: alta, idest superba de longe cognoscit, vt deprimat. R. Non turbetur cor vestrum. fol. 221. Lectio sexta.

Resurrexit enim Christus vt spē nobis daret: quia surgit homo q̄ moritur: ne moriendo desperaremus, ⁊ vitam nostram in morte finitā putaremus, securos nos fecit. Soliciti enim eramus de ipsa anima: ⁊ ille

ille nobis resurgẽdo de carnis resurrectione fiduciam dedit. Crede ergo, vt munderis. Pri⁹ te oportet credere, vt postea p fidem Deum merearis aspicere. Deum enĩ videre vis, audi ipsum, Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Prius ergo cogita de corde mundando: ꝛ quicquid ibi vides quod displicet deo, tolle: ℟. Ascendens. folio 221.

Lcõ s. euãg. sm Johannẽ. L. vi.

c. 15. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus, quẽ ego mittã vobis a patre spiritum veritatis, q a patre procedit: ille testimonii perhibebit de me.. Et rel.

Homilia s. Augustini episcopi.

Dominus Jesus in sermone, quem locutus est discipulis suis post cenã proxim⁹ passioni, tanquã iturus, ꝛ relicturus eos presentia corporali: cũ oibus aũt suis vsqꝫ ad ↄsum mationẽ seculi futurus p̃sentia spirituali, exhortatus est eos ad pferẽdas psecutiones impiorũ: quos mũdi nomine nũcupauit: ex quo tamẽ mũdo ẽt ipsos discipulos se elegisse dixit: ut scirent se Dei gr̃a esse qꝫ sunt: suis autẽ vitiis fuisse qd̃ fuerant. ℟. Ego rogabo. 221. Lectio viij.

Deinde psecutores ꝛ suos ꝛ ipsorꝫ, Judeos euidenter expressit: vt oino appareret etiã ipsos mundi damnabilis appellatione cõclusos, qui pse/quunt sanctos. Cumqꝫ de illis diceret, qꝫ ignorarent eũ a quo missus est: ꝛ tamen odissent ꝛ filiũ ꝛ patrem, hoc est ꝛ eum, qui missus est: ꝛ eũ a quo missus est: (de quibus oibus i aliis sermonibus iam disseruimus) ad hoc peruenit: vbi ait: Ut adimpleatur sermo qui in lege eorũ scriptus est: Quia odio habuerunt me gratis. ℣. Si enim nõ abiero, paraclitus nõ veniet ad vos: si autem abiero, mittam eũ ad vos. Cum autem venerit ille, docebit vos omnem veritatẽ, balla. ℣. Nõ enim loquetur a semetipso, sed quecunqꝫ audiet loquetur: ꝛ que ventura sunt, annunciabit vobis. Cum.

Lectio nona.

Deinde tanquã cõsequenter adiũxit, vñ nũc dispu tare cepimus. Cuꝫ aũt venerit paraclitus, quem ego mittã vobis a patre, spiritũ veritatis, qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: ꝛ vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Quid hoc pertinet ad illud? quod dixerat, Nunc autem ꝛ viderunt, ꝛ oderunt, ꝛ me, ꝛ patrem meum: sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. An quia paraclitus quando venit spiritus veritatis, eos qui viderunt ꝛ oderunt ĩ testimonio mani festiore cõuicit? imo vo ẽt aliquos ex illis

qui viderunt, & adhuc oderat, ad fide q p dilectionem operatur, sui manifestatione puertit. Ad Mag. An. Cu venerit. 225. vt su. in sabbatho. Oro ibidem. Et fit com. de Ascens. cu Ana. Ascedo ad patre. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, hal. ℟. Et dns in voce tube, hal. Oro. vts.

Ad iij. Cap. Carissimi estote. 225. ℟. br. Ascedit deus. 222. ℣. Ascendens Christus.

Ad sextam. Capitulum.

I. pet: 4

Hospitales inuice sine murmuratione: vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratie Dei. ℟. bre. Ascendens Christus. 222. ℣. Ascendo ad patrem.

Ad Nonam. Capitulum.

Siquis loquitur quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanq ex uirtute, quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christu dnm nostrum. ℟. bre. Ascedo ad. 222. ℣. Dns i celo.

Ad Magnificat. Antiphona. Hec locutus sum vobis, ut cu venerit hora eorum, reminiscamini: q ego dixi vobis, halle. Et fit com. de Ascensione. Ana. O rex glorie. 222. ℣. Ascendit Deus in iubilatione, halle. ℟. Et dns in voce tube, halleluia. Oro. Concede quesum. 220.

FERIA SECVNDA.

post Dñicam infra oct. Ascens.

De epistola prima Beati Iohannis Apostoli. Lectio j.

Videte qualē charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non nouit nos, q non nouit eum. Carissimi, nuc filij Dei sum: & nondum apparuit quid erim. Scimus quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quonia videbimus eum sicuti est. Omnis, q habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis, q ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est. Omnis qui i eo manet, nō peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum: nec cognouit eum. ℟. Post passio. 220. Lectio ij.

Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitia, iustus est: sicut & ille iust est. Qui facit peccatu, ex diabolo ē: quonia ab initio diabol peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis q natus est ex Deo, peccatu non facit: qm semē ipsi i eo manet: & nō pōt peccar, quonia ex deo natus est. In hoc manifesti sūt filij Dei, & filij diaboli. Ois, qui non est iustus, nō est ex Deo, & q nō diligit fratrē suu: qm hec est annuciatio qua audistis ab initio, vt diligamus alterutru: nō sicut Cain, qui ex maligno erat

& occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta. R. Omnis pulchritudo. 220. Lect. tertia.

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in semetipso manentem. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere: & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. R. Exaltare domine. 220.

Lectio sancti Iohannis Chrysostomi. Lectio iiii.

Christus ascendens in celum nostre nature primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula fedabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & sue sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem sue dextere collocauit. Cognoscamus quis est ille, qui audiuit, Sede ad dexteram meam. Que natura est, cui Deus dixit, Esto mee particeps sedis? Illa natura est, que audiuit. Terra es, & in terram ibis. R. Tempus est. 221. Lect. v.

Non enim ad omnem gloriam celos transisse sufficerat, non cum angelis stare, sed celos transiuit, supra Cherubim ascendit, vltra Seraphim eleuatur, nec ante stetit, nisi sedem dominicam meruisset. Vide, quo spatio celum separatur a terra, imo terra quanto ab inferis abest, & ipsum celum quanto ab altiore celo separatur, & de altiore celo ad angelos quantum spatii est, ad superiores etiam potestates, ad ipsam quoque dominicam sedem. Super hec omnia natura nostra eleuata est: vt homo qui loco tam humili tenebatur: vt descendere non posset vlterius, ad tam excelsam sedem eleuaretur, vt altius non posset ascendere. R. Non turbetur. 221. Lec. vi.

Et hec ostendens Paulus dicebat: Qui descendit, ipse est & qui ascendit: Et iterum: Descendit ad inferiora terre, & ascendit super omnes celos. Discite igitur quisnam ascendit: & que natura eleuata est. In hoc enim cupio remorari sermonem, vt humani generis commemoratione, diuinam clementiam cum omni admiratione discamus, que summum honorem, magnamque gloriam nostre nature largita est, que omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri. Hodie angeli atque archangeli naturam nostram in sede domi-

 nica

nica immortali gloria fulgētē viderunt. Ascendens. 221. Homilia. Gregorij pp. L. vij.

Et dominus Jesus postquam locutus est eis, assumptus est in celum, & sedet a dextris Dei. In veteri testamento cognouimus: quod Elias sit raptus in celum. Sed aliud est celum ethereum, aliud aereum. Celum quippe aereum terre est proximum, vnde & aues celi dicimus: quas volitare in aere videmus. In celum itaque aereum Elias subleuatus est, vt in secretam quandam terre regionem repente duceret: vbi in magna iam carnis & spiritus quiete viueret, quousque ad finē mundi redeat, & mortis debitum soluat. Ille etenim mortē distulit, nō euasit: redēptor autem noster, quia nō distulit, superauit, eamque resurgendo consumpsit, & resurrectionis sue gloriā ascēdendo declarauit. ℟. Ego rogabo fol. 221. Lectio octaua.

Notandum quoque est quod Elias in curru legitur ascendisse, vt videlicet aperte demōstraret: quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Per angelos quippe facta illa & ostēsa sūt adiumēta: quia ne ad celum quidem aereum per se ascēdere poterat: quem nature sue infirmitas grauabat. Redemptor autē noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia is qui fecerat oia, nimirum sup oia sua virtute ferebatur. Illo etenim reuertebatur, vbi erat: & inde redibat, vbi remanebat: quia cum per humanitatem ascenderet in celum, per diuinitatem suam & terram pariter continebat, & celum. ℟. Omnis pu/bem. fol. 221. Lectio ix.

Sicut autē Joseph a fratribus venditus, vēditione redēptoris nostris figurauit: sic Enoch trāslatus, & vsque ad celū aereū Elias subleuatus, ascēsionem dñicam vterque designauit. Ascēsionis ergo sue dñs pnuncios & testes habuit, vnum ante legem, alium sub lege: vt quandoque veniret ipse, qui veraciter celos penetrare potuisset. Unde & ipse ordo in eorum quoque vtrorumque subleuatione per quedā incremēta distinguitur. Nā Enoch translatus, Elias vero ad celum subuectus esse memoratur: vt veniret postmodum qui nec translatus, nec subuectus, celū ethereum sua virtute penetraret.

FERIA TERTIA.

De Epistola prima Beati Joānnis Apostoli. Lectio prima.

Carissimi nolite omni spiritui credere, sed pbate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophete exierūt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui soluit Jesum, ex Deo non est: & hic est antichristus

christus: de quo audistis, quoniam venit, et nunc iam in mundo est. Vos ex Deo estis filioli, et vicistis eum: quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo. Ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur, et mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, et spiritum erroris. R. Post passionem. 220. Lec. ij.

Carissimi: diligamus nos invicem, quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum, quoniam Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis: quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Carissimi si sic Deus dilexit nos, et nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit unquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, et charitas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quod in eo manemus, et ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, et testificamur, quoniam pater misit filium suum salvatorem mundi. R. Omnis pulchritudo. 220. Lec. iij.

Quisquis confessus fuerit quoniam Jesus est filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Et nos cognovimus et credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, et nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor penam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Siquis dixerit quoniam diligo Deum, et fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere: Et hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum: diligat et fratrem suum. R. Exaltare domine. 220.

Sermo S. Maximi. epi. L. iiij.

Meminit sanctitas vestra, quod aquile illi de psalterio, cuius innovatam iuventutem legimus, comparaverim salvatorem: est enim similitudo non parva. Sicut enim aquila humilia deserit, alta petit, celorum vicina conscendit: ita et salvator humilia inferni deseruit paradisi altiora petiit celorum fastigia penetravit. Et sicut aquila, relictis terrenis sordi-

bus sublime volans, purioris aeris salubritate pfruitur: ita et dominus terrenorum fecem deserens peccatorum, in sanctis suis volitans, purioris vitę simplicitate letatur. R. Tempus est. 221. Lectio quinta.

Per omnia igit aquilę cōparatio conuenit saluatori. Sed quid facimus, qa aquila predā frequenter diripit, et tollit frequenter alienum: Nec in hoc tamen dissimilis est saluator: predam enim quodammodo sustulit, cum hominem, quē suscepit, inferni raptum faucibus, portauit ad cęlum: et aliene dominationis, idest diabolicę potestatis seruum, de captiuitate erutum duxit ad altiora captiuū, sicut scriptū est in propheta: Ascendēs in altū, captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. R. Non turbetur. 221. Lectio sexta.

Ascendit, inquit, in altū, captiuā duxit captiuitatē. Quā bene triumphū dñi propheta describit? Solebat, sicut dicunt, regum triumphantiū currus captiuorū pompa precedere. Ecce dominum euntē ad cęlos nō precedit, sed comitat gloriosa captiuitas: nō ante vehiculū ducit, sed ipsa euehit saluatorem. Quodam enim mysterio, dum filius Dei filiū hominis sustulit ad cęlum, ipsa captiuitas portatur, et portat. R. Ascendēs Christus. 221.

De homilia Sancti Gregorii Pape. Lectio septima.

Considerandum nobis est quid est, quod Marcus ait: Sedet a dextris Dei: et Stephanus dicit: Video cęlos apertos, et filium hominis stantem a dextris Dei. Quid est, quod hunc Marcus sedentem Stephanus vero stantem se videre testatur? Sed scitis fratres, quia sedere iudicantis est, stare vero pugnantis vel adiuuantis. R. Ego rogabo. fol. 221. Lectio octaua.

Quia ergo redēptor noster assumptus in cęlū et nunc omnia iudicat, et ad extremū iudex omniū venit, hunc post assumptionem Marcus sedere describit, quia post ascensionis suę gloriā iudex in fine videbitur. Stephanus vero hunc in labore certaminis positus stantē videt, quē adiutorem habuit: quia ut iste in terra persecutorū infidelitatem vinceret, pro illo de celo illius gratia pugnauit. R. Ponis nubē. 221. Lec. ix.

Sequitur: Illi aūt profecti predicauerunt vbiq3 dño cooperante, et sermonem confirmāte, sequētibus signis. Quid in his considerandum est: quid memorię commendandū, nisi quod preceptū obedientia obedientiā vero signa secuta sunt? Sed quia auctor deo breuiter lectionem euangelicā exponēdo transcurrimus, restat, vt aliquid

quid de ipsa tātę consideratio/ne solennitatis dicamus.

FERIA QVARTA.

Incipit Epistola secūda beati Johannis Apostoli. Lect. i.

Senior, Electę domine, & natis e/ius, quos ego di/ligo in veritate: & nō ego sol⁹, sed & omnes q cogno/uerūt veritatē que pmanet i no/bis, & nobiscū erit i ęternū, sit vo/biscū grā, misericordia, & pax a deo patre, & Christo Jesu, fi/lio patris i ueritate, & charita/te. Gauisus sū valde qm̄ iueni de filijs tuis ambulantes in ve/ritate, sicut mādatū accepim⁹ a patre. Et nunc rogo te domi/na, non tanquam mandatū no/uum scribens tibi, sed quod ha/buimus ab initio, vt diligam⁹ alterutrum. R. Post passio/nem. fol. 220. Lectio secunda.

Et hęc est charitas, vt am/bulemus secundum man/data eius. Hoc est enim manda/tum, vt quemadmodū audistis ab initio, in eo ambuletis: quo/niam multi seductores exierunt in mundum: qui nō confitentur Jesum Christum venisse in car/ne: hic est seductor, & antichri/stus. Uidete vosmetipsos, ne perdatis, quę operati estis: sed vt mercedem plenā accipiatis. Omnis qui recedit, & non per/manet i doctrina Christi: Deū nō habet. Qui permanet in do/ctrina: hic patrē & filiū habet. R. Omnis pul. 220. Lectio. iij.

Si quis venit ad vos & hāc doctrinā nō affert, no/lite recipere eum in domum: nec, Aue, ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue, comunicat ope/ribus eius malignis. Ecce prę/dixi vobis: vt in die domini non confundamini. Plura ha/bens vobis scribere, nolui per chartam, & atramentum: spe/ro enim me futurum apud vos & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuę Electę. R. Exaltare domine. fol. 220.

Sermo s. Greg. Nisseni. L. iiij.

Hodiernam celebritatē sa/tis per se magnā, ppheta Dauid maiorem efficit, dum illi gaudium e psalmis adiūgit. Hic enim excelsus propheta supra se ipsum egrediēs, tanq̄ corporis onere nihil premat: ifert se cęle/stibus potestatibus, & voces eam nobis exponit, cum in cęlum re/deuntē dnm̄ ipsę comitantes an/gelis qui versant i terris: qui/busq̄ in humanā vitam ingres/sus commissus est, imperāt ad hūc modū. Tollite portas prin/cipes vestras, & eleuamini por/tę ęternales, & itroibit rex glię. R. Tempus est. 221. Lect. v.

At qm̄ vbicūq̄ fuerit ille, qui in seipso oīa cōtinet p suscipientiū captu seipsum di/metitur, (neq̄ enim solum inter homines homo fit, verū etiam,

dum

dum inter angelos versat, ad illorū voces sese demittit, id circo ianitores interrogant: Quis est iste rex glorię? Respōdet ipsis, demonstratq; fortē, & potentem in prelio, qui pugnaturus erat contra illum, qui naturam humanam in seruitute captiuam detinebat, & euersurus eum, qui mortis habebat imperiū, vt grauissimo hoste superato, genus hominum in libertatem & pacem vendicaret. ℟. Non turbetur. 221. Lectio vj.

Occurrunt ei custodes: & portas iubent recludi: vt in ipsis rursum gloriā assequātur. Uerum nō agnoscūt eū q sordidam vitę nostrę stolā indutus est: cuius rubra sunt vestimēta ex humanorum malorum torculari. Itaq; rursus comites eius, vocibus illi interrogantur. Quis est iste rex glorię? Respōdetur autē nō amplius fortis, & potens in prelio, sed, dñs virtutum, qui mundi principatū obtinuit, qui summatim omnia i se collegit: qui pristinum in statū cuncta restituit: ipse est rex glorię. ℟. Ascendens Christus. 221. Ho. Dom. S. Greg. pp. L. vij.

Hoc autem nobis primum querendum est: quid nam sit, quod nato dño apparuerūt angeli, & tamen non leguntur i albis vestibus apparuisse: ascēdēte autē dño missi angeli in albis legūtur vestibus apparuisse: sic etenim scriptū est, Uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorū: Cumq; intuerentur in cęlum euntem illū, ecce duo viri steterūt iuxta illos in vestibus albis. In albis autem vestibus gaudium, & solennitas mentis ostenditur. Quid ē ergo, quod nato domino, non in albis vestibus, ascendente autem domino in albis vestibus angeli apparent, nisi quod tunc magna solennitas angelis facta est, cum cęlum Deus homo penetrauit: q: nascente domino videbatur diuinitas humiliata, ascēdēte vero dño est humanitas exaltata. Albę etenim vestes exaltationi magis cōgruunt, quā humiliationi. ℟. Ego ro. 221. L. viij.

In ascensione ergo eius angeli in albis vestibus videri debuerūt: quia q in natiuitate sua apparuit Deus humilis, i ascēsione sua ostensus est homo sublimis. Sed hoc nobis magnoperē fratres carissimi, i hac solēnitate pensandum est: quia deletum est hodierna die chirographum damnationis nostrę, mutata est sentētia corruptiōis nostrę. Illa enim natura cui dictum est, Terra es, & in terram ibis, hodie i cęlū iuit. Pro hac ipsa nāq; carnis nostrę subleuatione, per figuram beatus Iob dñm auem vocat. Quia eni ascēsionis eius mysterium Iudeam non intelligere cōspexit, de infidelitate eius per figuram beatus

Iob

Job sententiam ꝑtulit dicens: Semitam ignorauit auis. ℟. Ponis nubem. 221. Lect. ix.

Quis enim recte appellatus est dominus quia corpus carneum ad ethera librauit. Cuius auis semitā ignorauit, quisquis eum ad celum ascendisse nō credidit. De hac solēnitate per psalmistā dicit. Eleuata est magnificentia tua super celos. De hac rursus ait. Ascēdit deus in iubilatione, ꝛ dñs in voce tube. De hac iterū dicit, Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hoibus. Ascendens quippe in altum, captiuā duxit captiuitatem: quia corruptionem nostrā virtute incorruptionis absorbuit. Dedit vero dona hominibus, quia, misso desuper spiritu: alij sermonem sapiētie, alij sermonem scientie, alij gratiā virtutū, alij gratiā curationū, alij genera linguarum, alij interpretationem tribuit sermonū.

¶ In Octaua Ascēsionis dup. oia sicut i die preter lectiones.

De epla beati Pauli Apostoli ad Ephesios. Lectio prima.

Obsecro itaqꝫ vos ego vinctus i dño, vt digne ambuletis vocatione: qua vocati estis cū omni humilitate, ꝛ māsuetudine, cū patiētia, supportātes inuicē i charitate, soliciti seruare vnitatē spūs i vinculo pacis. Unū corpus: ꝛ vnº spūs, sicuti vocati estis in una spe vocationes vestre. Unus dominꝰ, una fides: unum baptisma. Unº Deus, ꝛ pater omnium, qui est super omnes, ꝛ super omnia, ꝛ omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ℟. Post passionem. 220. Lect. ij.

Quod autem ascēdit, qd est, nisi qa ꝛ descendit primū in inferiores partes terre? Qui descēdit, ipse est, ꝛ q ascēdit supra omnes celos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidem apostolos, quosdā autem prophetas, alios vero euāgelistas, alios autem pastores ꝛ doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij i edificationem corporis Chri, donec occurramus oēs i unitatem fidei, ꝛ agnitionis filij Dei in uirum perfectū, in mensurā etatis plenitudinis Christi, ut iam nō simus paruuli fluctuantes, ꝛ circunferamur omni vento doctrine, in nequitia hoiū, in astutia, ad circunuentionem erroris. ℟. Omnis pulchritudo. folio. 220. Lectio tertia.

Ueritatē autem facientes i charitate, crescamus i illo ꝑ omnia, q est caput Christus. Ex quo totū corpus compactum ꝛ connexū per omnē iuncturā subministrationis, secun-

cundum operationem, in mēsuraz vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in ędificationem sui in charitate. Hoc igitur dico, et testificor in domino, vt iam non ambuletis, sicut et Gentes ambulant in vanitate sēsus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via Dei per ignorantiā, quę est in illis propter cęcitatem cordis ipsoruz: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitię in operationem immunditię omnis, in auaritiam. Uos autem nō ita didicistis Christum, si tamē illū audistis, et i ipso edocti estis. R. Exaltare domine. fol. 220.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Omnia carissimi quęcūq; Jesus Chūs in hoc mundo sub fragilitate nr̃a miracula edidit, nobis pficiūt: qui dū humanam conditionem sideribus importauit, credentib⁹ cęlum patere posse monstrauit: et dum victorē mortis in cęlestia eleuauit, victoribus, quo sequātur, ostēdit. Ascensio ergo dñi, catholicę fidei cōfirmatio fuit vt securi in posterū crederem⁹ miraculi illius donū, cuius iā in psenti percepissem⁹ effectū: et fidelis quisque cum iam tāta perceperit, per ea q̄ cognoscit pstita, discat sperare promissa, ac Dei sui preteritam presentemq; bonitatem, quasi futurorū teneat cautione. R. Tempus est. 221. Lectio quinta.

Sup excelsa ergo cęli terrenum corpus imponitur, ossa intra sepulcri angustias paulo ante conclusa, angelorum cętibus inferuntur: in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur: et ideo sacra apostolicę lectionis testatur historia: Cum hęc dixisset, inquit, videntibus illis eleuatus est. Dum audis eleuatum, agnosce militię cęlestis obsequium: vnde hodierna festiuitas, hominis nobis et Dei sacramenta manifestauit. Sub vna eademq; psona, in eo qui eleuat, diuinam potentiā: in eo autem qui eleuatur, humanaz agnosce substantiam. R. Non turbetur. 221. Lectio sexta.

Ideoq; oibus modis detestanda sunt venena orientalis erroris, q impia nouitate pręsumit asserere, filium Dei ac filiū hominis vnius esse naturę. In alterutra enim parte, vel q solū hominē fuisse dixerit, negabit cōditoris gloriā vel qui soluz Deū, negabit misericordiā redemptoris. Quo i genere nō facile Arian⁹ euangelicā poterit habere veritatē, vbi filiūdei nunc ęqualem legimus, nūc minorez. Qui enim vnius naturę saluatorez nostrū mortifera psuasione crediderit, soluz hominem, aut solū Deum coget dicere crucifixuz. Sed nō ita est. Mortem enim nec solus Deus sentire

sentire, nec solus homo supera re potuisset. ℟. Ascēdens. 221.

De hom. s. Gregorii hō. L. vij.

De hac Ascensionis eius gloria ēt Habacuch ait: Eleuatus est sol, ꝛ luna stetit i ordine suo. Quis enim solis no mine, nisi dn̄s? ꝛ quę lunę nomi ne, nisi Ecclesia, designat? Quo usque enim dn̄s ascendit ad cę los, sancta eius Ecclesia aduer sa mundi omnimodo formida/ uit. At postquā eius ascensione roborata est, apte ꝑdicauit, qđ occulte credidit. Eleuat⁹ est er go sol, ꝛ luna stetit i ordine suo: quia cum dominus cęluʒ petijt sancta eius Ecclesia in auctori tate pręedicationis excreuit. ℟. Ego rogabo. 221. Lectio viij.

Hinc eiusdē Ecclesię voce per Salomonē dicit, Ec ce iste venit saliens in montib⁹, transiliens colles. Cōsiderauit namq; tantorū operū culmina, ꝛ ait: Ecce iste venit saliens in mōtibus. Veniendo quippe ad redemptionē nostrā, quosdā, vt ita dicam, saltus dedit. Vultis fratres carissimi, ipsos eius sal tus agnoscere? De cęlo venit i vterum, de vtero venit in pręse pe, de pręsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcruʒ, de sepulcro redijt in cęlum. Ecce, vt nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus ma nifestat a per carneʒ veritas de dit. Quia exultauit vt gigas ad currendam viam, vt nos ei dicerem⁹ ex corde: Trahe nos post te, curremus in odorem vn guentorum tuorum. ℟. Omnia nubem. 221. Lectio nona.

Unde fratres carissimi o/ portet, vt illuc sequa/ mur corde, quo eum corpore a/ scendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iā delectet in infimis, qui patreʒ habemus in cęlis. Et hoc nobis est magnopere perpēdendū: q2 is qui placidus ascendit, terri/ bilis redibit: ꝛ quicquid nobis cum mansuetudine pręcepit, hoc a nobis cū districtione exi get. Nemo ergo indulta pęnitē tię tp̄a paruipēdat: nemo curā sui: dū ualet ager, negligat. Qr Redemptor noster tāto tunc in iudiciuʒ districtior veniet, quā to nobis ante iudicium magnā patientiam prerogauit.

¶ Duobus seq. diebus officiū fit sicut infra octa. Ascens. exce ptis lec. ꝛ viij. ℟. Cap. Añis ad Bñs, ꝛ Magnif. ꝛ Orōne, quę dr̄ de Dñica infra oct. Ascēs.

FERIA SEXTA.

Incipit epistola tertia canoni/ ca B. Johannis Apostoli. L. i.

Senior Caio caris simo, quē ego di/ ligo i vitate. Ca/ rissime, de oibus orationē facio ꝓ spere te ingredi, ꝛ valere, sicut prospere agit a/ nima tua. Gauisus sum val/ de venientibus fratribus, ꝛ te/ stimo/

stimonium phibentibus veri/tati tue, sicut tu in veritate ambulas. Maiorez horum non habeo gratiam: quã vt audiam filios meos in veritate ambulare. ℟. Post passionez. 220. Lc. v.

Carissime, fideliter facis quicquid operaris i fratres, et hoc in peregrinos, q testimonium reddiderunt charitati tue in conspectu ecclesie: quos bene facies deducens digne Deo: Pro nomine enim eius profecti sunt nihil accipientes a Gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesie: sed is q amat primatũ gerere i eis Diotrephes, non recipit nos. Propter hoc si venero, commonebo eius opera q facit, verbis mali gnis garriens in nos: et quasi nõ ei ista sufficiãt, neque ipse suscipit fratres, et eos, qui suscipiũt prohibet, et de ecclesia eijcit.

℟. Vis pulchritu. 220. Lc. vj.

Carissime, noli imitari mala, sed qd bonũ est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, nõ videt Deũ. Demetrio testimoniũ redditur ab oibus, et ab ipsa veritate. Sed et nos testimoniũ phibemus, et nosti qm testimoniuz nostruz verum est. Multa habui tibi scribere, sed nolui p atramentum, et calamũ scribere tibi. Spero autem protinus te uidere, et os ad os loquimur. Pax tibi. Salutãt te amici. Saluta tu amicos noiatim. ℟. Exaltare domine. fol. 220.

De serm. s. August. epi. Lc. vij.

Saluator noster carissimi si nõ in nostra carne diabolũ triũphauit, sed exercuit, nõ nobis vicit: si non in nostro corpore resurrexit, conditioni nostre resurgendo nihil contulit. Hec q dicit, suscepte et assũpte carnis nõ intelligit ratione cõfundit ordiné, euacuat vtilitaté: si nõ in nostra carne pegit medicinã, solã ergo ex hoie nascendo elegit iniuriã. Recedat a sensib' nris tã periculosa persuasio. De nostro est qd apprehẽdit: de suo est quod donauit: Meuz testor esse quod cecidit, vt meũ sit qd resurrexit. Meũ testor esse qd iacuit intra tumulũ: vt meũ sit quod ascendit in celũ. ℟. Tempus. 210. Lc. viij.

In illo itaq; nostri generis corpore nos Christi mors viuificauit, nos resurrectio erexit, nos ascensio cõsecrauit. In illo nostre originis corpore celestibus regnis arraz nostre cõditionis imposuit. Elaboremus ergo carissimi, vt quemadmodum dominus in hac die nostro cum corpore ad superna conscendit, ita nos post illum quomodo possumus, spe ascendamus, et corde sequamur. Ipso affectu pariter et profectu ascendamus post illum, etiam per uitia ac passiones nostras. Si vtique vnusquisque nostrũ sub/

subdere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat: ex ipsis sibi gradum construit, quo possit superiora ascédere. Elevabũt nos, si fuerint infra nos. ℟. Nõ turbetur. 221. Lc. vi.

De vitiis nostris scalã nobis facimus, si vitia calcamus. Nam cũ bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cum filio virginis libido atque luxuria. Non, inquam, ascenderunt vitia post virtutũ parẽté, nec peccata post iustũ: nec infirmitates, ac morbi possunt ire post medicũ. Igitur, si intrare ipsius medici regnũ volumus, prius vulnera nostra curemus. Ordinemus, ꝛ custodiamus in nobis statũ vtriusq; substantię: ne animam, nobiliorem vtique hois portionem, tartaro pars deuoluat inferior: sed secũ potius cęlo sanctificatum corpus acquirat natura gloriosior, ipso adiuuãte, qui viuit, ꝛ regnat in secula seculorum. Amen. ℟. Ascendens. folio 221.

Lcõ s. euã. scdm Iohannẽ. L. vij.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Cũ venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre. Et reliqua.

De Homilia s. Augustini epi.

Venit dies Pẽtecostes spiritus scũs in cetũ viginti homines ꝯgregatos, i quibꝰ ꝛ apostoli oẽs erãt: qui illo adimpleti cum linguis oium gentiũ loquerent: plures ex ijs, qui aderãt, tanto miraculo stupefacti (q̃quidem viderũt loquente Petro magnum atq; diuinũ testimoniũ perhiberi de Christo: ut ille, q occisus ab eis iter mortuos deputabat, resurrexisse, ꝛ viuere probaretur) compũcti corde ꝯuersi sunt, ꝛ tanti sãguinis tã impię atque immaniter fusi indulgentiã peeperunt, ipso redẽpti sãguine, quẽ fuderũt. ℟. Ego roga. 221. Lc. viij.

Christi eniz sanguis sic in remissioné peccatorũ omniũ fusus est, vt ipsum etiã peccatum posset delere, quo fusus est. Hoc ergo intuens dñs dicebat: Odio me habuerũt gratis: cũ autem venerit paraclitus, ille testimoniũ phibebit de me. Tanq̃ diceret: Odio me habuerunt, ꝛ occiderunt vidẽtes: sed tale de me paraclitus testimonium perhibebit, vt eos faciat in me credere non uidentes. Et vos, inquit, testimoniũ perhibebitis, q: ab initio mecũ estis. Perhibebit spiritus scũs, perhibebitis ꝛ vos. Qz eniz ab initio mecũ estis, potestis p̃dicare, quod nostis: quod vt mõ non faciatis, illius spiritus plenitudo nondũ adest vobis. ℟. Si enim non. fol. 226. Lec. ix.

Ille ergo testimoniũ phibebit d me, ꝛ vos testimonium perhibebitis: dabit enim vobis fiduciã testimoniũ perhibendi caritas dei diffusa in cordibus vestris per spiritum-

san-

sanctū qui dabitur vobis. Que vtiq; Petro adhuc defuit, quādo mulieris ancille interrogatione perterrit⁹ nō potuit verū testimoniū perhibere, sed contra suā pollicitationem timore magno cōpulsus est ter negare. Timor autē iste nō est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorē. Deniq; ante passionē dñi seruilis timor eius interrogatus est a fęmina seruitutis: post resurrectionē vero dñi, liberalis ei⁹ amor ab ipso principe libertatis: ⁊ iō ibi turbabatur, ⁊ hic trāqllabat: ibi quē dilexerat, negabat: hic quē negauerat, diligebat. Sed adhuc ēt tunc amor ipse infirmus fuerat ⁊ angustus, donec eum roboraret, ⁊ dilataret spiritus sāctus.

IN VIGILIA Pentecostes.

Ab hac die vsq; ad festū Trinitatis si occurrat festū nouez lectio. transfert post Trinitatē.

Incipit epl'a B. Judę ap'li. L. j.

Judas, Jesu Chri seruus, frater aūt Jacobi, his q sūt in Deo patre dilectis, ⁊ Chro Jesu pseruatis ⁊ vocatis. Misericordia vobis, ⁊ pax, ⁊ charitas adimpleatur. Carissimi oēm solicitudinē faciēs scribendi vobis de cōmuni vestra salute, necesse habui scribere nobis, deprecās supercertari semel traditę sanctis dei. Subintroierunt enim qdā hoies, qui olī prescripti sūt in hoc iudiciū, impij: Dei nostri gratiā trāsferētes in luxuriā, ⁊ solū dominatorem, ⁊ dñī nostrū Jesum Christum negātes. R. Post passionē. ꝛc. Lec. ij.

Commonere aūt vos volo sciētes semel oia: qm Jesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos, q non crediderunt, perdidit: angelos vero qui nō seruauerunt suum principatum, sed dereliquerūt suum domicilium, in iudicium magni Dei vīculis ęternis sub caligine reseruauit: sicut Sodoma, ⁊ Gomorrha, ⁊ finitimę ciuitates simili modo exfornicatę, ⁊ abeuntes post carnem alteram, factę sunt exemplū: ignis ęterni pęnam sustinentes. Similiter ⁊ hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatē autem blasphemant. R. Omnis pulchritudo. ꝛc. Lectio tertia.

Cum Michael archāgelus cū diabolo disputās altercaret de Moysi corpe, nō est aus⁹ iudiciū inferre blasphemię, sed dixit. Impet tibi dñs. Hi autē quęcunq; qdē ignorāt, blasphemant: quęcunq; autem naturaliter tanquā muta animalia norunt, in his corrumpūtur. Vę illis, qui in via Cain abierunt, ⁊ errore Balaā mercede effusi sunt, ⁊ in ↄtradictione Corę perierunt. Hi sunt in epulis

epulis suis maculę, conuiuātes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quę a ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosę, bis mortuę, eradicatę, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in ęternum. Exaltare domine. folio 220.

Ex tractatu s. Aug. epi de symbolo ad Catecbumenos. l. iiij.

Dum p sacratissimū crucis signum vos suscipit in vtero sancta mater Ecclesia, q sicut & fratres vestros cū suma lętitia spiritualiter pariet, noua ples futura tantę matris, quousq per lauacrum sanctū regeneratos verę luci restituat: cōgruis alimētis eos, quos portat, pascat in vtero: & ad diem partus sui lętos lęta perducat: quoniam nō tenetur hac sententia: Vę quę in tristitia & gemitu parit filios, nec ipsos gaudētes, sed potius flētes: hęc soluit quod illa ligauerat: vt prolem, quā illa per inobedentiā morte dānauit, hec per obedentiā restituat vitę. Oia sacramenta q acta sunt, & agunt in vobis p ministeriū seruorū Dei exorcismis, orationib[9], canticis spiritualib[9], insufflationib[9], cilicio, iclinatione ceruicū, humilitate pedum, pauor ipse omni securitate appetendus: hęc omnia, vt dixi, escę sunt, q vos reficiūt in vtero, vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mr Christo. Tempus est. 221.

Accepistis & symbolū p tectione parturientis cōtra venena serpentis. In Apocalypsi Johannis apostoli scriptum hoc est, q staret draco i conspectu mulieris, quę paritura erat: vt, cum peperisset natum eius comederet. Draconem diabolum esse nullus vestrum ignorat, & mulierem illam virginem Mariam significasse, quę caput nostrum integra integrū peperit: q etiā ipsa figurā in se sanctę Ecclesię demōstrauit: vt quomodo filiū pariens virgo permāsit, ita & hęc omni tempore mēbra ei[9] pariat, & virginitatem nō amittat. Ipsas sētētias sacratissimi symboli adiuuāte dño exponēdas suscepimus: vt qd singulę ptineāt, vestris sensibus intimemus. Parata sunt corda vra, qr exclusus est inimic[9] de cordib[9] vestris. Nō tur. 221 L. vi.

Hic vos renūciare pfessi estis: in qua pfessione non hominibus, sed Deo & angelis eius conscribentibus dixistis. Renuncio. Renunciate nō solū vocibus, sed etiā moribus: nō tantū sono linguę, sed & actu vitę: nec tantū labijs sonātibus, sed & operibus pnunciantibus. Scitote vos cum callido, antiquo, & veternoso inimico suscepisse certamen: nō in vobis post

renūciationem inueniat opera sua, nō iure vos attrahat in seruitutem suam. Deprehenderis enim et detegeris Christiane, quando aliud agis, et aliud profiteris, fidelis in nomine aliud demonstrans in opere, nō tenens promissionis tue fidem: modo ingrediēs ecclesiam orationes fundere, post modicum in spectaculis cum histrionib⁹ ipudice clamare. Quid tibi cū pōpis diaboli, quibus renunciasti? ℟. Ascendens. 221.

Lectio. euāg. scdm Iohan. ℭ. vij.

c.14. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mādata mea seruate: et ego rogabo patrē: et aliū paraclitum dabit vobis. Et reli.

Homilia b. Augustini episcopi.

Quod ait rogabo patrē, et aliū paraclitū dabit vobis: ostēdit et seipsum esse paraclitū. Paraclitus enim latine dicitur aduocatus: et dictum est de Christo. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Sic autē mundū dixit non posse accipere spiritū sanctū, sicut etiā dictū est, Prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei nō est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus, iniustitia iustitia esse non potest. Mūdū quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, que dilectio nō est a patre. Et ideo dilectioni huiusmodi, de qua satagimus, vt minuatur, et consumatur in nobis, contraria est dilectio Dei: que diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctū, qui dat⁹ est nobis. ℟. Ego ro. 221. Lec. viij.

Mundus ergo eū accipere non potest: quia nō videt eum, neque scit eum. Non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri Spiritus sanctus potest: qui uideri nisi inuisibiliter nō potest. Vos autem, inquit, cognoscetis eum: quia apud vos manebit, et in uobis erit. Erit in eis, vt maneat: non manebit, vt sit: prius est enim esse alicubi, quā manere. Sed ne putarent quod dictum est, Apud vos manebit, ita dictū, quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consueuit, exposuit quod dixerat, Apud vos manebit, cum adiūxit, et dixit, In vobis erit. ℟. Si enim. 221. Lectio ix.

Ergo inuisibiliter videtur nec, si non sit in nobis potest esse in nobis eius scientia. Sic enim a nobis videtur in nobis et nostra consciētia: nā faciē videmus alterius, nostrā videre non possumus: cōscientiā vero nostrā videmus, alterius nō videmus. Sed conscientia nunquā est nisi in nobis: Spiritus autē sanctus post esse etiam sine nobis. Datur quippe vt sit et in nobis: sed videri et sciri, quēadmodum vidēdus et sciendus


est non potest a nobis, si non sit in nobis. Post promissionem Spiritus sancti, ne quisquam putaret, quod ita eum dominus daturus fuerit velut pro seipso, vt non ipse cum eis esset futurus, adiecit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Quamuis ergo nos filius Dei suo patri adoptauerit filios, & eundem patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius pater est per naturã: tamen etiã ipse circa nos paternũ affectum quodam modo demonstrat, cum dicit: Non relinquam vos orphanos.

IN FESTO PENTECOSTES

Duplex.

Ad Vesperas. Antiphona. Dum complerentur. vt in Laudibus. Psalmus. Dixit dominus. 52. cũ reliquis de Dominica: loco vltimo dicitur psal. Laudate dominũ omnes gentes. 54. Capitulum.

Act. 2.



Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: & factus est repente de cęlo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedẽtes.

Hymnus.

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia,
Quę tu creasti pectora.
Qui paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Dextere Dei tu digitus,
Tu rite promissum patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te preuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem,
Noscamus atque filium,
Te vtriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria patri domino,
Natoque, qui a mortuis
Surrexit, ac paraclito
In seculorum secula, Amen.

Sic terminantur Hymni per totam hebdomadam.

℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, halleluia.
℟. Et cęperunt loqui, halleluia.

Ad Magnificat. Antiphona. Non vos relinquam orphanos, halleluia: vado & venio ad vos halleluia: & gaudebit cor vestrum, halleluia. Oratio.

Deus, qui hodierna die corda fidelium sancte Spiritus illustratione docuisti: da nobis in die eodem spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere. Per do.

D O M I N I C A
Penthecostes.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Alleluia, Spiritus domini repleuit orbem terrarum, Venite adoremus. Halleluia. Ps. Venite, exultemus. Hymnus.

Iam Christus astra ascenderat,
Reuersus unde venerat,
Promissum patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo mystico septemplici
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus apostolis
Deum venisse nunciat.
De patris ergo lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viscera,
Afflata sancto spiritu,
Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Grecis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus
Linguis loquuntur omnium.
Iudea tunc incredula,
Vesana toruo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.
Sed signis, et virtutibus
Occurrit, et docet Petrus,
Falsa profari perfidos
Iohele teste comprobans.
Gloria patri domino.

Ad noct. An. Factus est repente de celo sonus aduenientis spiritus vehementis, hal. hal. Ps. Magnus dominus. 47. Ana. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Ierusalem, halleluia, halleluia. Ps. Exurgat deus. 67. Ana. Emitte spiritum tuum, et creabuntur: et renouabis faciem terre, hall. hal. psalm. Benedic anima. ℣. 47. ℟ Spiritus domini repleuit orbem terrarum, halleluia. ℟ Et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, halleluia.

Lec. i. euang. sm Iohannem. I.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: et pater meus diliget eum. et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Et reliq.

Homilia S. Gregorii Pape.

Libet fratres carissimi, euangelice verba lectionis sub breuitate transcurrere, vt post diutius liceat in contemplatione tante solemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus sanctus repentino sonitu super discipulos venit, mentesque carnalium in sui amore per

permutauit, et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flãmantia. Qui dum Deũ i ignis visione susceperũt, per amorẽ suauiter arserũt. Ipse nãq Spiritus sanctus amor est: vnde et Johannes dicit, deus charitas est; Qui ergo mẽte integra deũ desiderat, pfecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere, si eum, quẽ diligit, nõ haberet. ℟. Dum cõplerentur dies Pentecostes, erant oẽs pariter in eodem loco, halleluia: et subito factus est sonus de celo, halleluia, Tanquam spũs vehemẽtis: et repleuit totam domum, halleluia, halle. ℣. Dum ergo essent in vnum discipuli cõgregati propter metum Judeorũ, sonus repente de celo venit super eos. Tanquam. Lec. ij.

Sed ecce, si vnusquisq vestrum requiratur, an diligat deum: tota fiducia, et secura mẽte respondet, Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis, quid veritas dixit: Si quis diligit me, sermonẽ meum seruabit. Probatio dilectiõis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Johãnes dicit: Qui dicit, Diligo deũ, et mãdata eius non custodit: mẽdax est. Uere etenim deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos a nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. ℟. Repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et cõuenit multitudo dicentium, halleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia Dei. Et. Glo. Et.

Lectio tertia.

Et pater meus diliget eũ et ad eũ veniemus, et mãsionem apud eum faciemus. Pẽsate fratres carissimi, quãta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentum Dei. Certe si domum nostram quisquam diues aut prepotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, neq fortasse esset quod oculos amici intrãtis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis qui Deo pparat domum mentis. Sed videte, quid veritas dicat: veniemus, et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit, et mansionẽ nõ facit: quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore, hoc ipsum quod compũcti fuerant, obliuiscuntur: sicq ad perpetranda peccata redeunt, ac si hec minime planxissent.

Ad Laudes, et per horas. Aña.

Dum cõplerẽtur dies Pentecostes, erãt oẽs pariter in eodem loco, halla. ps. Dñs regn. cum rel. Aña. Spiritus

 do/

domini repleuit orbem terrarum: alle. Aña. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui, halle. Aña. Fontes, et oia, que mouentur in aquis, hymnum dicite Deo, allelu. Aña Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei, all. al. Cap. Dum complerent. 233. Hym.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita,
Cum spiritus paraclitus
Effulsit in discipulos.
Ignis vibrante lumine
Lingue figuram detulit,
Verbis vt essent proflui,
Et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium,
Turbe pauent gentilium,
Musto madere deputant,
Quos spiritus repleuerat,
Patrata sunt hec mystice
Pasche peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio.
Te nunc Deus pijssime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis celitus
Largire dona Spiritus,
Dudum sacrata pectora
Tua repleisti gratia:
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.
Gloria patri domino.

℣. Repleti sunt oes spu sancto. hal. ℟. Et ceperunt loqui, hall. Ad Bñs. Aña. Accipite spum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: alleluia. Oratio vt supra.

Ad Primā. ℟. bre. Christe fili Dei viui, miserere nobis, Hal. hal. ℣. Qui sedes ad dexteram patris. Hal. Gloria patri. hal. ℣. Exurge Chre adiu. nos. hal. ℟. Et li. nos pp nomē tuū, hal. Ad iij. Hy. Veni creator. 234. vt in vesp. qui di ad iij. per totā hebd. loco Hym. Nunc sancte. Aña. Spiritus dñi. Capitu. Dum cōple. 234. ℟. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū, Hal. hal. ℣. Et hoc quod otinet oia scientiā habet vocis, Hal. hal. ℣. Spiritus paraclitus, hal. ℟. Docebit vos omnia, halla. Ad vj. Añ. Repleti sunt. Cap.

Facta autem hac voce, conuenit multitudo, et mēte cōfusa est: quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. ℟. Spiritus paraclitus, Halleluia, hall. ℣. Docebit vos omnia. Hallel. halle. ℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, halleluia. ℟. Et ceperunt loqui, halleluia. Ad ix. Aña. Loquebātur. Cap.

Iudei quoque, et proselyti Cretes, et Arabes: audiuimus eos loquētes nris linguis magnalia dei. ℟. Repleti sūt oēs spū scō, Hal. hal. ℣. Et ceperūt loq. Hal. hal. ℣. Loquebātur varijs linguis Apostoli, hal. ℟. Magnalia Dei, hal. Ad Vesp. Añ. Dū cōple. 235. vt i Laudib. Ps. Dixit dñs. 52. cū resi. de Dñica. in h. In exitu. qui dr quotidie per oct. Cap.

Dum

Dum cōplerentur.234. Hym. Veni creator. ℣. Loquebātur variis linguis Apostoli, alla. ℟. Magnalia Dei, alleluia. Ad Mag. Aña. Hodie cōpleti sunt dies Pētecostes, alla: hodie Spiritus sanctus i igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona: misit eos i vniuersum mundū pdicare, & testificari, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salu' erit, all.

Infra oct. Pet. fit offiū sicut in die, excepto versi. ad noc. Lec. Ryε, Añis ad Magnifi. & ad Benedictus, & Orationibus. ¶ Si infra oct. occur. festū 9 transferi post oct. De simp. aūt i hoc triduo nulla fit com.

FERIA II. Duplex.

℣. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū all. ℟. Et hoc qd cōtinet oia, scientiā hēt vocis all. Lcō s. euāg. sm Johannē. Le. i.

In illo tēpore: Dixit Jes' discipulis suis: Sic De' dilexit mundum, vt filium suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Et rel. Homilia Sācti Augustini epi.

Quantū in medico est, sanare venit ęgrotū. Ipse se interimit, qui pręcepta medici obseruare nō vult. Venit saluator in mundū. Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundū, non vt iudicet mūdum? Saluari nō vis ab ipso? ex te ipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? vide quid ait. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, quid dicturum sperabas, nisi iudicatur? Quod addit. Iā, inquit, iudicatus est. nondum apparuit iudicium, sed iam factū est iudicium. ℟. Iam non dicā vos seruos, sed amicos meos, quia omnia cognouistis, q̄ operatus sum in medio vestri, allel. Accipite spiritum sctū in vobis paraclitū, ille est, quē pater mittet vobis, allelu. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite. Lectio secunda.

Nouit enim dñs, qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammā: nouit in area sua triticum, nouit & paleā, nouit & segetē, nouit & zizania. Iā iudicatus est qui non credit: quare iudicatus est? quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autē iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enim mala opera eorū. Fratres mei, quorū opera bona inuenit dñs? Nullorum: oia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatem, & venerūt ad lucem? Et hoc enim sequit. Qui autē facit veritatē, venit ad lucem. ℟. S piritus sanctus, procedens a throno, apostolorū pectora inuisibiliter penetrauit no

cio sanctificationis signo: Ut ita ore eorũ diuersa genera nascerent linguarũ, hal. ℣. Aduenit ignis diuinus nõ cõburẽs, sed illuminans, & tribuit eis charismatũ dona. Ut. Gloria. Ut. Lc. iii.

Sed dilexerunt, inquit, tenebras magis quã lucẽ: ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt peccata sua: quia qui cõfitetur peccata sua, & accusat peccata sua, iam cũ Deo facit. Accusat Deus peccata tua, & si tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duę res sunt homo & peccator. Qđ audis, homo, Deus fecit. Quod audis peccatorẽ ipse homo fecit. Dele qđ fecisti: vt Deꝰ saluet quod fecit. Oportet, vt oderis in te opus tuum, & ames in te opus Dei. Cũ autẽ cęperit tibi displicere qđ fecisti, inde incipiunt bona opa tua, q: accusas mala opa tua. Initium operum bonorũ, confessio est operum malorum. Ad Bñs. Aña. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suũ vnigenitum daret: vt omnis, q credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitã ęternã, halla. Oro.

Deus, q apostolis tuis sanctũ dedisti Spiritũ: cõcede plebi tuę pię petitiõis effectũ: vt quibus dedisti fidem, largiaris & pacem. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Ad ... Aña. Si qs diligit me, sermonem meũ seruabit: & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus, & mansionẽ apud eũ faciemus, halleluia. ...

FERIA TERTIA Duplex.

℣. Spiritus paraclitus, halle. ℟. Docebit vos omnia, halla.

Lcõ j. e vã. ??. Johannẽ. ... c. x.

In illo tẽpore: Dixit Jesꝰ Pharisęis. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascẽdit aliunde, ille fur est, & latro: qui autem intrat per ostiũ pastor est ouium. Et reliqua.

Homilia Sãcti Augustini epi.

Dominus de grege suo & de ostio, quo intratur ad ouile, similitudinem ꝓposuit in hodierna lectione. Dicant ergo Pagani: Bene viuimus: Si per ostium non intrãt, quid eis prodest vnde gloriantur? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse bene viuere, vt detur illi semper viuere. Nam cui nõ datur semper viuere, quid ꝓdest bene viuere? Quia nec bene viuere dicẽdi sunt, qui finem bene viuendi, vel per cęcitatẽ nesciunt, vel per inflationem contemnunt. Non est autẽ cuiquã spes vera, & certa semper viuẽdi, nisi agnoscat vitam, quę est Christus, & per ianuã intret in ouile. ℟. Apparuerunt apostolis dispertitę linguę, tanquam ignis, halla. Seditqꝫ supra singulos eorũ Spũs sãctus, hal. halla.

balla. ℣. Et ceperût loq varijs linguis, prout Spiritus sanct⁹ dabat eloq illis. Seditq̃. L. ij.

Q Uærunt ergo plerunq̃ ta les hoies etiã persuade re hominibus vt bene viuant, ⁊ Christiani non sint: per aliam partem volunt ascendere, rape re, ⁊ occidere, non vt bonus pa stor conseruare, atque saluare. Fuerunt ergo quidam philoso phi de virtutibus ⁊ vitijs sub tilia multa tractantes, diuidẽ tes, definientes, ratiocinantes, acutissime cõcludentes, libros implentes, suã sapientiam buc cis concrepantibus ventilãtes: qui etiam dicere auderent ho minibus: Nos sequimini: sectã nostram tenete, si vultis bene vi uere. Sed nõ intrabant p ostiũ perdere uolebant, mactare, ⁊ occidere. ℟. Loquebantur va rijs linguis apostoli magnalia Dei. Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, ball. ℣. Re pleti sunt omnes spiritu sãcto, ⁊ ceperunt loqui. Prout. Glo ria. Prout. Lectio tertia.

Q Uid de istis dicã? Ecce ipsi Pharisæi legebant, ⁊ in eo quod legebant, Christum sonabant: venturũ sperabant, ⁊ præsentem nõ agnoscebant. Ia ctabant etiã ipsi se inter vidẽ tes, hoc est inter sapientes, ⁊ ne gabant Christum, ⁊ non intra bãt p ostiũ: Ergo ⁊ ipsi si quos forte seducerent, mactandos, occidendos, ⁊ non liberandos, ⁊ hos dimittamus: videamus illos si forte ipsi intrant p ostiũ in ouile, qui ipsi⁹ Christi noĩe gloriãtur. Innumerabiles enĩ sunt qui se videntes nõ solũ ia ctãt, sed a Christo illuminatos videri volũt. Sũt aũt hæretici. Ad Bñs. Añ. Ego sũ ostium, dicit dominus: per me siquis in troierit, saluabitur, ⁊ pascua in ueniet, balleluia. Oratio.

A Dsit nobis, quæ sum⁹ dñe, vt⁹ spi ritus sancti: q̃ ⁊ corda nr̃a clemẽ ter expurget, ⁊ ab oĩb⁹ tueatur aduersis. Per dominũ. in vni. Ad Magr. Añ. Pacem relin quo vobis, pacem meam do vo bis: nõ quomodo mundus dat, ego do vobis, balleluia.

FERIA QVARTA

Quatuor temporum.

℣. Repleti sunt oẽs spũ sãcto, balla. ℟. Et ceperũt loq, ball. Lec. s. euãg. sm̃ Iohannẽ. Le. j.

I N illo tpe: Dixit Iesus turbis Iudeorũ: Nemo pt venire ad me, nisi pater qui mi sit me, traxerit eum. Et reliq. Homilia sãcti Augustini epi.

N Oli cogitare te inuitũ tra bi: trabit aius ⁊ amore. Nec timere debemus, ne ab bo minibus, qui verba perpendũt: ⁊ a rebus maxime diuinis intel ligendis longe remoti sunt, in boc scripturarum sanctarum euãgelico verbo forsitan repre benda

cundum operationem, in mēsuram vniuscuiusq; membri, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. Hoc igitur dico, & testificor in domino, vt iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sēsus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a via Dei per ignorantiā, que est in illis propter cecitatem cordis ipsoruz: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie in operationem immunditie omnis, in auaritiam. Uos autem nō ita didicistis Christum, si tamē illū audistis, & i ipso edocti estis. ℟. Exaltare domine. fol. 220.

Sermo b. Augustini epi. L. iiij.

Omnia carissimi que dñs Jesus Chrs in hoc mundo sub fragilitate nrā miracula edidit, nobis pficiūt: qui dū humanam conditionem sideribus importauit, credentib⁹ celum patere posse monstrauit: & dum victorē mortis in celestia eleuauit, victoribus, quo sequātur, ostēdit. Ascensio ergo dñi, catholice fidei cōfirmatio fuit vt securi in posterū crederem⁹ miraculi illius donū, cuius iā in psenti percepissem⁹ effectū: & fidelis quisque cum iam tāta perceperit, per ea q̄ cognoscit pstita, discat sperare promissa, ac Dei sui preteritam presentemq; bonitatem, quasi futuroruz teneat cautione. ℟. Tempus est. 221. Lectio quinta.

Sup excelsa ergo celi terrenum corpus imponitur, ossa intra sepulcri angusti as paulo ante conclusa, angelorum cetibus inferuntur: in gremium immortalitatis mortalis natura transfunditur: & ideo sacra apostolice lectionis testatur historia: Cum hec dixisset, inquit, videntibus illis eleuatus est. Dum audis eleuatum, agnosce militie celestis obsequium: vnde hodierna festiuitas, hominis nobis & Dei sacramenta manifestauit. Sub vna eademq; persona, in eo qui eleuat, diuinam potentiā: in eo autem qui eleuatur, humanaz agnosce substantiam. ℟. Non turbetur. 221. Lectio sexta.

Ideoq; oibus modis detestanda sunt venena orientalis erroris, q impia nouitate presumit asserere, filium Dei ac filiū hominis vnius esse nature. In alterutra enim parte, vel q solū hominē fuisse dixerit, negabit cōditoris gloriā vel qui solū Deū, negabit misericordiā redemptoris. Quo i genere nō facile Arian⁹ euangelicā poterit habere veritatē, vbi filiū dei nunc equalem legimus, nūc minorez. Qui enim vnius nature saluatorez nostrū mortifera psuasione crediderit, soluz hominem, aut solū Deum coget dicere crucifixuz. Sed nō ita est. Mortem enim nec solus Deus

sentire

sentire, nec solus homo superare potuisset. ℟. Ascẽdens. 221.

De Dom. s. Gregorii hõ. L. vij.

De hac Ascensionis eius gloria et Habacuch ait: Eleuatus est sol, et luna stetit i ordine suo. Quis enim solis nomine, nisi dñs? et quę lunę nomine, nisi Ecclesia, designat? Quousque enim dñs ascendit ad cęlos, sancta eius Ecclesia aduersa mundi omnimodo formidauit. At postquã eius ascensione roborata est, aperte pdicauit, qd occulte credidit. Eleuat' est ergo sol, et luna stetit i ordine suo: quia cum dominus cęlũ petijt sancta eius Ecclesia in auctoritate prędicationis excreuit. ℟. Ego rogabo. 221. Lectio viij.

Hinc eiusdẽ Ecclesię voce per Salomonẽ dicit, Ecce iste venit saliens in montib', transiliens colles. Cõsiderauit namque tantorũ operũ culmina, et ait: Ecce iste venit saliens in mõtibus. Veniendo quippe ad redemptionẽ nostrã, quosdã, vt ita dicam, saltus dedit. Vultis fratres carissimi, ipsos eius saltus agnoscere? De cęlo venit i vterum, de vtero venit in pręsepe, de pręsepe venit in crucem, de cruce venit in sepulcrũ, de sepulcro redijt in cęlum. Ecce, vt nos post se currere faceret, quosdam pro nobis saltus manifestata per carnẽ veritas dedit. Quia exultauit vt gigas ad currendam viam, vt nos ei diceremus ex corde: Trahe nos post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. ℟. Ponis nubem. 221. Lectio nona.

Unde fratres carissimi oportet, vt illuc sequamur corde, quo eum corpore ascendisse credimus. Desideria terrena fugiamus: nihil nos iã delectet in infimis, qui patrem habemus in cęlis. Et hoc nobis est magnopere perpẽdendũ: quia is qui placidus ascendit, terribilis redibit: et quicquid nobis cum mansuetudine pręcepit, hoc a nobis cũ districtione exiget. Nemo ergo indulta pęnitẽtię tpa paruipẽdat: nemo curã sui: dũ valet agere, negligat. Quia Redemptor noster tãto tunc in iudiciũ districtior veniet, quãto nobis ante iudicium magnã patientiam prerogauit.

¶ Duobus seq. diebus officiũ fit sicut infra octa. Ascensi. excepta lec. et viij. ℟. Cap. Añis ad Vñs, et Magnifi. et Orõne, quę dñr de Dñica infra oct. Ascẽsi.

FERIA SEXTA.

Incipit epistola tertia canonica B. Johannis Apostoli. L. i.

Senior Caio carissimo, quẽ ego diligo i veritate. Carissime, de oibus orationẽ facio prospere te ingredi, et valere, sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum valde venientibus fratribus, et testimo-

stimonium phibentibus veri/
tati tue, sicut tu in veritate am
bulas. Maiorez horum non ha
beo gratiam: quā vt audiam fi
lios meos in veritate ambular̄.
℟. Post passionez. 220. Lc. ij.

Carissime, fideliter facis
quicquid operaris i fra/
tres, ⁊ hoc in peregrinos, q te/
stimonium reddiderunt chari/
tati tue in conspectu ecclesie:
quos bene facies deducens di
gne Deo: Pro nomine eniz ei⁹
profecti sunt nihil accipiētes a
Gentilibus. Nos ergo debem⁹
suscipere huiusmodi, vt coope
ratores simus veritatis. Scri/
psissem forsitan ecclesie: sed is q
amat primatū gerere i eis Dio
trephes, non recipit nos. Pro/
pter hoc si venero, commonebo
eius opera q̄ facit, verbis mali
gnis garriēs in nos: ⁊ quasi nō
ei ista sufficiāt, neque ipse susci
pit fratres, ⁊ eos, qui suscipiūt
prohibet, ⁊ de ecclesia eijcit.
℟. Vis pulchritu. 220. Lc. iij.

Carissime, noli imitari ma
lū, sed qd bonū est. Qui
bene facit, ex Deo est: qui male
facit, nō videt Deū. Demetrio
testimoniū redditur ab oibus,
⁊ ab ipsa veritate. Sed ⁊ nos te
stimoniū phibemus, ⁊ nosti qm̄
testimoniuz nostruz verum est.
Multa habui tibi scribere, sed
nolui p atramentum, ⁊ calamū
scribere tibi. Spero autem pro
tinus te uidere, ⁊ os ad os loq/
mur. Pax tibi. Salutāt te ami/
ci. Saluta tu amicos noīatim.
℟. Exaltare domine. fol. 220.
De serm. s. August. epi. Lc. iiij.

Saluator noster carissimi
si nō in nostra carne dia/
bolū triūphauit, sed exercuit,
nō nobis vicit: si non in nostro
corpore resurrexit, conditioni
nostre resurgendo nihil contu/
lit. Nec q dicit, suscepte ⁊ assū/
pte carnis nō intelligit rationē
cōfundit ordinē, euacuat vtili/
tatē: si nō in nostra carne pegit
medicinā, solā ergo ex hoie na/
scendo elegit iniuriā. Recedat
a sensib⁹ nris tā periculosa per/
suasio. De nostro est qd appre/
hēdit: de suo est quod donauit:
Meuz testor esse quod cecidit;
vt meū sit qd resurrexit. Meū
testor esse qd iacuit intra tumu
lū: vt meū sit quod ascendit in
celū. ℟. Tempus. 220. Lc. v.

In illo itaq; nostri generis
corpore nos Christi mors
viuificauit, nos resurrectio ere
xit, nos ascensio cōsecrauit. In
illo nostre originis corpore ce
lestibus regnis arraz nostre cō/
ditionis imposuit. Elaboremus
ergo carissimi, vt quemadmo/
dum dominus in hac die no/
stro cum corpore ad superna
conscendit, ita nos post illum
quomodo possumus, spe ascen/
damus, ⁊ corde sequamur. Ip
so affectu pariter ⁊ profectu a/
scendamus post illum, etiam
per uitia ac passiones nostras.
Si vtique vnusquisque nostrū
sub/

subdere eas sibi studeat, ac super eas stare consuescat: ex ipsis sibi gradum construit, quo possit superiora ascēdere. Elevabūt nos, si fuerint infra nos. ℟. Nō turbetur. 221. Lec. vi.

De vitijs nostris scalā nobis facimus, si vitia calcamus. Nam cum bonitatis auctore non ascendit malitia, nec cum filio virginis libido atque luxuria. Non, inquam, ascenderunt vitia post virtutū parētē, nec peccata post iustū: nec infirmitates, ac morbi possunt ire post medicū. Igitur, si intrare ipsius medici regnū volumus, prius vulnera nostra curemus. Ordinemus, et custodiamus in nobis statū vtriusque substantię: ne animam, nobiliorem vtique hoīs portionem, tartaro pars deuoluat inferior: sed secum potius cęlo sanctificatum corpus acquirat natura gloriosior, ipso adiuuāte, qui viuit, et regnat in secula seculorum. Amen. ℟. Ascendens. folio 221.

Lcō s. euā. scd̄m Iohannē. Lec. vij.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Cum venerit paraclitus, quem ego mittam vobis a patre. Et reliqua.

De Homilia s. Augustini epi.

Venit die Pētecostes spiritus sctūs in cētū viginti homines cōgregatos, i quib9 et apostoli oēs erāt: qui illo adimpleti cum linguis oium gentiū loquerent, plures ex ijs, qui aderāt, tanto miraculo stupefacti (qm̄quidem viderūt loquente Petro magnum atque diuinū testimonium perhiberi de Christo: ut ille, q occisus ab eis inter mortuos deputabat, resurrexisse, et viuere probaretur) compūcti corde cōuersi sunt, et tanti sāguinis tā impię atque immaniter fusi indulgentiā perceperunt, ipso redēpti sāguine, quē fuderūt. ℟. Ego roga. 221. Lec. viij.

Christi enim sanguis sic in remissionē peccatorū omniū fusus est, vt ipsum etiam peccatum posset delere, quo fusus est. Hoc ergo intuens dn̄s dicebat: Odio me habuerūt gratis: cū autem venerit paraclitus, ille testimoniū phibebit de me. Tanq̄ diceret: Odio me habuerunt, et occiderunt vidētes: sed tale de me paraclitus testimonium perhibebit, vt eos faciat in me credere non uidentes. Et vos, inquit, testimoniū perhibebitis, qr ab initio mecum estis. Perhibebit spiritus sctūs, perhibebitis et vos. Qr enim ab initio mecum estis, potestis pdicare, quod nostis: quod vt mō non faciatis, illius spiritus plenitudo nondum adest vobis. ℟. Si enim non. fol. 226. Lect. ix.

Ille ergo testimoniū phibebit de me, et vos testimonium perhibebitis: dabit enim vobis fiduciam testimoniū perhibendi caritas dei diffusa in cordibus vestris per spiritum

sanctū qui dabitur vobis. Que vsq Petro adhuc defuit, quādo mulieris ancille interrogatione perterrit⁹ nō potuit verū testimoniū perhibere, sed contra suā pollicitationem timore magno cōpulsus est ter negare. Timor autē iste nō est in charitate, sed pfecta charitas foras mittit timorē. Deniq ante passionē dñi seruilis timor eius interrogatus est a femina seruitutis: post resurrectionē vero dñi, liberalis ei⁹ amor ab ipso principe libertatis: et iō ibi turbabatur, et hic trāqllabat: ibi quē dilexerat, negabat: hic quē negauerat, diligebat. Sed adhuc et tunc amor ipse infirmus fuerat et angustus, donec eum roboraret, et dilataret spiritus sāctus.

IN VIGILIA Pentecostes.

Ab hac [illegible]e vsq ad festū Trinitatis si [illegible]urrat festū nouez lectio. transfert post Trinitatē. Incipit epla B. Jude apl'i. L. j.

Judas, Jesu Christi seruus, frater aūt Jacobi, his q sūt in Deo patre dilectis, et Christo Jesu pseruatis et vocatis. Misericordia vobis, et pax, et charitas adimpleatur. Carissimi oēm solicitudinē faciēs scribendi vobis de cōmuni vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecās supercertari semel tradite sanctis fidei. Subintroierunt enim qdā hoies, qui olim prescripti sūt in hoc iudiciū, impij: Dei nostri gratiā trāsferētes in luxuriam, et solū dominatorem, et dñm nostrū Jesum Christum negātes. R. Post passionē. etc. Lec. ij.

Commonere aūt vos volo sciētes semel oia: qm̄ Jesus populum de terra Aegypti saluans, secundo eos, q non crediderunt, perdidit: angelos vero qui nō seruauerunt suum principatum, sed dereliquerūt suum domicilium, in iudicium magni Dei vinculis eternis sub caligine reseruauit: sicut Sodoma, et Gomorrha, et finitime ciuitates simili modo exfornicate, et abeuntes post carnem alteram, facte sunt exemplum: ignis eterni penam sustinentes. Similiter et hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatē autem blasphemant. R. Omnis pulchritudo. etc. Lectio tertia.

Cum Michael archāgelus cū diabolo disputās altercaret de Moysi corpe, nō est aus⁹ iudiciū inferre blasphemie, sed dixit. Imperet tibi dñs. Hi autē quecunq qdē ignorāt, blasphemant: quecunq autem naturaliter tanquam muta animalia norunt, in his corrumpūtur. Ve illis, qui in via Cain abierunt, et errore Balaam mercede effusi sunt, et in ctradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis

epulis suis macule, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua que a ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuose, bis mortue, eradicate, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in eternum. Exaltare domine. folio 220.

Ex tractatu s. Aug. epi. de symbolo ad Catechumenos. l. iiij.

Dum per sacratissimum crucis signum vos suscipit in vtero sancta mater Ecclesia, que sicut et fratres vestros cum summa letitia spiritualiter pariet, noua proles futura tante matris, quousque per lauacrum sanctum regeneratos vere luci restituat congruis alimentis eos, quos portat, pascat in vtero: et ad diem partus sui letos leta perducat: quoniam non tenetur hac sententia: Ve que in tristitia et gemitu parit filios, nec ipsos gaudentes, sed potius flentes: hec soluit quod illa ligauerat: vt prolem, quam illa per inobedientiam morte damnauit, hec per obedientiam restituat vite. Omnia sacramenta que acta sunt, et aguntur in vobis per ministerium seruorum Dei exorcismis, orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione ceruicum, humilitate pedum, pauor ipse omni securitate appetendus: hec omnia, vt dixi, esce sunt, que vos reficiunt in vtero, vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mater Christo. Tempus est. 221.

Accepistis et symbolum protectionem parturientis contra venena serpentis. In Apocalypsi Johannis apostoli scriptum hoc est, quod staret draco in conspectu mulieris, que paritura erat: vt, cum peperisset natum eius comederet. Draconem diabolum esse nullus vestrum ignorat, et mulierem illam virginem Mariam significasse, que caput nostrum integra integrum peperit: que etiam ipsa figuram in se sancte Ecclesie demonstrauit: vt quomodo filium pariens virgo permansit, ita et hec omni tempore membra eius pariat, et virginitatem non amittat. Ipsas sententias sacratissimi symboli adiuuante domino exponendas suscepimus: vt quod singule pertineant, vestris sensibus intimemus. Parata sunt corda vestra, quia exclusus est inimicus de cordibus vestris. Non tur. 221 R. vi.

Huic vos renunciare professi estis: in qua professione non hominibus, sed Deo et angelis eius conscribentibus dixistis. Renuncio. Renunciate non solum vocibus, sed etiam moribus: non tantum sono lingue, sed et actu vite: nec tantum labiis sonantibus, sed et operibus pronunciantibus. Scitote vos enim callido, antiquo, et veternoso inimico suscepisse certamen: non in vobis post

renũciationem inueniat opera sua, nõ iure vos attrahat in seruitutem suam. Deprehenderis enim & detegeris Christiane, quando aliud agis, & aliud profiteris, fidelis in nomine aliud demonstrans in opere, nõ tenens promissionis tuę fidem: modo ingrediẽs ecclesiam orationes fundere, post modicum in spectaculis cum histrionib⁹ ipudice clamare. Quid tibi cũ põpis diaboli, quibus renunciasti? ℟. Ascendens. 221.

Lectio. euāg. hm Joann. L. vij.

c.14. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si diligitis me, mãdata mea seruate: & ego rogabo patrẽ: & aliũ paraclitum dabit vobis. Et rel.

Homilia s. Augustini episcopi.

Quod ait rogabo patrẽ, & aliũ paraclitũ dabit vobis: ostẽdit & seipsum esse paraclitũ. Paraclitus enim latine dicitur aduocatus: & dictum est de Christo. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Sic autẽ mundũ dixit non posse accipere spiritũ sanctũ, sicut etiã dictũ est, Prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei nõ est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus, iniustitia iustitia esse non potest. Mũdũ quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, quę dilectio nõ est a patre. Et ideo dilectioni huiusmodi, de qua satagimus, vt minuat, & consumatur in nobis, contraria est dilectio Dei: quę diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctũ, qui dat⁹ est nobis. ℣. Ego ro. 221. L. vi.

Mundus ergo eũ accipere non potest: quia nõ videt eum, neque scit eum. Non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri Spiritus sanctus potest: qui uideri nisi inuisibiliter nõ potest. Vos autem, inquit, cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in uobis erit. Erit in eis, vt maneat: non manebit, vt sit: prius est enim esse alicubi, quã manere. Sed ne putarent quod dictum est, Apud vos manebit, ita dictũ, quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consueuit, exposuit quod dixerat, Apud vos manebit, cum adiũxit, & dixit, In vobis erit. ℟. Si enim. 221. Lectio ix.

Ergo inuisibiliter videtur nec, si non sit in nobis potest esse in nobis eius scientia. Sic enim a nobis videtur in nobis & nostra consciẽtia: nã faciẽ videmus alterius, nostrã videre non possumus: cõscientiã vero nostrã videmus, alterius nõ videmus. Sed conscientia nunquã est nisi in nobis: Spiritus autẽ sanctus post esse etiam sine nobis. Datur quippe vt sit & in nobis: sed videri & sciri, quẽadmodum videdus & sciendus

est non potest a nobis, si non sit in nobis. Post promissionem Spiritus sancti, ne quisquam putaret, quod ita eum dominus daturus fuerit velut pro seipso, ut non ipse cum eis esset futurus, adiecit: Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos. Quamvis ergo nos filius Dei suo patri adoptaverit filios, et eundem patrem nos voluerit habere per gratiam, qui eius pater est per naturam: tamen etiam ipse circa nos paternum affectum quodam modo demonstrat, cum dicit: Non relinquam vos orphanos.

IN FESTO PENTECOSTES]
Duplex.

Ad Vesperas. Antiphona.
Dum complerentur. ut in Laudibus. Psalmus. Dixit dominus. 51. cum reliquis de Dominica: loco ultimo dicitur psal. Laudate dominum omnes gentes. 54.

Capitulum. Act. 2.



Cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: et factus est repente de celo sonus tanquam advenientis Spiritus vehementis, et replevit totam domum, ubi erant sedentes.

Hymnus.

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita:
Imple superna gratia,
Que tu creasti pectora.
Qui paraclitus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons vivus, ignis, charitas,
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Dextere Dei tu digitus,
Tu rite promissum patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Ductore sic te previo
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem,
Noscamus atque filium,
Te utriusque Spiritum
Credamus omni tempore.
Gloria patri domino,
Natoque, qui a mortuis
Surrexit, ac paraclito
In seculorum secula, Amen.

Sic terminantur Hymni per totam hebdomadam.

℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, halleluia.
℟. Et ceperunt loqui, halleluia.

Ad Magnificat. Antiphona.
Non vos relinquam orphanos, halleluia: vado et venio ad vos halleluia: et gaudebit cor vestrum, halleluia. Oratio.

DEus, qui hodierna die corda fidelium sancte Spirit⁹ illustratiõe docuisti: da nobis i die eodẽ spũ recta sapere, ⁊ de ei⁹ semp ꝯsolatione gaudere. Per do.

DOMINICA Pentecostes.

Ad Matutinũ. Inuitatorium.

Alleluia, Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ, Venite adoremus. Halleluia. Ps. Venite, exultemus. Hymnus.

Iam Chris astra ascẽderat,
Reuersus unde venerat,
Promissum patris munere
Sanctum daturus Spiritum.
Solennis vrgebat dies,
Quo mistico septemplici
Orbis volutus septies,
Signat beata tempora.
Dum hora cunctis tertia
Repente mundus intonat,
Orantibus apostolis
Deum venisse nunciat.
De patris ergo lumine
Decorus ignis almus est,
Qui fida Christi pectora
Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viscera,
Afflata sancto spiritu,
Voces diuersas intonant,
Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti,
Grecis, Latinis, Barbaris,
Cunctisque admirantibus
Linguis loquuntur omnium.
Iudęa tunc incredula,
Vesana toruo spiritu,
Ructare musti crapulam
Alumnos Christi concrepat.
Sed signis, ⁊ virtutibus
Occurrit, ⁊ docet Petrus,
Falsa profari perfidos
Iohele teste comprobans.
Gloria patri domino.

Ad noct. An. Factus est repente de cęlo sonus aduenientis spiritus vehementis, hal. hal. Ps. Magnus dominus. 27. Ana. Confirma hoc deus, quod operatus es in nobis: a templo sancto tuo, quod est in Ierusalem, halleluia, halleluia. Ps. Exurgat deus. 32. Ana. Emitte spiritũ tuum, ⁊ creabũtur: ⁊ renouabis faciẽ terrę, hall. hal. Psalm. Benedic anima. Ps. 47.
℣ Spiritus dñi repleuit orbẽ terraruz, halleluia. ℟ Et hoc quod continet omnia, scientiã habet vocis, halleluia.

Lcõ s. euãg. sm Iohannẽ. Ca. 14.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis, Si quis diligit me, sermonem meũ seruabit: ⁊ pater meus diliget eũ. ⁊ ad eũ veniemus, ⁊ mansionẽ apud eum faciemus. Et reliq.

Homilia S. Gregorii Papę.

Libet frẽs carissimi, euangelicę verba lectiõis sub breuitate trãscurrere, vt post diuti⁹ liceat in cõtẽplatione tãtę solẽnitatis immorari. Hodie nãque Spiritus sanctus repentino sonitu sup discipulos venit, mentesque carnaliũ in sui amorẽ per

permutauit, et foris apparentibus linguis igneis, intus facta sunt corda flammantia. Qui dum deum in ignis visione susceperunt, per amorem suauiter arserunt. Ipse namque Spiritus sanctus amor est: vnde et Johannes dicit, deus charitas est. Qui ergo mente integra deum desiderat, profecto iam habet quem amat. Neque enim quisquam posset deum diligere, si eum, quem diligit, non haberet. ℟. Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, alleluia: et subito factus est sonus de celo, alleluia, Tanquam spiritus vehementis: et repleuit totam domum, alleluia, alle. ℣. Dum ergo essent in vnum discipuli congregati propter metum Judeorum, sonus repente de celo venit super eos. Tanquam. Lec. ij.

Sed ecce, si vnusquisque vestrum requiratur, an diligat deum: tota fiducia, et secura mente respondet, Diligo. In ipso autem lectionis exordio audistis, quid veritas dixit: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Probatio dilectionis, exhibitio est operis. Hinc in epistola sua idem Johannes dicit: Qui dicit, Diligo deum, et mandata eius non custodit: mendax est. Vere etenim deum diligimus, si mandata eius custodimus, si nos a nostris voluptatibus coarctamus. Nam qui adhuc per illicita desideria diffluit, profecto deum non amat: quia ei in sua voluntate contradicit. ℟. Repleti sunt omnes spiritu sancto, et ceperunt loqui, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentium, alleluia. ℣. Loquebantur variis linguis apostoli magnalia Dei. Et. Gloria. Et.

Lectio tertia.

Et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus. Pensate fratres carissimi, quanta sit ista dignitas, habere in cordis hospitio aduentum Dei. Certe si domum nostram quisquam diues aut prepotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur, neque fortasse esset quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis qui Deo preparat domum mentis. Sed videte, quid veritas dicat: veniemus, et mansionem apud eum faciemus. In quorundam etenim corda venit, et mansionem non facit: quia per compunctionem quidem dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore, hoc ipsum quod compuncti fuerant, obliuiscuntur: sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hec minime planxissent.

Ad Laudes, et per horas. Ant.

Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, allelu. ps. Dominus regnauit. cum reliq. Ant. Spiritus

domini repleuit orbem terrarum: halle. Re. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, et ceperunt loqui, halle. Ana. Fontes, et oia, que mouent in aquis, hymnum di cite Deo, hallelu. Ana Loque bantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei, hall. hal. Cap. Dum complerent. 233. Hym.

Beata nobis gaudia
Anni reduxit orbita;
Cum spiritus paraclitus
Effulsit in discipulos.
Ignis vibrante lumine
Lingue figuram detulit,
Verbis vt essent proflui,
Et charitate feruidi.
Linguis loquuntur omnium,
Turbe pauent gentilium,
Musto madere deputant,
Quos spiritus repleuerat,
Patrata sunt hec mystice
Pasche peracto tempore,
Sacro dierum numero,
Quo lege fit remissio.
Te nunc Deus pyssime
Vultu precamur cernuo,
Illapsa nobis celitus
Largire dona Spiritus,
Dudum sacrata pectora
Tua replesti gratia:
Dimitte nostra crimina,
Et da quieta tempora.
Gloria patri domino.

℣. Repleti sunt oes spu sancto. hal. ℟. Et ceperunt loqui, hall. Ad Bñs. Aña. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis: halle luia. Oratio vt supra.

Ad Primã. ℟. bre. Christe fili Dei viui, miserere nobis, Hal. hal. ℣. Qui sedes ad dexterã patris. Hall. Gloria patri. hal. ℣. Exurge Chie adiu. nos. hal. ℟. Et li. nos pp nomẽ tuũ, hal. Ad iij. Hy. Veni creator. 234. vt in vesp. qui di ad iij. der totã hebd. loco Hym. Nunc sancte. Aña. Spiritus dñi. Capitu. Dum cõple. 234. ℟. Spiritus dñi repleuit orbẽ terrarũ, Hal. hal. ℣. Et hoc quod cõtinet oia scientiã habet vocis, Hal. hall. ℣. Spiritus paraclitus, hall'a. ℟. Docebit vos omnia, hall'a. Ad vj. Añ. Repleti sunt. Cap.

Facta autem hac voce, cõuenit multitudo, et mẽte confusa est: quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. ℟. Spiritus paraclitus, Halleluia, hall. ℣. Docebit vos omnia. Hallel. halle. ℣. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, halleluia. ℟. Et ceperunt loqui, halleluia. Ad ix. Aña. Loquebãtur. Cap.

Iudei quoque, et proselyti Cretes, et Arabes: audiui mus eos loquẽtes nr̃is linguis magnalia dei. ℟. Repleti sũt oẽs spũ scõ, Hal. hal. ℣. Et ceperũt loq. Hal. hal. ℣. Loquebãtur varijs linguis Apostoli, hall. ℟. Magnalia Dei, hall. Ad Vesp. Añ. Dũ cõple. 235. vt i Laudib. Ps. Dixit dñs. 52. cũ rel. de Dñica. in ft. In exitu. qui dicit quotidie per oct. Cap. Dum

Dum cōplerentur. 234. Hym. Veni creator. ℣. Loquebantur varijs linguis Apostoli, alle. ℟. Magnalia Dei, alleluia. Ad Mag. Aña. Hodie cōpleti sunt dies Pētecostes, alle: hodie Spiritus sanctus i igne discipulis apparuit, & tribuit eis charismatum dona: misit eos i vniuersum mundū prędicare, & testificari, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salu' erit, all. Infra oct. Pēt. fit offiū sicut in die, except. vers. ad noc. Lec. ℟ys, Añis ad Magnif. & ad Benedictus, & Orationibus. ¶ Si infra oct. occur. festū ix. lec. transfert post oct. De simp. aūt i hoc triduo nulla fit com.

FERIA II. Duplex. ℣. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū al. ℟. Et hoc qd cōtinet oia, sciētiā hēt vocis all. Lcō s. euāg. sm Johannē. Lc. 3.

In illo tēpore: Dixit Jes' discipulis suis: Sic De' dilexit mundum, vt filium suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam ęternam. Et rel. Homilia Sācti Augustini epi.

Quantū in medico est, sanare venit ęgrotū. Ipse se interimit, qui pręcepta medici obseruare nō vult. Venit saluator in mundū. Quare saluator dictus est mundi, nisi vt saluet mundū, non vt iudicet mūdum? Saluari nō vis ab ipso? ex te ipso iudicaberis. Et quid dicam iudicaberis? vide quid ait. Qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, quid dicturum sperabas, nisi iudicatur? Quod addit. Jā, inquit, iudicatus est. nondum apparuit iudicium, sed iam factū est iudicium. ℟. Iam non dicā vos seruos, sed amicos meos, quia omnia cognouistis, q̄ operatus sum in medio vestri, allel. Accipite spiritum sctū in vobis paraclitū, ille est, quē pater mittet vobis, allelu. ℣. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego pręcipio vobis. Accipite. Lectio secunda.

Nouit enim dñs, qui sunt eius: nouit qui permaneant ad coronam, qui permaneant ad flammā: nouit in area sua triticum, nouit & paleā, nouit & segetē, nouit & zizania. Jā iudicatus est qui non credit: quare iudicatus est? quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autē iudicium: qr lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem. Erant enī mala opera eorū. Fratres mei, quorū opera bona inuenit dñs? Nullorum: oia enim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidā fecerunt veritatem, & venerūt ad lucem? Et hoc enī sequit. Qui autē facit veritatē, venit ad lucem. ℟. Spiritus sanctus, procedens a throno, apostolorū pectora inuisibiliter penetrauit no

no

uo sanctificationis signo: Ut in ore eorū oium genera nascerent linguaꝝ, hal. ℣. Aduenit ignis diuinus nō cōburēs, sed illuminans, ⁊ tribuit eis charismatū dona. Ut G loria. Ut. Lc. iij.

S Ed dilexerunt, inquit, tenebras magis quā lucē: ibi posuit vim. Multi enim dilexerunt peccata sua, ⁊ multi confessi sunt peccata sua: quia qui cōfitetur peccata sua, ⁊ accusat peccata sua, iam cū Deo facit. Accusat Deus peccata tua, ⁊ si tu accuses, coniungeris Deo. Quasi duę res sunt homo ⁊ peccator. Qđ audis, homo, Deus fecit. Quod audis pecca tor: ipse homo fecit. Dele qđ fecisti: vt Deꝰ saluet quod fecit. Oportet, vt oderis in te opus tuum, ⁊ ames in te opus Dei. Cū autē cęperit tibi displicere qđ fecisti, inde incipiunt bona opa tua, q: accusas mala opa tua. Initium operum bonorū, confessio est operum malorum.

Ad Bñs. Aña. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suū vnigenitum daret: vt omnis, q credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitā ęternā, halla. Oro.

D Eus, q apostolis tuis sanctū dedisti Spiritū: cōcede plebi tuę pię petitiōis effectū: vt quibus dedisti fidem, largiaris ⁊ pacem. Per dñm. in vnitate eiusdem.

Ad [illegible] Aña. Si qs diligit me, sermonem meū seruabit: ⁊ pater meus diliget eū, ⁊ ad eū veniemus, ⁊ mansionē apud eū faciemus, halleluia. [illegible] lu.

FERIA TERTIA Duplex.

℣. Spiritus paraclitus, halle. ℟. Docebit vos omnia, halla.

Lcō j. c. ūā. ſm Iohannē. Lc. j.

I N illo tēpore: Dixit Iesꝰ Phariseis. Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascēdit aliunde, ille fur est, ⁊ latro: qui autem intrat per ostiū pastor est ouium. Et reliqua. c. 10

Homilia Sācti Augustini epī.

D Ominus de grege suo ⁊ de ostio, quo intratur ad ouile, similitudinem ꝓposuit in hodierna lectione. Dicant ergo Pagani: Bene viuimus: Si per ostium non intrāt, quid eis prodest vnde gloriantur? Ad hoc enim debet vnicuique prodesse bene viuere, vt detur illi semper viuere. Nam cui nō datur semper viuere, quid ꝓdest bene viuere? Quia nec bene viuere dicēdi sunt, qui finem bene viuendi, vel per cęcitatē nesciunt, vel per inflationem contemnunt. Non est autē cuiquā spes vera, ⁊ certa semper viuēdi, nisi agnoscat vitam, quę est Christus, ⁊ per ianuā intret in ouile. ℟. Apparuerunt apostolis dispertitę linguę, tanquam ignis, halla. Seditq; supra singulos eorū Spūs sāctus, hal. halla.

balle. ℟. Et ceperũt loq varijs linguis, prout Spiritus sanct' dabat eloq illis. Seditq3. ℟. ij.

Quærunt ergo plerunq3 tales hoīes etiā persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani non sint: per aliam partem volunt ascendere, rapere, & occidere, non vt bonus pastor conseruare, atque saluare. Fuerunt ergo quidam philosophi de virtutibus & vitijs subtilia multa tractantes, diuidentes, definientes, ratiocinantes, acutissime cōcludentes, libros implentes, suā sapientiam buccis concrepantibus ventilātes: qui etiam dicere auderent hominibus: Nos sequimini: sectā nostram tenete, si vultis bene viuere. Sed nō intrabant p ostiū perdere uolebant, mactare, & occidere. ℟. Loquebantur varijs linguis apostoli magnalia Dei. Prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, ball. ℣. Repleti sunt omnes spiritu sācto, & ceperunt loqui. Prout. Gloria. Prout. Lectio tertia.

Quid de istis dicā? Ecce ipsi Pharisei legebant, & in eo quod legebant, Christum sonabant: venturū sperabant, & p̄sentem nō agnoscebant. Iactabant etiā ipsi se inter vidētes, hoc est inter sapientes, & negabant Christum, & non intrabāt p ostiū: Ergo & ipsi si quos forte seducerent, mactandos, occidendos, & non liberandos, & hos dimittamus: videamus illos si forte ipsi intrant p ostiū in ouile, qui ipsi' Christi noie gloriātur. Innumerabiles enim sunt qui se videntes nō solū iactāt, sed a Christo illuminatos videri volūt. Sūt aūt heretici. Ad Bñs. Añ. Ego sum ostium, dicit dominus: per me siquis introierit, saluabitur, & pascua inueniet, halleluia. Oratio.

Adsit nobis, quęsum' dñe, vir' spiritus sancti: q & corda nr̄a clemēter expurget, & ab oīb' tueatur aduersis. Per dominum. in vni. Ad Mag. Añ. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: nō quomodo mundus dat, ego do vobis, halleluia.

FERIA QVARTA
Quatuor temporum.

℟. Repleti sunt oēs spū sācto, balle. ℣. Et ceperūt loq, ball. Lec. j. Sc̄dm Iohannē. Le. 6.

In illo tpe: Dixit Iesus turbis Iudęo⁊: Nemo pt venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et reliq. Homilia sācti Augustini epi.

Noli cogitare te inuitū trahi: trahit aius & amore. Nec timere debemus, ne ab hominibus, qui verba perpendūt: & a rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc scripturarum sanctarum euāgelico verbo forsitan reprehenda-

bendamur, et delectatur nobis?
Non volūtate credo si trahor?
Ego dico: Parum est volunta
te. etiam voluptate traheris.
Quid est trahi voluptate? De
lectare in dn̄o, et dabit tibi peti
tiões cordis tui. Est quedā vo
luptas cordis, cui panis dulcis
ē ille celestis. Porro si poete di
cere licuit, Trahit sua quēque
voluptas, nō necessitas, sed vo
luptas, non obligatio, sed dele
ctatio, quāto fortius nos dice
re debem⁹ trahi hoiē ad Chri
stū, qui delectatur veritate, de
lectatur beatitudine, delectat
iustitia, delectatur sempiterna
vita, quod totū Christus est?
An vero habet corporis sensus
voluptates suas, et anim⁹ dese
ritur a voluptatibus suis? Si
anim⁹ non hēt voluptates suas:
Unde dicitur? Filii autē hoīum
sub tegmine alarum tuarū spe
rabunt? Inebriabūtur ab vber
tate domus tue, et torrente vo
luptatis deliciarum tuarū po
tabis eos: Quō apud te est fōs
vite, et in lumine tuo videbim⁹
lumen. ℟. Disciplinam, et sa
pientiam docuit eos dn̄s, alle
luia, firmauit in illis gratiā spi
ritus sui. Et intellectu impleuit
corda eorū, allel. ℣. Repenti
no namq; sonitu spiritus sctūs
super eos venit. Et. Lectio ii.

Da amantē, et sentit quod
dico: da desiderantē, da
esurientē, da i ista solitudine pe
regrinantē, atq; sitientē, et fontē
eterne patrie suspirantē: da ta
lem, et scit qd dicā: si aūt frigi
do loquor, nescit qd loquor.
Tales erāt isti, qui inuicē mur
murabant. Pater, inquit, quē
traxerit, venit ad me. Quid est
aūt, Pater quem traxerit, cū
ipse Christ⁹ trahat? Quare vo
luit dicere, P: quem traxerit?
Si trahendi sum⁹, ab illo tra
hamur, cui dicit qdā que dili
git: Post odorē vnguentorū tuo
rum curremus. Sed quid intel
ligi voluit aduertamus fratres
et quantum possum⁹ capiem⁹.
Trahit pater ad filiū eos, qui
propterea credunt i filiū: quia
eum cogitant patrē habere de
um. Deus enim pater equalē
sibi genuit filium: et qui cogitat
atque in fide sua sentit, et rumi
nat equalem esse patri eū quē
credidit, ipsū trahit pater ad
filium. ℣. Ite in vniuersū or
bem, et predicate euangelium,
alla. Qui crediderit, et bapti
zatus fuerit, saluus erit, alle
luia, alla. ℣. In nomine meo
demonia eiicient, linguis loquē
tur nouis, serpētes tollēt. Qui.
Gloria. Qui. Lectio tertia.

Arius credidit creaturā,
nō eū traxit pr̄: qr nō cōsi
derat patrem, qui filiū non cre
dit equalē. Quid dicis o Ari?
quid dicis heretice? quid loq
ris? Quid est Christus? Non inqt,
Deus verus, sed quem fecit
Deus verus. Non te traxit pa
ter: non intellexisti patrē, cuius
filium

filium negas. Aliud cogitas, nō est ipse filius, nec a patre traheris, nec ad filiū traheris: aliud est enim filius, aliud quod tu dicis. Photinus dicit: Homo solus est Christus, non est et Deus. Qui sic credit, nō pater eū trahit. Quem trahit pater? illum q dicit: Tu es Christus, fili⁹ Dei vivi. Ramum viridem ostendis ovi, et trahis illā: nuces puero demonstrantur, et trahit: et qd currit trahitur, amādo trahit, sine lesione corporis trahit, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista quę inter delicias et voluptates terrenas revelant amātibus, trahūt: qm̄ verū est, Trahit sua quēq; voluptas: non trahit revelat⁹ Christus a patre? Quid enim fortius desiderat anima, quam veritatem?

Ad Be.s.Aña. Ego sum panis vivus, dicit dñs, qui de cęlo descendi, hallel. hallel. Oratio.

Mentes nostras, quęsum⁹ domine, paraclitus q a patre procedit illuminet, et inducat in omnem sicut tuus promisit filius, veritatem. Qui te.

Ad Mag. Aña. Ego sum panis vivus, qui de cęlo descendi: si quis manducaverit ex hoc pane vivet in ęternum: et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, halleluia.

FERIA QVINTA.

℣. Spiritus dñi repleuit orbē terrarū: hal. ℟. Et hoc qd̄ cōtinet oia sciētiā habet vocis, hal.

Lcō s. evāg. sm̄ Lucam. Lect. i.

In illo tempore: Convocatis Jesus duodecim discipulis, dedit illis virtutem, et potestatem super oia demonia, et vt languores curarent. Et rel.

Homilia sancti Ambrosij epi.

Qualis debeat esse q euāgelizat regnū Dei, pręceptis evangelicis designat: vt sine uirga, sine pera, sine calciamento: sine pane, sine pecunia: hoc est subsidij secularis adminicula nō requirēs, fideq; tut⁹, putet sibi, quominus ea requirat, magis posse suppetere: quę possunt, qui uolunt, ad eum derivare tractatum, vt spiritualē tantummodo locus iste formare uideatur affectum, qui uelut indumentum quoddam videatur corporis exuisse, nō solum potestate reiecta, contemptisque divitijs, sed etiam carnis ipsi⁹ illecebris abdicatis. Quib⁹ primo omnium datur pacis, atq; constantię generale mandatū, vt pacē ferant, constantiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiant: alienum a prędicatore regni cęlestis, asserēs, cursitare per domos: et inuiolabilis hospitij iura mutare. ℟. Aduenit ignis diuinus nō cōburens sed illuminās, non cōsumēs, sed lucēs: et invenit corda discipulorum receptacula mūda. Et tribuit eis charismatū dona hal. hal. ℣. Invenit eos pcordes charitate et collustrauit eos inūdans

dans gratia deitatis. Et. L. ij.

Sed vt hospitij gratia deferenda censetur, ita etiã si non recipiantur, excutiendũ puluerem, & egrediendum de ciuitate mandatur. Quo mandato non mediocris boni remuneratio docetur hospitij, vt nõ solũ pacẽ tribuamus hospitib⁹ verũ ẽt si qua eos terrenę obumbrãt delicta leuitatis, receptis apostolicę prędicationis vestigijs auferantur. Nec ociose secundũ Matthęũ domus, quã ingrediantur apostoli, eligẽda decernitur, vt mutandi hospitij, necessitudinisq́ violandę cã non suppetat. Non tñ cadẽ cautio recepturi mandatur hospitij: ne dũ hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuatur. R. Spiritus sanctus repleuit totã domũ vbi erant apostoli: & apparuerunt illis dispertitę linguę tanquã ignis, seditq́ super singulos eorũ. Et repleti sunt omnes spiritu sancto: & cęperũt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, halle, halle. V. Dũ ergo essent in vnum discipuli congregati propter metum Judęorum, sonus repente de cęlo venit super eos. Et. G lo. Et. Lectio iij.

Sed vt hęc ſm literã d hospitij religione venerabilis est forma pcepti: ita etiã de mysterio sententię cęlestis arridet. Etenim cum domus eligitur, dignus hospes inquiritur, videam⁹ ne forte Ecclesia pferenda designet, & Christ⁹. Quę enim dignior domus apostolicę pdicationis ingressu, quã sãcta ecclesia? Aut qs pferendus magis oibus videtur esse, quã Christus? q pedes suis lauare cõsueuit hospitibus, & quoscũque sua receperit domo, pollutis non patiatur habitare vestigijs: sed maculosos licet vitę prioris, in reliquum tñ dignet mutare pcessus. Hic est igitur sol⁹, quẽ nemo deserere debet, nemo mutare, cui bene dicit: Dñe ad quem ibim⁹? verba vitę ęternę habes. Ad Bñs. Añ. Conuocatis Jesus duodecim discipulis suis, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dęmonia, & vt languores curarẽt, & misit illos pdicare regnũ Dei, & sanare infirmos, hallel. Oro. V e⁹, q hodierna die. 234 vt in die. Pte Ad Mag. Aña. Spiritus, qui a patre procedit. hal. ille me clarificabit, hal. ha.

FERIA SEXTA.

Quatuor temporum.

V. Spirit⁹ paraclitus, hal. R. Docebit vos omnia, halleluia.

Lcõ s. euãg. ſm Lucam. Lec. j.

In illo tempore: Factũ est in vna dierũ, & ipse Jes⁹ sedebat docens, & erant Pharisęi sedentes, & legis doctores: qui venerant ex omni castello Galilęę, & Judęę, & Jerusalem & virtus domini erat ad sanandum eos. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosij epi.

NOn ociosa huius paralytici, nec angusta medicina est: quando dominus, & oras se premittitur, non utique propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim speciem dedit: nõ precandi ambitum requisiuit. Et côuenientibus ex omni Galilea, & Judea & Jerusalẽ legis doctoribus: inter ceterorũ remedia debiliũ paralytici istius medicina describitur. Primum omniũ, quod ante diximus, vnusquisqꝫ eger petẽdę pcatores salutis debet adhibere: p quos uitę nostrę cõpago resoluta, actuũqꝫ nostrorũ clauda vestigia uerbi cęlestis re medio reformentur. ℟. Nõ uos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, Ut eatis & fructũ afferatis, & fruct⁹ uester maneat, alle, alle. ℣. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Ut. L. ij.

SInt igitur aliqui monitores mentis, qui animũ hominis, quãuis exterioris corporis debilitate torpẽtẽ, ad superiora erigãt: quorũ rursus adminiculis, & attollet, & humiliare se possit, ut facil⁹ ante Jesũ locet, dñico uideri dign⁹ aspectu. Humilitatẽ n. respicit dñs quia respexit humilitatẽ ancillę suę. Quorum fidẽ, inquit, ut uidit: dixit. Homo remittunt tibi peccata tua: Magnus dñs qui aliorũ merito ignoscit alijs: & dũ alios probat, alijs relaxat errata. Cur apud te o homo collega non valeat: cum apud deum seruus & interueniendi meritum, & ius habeat imperandi. ℟. Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Et hoc quod continet oĩa scientiã habet vocis, all. all. ℣. Omnium est enim artifex, omnẽ habens virtutem, omnia prospiciens. Et Gloria. Et. Lec. iij.

DIsce q iudicas ignoscere disce q egeres, impetrare. Si grauiuꝫ peccatorũ diffidis veniã adhibe precatores, adhibe ecclesiã q p te precetur, cui⁹ cõtẽplatione, quod tibi dñs negare posset, ignoscat. Et quãuis historię fidem debemus non omittere, vt vere paralytici isti⁹ corpus credamus esse sanatuꝫ: cognosce tamẽ interioris hominis sanitatẽ, cui peccata donãtur: quę cum Judęi asserunt a solo Deo posse concedi, Deum utique cõfitentur, suoque iudicio perfidiam suaꝫ prodeũt, vt opus astruant, personã negent. Ad Bñd. Aña. Dixit Jesus: Ut sciatis autem, quia fili⁹ hominis habet potestatem i terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, halleluia. Oratio.

DA q̃s, ecclesię tuę misericors Deus: vt sãcto Spiritu cõgregata, hostili nullatenus incursione turbetur. Per. in unit. eiusdẽ. Ad Mag. Aña. Paracli/

Paraclitus autem spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggeret vobis omnia, quecunq; dixero vobis, halleluia.

SABBATHO.

Quatuor temporū.

℣. Repleti sunt oēs spū sācto, hal. ℟. Et ceperūt loqui. hall. Lcō I. euāg. sēm Lucam. Lec.

ca. 4. In illo tempore: Surgens Jesus de synagoga intrauit in domum Simonis: socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Et reliqua.

Homilia I. Ambrosii episcopi.

Vide clementiam domini Saluatoris. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Judeam deserit: quin etiam immemor iniurie, memor clementie, nunc docendo, nūc liberando, nunc sanando, infide plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas virum a spiritu nequitie liberatuz ante premisit, & subdidit femine sanitatē. Utrunq; enim sexuz dñs curatur^9 aduenerat: & prior sanari debuit, q prior creat^9 est, nec pretermitti illa debuit, q̄ mobilitate magis animi, quā prauitate peccauerat. ℟. Repleti sunt oēs Spiritu sancto, & ceperunt loqui put Spiritus sāct^9 dabat eloqui illis. Et conuenit multitudo dicentiū, halleluia. ℣. Loquebantur varijs linguis aplis magnalia Dei. Et. Lc. ij.

Sabbato dominice medicine opera cepta significant, vt inde noua creatura ceperit, vbi vetus creatura ante desierat, nec sub lege esse Dei filium, sed supra legem in ipso principio designaret: nec solui legem sed impleri. Neq; enim per legem, sed verbo factus est mundus: sicut legim^9: Verbo Domini celi firmati sunt. Non soluitur ergo lex, sed impletur, vt fiat renouatio hominis iam labentis: vnde & Apostolus ait. Expoliātes vos veterem hominem, induite nouum qui secundum Deuz creatus est. ℟. Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos: quia omnia cognouistis: que operat^9 sum in medio vestri, halleluia. Accipite Spiritū sāctū in vobis paraclitum: ille est quē pater mittet vobis, halleluia. ℣. Vos amici mei estis: si feceritis, q̄ ego precipio vobis. Accipite spiritū. Gloria. Accipite spiritum. Lectio tertia.

Et bene sabbatho cepit vt ipse se ostenderet creatorē, qui opera operib^9 intexeret, & prosequeret opus quod ipse iā ceperat: vt si faber domū renouare disponat, nō a fundamentis, sed a culminib^9 incipiat soluere vetustatem. Itaq; ibi prius manuz admouet, vbi ante desierat: deinde a minoribus īcipit, vt ad maiora perueniat. Liberare a demone & homines, sed in

verbo

verbo Dei possunt: resurrectio/
nem mortuis imperare, diui/
ne solius est potestatis. Fortas/
sis etiam in typo mulieris illius
socrus Simonis, & Andreę,
variis criminum febribus ca/
ro nostra languebat, & diuer/
sarum cupiditatum immodicis
ęstuabat illecebris. Nec mino
rem febrē amoris esse dixerim,
quam caloris: itaque illa ani/
mū febris, hęc corp' inflāmat.
Febris enim nostra, auaritia est:
febris nr̄a, libido est: febris nr̄a
luxuria est: febris nr̄a ambitio
est: febris nr̄a, iracundia est.
Ad Bñs. Aña. Charitas Dei
diffusa est in cordibus nostris
per inhabitantem spiritum ei'
in nobis, halleluia. Oratio.

Mentibus nostris q̄s dñe,
spiritū sanctum benign'
infunde: cuius & sapientia con
diti sum', & prouidentia guber
namur. Per do. in vni. eiusdem.

IN FESTO
S. Trinitatis.

Ad Vesp. Añ. Gloria tibi Tri
nitas. cū rel. de Lau. ps. Dixit
do. 52. cū rel. d̄ dñica loco vlt.
ps. Laudate dñm oēs gē. Cap.



O Altitu/
do diui
tiarū sapiētię
& sciētię Dei:
quā icōprehē
sibilia sunt iu
dicia eius, &
inuestigabiles
vię eius. Hy.

O Lux beata Trinitas.
Et principalis vnitas
Iam sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vespere,
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet secula.
Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuū. Amē.

℣. Bñdicamus patrē, & filium
cū sctō Spiritu. ℟. Laudem'
& superexaltemus eum i secula.
Ad Mag. Aña Gratias tibi
deus, Gratias tibi vera, & vna
Trinitas, Una, & sūma deitas,
Sancta, & vna vnitas. Oratio.

Omnipotens sempiterne
Deus, qui dedisti famu/
lis tuis, in cōfessione verę fidei
eternę Trinitatis gloriam agno
scere, & i potētia maiestatis ado/
rare vnitatē: quęsumus, vt eius
dē fidei firmitate, ab oībus sem
per muniamur aduersis. Per.
dominum. in vnitat. eiusdem.
Et fit cō. pñnę dñicę post Pen
tec. vt sequitur. Añ. Loquere do/
mine, quia audit seruus tuus.
℣. Vespertina oro ascēdat ad
te dñe. ℟. Et descendat super
nos misericordia tua. Oratio.

Deus, in te sperantiū forti
tudo, adesto propiti' in/
uocationibus nostris: & quia sine
te nihil potest mortalis infirmi
tas: pręsta auxiliū gratię tuę, vt
in exequendis mandatis tuis in

voluntate tibi, ꝛ actiõe placea mus. Per dominum nostrum.
Ad Matut. Inuit. Deum ve rũ vnum in Trinitate, ꝛ Tri nitatẽ i vnitate, Venite adore mus. ps. Venite. i. Hymnus.

Summe Deus clementie
Mũdiq́ factor machine
Unus potentialiter,
Trinusq́ personaliter:
Na dexteram surgentibus.
Exurgat vt mens sobria
Flagrans ꝛ in laudem Dei
Grates rependat debitas.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum sancto spiritu.
In sempiterna secula. Amen.

In i. noct. Aña Adesto vnus Deus oĩpotens, pater, filius, ꝛ spiritus sanctus. ps. Dñe dñs noster. 3. Aña Te vnũ in sub stantia, Trinitatẽ in psonis cõ fitemur. ps. Celi enarrant. 7. Aña Te semper idem esse, vi uere ꝛ intelligere profitemur. psalmus. Domini est terra. fo lio. 13. ℣. Benedicamus pa trem, ꝛ filium cum sancto spiritu. ℟. Laudemus, ꝛ su perexaltemus eum in secula.

De Isaia propheta. Lectio i.

In anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi dñm sedẽ tem super solium excelsũ ꝛ ele uatũ, ꝛ plena erat domus a ma iestate ei⁹, ꝛ ea q̃ sub ipso erãt replebant tẽplũ. Seraphim sta bãt super illud: sex ale vni, ꝛ sex ale alteri. Duabus velabãt fa ciem eius, ꝛ duabus velabãt pe des eius, ꝛ duabus volabant: ꝛ clamabant alter ad alterum, ꝛ dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus exer cituum, plena est oĩs terra glo ria eius. Et commota sunt sup liminaria cardinum a voce clamantis, ꝛ domus repleta est fumo. ℟. Uidi dominum sedentem super solium excelsũ ꝛ eleuatum, ꝛ plena erat om nis terra maiestate eius: Et ea, que sub ipso erant, reple bant templum. ℣. Seraphim stabant sup illud, sex ale vni, ꝛ sex ale alteri. Et. Le. secunda.

Et dixi: Ve mihi, q̃a ta cui, q: vir pollutus labijs ego sum: ꝛ in medio populi pol luta labia habentis ego habito ꝛ regem dominum exercituum vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphiz: ꝛ in ma nu ei⁹ calculus, quẽ forcipe tu lerat de altari, ꝛ tetigit os meũ ꝛ dixit. Ecce tetigi hoc labia tua, ꝛ auferet̃ iniq̃tas tua, ꝛ pec catum tuũ mundabitur: Et au diui vocem dñi dicẽtis. Quem mittam? ꝛ quis ibit nobis? Et di xi. Ecce ego, mitte me. ℟. Be nedictus dñs Deus Israel, q facit mirabilia magna sol⁹. Et benedictũ nomẽ maiestatis e ius in eternum. ℣. Replebit maiestate eius omnis terra: fiat fiat. Et benedictum. Lect. iij.

Et dixit: Uade, ꝛ dices po pulo huic: Audite audiẽ tes,

tes, ꝛ nolite intelligere: ꝛ videte visioné, ꝛ nolite cognoscere. Excęca cor ppli huius, ꝛ aures eius aggraua, ꝛ oculos eiꝰ claude: ne forte videat oculis suis, ꝛ aurib⁹ suis audiat, ꝛ corde suo intelligat, ꝛ conuertatur, ꝛ sané eu. Et dixi: Usquequo domine? Et dixit. Donec desolétur ciuitates absq; habitatore, ꝛ dom⁹ sine homine: ꝛ terra relinquet deserta: ꝛ longe faciet domin⁹ homines: ꝛ multiplicabitur q̄ derelicta fuerat i medio terrę. ℟. Benedicat nos Deus, De⁹ noster, benedicat nos Deus: Et metuant euz oés fines terrę. ℣. Deus misereatur nostri, ꝛ benedicat nos deus. Et. Glor. Et.

In secundo noct. Antiphona. Te inuocamus, te laudamus, te adoram⁹, o btā Trinitas. Ps. Oés gétes. 27. Aña. Spes nostra, salus nra, honor noster, o beata Trinitas. Ps. Magn⁹ dominus 27. Aña. Libera nos, salua uos, viuifica nos, o beata Trinitas. Ps. Deus iudiciū. 35. ℣. Verbo dñi cęli firmati sunt. ℟. Et spū oris eius ois virt⁹ eorū.

Ex tractatu s. Augustini epi de fide ad Petrū. Lectio quarta.

Fides quā sancti patriarchę, atq; pphetę ante incarnationem filij Dei diuinit⁹ acceperunt, quam etiam sancti apostoli ab ipso dño in carne posito audierunt, ꝛ Spiritus sancti magisterio instructi, non solum sermone prędicauerunt, verum etiam ad instructionem saluberrimam posterorum, scriptis suis inditam reliquerunt, vnū Deū prędicat, Trinitatez, idest patrem, ꝛ filium, ꝛ Spiritū sanctum. Sed trinitas vera non esset, si vna eademq; persona diceretur, pater, ꝛ filius, ꝛ Spūs sanctus. ℟. Quis deus magnus, sicut deus noster? Tu es deus qui facis mirabilia. ℣. Notā fecisti in populis virtuté tuaz, redemisti in brachio tuo populum tuuz. Tu. Lectio v.

Si enim, sicut est patris, ꝛ filij, ꝛ Spiritus sācti vna substātia, sic esset vna persona: nihil omnino esset, in quo veraciter Trinitas diceret. Rursus quidé Trinitas esset vera, sed vnus Deus Trinitas ipsa nō esset, si quemadmodū pater, ꝛ filius, ꝛ Spiritus sanctus personarū sunt ab inuicem proprietate distincti, sic fuissent naturaz quoq; diuersitate discreti. Sed quia in illo vno vero Deo Trinitate non solum, quod vnus Deus est, sed etiam quod Trinitas est naturaliter verum est: propterea ipse verus Deus in personis Trinitas est, ꝛ in vna natura vnus est: ℟. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in secula sempiterna, O beata Trinitas. ℣. Et benedictum nomen glorię tuę sanctuz, ꝛ laudabile, ꝛ superexaltatum in secula. O beata.

Lectio sexta.

Per hanc vnitatez naturalem totus pater in filio, & spiritu sancto est: totus filius in patre, & spiritu sancto est: totus quoque spiritus sanctus in patre et filio. Nullus horuz extra quemlibet ipsorum est: quia nemo alium aut precedit eternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate, quia nec filio, nec spiritu sancto, quantuz ad nature diuine vnitatez pertinet, aut anterior, aut maior pater est: nec filii eternitas: atque immensitas: velut anterior, aut maior spiritus sancti immensitatem eternitatemque, aut precedere, aut excedere naturaliter potest. ℟. Magnus dñs, et laudabilis nimis: Et sapientie eius non est numerus. ℣. Magnus dñs, & magna virtus eius. & sapientie eius nõ est finis. Et sap. Gloria. Et sap. In iij. no. Añ. Charitas pater est: gratia filius, communicatio spiritus sanctus, o beata Trinitas. ps. Cãta. 44. Añ. Uerax est pater: veritas filius, ueritas spiritus sãctus, o beata Trinitas. ps. Domin⁹ regnauit. exul. 44. Añ. Pater: & filius, & spiritus sanctus: vna substantia est: o beata Trinitas. ps. Cantate. 45. ℣. Benedict⁹ es dñe in firmamento celi. ℟. Et laudabilis: et gloriosus, et superexaltatus in secula.

Lcõ. i. euã. sm Mattheũ. c. viij.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Data ẽ mihi omnis potestas in celo, & in terra: Eũtes ergo docete oẽs gẽtes baptizantes eos: in nomine patris, & filij: et spũs sancti. Et re. Hom. s. Gregorij Naziãzeni.

Quis catholicorũ ignorat patrem uere esse patrez, & filium uere filium, & spiritũ sanctum uere esse spirituz sanctũ: sicut ipse dñs ad aplos suos dicit: Euntes baptizate oẽs gẽtes in nomine patris, & filij, et spiritus sancti. Hec est pfecta Trinitas in vnitate consistens: quã scilicet unius substantie profitemur. Nõ enim nos secundum corporum conditionem, diuisionem in Deo facimus: sed sm diuine nature potentiam, que in materia non est, & nominũ personas vere constare credimus, & unitatem diuinitatis esse testamur. ℟. Benedicamus patrem, & filium, cum sancto spiritu: Laudemus, et superexaltemus euz in secula. ℣. Benedictus es dñe in firmamento celi et laudabilis et gloriosus in secula. Laudemus. Lectio vij.

Nec extẽsionẽ patris alicuius ex parte, vt quidã putauerunt, Dei filiũ dicim⁹: nec verbum sine re, velut sonum uocis accipimus: sed tria nomina, & tres personas vni⁹ esse essentie: vnius maiestatis: atqz potẽtie credimus. Et ideo unum deuz cõfitemur, qa unitas maiestatis pluriũ uocabulo deos, prohibet appellari: denique patrez & filiuz

catholice nominamus, duos autem deos dicere, nec possumus nec debemus: nō ꝙ filius Dei, Deꝰ nō sit, immo verus Deus, de Deo vero: sed quia nō aliū/de quam de ipso uno patre, dei filium nouimus. proinde vnum Deū dicimus. Hoc enim pro/phete, hoc apostoli tradiderūt: hoc ipse dn̄s docuit, cuȝ dicit: Ego et pater vnū sumus. Unuȝ ad unitatem diuinitatis, vt di/xi, refert: sumus autem perso/nis assignat. ℟. Duo Sera/phim clamabant alter ad alte/rum: Sanctus, Sanctus, San/ctus dn̄s Deus Sabaoth, Ple/na est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus: et hi tres v/nuȝ sunt. Plena est. Glo. Ple.

Lcō. 5. euā. ſm Lucam. Le. ix.

In illo tempore: Dixit Je/sus discipulis suis: Estote misericordes sicut, et pater ve/ster misericors est. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

Duo sunt opera misericor/die, que nos liberant: que breuiter ipse dn̄s posuit in euā/gelio: Dimittite, et dimittetur vobis: date, et dabitur vobis. Dimittite, et dimittetur vobis, ad ignoscēdū ptinet: Date, et da/bitur vobis, ad pstandū benefi/ciū pertinet. Quod ait de igno/scēdo: et deus tibi ignoscit qd peccas, et habes aliū cui tu pos/sis ignoscere. Rursus qd perti/net ad tribuendū beneficiū, pe/tit te mēdicus, et tu es dei men/dicus. Omnes enim quādo ora/mus, mendici Dei sumus, ante ianuā magni patrisfamilias sta/mus, immo etiā prosternimur, supplices ingemiscimus, aliqd volentes accipere, et ipsum ali/quid ipse Deꝰ est. Quid a te pe/tit mēdicus? Panem. Et tu quid petis a Deo? nisi Christum qui dicit: Ego sum panis viuus qui de celo descendi? Te Deum.

Ad Laudes, et per horas. Añ.

Gloria tibi Trinitas equa/lis vna deitas, et ante oīa secula, et nunc, et in perpetuum. Ps. Dn̄s re. 8. cum rel. Añ. La/us et perēnis gloria Deo patri, et filio, sancto simul paraclito, i seculorum secula. Añ. Gloria laudis resonet in ore omnium: patri, genitoque proli, spiritui sancto pariter resultet laude pe/renni. Añ. Laus Deo patri, pariliꝙ proli, et tibi sancte stu/dio perenni spiritus nostro re/sonet ab ore, omne per euum. Añ. Ex quo omnia, per quē om/nia, in quo omnia, ipsi gloria in secula. Cap. O altitudo diui/tiarum. 240. Hymnus.

Tu Trinitatis vnitas,
Orbē potenter qui regis
Attende laudum cantica,
Que excubantes psallimus.
Ortus refulget lucifer,
Sparsamꝙ lucem nunciat,
Cadit caligo noctium,
Lux sancta nos illuminet.

Deo patri sit gloria,
Eiusq; soli filio,
Cum spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.
℣. Benedicamus patrem, & filium cum sancto Spiritu. ℟. Laudemus & superexaltemus eum in secula. Ad Bene. Ana. Benedicta sit sancta creatrix, & gubernatrix omnium, sancta, & indiuidua Trinitas, nunc, & semper, & per infinita secula seculorum. Oro vt su. 204. Deinde pro comme. dnice. Ana. Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est, dicit dns. ℣. Dns regnauit decorem induit. ℟. Induit dns fortitudinem, & precinxit se virtute. O. vt sup. in primis vesperis. ¶ Ad primam psal. vt in festo duplici, cum symbolo Athanasii. Ad iii. Cap. O altitudo. 240. ℟. Benedicamus patrem, & filium, cum sancto Spiritu. ℣. Laudemus, & superexaltemus eum in secula. ℣. Benedictus es dne in firmamento celi. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Ad Sextam. Capitulum.

Gratia domini nostri Jesu Christi, & charitas Dei & communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Amen. ℟. Benedictus es domine, In firmamento celi. ℣. Et laudabilis & gloriosus in secula. In fir. ℣. Verbo dni celi firmati sunt. ℟. Et spiritu oris eius, omnis virtus eorum. ¶ Ad ix. Capitulum.

Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum & Spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. ℟. Verbo dni, Celi firmati sunt. ℣. Et Spiritu oris eius, omnis virtus eorum. Celi firma. ℣. Sit nomen dni benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, & vsque in seculum. Ad Vesp. Ana. Gloria tibi Trinitas. f. 240. Psal. Dixit dns. 52. cum reli. In exitu. fo. 53. Ca. O altitudo. 240. Hym. O lux beata. ℣. Benedictus es dne in firmamento celi. ℟. Et laudabilis, & gloriosus in secula. Ad Magnificat. Antiphona. Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te Spiritum sanctum paraclitum, sanctam & indiuiduam Trinitatem, toto corde, & ore confitemur, laudamus, atq; benedicimus: tibi gloria i secula. Oro vt su. 240. Pro commemoratione. Dnice: Ana. Nolite iudicare, vt non iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: dicit dns. ℣. Dirigatur domine oratio mea. ℟. Sicut incensum in conspectu tuo. Oro vt su. 240. ¶ Si tribus seq. diebus non occurrat dies i quo fieri possit officium de feria, fiat de ea primo die eiusdem tridui non impedito festo nouem lectionum, cum comme. festi trium lectionum.

FERIA SECVNDA.

Hac nocte ponunt libri Regum, & quo legit vsq; ad j. dnicam Augusti, & qd vero supest, omittit.

Incipit liber primus Regū. L. j.

Uit vir vn⁹ d Ramathaīz Sophī, de mōte Ephraim, ꝛ nomen ei⁹ Elcana, filius Jerōpham. filij Elia, filij Thau, filij Suph, Ephrateus: ꝛ habuit duas vxores, nomen vni Anna, ꝛ nomen secūdę Phenenna. Fueruntque Phenennę filij: Annę autē non erāt liberi. Et ascēdebat vir ille de ciuitate sua statutis dieb⁹ vt adoraret, ꝛ sacrificaret dño exercituū in Silo. Erant autē ibi duo filij Heli: Ophni, ꝛ Phinees, sacerdotes domini. ℟. Preparate corda vrā 257. Bia sumunt ex j. noc. Dñice ij. post Penteco. vt infra ꝛ in seq. fer. idē seruat ordine i rubricis generalibus descripto. Lec. ij.

Uenit ergo dies, ꝛ immolauit Elcana, deditque Phenennę vxori suę, ꝛ cunctis filijs eius, ꝛ filiabus partes: Annę aute dedit partē vnā tristis, quia Annā diligebat. Dñs aūt concluserat vuluā eius. Affligebat quoque eā ęmula eius, ꝛ vehementer angebat, in tantū vt exprobraret quod dñs conclusisset vuluam eius: sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tēpore ascenderēt ad tēplum dñi: ꝛ sic ꝓuocabat eam. Porro illa flebat, ꝛ non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus: Anna cur fles? ꝛ quare non comedis? ꝛ quamobrē affligitur cor tuū? nūqd nō ego melior tibi sum quā decē filij? ℟. Deus oiuz. 259. Lec. iij.

Surrexit autē Anna postquā comederat, ꝛ biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellā ante postes domus dñi, cū esset Anna amaro animo, orauit ad dominum flens largiter, ꝛ votum uouit, dicens. Domine exercituum, si respiciens videris afflictionē famulę tuę, ꝛ recordatus mei fueris, nec oblitus ancillę tuę, dederisque seruę tuę sexum virilē, dabo eum domino omnibus diebus vitę eius, ꝛ nouacula non ascendet super caput eius. ℟. Dominus qui. 257.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum Lec. j.

Factum est autē cū illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, ꝛ vox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitq; ei: Usquequo ebria eris? digere paulisper vinum, quo mades. Respōdens Anna, Nequaquam, inquit, dñe mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinūque ꝛ oē qd inebriare potest, nō bibi: sed effudi aiā meā in cōspectu dñi. Ne reputes ancillā tuā, quasi

vnā de filiabus Belial: quia ex
multitudine doloris & meroris
mei locuta sum vsq; in presens.
Tūc Heli ait ei. Vade in pace,
& deus Israel det tibi petitionē
tuā, quā rogasti eum. At illa di
xit: Utinā inueniat ancilla tua
gratiā in oculis tuis. ℟. Per
cussit Saul. 257. Lectio scda.

Et abijt mulier in viā suā,
& comedit, vultusque illi⁹
nō sunt amplius in diuersa mu
tari. Et surrexerūt mane: & ado
rauerunt coram dño: reuersiq;
sunt, & venerunt in domū suā
in Ramatha. Cognouit autem
Elcana Annā vxorē suam, & re
cordatus est eius dñs. Et factū
est post circulum dierum, cōce
pit Anna, & peperit filiū: voca
uitq; nomen eius Samuel, eo
quod a dño postulasset eū. Ascē
dit autē vir eius Elcana, & om
nis domus eius, vt immolaret
dño hostiam solennem, & votū
suum: & Anna non ascendit: di
xit enim viro suo. Non vadam
donec ablactetur infans, & du
cam eum: vt appareat ante con
spectum domini: & maneat ibi
iugiter. ℟. Montes Gelboe:
fol. 258. Lectio tertia.

Et ait ei Elcana vir suus:
Fac quod bonū tibi vide
tur: & mane donec ablactes eū:
precorq;, vt impleat dño verbū
suū. Mansit ergo mulier, & la
ctauit filium suum, donec amo
ueret eū a lacte. Et adduxit eū
secū postquam ablactauerat, in
vitulis tribus, & tribus modijs
farine, & amphora vini, & addu
xit eum ad domū dñi in Silo.
Puer aūt erat adhuc infantu
lus, & immolauerunt vitulū, &
obtulerūt puerum Heli. Et ait
Anna: Obsecro mi dñe: viuit
anima tua dñe: ego sū illa mu
lier, que stetit coram te hic orās
dñm. Pro puero isto oraui, & de
dit mihi dñs petitionē meā quā
postulaui eū: idcirco & ego cō
modaui eū dño cūctis diebus,
quibus fuerit accōmodat⁹ do
mino. Et adorauerunt ibi domi
num. ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lec. j.

Porro filij Heli, fi
lij Belial, nesciē
tes dñm, neq; offi
cium sacerdotū
ad populum: sed
quicūque immo
lasset victimam, veniebat puer
sacerdotis dum coquerent car
nes, & habebat fuscinulam tri
dentē in manu sua, & mittebat
eam in lebetem, vel in caldariā,
aut in ollam, siue in cacabum: &
omne quod leuabat fuscinula,
tollebat sacerdos sibi. Sic facie
bant vniuerso Israeli venien
tiū in Silo. ℟. Peccaui. 858.

Lectio secunda.

Etiā anteq; adolerēt adi
pē, veniebat puer sacerdo
tis, & dicebat immolāti. Da mi
hi carnē, vt coquā sacerdoti: nō
enim accipiā a te carnē coctā,
sed

sed orudam. Dicebatq; illi im/molans: Incendatur primum iuxta morem hodie adeps, & tol le tibi quantumcunq; desiderat anima tua. Qui respondens aie bat ei: Nequaquam, nunc enim dabis, alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorũ grãde nimis coram dño: quia detrahe bant homines a sacrificio domi ni. ℟. Exaudisti. 258. Lec. iij.

Samuel autẽ ministrabat ante faciẽ dñi, puer acci/ctus Ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, quam afferebat statutis dieb', ascendẽs cũ viro suo, vt immo/laret hostiã solennem. Et bene/dixit Heli Elcanę, & vxori eius, dixitq; ei: Reddat tibi dñs se/men de muliere hac, pro fęnore quod cõmodasti dño. Et abie/runt in locum suum. Visitauit ergo dñs Annã, & cõcepit, & pe/perit tres filios, & duas filias, & magnificatus est puer Samuel apud dñm ℟. Audi. 258.

FERIA QVINTA.

Celebratur Festum Corporis Christi, cum multis indulgen/tijs populo publicandis.

Si ea die occurrat festũ dup. trãsfert. i seq. diẽ ñ semid. post oct. si simpl. nulla fit de eo com. Infra oct. nõ fit de festo, nisi fue rit dup. Semi. transferunt post oct. De simpl. fit tñ cõ. In die oct. nõ fit nisi de Nati. s. Iohã/nis, & de festo sanctorum Apo/tũ Petri, & Pauli cũ cõme. oct.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI

Duplex.

Ad Vesperas. Antiphona.



Sacerdos in ęternum Christus dñs secundũ ordi/nẽ Melchise/dech panem & vinũ obtulit. ps. Dixit dñs. 52. Aña. Miserator dñs escam dedit timentibus se: in memo/riam suorũ mirabilium. ps. Cõ fitebor. 52. Aña. Calicem salu/taris accipiam, & sacrificabo ho stiam laudis. ps. Credidi. 54. Aña. Sicut nouellę oliuarũ, ec clesię filij sint in circuitu mẽsę dñi. psal. Beati oẽs. 56. Aña. Qui pacẽ ponit fines ecclesię, frumẽti adipe satiat nos dñs. ps. Lauda Ierusalẽ. 60. Capitu.

Fratres, Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vo bis: quoniam do/minus Iesus i qua nocte tradebatur, accepit pa/nem, & gratias agens fregit, & dixit. Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque preciosi,

Quem in mundi precium
Fructus ventris generosi
Rex effundit gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta virgine,
Et in mundo conuersatus
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supreme nocte cene
Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbe duodene
Se dat suis manibus.
Uerbum caro panem verum
Uerbo carnem efficit:
Fitqꝫ sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit:
Ad firmandū cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Ueneremur cernui,
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui:
Prestet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, genitoque
Laus, et iubilatio:
Salus, honor, virtus quoque
Sit, et benedictio:
Procedenti ab vtroque
Compar sit laudatio. Amen.
℣. Panē de celo prestitisti eis, halleluiah. ℟. Omne delectamentum in se habentem, hallel.
Ad Magnificat. Antiphona.
O quā suauis est domine spiritus tuus: qui vt dulcedinē tuā in filios demōstrares, pane suauissimo de celo prestito, esurientes reples bonis, fastidiosos diuites dimittēs inanes. Oratio.
Deus, qui nos sub sacramento mirabili passionis tue memoriā reliquisti: tribue quesumus, ita nos corporis et sāguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tue fructuū in nobis iugiter sentiam⁹. Qui viuis. Ad inuita. Inuitat.
Christum regem adoremus dominantem gētibus: Qui se manducantib⁹ dat spiritus pinguedinem. Ps. Uenite. Hymnus.
Sacris solēnijs iūcta sint gaudia:
Et ex p̄cordijs sonēt preconia:
Recedāt vetera, noua sint oīa,
Corda, voces, et opera.
Noctis recolit cena nouissima,
Qua Christus creditur agnū et azyma
Dedisse fratrib⁹ iuxta legitima
Priscis indulta patribus.
Post agnum typicum expletis epulis,
Corpus dn̄icū datū discipulis
Sic totū oib⁹, qꝫ totū singulis,
Eius fatemur manibus.
Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et tristibus sanguinis poculum,
Dicēs, accipite qđ trado vasculum,
Omnes ex eo bibite.
Sic sacrificiū istud instituit,
Cuius officiū committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit

Et sumant, & dent ceteris.
Panis angelicus fit panis hominum,
Dat panis celicus figuris terminum.
O res mirabilis, manducat dominum
Pauper, seruus, & humilis.
Te trina deitas, vnaque poscimus:
Sic nos tu visita, sicut te colimus
Per tuas semitas duc nos quo tendimus
Ad lucem quam inhabitas. Amen.

In j. noc. Aña. Fructum salutiferum gustandum dedit dominus mortis sue tempore. Ps. Beatus vir. 2. Aña. A fructu frumenti, & vini multiplicati fideles in pace Christi requiescunt. Ps. Cum inuo. 6 Aña. Communione calicis, quo Deus ipse sumitur, non vitulorum sanguine congregauit nos dominus. Ps. Conserua me domine. 5. ℣. Panem celi dedit eis, alleluia. ℟. Panem angelorum manducauit homo, alle.

De epistola prima B. Pauli Apostoli ad Corinthios. Lect. j.

C. 11. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. ℟. Immolabit hedum multitudo filiorum Israel ad vesperam Pasche: Et edent carnes, & azymos panes. ℣. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis. Et. Lect. ij.

Ego enim accepi a domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cenauit dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat. ℟. Comedetis carnes, & saturabimini panibus. Iste est panis, quem dedit vobis dominus ad vescendum. ℣. Non Moyses dedit vobis panem de celo, sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Iste. Lect. iij.

Itaque quicunque manducauerit panem & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non dyudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dyudicaremus, non vti

que

que iudicaremur. Dum iudica mur autē, a dño corripimur, vt non cū hoc mundo dānemur. Itaqꝫ fratres mei cū cōuenitis ad manducādū inuicē expectate: si qs esurit, domi māducet, vt nō in iudiciū cōueniatis. Cetera aūt cum venero disponam.

℟. Expexit Elias ad caput suum subcinericiū panē: q surgēs comedit, ꝛ bibit: Et ambulauit in fortitudine cibi illius vsqꝫ ad montē Dei. ℣. Siqs manducauerit ex hoc pane, viuet in eternum. Et am. Gloria. Et.

In ij. noc. Añā. Memor sit dñs sacrificij nr̄i: ꝛ holocaustū nr̄m pingue fiat. Ps. Exaudiat te. 7. Añā. Paratur nobis mensa domini, aduersus omnes qui tribulāt nos. Ps. Dñs regit me. 14 Añ. In voce exultationis resonent epulantes in mensa domini. Ps. Quemadmoduꝫ. 26. ℣. Cibauit illoꝫ ex adipe frumēti: halleluiah. ℟. Et de petra mel le saturauit eos, halleluiah.

Sermo s. Tho. Aqna. Lec. iiij.

Immensa diuinę largitatis bñficia, exhibita populo Christiano, inestimabilē ei cōferūt dignitatē. Neqꝫ enim est aut fuit aliquādo tam grandis natio, quę habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest nobis Deus noster. Unigenitus si quidem Dei filius, suę diuinitatis volens nos esse participes, nostram naturam assumpsit: vt homines deos faceret, factus homo. Et hoc insuper quod de nostro assumpsit, totū nobis cōtulit ad salutē. Corpus nanque suū ꝑ nostra reconciliatione in ara crucis hostiam obtulit deo patri: sanguinē suū fudit in preciū simul ꝛ lauacrū: vt redempti a miserabili seruitute, a peccatis oībus mūdaremur: Et vt tanti beneficij iugis i nobis maneret memoria, corpus suuꝫ in cibum, ꝛ sanguinē suum in potum, sub specie panis, ꝛ vini sumendum fidelibus dereliquit.

℟. Cenātibus illis accepit Iesus panem, ꝛ benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, ꝛ ait: Accipite: ꝛ comedite: hoc ē corpus meum. ℣. Dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur. ꝛ Accipite. Lectio quinta.

O Preciosuꝫ, ꝛ admirandū cōuiuiū salutiferū, ꝛ oī suauitate repletū. Quid. n. hoc conuiuio ꝑciosius esse potest? i quo non carnes vitulorū, ꝛ hircorū, vt olim in lege, sed nobis Christus sumendus ꝑponitur verus Deus. Quid hoc sacramēto mirabilius? In ipso nanqꝫ panis ꝛ vinū in corpus ꝛ sāguinē Christi substātialiter conuertuntur, ideoqꝫ Christus deus, ꝛ homo ꝑfect⁹ sub modici panis specie cōtinet. Manducatur itaqꝫ a fidelib⁹ sed minime laceratur. Quinimmo diuiso sacramēto, sub qualibet diuisionis particula integer perseuerat. Accidētia

etiam

etiam sine subiecto in eodem exi stunt, vt fides locum habeat, dũ inuisibile visibiliter sumitur, sub aliena specie occultatum, et sensus a deceptione immunes reddantur, qui de accidentib⁹ iudicant sibi notis. ℟. Accepit Jesus calicem postquam cęnauit dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: Hoc facite in meam commemorationem. ℣. Memoria memor ero, et tabescet i me anima mea. Hoc facite. Lectio vi.

Nullum etiam sacramẽtũ est isto salubrius: quo purgantur peccata, virtutes augẽtur: et mens omnium spiritualiũ charismatũ abundantia impinguatur. Offertur in ecclesia p viuis et mortuis: vt oibus prosit quod est pro salute omnium institutum. Suauitatem denique huius sacramenti nullus digne exprimere sufficit, per quod spiritualis dulcedo i suo fonte gustatur: et recolitur memoria illius, quam in sua passione Christus monstrauit, excellentissimę charitatis. Unde vt arcti⁹ huius charitatis immensitas fidelium cordibus infigeretur, i vltima cęna, quando Pascha cum discipulis celebrato transiturus erat de hoc mundo ad patrem, hoc sacramentum instituit, tanquam passionis suę memoriale perenne, figurarum veterum impletiuum, miraculorum ab ipso factorum maximum, et de sua contristatis absentia solatium singulare. ℟. Ego sum panis vitę: patres vestri mãducauerunt mãna in deserto, et mortui sunt: Hic est panis de cęlo descendens, vt siquis ex ipso manducet, nõ moriatur. ℣. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi: siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternum. Hic. Gloria. Hic. Ad iij. noct. Aña. Introibo ad altare dei: sumam Christum, qui renouat iuuentutem meam. Ps. Judica me deus. 29. Añ. Cibauit nos dñs ex adipe frumenti: et de petra, melle saturauit nos. Ps. Exultate deo. 41. Aña. Ex altari tuo dñe, Christum sumimus: in quem cor et caro nostra exultant. Ps. Quã dilecta. 41. ℣. Educas panẽ de ter. ba. ℟. Et vinum lętificet cor hoim. all. Lcõ s. euã. sm Johãnẽ. c. vi.

In illo tpe: Dixit Jesus turbis Judęorum. Caro mea vere est cibus, et sanguis me⁹ vere ẽ potus. Et reliqua. Homilia Sãcti Augustini epi.

Cum cibo, et potu id appetant homines: vt non esuriant, neq sitiant: hoc vere non pręstat nisi iste cibus, et potus, qui eos a quib⁹ sumitur, immortales, et incorruptibiles facit, idest societas ipsa sanctorũ vbi pax erit, et vnitas plena atq perfecta. Propterea quippe: sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines Dei, dominus noster

noster Jesus Christus corp9 & sanguinem suum in eis rebus commendauit, q ad vnum aliquid rediguntur. Ex multis nã que granis vn9 panis efficitur: & ex multis racemis vinuz confluit. Deniq; iam exponit, quomodo id fiat quod loquitur: & quid sit manducare corpus ei9, & sanguinem bibere. ℟. Qui mãducat meaz carnem, & bibit meũ sanguinem, In me manet & ego in eo. ℣. Non est alia natio tã grãdis, q habeat deos ap propinquãtes sibi, sicut Deus noster adest nobis. In. Le. viii.

Qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, in me manet, & ego in eo. Hoc est enim manducare illam escã, & illum bibere potuz, in Christo manere, & illuz manentem in se habere. Ac per hoc qui nõ manet in Christo, & in quo nõ manet Christus, proculdubio non manducat spiritualiter ei9 carnem, nec bibit eius sanguinez, licet carnaliter & visibiliter premat dẽtibus sacramenta corporis, & sanguinis Christi. Sed magis tantę rei sacramentum ad iudicium sibi manducat, & bibit, qui immundus pręsumit ad Christi sacramenta accedere, quę alius non digne sumit, nisi qui mundus est: de quibus dicitur: Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. ℟. Misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me, viuet propter me. ℣. Cibauit illũ dñs pane vitę, & intellectus. Et q manducat. Gloria. Et. Lec.

Sicut misit me, inquit, viuens pr, & ego viuo propter patrẽ, & qui mãducat me, & ipse viuet ꝑpter me: ac si diceret: Ut ego viuam propter patrem, idest, vt ad illum tanquã ad maiorem referã vitã meaz, exinanitio mea fecit, i qua me misit. Ut autẽ quisquam viuat propter me: participatio facit qua manducat me. Ego itaq; humiliatus viuo propter patrẽ, ille erectus viuet propter me. Si autẽ ita dictum est, Uiuo propter patrem: quia ipse de illo, non ille de ipso est: sine detrimento ęqualitatis dictum est. Nec tamen dicendo, Et q manducat me, ipse viuet ꝑpter me, eandem suam & nostram ęqualitatem significauit, sed gratiã mediatoris ostendit.

Ad Laudes, & p Horas. Aña.

Sapientia ędificauit sibi domũ: miscuit vinũ, & posuit mẽsaz, hal. ps. Dñs reg. 8. cu rel. Aña. Angelorũ esca nutriuisti populũ tuũ, & panez de cęlo pstitisti eis, halleluiah. Aña. Pinguis est panis Christi: & pbebit delicias regib9, hal. Aña. Sacerdotes sancti incẽsuz & panes offerunt Deo, hal. Aña. Uincenti dabo manna absconditum, & nomen nouum. hal. ps. Cap. Fratres, Ego. 244.

Uerbum

Verbū supernū prodiens,
Nec pris linquēs dexterā,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitę vesperam.
In mortem a discipulo
Suis tradendus ęmulis,
Prius in vitę ferculo
Se tradidit discipulis.
Quibus sub bina specie
Carnem dedit, & sanguinem:
Ut duplicis substantię
Totum cibaret hominem.
Se nascens dedit socium,
Conuescens in edulium,
Se moriens in precium,
Se regnans dat in pręmium.
O salutaris hostia,
Quę cęli pandis ostium:
Bella premunt hostilia,
Da robur, fer auxilium.
Uni, trinoque domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet i patria. Amē. ℣.
Posuit fines tuos pacē, hal. ℟.
Et adipe frumēti satiat te, hal.
Ad Bnd. Ana. Ego sum panis viuus qui de cęlo descendi: si qs manducauerit ex hoc pane, viuet in ęternū, halel. Oro vt su. Ad horas & Completo. per totam octa. in fine Hym. dicit ℣. Gloria tibi domine.
Qui natus es de virgine,
Ad j. ℟ b. Christe fili. ℣. Qui natus es de Maria virgine.
Sic d: p octa. In ℣. Completorij non addit. Halab. sed in alijs horis. Ad iij. Capit. Fratres, Ego. 244. ℟. br. Panē cęli dedit eis, Haleluiah, hale. ℣. Panem angelorum manducauit homo. Haleluiah, halel. ℣. Cibauit eos ex adipe frumēti, halab. ℟. Et d petra melle saturauit eos. hal. Ad vj. Cap.

Quotiescunque manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortem dñi annunciabitis donec veniat. ℟. Cibauit illos ex adipe frumenti, Haleluiah, haleluiah. ℣. Et de petra melle saturauit eos. Hal. hale. ℣. Educas panē de terra, hal. ℟. Et vinum lętificet cor hominis, haleluiah. Ad ix. Cap.

Quicūq̄ māducauerit panē, vel biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis, & sanguinis dñi. ℟. Educas panem de terra, Hala, hal. ℣. Et vinū lętificet cor hominis. Halel. ℣. Posuit fines tuos pacē, hal. ℟. Et adipe frumēti satiat te, hal.

¶ In ij. Uesp. omnia dicuntur sicut in primis vesperis, preter Añam, ad Mag. O sacrū cōuiuiū, in quo Christus sumitur: recolit memoria passionis eius: mens impletur gratia, & futurę glorię nobis pignus datur, haleluia. Oratio vt sup fol. 234.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum. Lec. j.

Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hęc dicit dominus: Nunquid non aperte reue

latus sum domui patris tui cū esset in Aegypto in domo Pharaonis: Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, ꝛ adoleret mihi incensum, ꝛ portaret Ephod coram me, ꝛ dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorū Israel. Quare calce abiecistis victimā meam, ꝛ munera mea: quę pręcepi, ut offerrentur in templo: et magis honorasti filios tuos, quā me, ut comederetis primitias omnis sacrificii Israel populi mei? ℟. Immolabit. fo. 245 Lectio. ij.

Propterea ait dominus, deus Israel: Loquens locutum sum, ut domus tua, ꝛ domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem dicit dominus: Absit hoc a me: sed, Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem cōtemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, ꝛ pręcidam brachium tuum, ꝛ brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et videbis ęmulum tuum in templo in uniuersis prosperis Israel: ꝛ non erit senex in domo tua omnibus diebus. Verumtamen nō auferam penitus virū ex te ab altari meo, sed ut deficiāt oculi tui, ꝛ tabescat aia tua: ꝛ pars magna domus tuę morietur cū ad virilē ętatē venerit. ℟. Comedetis. 245. Lectio iij.

Hoc autem erit tibi signū quod venturum est duobus filiis tuis Ophni, ꝛ Phinees. In die uno morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, et animam meam faciet: ꝛ ędificabo ei domum fidelem, et ambulabit coram Christo meo cunctis diebus. Futurum est autem, ut quicunque remanserit in domo tua, veniat ut oretur pro eo, et offerat nummum argenteum, et tortam panis, dicatque: Dimitte me, obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, ut comedam bucellam panis. ℟. Respexit Elias. 245.

De ser. s. Tho. Aquinatis. L. iiij.

Conuenit itaque deuotiōi fidelium solenniter recolere institutionē tam salutiferi tamque mirabilis sacramēti: ut ineffabilem modum diuinę pręsentię in sacramento visibili veneremur: et laudetur Dei potētia, quę in sacramento eodē tot mirabilia operatur: necnō et de tam salubri, tamque suaui beneficio exoluantur Deo debitę gratiarū actiones. Verū, etsi in die Cenę quādo sacramentū pręedictum noscitur institutum, inter Missarū solennia de institutione ipsius specialis mētio habeatur, totum tamen residuū eiusdem diei officiū ad Christi passionem pertinet, circa cuius venerationē Ecclesia illo tempore occupat. ℟. Cenantibus. 245. L. v.

Vnde

Vide vt integro celebritatis officio institutionē tāti sacramenti recoleret plebs fidelis, Romanus pontifex Urbanus quartus: huius sacramēti deuotione affectus, pie statuit prefate institutionis memoriam prima quinta feria post octauam Pentecostes a cunctis fidelibus celebrari: vt qui per totum anni circulū hoc sacramento vtimur ad salutem, eius institutionem illo tempore specialiter recolamus: quo Spiritus sanctus corda discipulorū edocuit ad plene cognoscenda huius mysteria sacramenti: nā 7 in eodem tempore cepit hoc sacramentū a fidelibus frequētari. ℟. Accepit. 246. Lec. v.

Ut autem predicta quinta feria, 7 per octauas sequentes eiusdem salutaris institutionis honorificentius agatur memoria, 7 solennitas de hoc celebrior habeatur: loco distributionū materialium: que in ecclesiis cathedralibus largiuntur existentibus canonicis horis nocturnis pariterque diurnis, prefatus Romanus Pōtifex eis qui huiusmodi horis in hac solennitate personaliter in ecclesiis interessent, stipendia spiritualia, apostolica largitione concessit: quatenus per hec fideles, ad tanti festi celebritatem auidius, 7 copiosius conuenirent. ℟. Ego sum panis. folio 246.

De Dom. 5. Augusti. epi. l. vij.

Verba dni ex euangelio, que sermonem pristinū consequuntur audiuimus: hinc sermo debetur auribus 7 mentibus vestris, 7 hodierna die nō importunus est. Est enim d̄ corpore domini: quod dicebat se dare ad manducandū propter eternam vitam. Exposuit autē modum attributionis huius, 7 doni sui, quomodo daret carnem suam manducare, dicens: Qui manducat carnem meam: 7 bibit sanguinem meum. i me manet, 7 ego in illo. Signum, quia manducauit, 7 bibit hoc est: Si manet, 7 manetur: si habitat 7 inhabitatur: si heret, vt non deseratur. ℟. Qui manducat meam. 246. Lectio viij.

Hoc ergo nos docuit, 7 admonuit mysticis verbis, vt simus in eius corpore sub ipso capite i mēbris ei⁹ edētes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo scandalizati sunt, non enim cogitabant hec audiendo, nisi carnē quod ipsi erant. Apostolus autem dicit: 7 verum dicit: Sapere secundum carnem mors est. Carnem dat nobis suam dn̄s manducare: 7 sapere secundū carnē mors est. Cū de carne sua dicat q2 ibi est vita eterna: ergo nec carnē debem⁹ sapere ƀm carnē sicut in his verbis. Multi itaq3 audientes nō ex inimicis: sed ex discipu-

discipulis suis dixerunt: Dur⁹ est hic sermo: ⁊ q̄s potest eũ audire? ℟. Misit me.246. Le.ix.

Si discipuli durũ habuerũt istũ sermonem: q̃d inimici? ⁊ tamen sic oportebat: vt diceret, qđ nõ ab oĩbus intelligeretur. Secretũ Dei intentos debet facere, non aduersos: illi aũt cito defecerũt. Talia loquẽte dño Jesu Christo nõ crediderunt aliq̃d magnũ dicentẽ, ⁊ verbis illis aliquã gratiã cooperientẽ, sed prout voluerũt, ita intellexerunt, ⁊ more hominũ, q: poterat Jesus, aut hoc disponebat Jesus, carnem qua indutum erat verbum, veluti concisam distribuere credentibus in se: Durus est, inquiunt, hic sermo: ⁊ quis potest eum audire.

S A B B A T H O.

De libro primo Regũ. Lcõ j.

Puer aũt Samuel ministrabat dño corã Heli, ⁊ sermo dñi erat preciosus. In dieb⁹ illis nõ erat visio manifesta. Factũ est ergo i die quadã, Heli iacebat i loco suo, ⁊ oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernã Dei antequã extingueretur. Samuel aũt dormiebat in templo domini, vbi erat arca Dei. Et vocauit dñs Samuel, qui respõdit: Ecco ego: ⁊ cucurrit ad Heli: ⁊ dixit: Ecce ego, vocasti enim me, Qui dixit. Non vocaui te, reuertere, ⁊ dormi. Et abijt, ⁊ dormiuit. Et adiecit dñs rursũ vocare Samuelem. Consurgẽsque Samuel abijt ad Heli: ⁊ dixit: Ecce ego, q̃a vocasti me: q̃ respondit: Nõ vocaui te fili mi, reuertere ⁊ dormi. Porro Samuel necdum sciebat dominũ: neque reuelatus fuerat ei sermo domini. ℟. Immolabit. fol.245. Lectio secunda.

Et adiecit dñs, ⁊ vocauit adhuc Samuelem tertio, qui consurgens abijt ad Heli, ⁊ ait, Ecce ego: q: vocasti me. Intellexit ergo Heli, q: dominus vocaret puerum: ⁊ ait ad Samuelẽ. Uade, ⁊ dormi, ⁊ si deinceps vocauerit te, dices: Loquere dñe, q: audit seru⁹ tuus. Abijt ergo Samuel, ⁊ dormiuit in loco suo, ⁊ venit dñs, ⁊ stetit, ⁊ vocauit sicut vocauerat secũdo: Samuel, Samuel: Et ait Samuel. Loquere dñe, q: audit seruus tuus. Et dixit dñs ad Samuelem: Ecco ego facio verbum in Israel, quod quicunq̧ audierit, tinniẽt ambe aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli omnia que locutus sum sup domũ eius, incipiam, ⁊ complebo. ℟. Comedetis.245. Lectio tertia.

Dormiuit autẽ Samuel vsque mane, aperuitque ostia domus dñi: ⁊ Samuel timebat indicare visionem Heli. Uocauit ergo Heli Samuelẽ, ⁊ dixit. Samuel fili mi. Qui respon/

spondens ait: Presto sum. Et interrogauit eum. Quis est sermo quem locutus est dominus ad te? oro te ne celaueris me. Hęc faciat tibi deus, et hęc addat: si absconderis a me sermonem ex omnibus verbis quę dicta sunt tibi. Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, et non abscondit ab eo. Et ille respondit. Dominus est: quod bonum est in oculis suis faciat. Creuit autem Samuel, et dominus erat cum eo. et non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Et cognouit vniuersus Israel a Dan vsque Bersabee quod fidelis Samuel propheta esset domini. R. Respexit Elias. 245.

Sermo S. Johannis Chrysostomi. Lectio quarta.

Necessarium est, dilectissimi mysteriorum discere miraculum, quid tandem sit, et quare sit datum, et quę rei vtilitas. Unum corpus sumus, et membra, ex carne eius, et ex ossibus eius: sequamur autem initiati, quod dicunt. Ut itaque non tantum per charitatem hoc fiamus, verum et ipsa re in illam misceamur carnem, hoc per escam efficitur, quam largitus est nobis, volens ostendere desiderium, quod erga nos habet. Propterea semetipsum nobis immiscuit et corpus suum in nos contemperauit, vt vnum quid efficiamur tanquam corpus capiti coaptatum: ardenter enim amantium hoc est. R. Cenantibus. 245. Lec. v.

Tanquam leones igitur ignem spirantes, ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles, et caput nostrum mente reuoluentes, et charitatem quam nobis exhibuit. Nam parentes quidam aliis sępe filios tradunt alendos, ego autem, inquit, non ita, sed carnibus meis alo, et meipsum vobis appono: vos omnes generosos esse volens, et bonas vobis prętendens de futuris expectationes: quippe qui vobis hic meipsum trado: multo magis in futuro. Uolui frater esse vester, carnem propter vos et sanguinem assumpsi. Uobis vicissim ipsam carnem et sanguinem, per quę cognatus vester factus sum, trado. R. Accepit Jesus. 246 Lectio vi.

Attendamus itaque nobis ipsis, dilectissimi, talibus fruentes bonis: et cum aliquod turpe dicere voluerimus, vel nos ab ira corripi viderimus, vel alio quoquam huiusmodi vitio, cogitemus quibus facti sumus digni: et sit irrationalium nobis motuum correctio, talis cogitatio. Quotquot igitur huius participes corporis efficimur: quotquot sanguinem degustamus, cogitemus quod illum sursum sedentem qui ab angelis adoratur incorruptibili vicinus virtuti, hunc degustamus. Hei mihi quot ad salutem nobis vię. Nos corpus suum effecit, nobis suum communicauit corpus, et bonorum nos nihil a

De libro primo Regum. Lect. i.

ca. 4. ET factū ē i diebus illis, cōuenerūt Philisthii i pugnā. Egressus ē nāq; Israel obuiā Philisthijs in p̄liū, & castrametatus est iuxta Lapidē Adiutorij. Porro Philisthym venerunt in Aphec: & instruxerunt aciem contra Israel. Inito autem certamine terga vertit Israel Philisthęis: & cęsa sunt ī illo certamine passim per agros quasi quatuor millia virorum: & reuersus est popul⁹ ad castra, dixeruntq; maiores natu de Israel: Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthijs? Afferamus ad nos de Silo arcam fęderis domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. ℟. Immolabit 245 Le. ij.

MIsit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fęderis domini exercituum sedentis super Cherubim: erantq; duo filij Heli cum arca fęderis domini, Ophni, & Phinees. Cumq; venisset arca fęderis domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra, & audierunt Philisthym vocem clamoris, dixeruntq;, Quenā est hęc vox clamoris magni in castris Hebręorum? Et cognouerunt q̄ arca dn̄i venisset in castra. ℟. Comedetis. 245. Lectio iij.

TImueruntq; Philisthijm dicentes. Venit Deus in castra. Et ingemuerūt dicētes: Vę nobis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: vę nobis. Quis nos saluabit de manu deorum sublimiū istorū? hi sunt dij, qui percusserūt Aegyptū omni plaga in deserto. Cōfortamini, & estote viri Philisthym ne seruiatis Hebręis, sicut & illi seruierūt nobis: confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philisthym, & cęsus est Israel, & fugit vnusquisq; in tabernaculum suū, & facta est plaga magna nimis, & ceciderunt d̄ Israel triginta millia peditum, & arca dei capta est: duo quoq; filij Heli mortui sunt, Ophni, & Phinees. ℟. Respexit. 245.

De ser. s. Joha. Chryso. L. iiij.

QUoniam verbum dicit, Hoc est corpus meum: & pareamus, & credam⁹, & intellectualibus ipsum oculis intueamur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles, omnes autē intelligibiles. Itidem & in baptismate: per rem nēpe sensibilem aquam, donū confertur: intelligibile vero quod perficitur, generatio & renouatio. Si enim incorporeus esses, nuda & incorporea tibi dedisset ipsa dona: sed quoniam anima corpori cōserta est, in sensibilibus intelligibilia tibi prębet. Quod nunc dicūt: Vellē ipsius formā aspi-

cere, figuram, vestiméta, calciamenta: ecce eum vides, ipsum tangis, ipsum māducas: ꝛ tu quidem vestimenta videre cupis: ipse vero tibi concedit, non tātum videre, verum ꝛ manducare, ꝛ tangere, ꝛ intra te sumere. ℟. Cenantibus. 245 Lcō v.

Gitur accedat nemo cū nausea, nemo resolutus, omnes accensi, oēs ferventes, ꝛ excitati. Nā si Judei stantes, ꝛ calciaméta in pedibus habentes, ꝛ baculos manibꝰ gestātes, agnum cū festinatione comedebant: te multo magis oportet esse solertem. Nā illi quidē in Palestinam erāt prodituri, ꝛ propterea viatorum figuram habebant: tu vero debes in celum migrare. Quapropter in omnibꝰ oportet te vigilare, nec enim parua pena ꝑponit indigne sumentibꝰ. Cōsidera quantū aduersū proditoré indignaris: contra eos, qui illum crucifixerunt: itaq; considera, ne tu quoq; sis reus corporis ꝛ sanguinis Christi. Illi sanctissimū corpus occiderunt, tu vero polluta suscipis anima post tot beneficia. Nec enim satis fuit, hominē fieri, colaphis cedi: ꝛ crucifigi: verū ꝛ semetipsum nobis commiscet, ꝛ non fide tātū, verū ꝛ ipsa re nos suum efficit corpus. ℟. Accepit. 246. L. vi.

Uo non oportet igitur esse puriorem, tali fruentē sacrificio: quo solari radio nō splendidiorem manum carnē hanc diuidenté, os quod igne spūali repletur, linguā que tremēdo nimis sanguine rubescit? Cogita quali sis insignitus honore, quali mēsa fruaris: quod angeli vidētes horrescūt, neq; libere audent intueri ꝑpter emicantem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos vnimur, ꝛ facti sumus vnū Christi corpus, ꝛ vna caro. Quis loquetur potētias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor oues proprio pascit cruore? Et quid dico pastor? Matres multe sunt, que post partꝰ dolores, filios alijs tradunt nutricibus. Hoc autē ipse nō est passus, sed ipse nos proprio sanguine pascit, ꝛ per oia nos sibi coagmentat. ℟. Ego sū. 246. Lcō j. euāg. ſm Lucam. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hāc. Homo qdā fecit cenā magnā, ꝛ vocauit multos. Et reli. Homilia S. Gregorij Pape.

Hoc distāre, fratres charissimi inter delicias corporis ꝛ cordis solet, ꝙ corporales delicie: cū non habent, graue desideriū in se accendunt: cū vero habite eduntur, comedētē protinus in fastidiū per satietatem vertunt. At cōtra, spirituales delicie, cum nō habētur, in fastidio sunt, cū vero habētur, in desiderio: tantoq; a comedēte amplius esuriuntur, quāto ꝛ

ab esuriente amplius comedũtur. In illis appetit' placet, experientia displicet: i istis appetitus vilis est, & experiẽtia magis placet. In illis appetit' saturitatẽ, saturitas fastidiũ generat: in istis aũt appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. ℟. Qui mã. 246. Lectio. viii.

Augent enim spirituales delicię desiderium i mẽte dum satiant: quia quãto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod aui dius ametur, & idcirco non habitę amari non possunt: q2 earũ sapor ignoratur. Quis enim amare valeat qd ignorat? Proinde Psalmista nos admonet, dicens. Gustate & videte quoniam suauis est dñs: ac si aperte dicat: Suauitatem eius nõ agnoscitis, si hãc minime gustatis: sed cibũ vitę ex palato cordis tangite, vt ꝓbãtes eius dulcedinẽ, amare valeatis. Has ãt homo delicias tunc amisit, cum i paradiso peccauit: extra exiit cum os a cibo internę dulcedinis clausit. ℟. Homo quidaꝫ fecit cęnam magnã, & misit seruum suũ hora cęnę dicere inuitatis, vt venirẽt: Quia parata sunt oia. ℣. Venite, comedite panẽ meum, & bibite vinum qd miscui, vobis. Quia. Lectio. ix.

Unde nos quoqꝫ nati i huius peregrinationis ęrũna, huc fastidiosi iam venimus nescim' quid desiderare debeamus. Tantoqꝫ se amplius fastidy nr̃i morbus exaggerat, quãto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias non appetit, quo eas comedere diu longeqꝫ dissueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus: & longa inedię peste fatigamur. Et qa gustare intus nolumus paratã dulcedinẽ: amamus foris miseri famem nostram. Ad laudes & per horas. Añã. Sapientia. 246. cum rel. Añis & psalmis, vt su. Cap. Carissimi, nolite. 150. Hym. Verbũ supernum. fo. 247. ℣. Panẽ cęli dedit eis hal. ℟. Panem angelorũ mãducauit homo, haleluiah. Ad Bñs añ. Homo quidã fecit cęnaꝫ magnã, & vocauit multos: & misit seruũ suũ hora cęnę dicere inuitatis, vt venirent: q2 omnia parata sunt: haleluiah.

Oratio. Sancti nominis. 250. Deinde fit cõm. d oct. fol. 247. Ad iij. Cap. Carissimi, no. 150 ℟. br. de oct. 247. Ad vi. capi.

In hoc cognouim' charitatẽ dei, qm̃ ille pro nobis aiam suam posuit, & nos debemus ꝓ fratribus aias ponere. (I. Jo. 3.)

Ad nonam. Capitulum.

Filioli mei, nõ diligam' verbo, neqꝫ lingua: sed opere, & veritate. Ad vesp. añã. Sacerdos i ęternũ. 244. cũ rel. Añis & psal. d oc. Cap. Carissimi nol. 250. Hym. Pange lingu. 244. ℣. Cibauit illos ex adi

pe frumēti hal. ℟. Et de petra melle saturauit eos, haleluiah.
Ad Mag. Aña. Exi cito i plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, cęcos, & claudos compelle intrare, ut impleatur domus mea, hal'ah, hal'.
Oratio de Dñica, ut sup. 249.
Deinde fit cō. de oct. Añ. O sacrū. ℣. Panē. Oro vt su. 244.

FERIA. SECVNDA.
infra octauam.

De libro primo Regum. Lec. j.

ca. 5. Philisthijm autē tulerunt arcam Dei, & asportauerūt eā a lapide Adiutorij in Azotum. Tuleruntq; Philisthijm arcā Dei, & intulerunt eā in templuz Dagon, & statuerunt eaz iuxta Dagon. Cumq; surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pron⁹ in terra ante arcā dñi, & tulerunt Dagon, & restituerūt eū in locū suū. Rursumq; mane die altera cōsurgētes inuenerunt Dagon iacentē super faciē suā in terra corā arca dñi: caput aūt Dagon, & due palmę manū eius abscisę erant super limen: porro Dagon sol⁹ truncus remāserat in loco suo. ℟. Immolabit. 245. Lec. ij.

Agrauata est autē manus dñi super Azotios, & demolitus est eos, & percussit in secretiori parte natium Azotū, & fines eius, & ebullierunt villę, & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est cōfusio mortis magnę i ciuitate. Videntes autez viri Azotij huiusmodi plagaz, dixerunt: Nō maneat arca dei Israel apud nos, qm̄ dura est manus eius super nos, & super Dagon Deuz nostrū. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthijnoꝝ ad se, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderuntq; Gethęi: Circunducatur arca dei Israel. ℟. Commedetis. 245. Lectio tertia.

Et circunduxerunt arcaz dei Israel. Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus domini dei per singulas ciuitates, interfectionis magnę nimis, & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis a paruo vsque ad maiorem, & cōputrescebant prominentes extales eoꝝ: inieruntq; Gethęi consilium, et fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumq; venisset arca Dei in Accaron, exclamauerūt Accaronitę dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel vt interficiat nos, & populuz nostrum. Miserunt itaq; & cōgregauerunt oēs satrapas Philisthinorum, qui dixerūt, Dimittite arcā Dei Israel, vt reuertat in locū suū, & nō interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus

nus Dei. ℟. Respexit. 245.

De ser. e. Joban. Chriso. l. iiij.

Unicuiqꝫ fideliũ Christ⁹ semetipsum p mysteriuꝫ cõmiscet: & quos genuit, per se metipsuꝫ enutrit, nec alteri tradit, hoc tibi rursum persuadens, quod carnem tuam assumpsit. Ne torpeamus igitur tanta digni charitate, & honore putati. Nonne videtis quãta prompti tudine paruuli papillas capiũt, & quanto impetu labia vberib⁹ infigũt? accedamus cũ tãta nos quoque alacritate ad hanc mẽsam: quinimo cũ longe maiore trahamus, tanqꝫ infantes lactanei, spũs gratiã: & vnus sit nobis dolor hac esca priuari. Nõ sũt humanę virtutis opera proposita: qui tunc ipsa fecit in cęna, idẽ ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locũ, qui vero sanctificat ea, & immutat, ipse est. Nullus itaqꝫ Judas assistat, nullus auarus: si quis est discipulus, adsit. Nã tales mensa non suscipit: ait enim: Cũ discipulis meis facio pascha. Hęc est illa mẽsa, & minus nihil habet. Non enim illam quideꝫ Christus, hanc autem homo perficit, verũ & hanc ipse quoque. ℟. Cenantibus. 245. Lectio v.

Inhumanus accedat nemo: nemo crudelis & immisericors: nemo prorsus immũdus: hęc ad cõmunicãtes dico, & ad vos ministrãtes. Naꝫ & ad vos sermonẽ cõuertere necessariũ ẽ, vt multo cũ studio hęc dona distribuatis. Non parua vobis imminet vltio: si queꝫ cuiuspiam conscium nequitię huius mensę participẽ esse cõcedatis: sanguis eius de manib⁹ vestris exquiretur: siue qs dux militię sit, siue prefectus, siue princeps diademate coronatus, indigne autẽ accedat, prohibe: maioreꝫ illo potestateꝫ habes. Propterea vos de⁹ hoc insigniuit honore: vt talia discernatis. Hoc vĩa dignitas est, hoc securitas, hoc õis corona: nõ vt albam & splẽdentẽ tunicã circumeatis indu ti. Uerũ & tu laice, cuꝫ sacerdotẽ videris offerẽtem, ne vt sacerdotẽ esse putes hoc facientẽ, sed Christi manuꝫ inuisibiliter extensaꝫ. ℟. Accepit. 246. L. vi.

Audiuimus igitur & sacerdotes & subditi, quali essca facti sum⁹ digni: audiam⁹, & horreamus: sanctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatuꝫ. Quę nam erit igitur nobis excusatio cum talibus pasti, talia peccemus, cum lupi ñamus agnũ comedentes, cum tanquam oues pasti more leonum diripiam⁹? Hoc enim mysterium non a rapina tantuꝫ, verum & ab oi vel tenui inimicitia purũ esse penitus iubet: est enim pacis mysterium. Judeis quidẽ annuatiꝫ pro priorũ monumẽta bñficioꝝ solẽnitates Deus alligauit, tibi vero p singulos dies, per hęc mysteria

' fterta. Nullus itaq3 Judas hãc mensam petat, nullus Simon. Hi nanque duo propter auaritiã perierũt: hoc igit baratrũ fugiam⁹. R. Ego sum pa. 246.

De Dom. s. August. epi. l.vij.

Hic est panis, q de celo descendit. Hunc panem significauit manna: hunc panez significauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt, signis diuersa sunt: sed in re quę significatur paria sunt. Apostolũ audi: Nolo eniz vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & oẽs mare trãsierunt: & oẽs per Moysem baptizati sunt in nube, & in mari: & oẽs eandẽ escaz spiritualẽ mãducauerũt: spiritualẽ vtiq3 eandẽ: nã corporalẽ alterã: qa illi manna, nos aliud spiritualẽ vero. quã nos, sed patres nostri, non patres illorũ: quibus nos similes sumus, nõ quibus illi similes fuerũt. Et adiũgit. Et omnes eundem potum spiritualez biberũt. Aliud illi, aliud nos: sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significãte virtute spũali. Quomodo enim eundez potũ? Bibebant: inquit, de spirituali sequẽte petra: petra autez erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Chris in verbo: & in carne. Et quomodo biberũt? Percussa est petra dẽ virga bis. Gemina percussio duo ligna crucis significat. R. Qui manducat. 246. Lec. viij.

Norũt fideles corp⁹ Christi, si corpus Christi non negligãt esse. Fiãt corpus christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi. De spiritu christi non viuit, nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei quid dixerim: Homo es, & spiritũ habes, & corpus habes. Spiritũ dico qui anima uocatur, qua constas q homo es: constas enim ex anima, & corpore. Habes enim spiritum inuisibilem, corpus visibile. Dic mihi, quid ex quo viuat, spiritus tuus uiuit ex corpore tuo: an corpus tuuz ex spiritu tuo? Respondit omnis qui uiuit: qui aũt hoc nõ potest respondere, nescio si uiuit. Quid respõdet oĩs qui viuit? Corp⁹ vtiq3 meũ uiuit dẽ spiritu meo: vis ergo & tu uiuere de spiritu Christi? in corpore esto Christi. R. Misit 249. Lect. ix.

Nunquid eniz corp⁹ meuz viuit dẽ spiritu tuo: Meũ uiuit de spiritu meo, & tuum dẽ spũ tuo: nõ potest uiuere corp⁹ Christi, nisi de spũ Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem, Unus panis: inquit, & unum corp⁹ multi sum⁹. O sacramẽtũ pietatis, o signũ vnitatis, o vinculũ charitatis. Qui vult viuere, habet vbi uiuat: habet vnde uiuat, accedat, credat, incorporetur: uiuificetur, non abhorreat a cõpage membrorũ, & nõ sit

sit putre membrum, quod resecari mercatur: non sit distortū de quo erubescat: sit pulchrū, sit aptū, sit sanū: hereat corpori, viuat Deo de Deo, nūc laboret i terra, vt postea regnet i celo.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regū. Lect. i.

Fuit ergo arca domini in regione Philisthinorum septem mensibus & vocauerūt Philisthym sacerdotes, & diuinos dicentes: Quid faciemus de arca dñi? indicate nobis, quomodo remittamus eā in locū suū. Qui dixerūt, Si remittitis arcā Dei Israel, nolite dimittere eā vacuā, sed quod debetis ei reddite pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare nō recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi. Iuxta numerū prouinciarū Philisthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos, quia plaga vna fuit omnibus vobis, & Satrapis vestris. Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terrā & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suā a vobis, & a diis vestris, & a terra vestra. ℞. Immolabit. 245. L. ii.

Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptus & Pharao cor suū? Nōne postquam percussus est tunc dimisit eos, & abierūt? Nūc ergo arripite, & facite plaustrū nouum vnū: et duas vaccas fetas, quibus nō est impositū iugū, iungite in plaustro: & recludite vitulos earū domi. Tolletisque arcā dñi, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quae exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellā ad latus eius: & dimittite eā, vt vadat. Et aspicietis, siquidem per viam finium suorum ascēderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minime, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo. ℞. Comedetis panem. 245. Lectio tertia.

Ibant aūt i directū vaccæ per viā, quae ducit Bethsames, & itinere vno gradiebātur pergentes, & mugiētes, & nō declinabant, neque ad dexterā, neque ad sinistrā: sed & Satrapæ Philisthym sequebantur, vsque ad terminos Bethsames. Porro Bethsamitæ metebāt triticū i valle: & eleuātes oculos suos viderūt arcā, & gauisi sunt, cum vidissent: Et plaustrum venit in agrū Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autē ibi lapis magnus: & conciderūt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustū dño: Leuitæ autem deposuerunt arcā Dei. ℞. Respexit Elias. Fol. 245.

Ex epistola Sancti Cypriani episcopi, et martyris: ad Cecilium. Lectio quarta.

In sacerdote Melchisedech sacrificij dñi sacramentū pfiguratū videmus, secundum quod scriptura diuina testatur: et dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem, et vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi, et benedixit Abraham. Quod autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat in psalmis Spiritus sanctus, ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum genui te: Jurauit dominus et nō pœnitebit eum, tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo vtique hic est de sacrificio illo veniēs, et inde descendes, quod Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quod panem et vinum obtulit, quod Abraham benedixit. ℟. Cenantibus. 245. Lec. v.

Nam quis magis sacerdos Dei summi quam dñs noster Jesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem, quod Melchisedech obtulerat, idest panē et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem. Et circa Abrahā benedictio illa precedens ad nostrū populū pertinebat. Nā si Abrahā Deo credidit, et deputatū est ei ad iustitiā, vtique quisquis Deo credidit, et fide viuit, iustus inuenitur, et iā pridē i Abrahā fideli benedictus, et iustificatus ostēditur, sicut beatus Apostolus Paulus probat dicens: Credidit Abraham Deo, et deputatū est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia q ex fide sunt, hi sunt filij Abrahe. Prouidens autem scriptura q ex fide iustificat gentes Deus, preę nunciauit Abrahe, quia benedicentur in illo omnes gentes. ℟. Accepit Jesus. 246. Lectio sexta.

Ut ergo in Genesi p Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham posset rite celebrari, pcedit ante imago sacrificij, in pane et vino scilicet constituta. Quam rem perficiens et adimplens dominus, panem et calicē mistum vino obtulit: et qui est plenitudo, veritatem prefiguratę imaginis adimpleuit. Sed et per Salomonē Spiritus sanctus typum dominici sacrificij ante premonstrat immolatę hostię, et panis, et vini, sed et altaris, et apostolorum faciens mentionem, Sapientia, inquit, ędificauit sibi domum, et subdidit columnas septem. Mactauit suas hostias, miscuit in cratere vinum suum, et parauit mensam suam. Et misit seruos suos conuocans cum excelsa predicatione ad craterem, dicens: Qui est insipiens, declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: Uenite: edite de meis panibus, et bibite vinum, quod miscui vobis. ℟. Ego sum. 246.

De

De Hom. S. Aug. epi. L. vij.

Non sicut manducauerunt patres vestri māna, & mortui sunt. Quare mãducauerũt, & mortui sunt? Quia quod videbãt, credebant: qd nõ uidebant nõ intelligebãt, ideo patres vestri, quia similes estis illoꝝ. Nã quantum pertinet fratres mei, ad mortem istam visibilē, & corporalem, nunquid nos nõ morimur, qui manducamus panē de cęlo descendentē? Sic sunt mortui & illi, quemadmodum & nos sumus morituri: quantum attinet, vt dixi, ad mortē huius corporis visibilē, atq; carnalē.

℟. Qui mandu. 246. L. viij.

Quantum autem pertinet ad illam mortem, dõ qua terret dñs quia mortui sũt patres istorum manducauit manna & Moyses, manducauit mãna & Aaron, manducauit manna & Phinees, manducauerũt ibi multi, qui dño placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Qr visibilem cibũ spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustauerunt vt spiritualiter satiarẽtur. Nã & nos hodie accipimus visibilē cibum, sed aliud est sacramentum, aliud est virtus sacramenti. ℟. Misit me. 249. Lcõ. ix.

Quã multi de altari accipiunt, & moriuntur, et accipiendo moriũtur? vnde dicit Apostolus: Iudicium sibi manducat & bibit. Nonne bucella dominica venenum fuit Iudę? tamen accepit: & cum accepit, in eum inimicus intrauit, nõ qr malum accepit, sed quia bonũ male malus accepit. Uidete ergo fratres, panem cęlestē spiritualem manducate, innocentiã ad altare apportate. Peccata, etsi sunt quotidiana, vel nõ sunt mortifera, antequã ad altare accedatis, attendite quod dicatis. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum.

FERIA QVARTA

De libro primo Regum. Lc. j.

6. ca.

Percussit aũt dñs de viris Bethsamitis eo, quod vidissent arcam domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitq; populus eo, quod dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitę, Qui i poterit stare in conspectu dñi Dei sancti huius? & ad quem ascendet a nobis? Miseruntq; nuncios ad habitatores Cariathiarim dicentes. Reduxerunt Philisthym arcam domini, descendite, & reducite eã ad vos. Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam domini, & intulerunt eã in domũ Aminadab in Gabaa: Elea

zaru n

zarum aūt filiuz eius sanctificauerunt: vt custodiret arcā dñi. ℟. Immolabit. 245. Lctō ij.

Et factū ē ex qua die mā sit arca dñi i Cariathiarīz multiplicati sunt dies: erat quippe iā annus vicesimꝰ: ⁊ requieuit oīs domꝰ Isrl post dominū. Ait aūt Samuel ad vniuersā domū Israel dicēs: Si i toto corde vrō reuertimini ad dñm, auferte deos alienos de medio vrī Baaliz, ⁊ Astaroth: ⁊ pparate corda vestra dño, ⁊ seruite ei soli, ⁊ eruet vos de manu Philisthijz. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, ⁊ Astaroth, ⁊ seruierunt dño soli. ℟. Comedetis. 245. Lect. iij.

Dixit aūt Samuel: Congregate vniuersum Israel in Maspbat; vt orem pro vobis dominum. Et conuenerunt in Masphath: hauserūtq̄ aquaz, ⁊ effuderunt in conspectu domini, ⁊ ieiunauerunt in die illa, atq̄ dixerunt ibi. Peccauimꝰ domino. Iudicauitq̄ Samuel filios Israel in Masphat. Et audierūt Philisthijz, q̄ congregati essent filij Israel in Masphath: ⁊ ascenderunt Satrapę Philisthinorum ad Israel. Quod cū audissent filij Israel, timuerunt a facie Philisthinorꝫ: dixerūtq̄ ad Samuelem: Ne cesses pro nobis clamare ad dñm deuz nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. ℟. Respexit Elias. 245.

Ex libro S. Ambrosii episcopi de sacramentis. Lectio iiij.

Auctor sacramentorum: qs est nisi dñs Jesus? de cęlo ista sacramenta venerunt, consilium enim omne de cęlo est. Vere autem magnum est ⁊ diuinum miraculum, q̄ populo pluit Deus manna de cęlo: ⁊ non laborabat populus, ⁊ manducabat. Tu forte dicis: Meꝰ panis est vsitatus. Sed panis iste, panis est ante verba sacramētorū: vbi accesserit cōsecratio, de pane fit caro Chr̄i. Hoc igitur astruamus, quomodo potest, qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur quibꝰ verbis ē, ⁊ cuius sermonibus? Dñi Jesu. Nā reliqua oīa q̄ dñr, laus deo deferf: oratione petif p populo, pro regibus, pro cęteris: vbi venitur vt conficiatur venerabile sacramentū, iam nō suis sermonibꝰ sacerdos: sed vtitur sermonibus Christi. ℟. Cēnātibus. 245. Lectio quinta.

Ergo sermo Chr̄i hoc cōficit sacramentum. Quis sermo Chr̄i? Nempe is, quo facta sunt oīa. Iussit dñs, ⁊ factū est celū. Iussit dñs ⁊ facta ē terra. Iussit dñs: ⁊ facta sunt maria. Iussit dñs, ⁊ oīs creatura generata est. Vides ergo: quā operatorius sit sermo Chr̄i? Si ergo tāta vis est in sermone dñi Jesu, vt inciperent esse quę nō erāt: quāto magis operatorius est,

est, vt sint que erāt, & in aliud cō mutentur? Celum nō erat, mare nō erat, terra non erat. Sed audi dicentem: ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt. Ergo tibi vt respōdeā, non erat corpus Christi ante consecrationem, sed post consecrationē dico tibi quod iam corpus est Chri. Ipse dixit, & factū est: ipse mandauit, & creatū est. ℟. Accepit. 246. Lectio vj.

Iam redi mecū ad propositionē meam, Magnum quidem & venerabile, quod manna Judeis pluit e celo: sed intellige: quod est amplius? Mānna de celo, an corpus Christi? Corpus Christi vtique, qui auctor est celi. Deinde manna qui manducauit mortuus est: qui manducauerit hoc corpus fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in eternum. Ergo nō ociose tu dicis, Amen, iam in spiritu confitens, quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos: Corpus Christi: & tu dicis: Amen: Hoc est, verum: quod confitetur lingua, teneat affectus. ℟. Ego sū. 249.

Homilia s. Hilarij epi. Lec. vij.

Non est humano, aut seculi sēsu in Dei rebus loquēdū: que scripta sunt legamus: & que legerimus intelligamus, & tūc perfecte fidei officio fungemur. De naturali enim in nobis Christi vnitate que dicimus, nisi ab eo discimus, stulte atque impie dicimus. Ipse enim ait: Caro mea vere est esca, & sanguis meus vere est potus. Qui edit carnē meam, & bibit sāguinē meum, in me manet & ego in eo. De veritate carnis, & sāguinis, nō relictus est ambigēdi locus. ℟. Qui mād. 249. Lec. viij.

Nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra vere caro est, vere & sanguis est: Et hec accepta atque hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? contingat plane his verū non esse, qui Christum Jesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dū hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quod autem in eo per sacramentum communicate carnis, & sanguinis simus, ipse testatur dicens: Et hic mūdus iam me non videt, vos autem me videbitis: quoniam ego viuo, & vos viuetis: quoniā ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. ℟. Misit. 249. Lec. ix.

Quod autem in nobis naturalis hec vnitas sit, ipse ita testatus est: Qui edit carnē meam, & bibit sanguinem meū, in me manet, & ego in eo. Non enim quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assūptam habens carnem, qui suam sumpserit. Perfecte autem huius vnitatis sacramentum superius iam docuerat dicens. Sicut

cut me misit viuēs pater, ⁊ ego viuo propter patrē: ⁊ qui man/ducat meam carnem, ⁊ ipse ui uet propter me. Viuet ergo per patrem: ⁊ quomodo per patrē viuit, eodem modo nos per car nem eius viuemus.

FERIA QVINTA

In octa. Corporis Chri. dupl. Lectiōes .i. noc. legunt de epla bti Pauli apli ad Corinth. vt in die festi. Conuenientibus. 245

Sermo beati Cirilli episcopi Jerosolymitani. Lcō quarta.

Ipsa beati Pauli doctrina abun/de sufficere videtur, vt certā vo/bis de diuinis mysteriis fidē faciat quibus digni redditi cōcorpo/rei, ut ita dicam, ⁊ consangui/nei Christi facti estis. Ipse enī modo clamabat, qꝫ i nocte qua tradebatur dñs nr̄ Jesus Chri stus, accipiens panem, ⁊ gra/tias agens, fregit ⁊ dedit disci pulis suis, dicens. Accipite, ⁊ manducate: hoc est corpꝰ meū. Et accipiens calicem, ⁊ gratias agens, dixit: Accipite, ⁊ bibite: hic est sanguis meus. Cum igit ipse de pane pnūciauerit ac di/xerit, hoc est corpus meum: qs audebit deinceps ambigere? Et cū idem ipse tā asseueranter di xerit. Hic est sanguis meus: quis vnquam dubitauerit vt dicat, non esse eius sanguinem? ℟. Cenantibus. 245. Lcō quinta.

Aquam olim in vinum conuertit in Chana Ga lileę: quod habet quandam cū sanguine propinquitatem: ⁊ eū parum dignum existimabimus cui credamus quod vinum in sanguinem transmutarit? Ad eas nuptias quibus corpora co pulantur: vocatus pręter opi/nionem omnium hoc fecit mi/raculum: ⁊ non multo magis sic eum corpus ⁊ sanguinem su um fruenda nobis donasse per/suasum firmiter habebimus, ut ea cum omni certitudine tanqꝫ corpus ipsius ⁊ sanguinem su/mamus? Nam in specie panis dat nobis corpus, ⁊ in specie vi ni dat nobis sanguinem: vt, cū sumpseris, gustes corpus ⁊ san guinem Christi, factus eiusdē corporis, ⁊ sanguinis particeps. Sic enim efficimur Christife/ri, hoc est Christum in corpo/ribus nostris ferentes, cum cor pus eius ⁊ sanguinem in mem bra nostra recipimus: sic secun dum beatum Petrum diuinę naturę consortes reddimur. ℟. Accepit. 246. Lectio sexta.

Olim cū Judęis Christus disserens, Nisi manduca ueritis, inquit, carnem meā, ⁊ biberitis meum sanguinē, non habebitis vitam in vobis. Cū autem illi, quę dicta fuerāt nō spiritualiter accepissent, offēsi abierunt retro. Putabant enī quod eos ad manducandas car nes hortaretur. Erant ⁊ in vete ri

ri testamento panes propositio
nis. Uerum illi cũ fuerint vete
ris testamenti, finem iã accepe
runt: in nouo vero testamẽto pa
nis est celestis, ⁊ calix salutaris
qui ⁊ animã ⁊ corpus sanctifi-
cant. Quãobrem nõ sic hec at-
tendas velim, tanquam sint nu
dus ⁊ simplex panis, nudũ ⁊ sim
plex vinum: corpus enim sunt ⁊
sanguis Christi. Nam etiam si
sensus illud tibi renũciat, fides
tamen te cõfirmet. Ne iudices
rem ex gustu: sed citra vllã du
bitationem fides certũ reddat:
ꝙ sis dignus factus, qui corpo
ris ⁊ sanguinis Christi parti-
ceps fieres. ℟. Ego sum. 246.

Homilia sancti Cirilli Episco
pi Alexandrini. Lectio vij.

Qui mãducat, inquit, car
nem meã, ⁊ bibit sangui
nem meum, in me manet, ⁊ ego
in illo. Sicuti enĩ siquis lique-
facte cere aliam cerã infuderit
alteram cum altera per totum
commisceat necesse est: sic qui
carnem ⁊ sanguinem dñi reci-
pit, cum ipso ita coniungitur,
vt Christus in ipso, ⁊ ipse in
Christo inueniatur. Simile
quodammodo apud Matthe-
um comperies. Simile est, in-
quit, regnum celorum fermen
to: quod acceptum abscondit
mulier in farine satis tribus.
Sicut parum (vt Paulus ait)
fermenti totã massã fermẽtat,
sic paruula benedictio totũ ho
minẽ in seipsam attrahit, ⁊ sua
gratia replet: ⁊ hoc modo i no-
bis Christus manet, ⁊ nos in
Christo. ℟. Qui manducat
meam carnem. 246. Lect. viij.

Nos vero, si vitam eternã
cõsequi volumus, si largi
torem immortalitatis habere
in nobis desideramus: ad reci-
piendum benedictionem liben
ter concurramus: caueamusqꝫ
ne loco laquei damnosam reli
gionem diabolus nobis preten
dat. Recte (inquit) dicis. Scri
ptum tamen esse nõ ignoramꝰ:
Judicium sibi comedere atque
bibere illum qui de pane come
dit, ⁊ de calice bibit indigne.
Ego igitur probo meipsum, et
indignũ inuenio. Quando igi
tur, quicunqꝫ tu es qui ista di
cis, dignus eris? quando Chri
sto te ipsũ offeres? Nã si pec-
cando indignus es, et peccare
non desinis, (quis enim delicta
intelligit? secundum Psalmi-
stam) expers omnino eris viui-
fice huius sanctificationis.
℟. Misit me. 246. Lectio ix.

Quare pias, queso, cogita
tiones suscipias, studiose
sancteqꝫ viuas, ⁊ benedictionẽ
participes: que (mihi crede)
non mortem solum, uerũ etiã
morbos omnes depellit. Sedat
enĩ, cũ in nobis manet Chri-
stus, seuientem membrorũ no-
strorũ legẽ: pietatẽ corrobo
rat: perturbationes animi ex-
tinguit, egrotos curat: collisos
redintegrat: ⁊ sicut pastor bonꝰ
qui

qui animam suam pro ovibus posuit:ab omni nos erigit casu

FERIA SEXTA.

His pactis oct. videndū ē, si qd̄ semiduplex festū relictū fuerit & de eo fiat. Et in sabbathis si si impediuntur novem lectionibus, vel vigilijs,fiat de btā Maria. De libro primo Regum. Lc.j.

ca.8. Congregati ergo universi maiores natu Isrl: venerūt ad Samuelē i Ramatha,dixeruntq̄ ei:Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulāt i vijs tuis:cōstitue nobis regē vt iudicet nos:sicut & vniversę habēt nationes.Displicuitq̄ sermo i oculis Samuelis,eo q̄ dixisset, Da nobis regē vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dn̄m. R. Percussit. fol. 257.

R ij. noc. Dñicę sequētis. l.ij.

Dixit aūt dn̄s ad Samuelē:Audi vocē populi, in oībus quę loquuntur tibi: non enim te abiecerūt:sed me,ne regnē super eos. Iuxta oīa opa sua:quę fecerūt a die, qua eduxi eos d̄ Aegypto vsq̄ ad diem hāc:sicut d̄reliquerūt me,& seruierūt dijs alienis, sic faciūt ēt tibi.Nūc ergo vocē eorū audi, verūtamē cōtestare eos, & p̄dic eis ius regis, q regnatur⁹ ē sup eos. R. Mōtes Gel. 258.L.iij.

Dixit itaq̄ Samuel omnia verba domini ad populum,qui petierat a se regē:& ait:Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis.Filios vestros tollet,& ponet in curribus suis: facietq̄ sibi equites,& p̄cursores quadrigarum suarum,& cōstituet sibi tribunos,& centuriones,& aratores agrorū suorū: & messores segetum,& fabros armorū,& curruū suorū. Filias quoq̄ vestras faciet sibi vnguētarias,& focarias,& panificas, agros quoq̄ vestros, & vineas & oliueta optima tollet,& dabit seruis suis. R. Ego te tuli.258

SABBATHO.

De libro primo Regum. Lc.j.

ca.9. Et erat vir de Beniamin nomine Cis,filius Abiel filij Seor,filij Bechorath, filij Aphia,filij viri Iemini,fortis robore.Et erat ei filius vocabulo Saul electus,& bonus: & nō erat vir de filijs Israel melior illo:ab humero,& sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asinę Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade,& quęre asinas. Qui cum transissent per mon.ēm Ephraim,& per terram Salisa,& non inuenissēt,transierūt ēt per terram Salim:& non erāt, sed & p terrā Iemini:& minime repperūt. R. Peccaui. 258. Lc.ij.

Cum aūt venissent i terrā Suph,dixit saul ad puerum,qui erat cum eo,Veni & reuertamur:ne forte dimiserit pater

ter meus asinas, et solicitus sit pro nobis. Qui ait ei: Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: oē quod loquitur, sine ambiguitate venit. Nūc ergo eam' illuc, si forte indicet nobis de via nostra propter quā venim'. Dixit q̄ Saul ad puerum suū: Ecce ibimus: quid feremus ad virū dei? Panis defecit in sitarcys nostris, et sportulā nō habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rursus puer respōdit Sauli, et ait: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti: dem' hoi Dei, vt indicet nobis viam nostram. ℟. Exaudisti 258. L. iij.

Hic ascenderūt in ciuitatē. Cūq̄ illi ambularēt i medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum: Dñs autem reuelauerat auriculā Samuelis ante vnam diem quam veniret Saul, dicens: Hac ipsa hora quę nunc est, cras mittam virum ad te de terra Beniamin, et vnges eū ducem super ppl'm meum Israel, et saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexit populum meum: venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset Samuel Saulem, dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabit populo meo. ℟. Audi domine. 258.

Sabbato. Ad Mag. Antiph. Cognouerunt omnes a Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset domini.

DOMINICA III. post Pentecosten.

Oio. Protector in te sper. 344. Ad Mat. Inuit. Adorem' dominū, Qui fecit nos. Hym. Nocte surgē. 2. An. Seruite dño. cū rel. Añis. et psal. et ℣. vt i psal. De libro primo Regum Lec. j.

Accessit aūt Saul ad Samuelē in medio porte, et ait, Indica, oro, mihi: vbi ē domus Videntis? Et respondit Samuel Sauli dicens: Ego sum videns: Ascēde ante me in excelsum: vt comedatis mecum hodie: et dimittam te mane, et omnia quę sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudius tertius perdidisti, ne solicitus sis, quia inuentę sunt. Et cuius erunt optima quęque Israel? nonne tibi, et omni domui patris tui? Respondens autem Saul ait: Nunquid nō filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, et cognatio mea nouissima inter oēs familias de tribu Beniamin? quare ergo locut' es mihi sermonē istū? ℟. Preparate corda vestra domino, et seruite illi soli: Et liberabit vos de manibus inimicorū vestrorū. ℣. Cōuertimini ad eū in toto corde vestro: et auferte deos alienos de medio vestri. Et. Lectio ij.

Assumens itaq; Samuel Saulem, et puerum eius introduxit eos i tricliniũ, et dedit eis locũ in capite eorũ, qui fuerãt inuitati: erãt enim quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coco: Da partẽ, quã dedi tibi, et precepi, vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autẽ coc⁹ armũ, et posuit ante Saul. Dixitq; Samuel. Ecce quod remansit, pone ante te, et comede, quia de industria seruatũ est tibi: quando populũ vocaui. Et comedit Saul cũ Samuele in die illa. Et descenderunt de excelso in oppidum, et locutus est cũ Saule in solario. Strauitq; Saul i solario, et dormiuit. ℟. Deus omniũ exauditor est: ipse misit angelum suum, et tulit me de ouibus patris mei. Et vnxit me vnctione misericordie sue. ℣. Dominus qui eripuit me de ore leonis, et de manu bestie liberauit me. Et.

Lectio tertia.

Cumq; mane surrexissent et iam elucesceret: vocauit Samuel Saulẽ in solario, dicẽs: Surge, vt dimittã te. Et surrexit Saul: egressiq; sunt ambo, ipse videlicet, et Samuel. Cumq; descenderent i extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero, vt antecedat nos, et trãseat: tu aũt subsiste paulisper, vt indicẽ tibi verbũ dñi. Tulit aũt Samuel lenticulã olei, et effudit sup caput ei⁹, et deosculatus est eũ: et ait: Ecce vnxit te dñs super hereditatẽ suam in principem, et liberabis populum suum de manibus inimicorũ eius, qui in circuitu ei⁹ sunt. ℟. Dominus qui eripuit me de ore leonis, et de manu bestie liberauit me. Ipse me eripiet de manib⁹ inimicorũ meorum. ℣. Misit Deus misericordiam suam, et veritatẽ suã: animam meã eripuit de medio catulorũ leonũ. Ipse. Glo. Ipse.

De expositione sancti Gregorii pape, in libros Regũ. L. iiij.

Tulit autẽ Samuel lẽticulam olei, et effudit sup caput eius. Hoc profecto hac vnctione exprimitur, qd in sancta ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur, sacramenta suscipit vnctionis. Quia vero ipsa vnctio sacramentum est, is qui promouetur, bene foris vngitur, si intus virtute sacramẽti roboretur. Ipsas ergo olei virtutes prius videamus attẽtius. Oleum quippe liquoribus aliis superfertur: oleum ignẽ fouet: oleum vulnera curare consueuit. Per illud ergo misericordie bonum significat, quia scriptum est de dño: Miserationes eius super oĩa opera eius. Quia ignẽ fouet, predicationis grãm designat, que electorũ mẽtes illuminat. ℟. Percussit Saul mille et Dauid decẽ millia: Quia man⁹ dñi erat cũ illo: percussit Philisthẽum, et abstulit opprobrium

bris ex Israel. ℣. Nōne iste est Dauid, de quo canebāt i choro dicētes: Saul percussit mille, & Dauid decē millia? Q. Lv.

Olia vero vulnera p oleū curātur, hoc profecto innuat, quod detergenda sunt vulnera peccatorum. Ungatur ergo caput regis, q: spirituali gratia mens est replēda doctoris. Habeat in vnctione sua oleum, habeat misericordiā abūdantem, quę sibi virtutibus alijs pręferatur. Habeat oleum, vt dum ardorem sancti spūs i se nutrit, lucere vehementer alijs per verbum possit. Habeat nihilominus oleum medicinę, vt sapienter disponat, qualiter peccatorum fetores tergat, & ęgras mentes saluti restituat.

℟. Lij. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos: Ubi ceciderunt fortes Israel. ℣. Oēs montes qui estis i circuitu ei⁹, visitet dn̄s: a Gelboe autem transeat. Ubi. L. vi.

Sed lenticula Saul vngit, nō p pñgnāda doctrina, sed ad exprimenda futura. Lenticula qdē paruū est vas. Quid ergo est q lenticula olei Saul vngit, nisi quia in fine reprobatur? Nam quia obedire deo potius noluit, a Samuele audiuit Q: proiecisti sermonē dn̄i: proiecit te dn̄s, ne sis rex. Velut.n. lenticula, olei parū habuit, qui spiritualē gratiā proiecit⁹ ac cepit. Quod in rectorib⁹ quoq sanctę Ecclesię cōuenięter accipitur. Plerunq; enim culmē prelationis accipiūt, qui i charitate dei, & proximi pfecti nō sūt.

℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit dn̄s, & posui te pascere gregē populi mei. Et fui tecū in oībus quicūq ambulasti: firmās regnum tuū in ęternū. ℣. Feciq tibi nomē grāde iuxta nomē magnorum qui sunt i terra: & requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tu⁹s. Et fui.

vij. ℟. Peccaui sup numerum arenę maris, & multiplicata sūt peccata mea: & non sum dignus videre altitudinem cęli p multitudine iniquitatis meę, quoniam irritaui iram tuā: Et malum corā te feci. ℣. Quoniā iniquitatē meā ego cognosco, & delictū meū ɔtra me est semp, q: tibi soli peccaui. Et. viij. ℟.

Duo Seraphin clamabāt alter ad alterū, Sāctus, Sanctus, Sanctus, Dn̄s deus Sabaoth, Plena est oīs terra gloria eius. ℣. Tres sunt q testimoniū dant in cęlo, Pater, Uerbū, & Spūs sanctus, Et hi tres vnū sunt. Sctūs. Glo. Ple.

Hoc ℟. dicitur octauo loco in officio tantū vsq ad Aduen. Feria autem iiij. & Sabb. vsq ad primam Dn̄icam Augusti, q̄n ꝑa facienda sunt ex iij. noct. dn̄icę, eius loco di ij. ℟. secundę ferię, & iij. loco iij. eiusdem fer.

❡ Lectiones iij. noc. de Hom. dominicę tertię post Pent. hic

 inser

inferius circa finem huius partis de tpe in ordine aliarum dominicarum vsq ad Aduentuz.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lec. j.

ET conuocauit Samuel populum ad dñm in Masphat, et ait ad filios Israel. Hec dicit dominus deus Isrl: Ego eduxi Israel de Aegypto, et erui vos de manu Aegyptiorum, et de manu omnium regnuz, qui affligebant vos. Uos aut hodie proiecistis Deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis malis, et tribulationibus vestris et dixistis: Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram domino per tribus vestras, et familias. R. Recordare domine testamenti tui: et dic angelo percutienti: cesset iam manus tua: Ut non desoletur terra, et ne perdas oem animam viuam. V. Ego sum, q peccaui, ego qui inique egi: isti qui oues sunt, qd fecerunt? auertatur obsecro furor tuus domine a populo tuo. Ut. Lec. ij.

ET applicuit Samuel omnes tribus Israel, et cecidit sors super tribum Beniamin. Et applicuit tribu Beniamin, et cognationes eius, et cecidit super cognationem Metri, et peruenit vsq ad Saul filium Cis. Quesierunt ergo eum, et no est inuentus, et consuluerunt post hec dominum, vtrum nam venturus esset illuc. responditque dominus: Ecce absconditus est domi. Cucurrerunt itaq et tulerunt eum inde, stetitq in medio populi, et altior fuit i vniuerso populo ab humero et sursuz. Et ait Samuel ad omne populum. Certe videtis quem elegit dns: quoniam non sit similis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, et ait. Uiuat rex. R. Exaudisti domine orationem serui tui, vt edificarem templum nomini tuo. Benedic, et sanctifica domum istam in sempiternum Deus Israel: V. Domine qui custodis pactum cum seruis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Benedic.

Lectio tertia.

LOcutus est aut Samuel ad populum lege regni, et scripsit in libro, et reposuit coram dño: et dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. Sed et Saul abijt in domum suaz in Gabaa, et abijt cum eo pars exercitus quorum tetigerat deus corda. Filij vero Belial dixerunt: Saluare nos poterit iste? Et despexerunt eu, et non attulerunt ei munera. Ille vero dissimulabat se audire. R. Audi domine hymnum, et orationez quam seruus tuus orat coraz te hodie: vt sint oculi tui aperti, et aures tue intente, Super domum istaz die ac nocte. V. Respice domine de sanctuario tuo, et de excelso celorum habitaculo. Super domum.

FERIA TERTIA.

De libro primo Regum. Lec. j.

c. 12. D Ixit autem Samuel ad vniuersum Israel. Ecce audiui vocē vestrā iuxta omnia quę locuti estis ad me, & constitui super vos regem. Et nūc rex graditur ante vos, ego autem senui, & incanui: porro filij mei vobiscum sunt: itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea, vsque ad hanc diē ecce praesto sum. Loquimini de me coram domino, & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum: si quēpiā calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi: & contemnam illud hodie, restituamque vobis. Et dixerunt: Non es calūniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiā. Dixitque ad eos: Testis est dns aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inuenistis in manu mea quippiā. Et dixerunt, Testis. R. Domine si conuersus fuerit populus tuus, & orauerit ad sanctuariū tuum: Tu exaudies de cęlo domine: & libera eos de manibus inimicorum suorum. V. Si peccauerit in te populus tuus, & conuersus egerit pęnitentiam, veniensque orauerit in isto loco. Lectio ij.

A It ait Samuel ad ppl'm: dns qui fecit Moysen, & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Aegypti, adest. Nunc ergo state, & iudicio contendam aduersus vos coram domino de omnibus misericordijs domini, quas fecit vobiscū & cum patribus vestris: quomodo Iacob ingressus est in Aegyptū, & clamauerunt patres vestri ad dominum: & misit dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sūt domini Dei sui, & tradidit eos in manus Sisarę magistri militię Asor, & in manu Philisthiorum, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduersus eos. R. Factum est dum tolleret dominus Eliam per turbinem in cęlum, Eliseus clamabat dicens: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. V. Cumque pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunque, & ascendit Elias per turbinē in cęlū. Eliseus. Lec. iij.

P Ostea autem clamauerūt ad dnm, & dixerunt: Peccauimus: quia dereliquimus dominū, & seruiuimus Baalim, & Astaroth, nūc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemus tibi. Et misit dns Ierobaal, & Badan, et Sāson, et Barac, et Iephtē, et Samuel, & eruit vos de manu inimicorū vestrorū per circuitū, & habitastis confidenter. Videntes autem quod Naas, rex filiorum Ammon, venisset aduersum vos, di-

fistis mihi: Nequaquã, sed rex imperabit nobis cum domin⁹ Deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo presto est rex vester, quem elegistis, & petystis. Ecce dedit vobis dñs regẽ. Si timue ritis dñm, & servieritis ei, & au dieritis vocẽ eius, & nõ exaspe raveritis os dñi: eritis & vos, & rex qui imperat vobis sequẽtes dñm deum vestrũ. ℟. Percus sit. 257. vt in ij. noct. Dñice. pria ppria ij. & iij. fer. hui⁹ heb/ do. dñr in oībus ij. & iij. ferys vs que ad primã dñicã Augusti.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Le. j.

Filius vni⁹ anni erat Saul cũ regnare cepisset, duo bus autem annis regnavit sup Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel, & erant cum saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel, mille autẽ cum Jonatha in Gabaa Be/ niamin: porro ceterum populũ remisit vnumquemq; in taber/ nacula sua. Et percussit Jona/ thas stationem Philisthinoꝝ, quę erat in Gabaa. Quod cũ audissent Philistyĩ, Saul ceci nit buccina i omni terra dicẽs: Audiant Hebrei. Et vniversus Israel audivit huiusmodi fa/ mam. Percussit Saul stationẽ Philisthinorũ: & erexit se Isra/ el adversus Philisthym. Cla/ mavit ergo populus post Saul in Galgala. ℟. Peccavi. 258. vt in tertio nocturno Dñice.

Lectio secunda.

Et Philisthym congrega ti sunt ad preliandum cõ tra Israel triginta millia cur/ ruũ, & sex millia equitũ, & reli quũ vulgus, sicut arena q̃ ẽ i li/ tore maris plurima. Et ascẽdẽ tes castrametati sunt in Mach mas ad orientẽ Bethavẽ. Qd cũ vidissent viri Israel se in ar cto positos, (afflictus enĩ erat populus) abscõderũt se in spe luncis, & in abditis, i petris quo que, & in antris, & in cisternis. Hebrei aũt transierunt Jorda/ nem in terrã Gad & Galaad. Cũq; adhuc esset saul in Gal/ gala, vniversus ppls perterri tus est, qui sequebatur eũ: & ex/ pectavit septẽ diebus iuxta pla citũ samuelis, & nõ venit Sa/ muel in Galgala, dilapsusq; est ppls ab eo. ℟. Exaudisti. 258. vt in secunda feria. Lectio iij.

Ait ergo Saul: Afferte mi hi holocaustũ, & pacifica. Et obtulit holocaustũ. Cumq; complesset offerens holocaustũ ecce Samuel veniebat, & egres sus est Saul obviã ei, vt salu/ taret eum. Locutusque est ad eum Samuel: Quid fecisti? Respondit Saul: Quia vidi q̃ populus dilaberetur a me, & tu non veneras iuxta placi/ tos dies, porro Philisthym congregati fuerant in Mach/ mas, dixi: Nunc descendent Philisthyĩ ad me in Galgala, & faciem domini nõ placavi: ne cessita

cessitate compulsus obtuli holocaustum dño. Dixitq; Samuel ad Saul. Stulte egisti, nec custodisti mãdata dñi dei tui, q̃ precepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc preparasset dñs regnum tuum super Israel i sempiternum, sed nequaquã regnũ tuum vltra cõsurget. Quesiuit dñs sibi virum iuxta cor suum: & precepit ei dominus, vt esset dux super populum suum, eo q̃ non seruaueris quę precepit dominus. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

c.14. De libro primo Regum. Lec. j.

Dixit autem Jonathas ad adolescentem armigerum suum. Ueni transeamus ad stationem incircuncisorum horũ, si forte faciat dñs pro nobis: q2 non est domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis. Dixitq; ei armiger su⁹. Fac omnia quę placent animo tuo, & perge quo cupis, & ero tecum vbicunq; volueris. Et ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos: cũq; apparuerimus eis, si taliter locuti fuerint ad nos: Manete donec ven' amus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. Si autem dixerint: Ascendite ad nos ascendamus: quia tradidit eos dominus in manib⁹ nostris, & hoc erit nobis signum. Apparuit, igitur vterq; stationi Philisthinorum, dixeruntq; Philisthijm: En hebręi egrediuntur de cauernis, in quib⁹ absc̃oditi fuerant. ℟. Preparate. 257.

℟. j. noctur. dominicę. Lec. ij.

Et locuti sunt viri de statione ad Jonatham, & ad armigerum eius, dixeruntq;. Ascendite ad nos, & ostendem⁹ vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum suum. Ascendam⁹, sequere me: tradidit enim dñs eos in manus Israel. Ascendit autem Jonathas, manibus, & pedibus reptans, & armiger ei⁹ post eũ. Itaq; alij cadebãt ante Jonatham, alios armiger eius interficiebat, sequẽs eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Jonathas, & armiger ei⁹, quasi viginti virorum, in media parte iugeris, quã par boum in die arare consueuit. Et factum est miraculum in castris, & per agros. Sed & omnis populus stationis eorũ, qui ierant ad predandum, obstupuit: & cõturbata sunt castra, & accidit quasi miraculum a Deo. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia

Et respexerũt speculatores Saul, qui erãt in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens. Et ait Saul populo, q erat cum eo: Requirite & videte qs abierit ex nobis. Cũq; requisissent, repertum est non adesse Jonatham, & armigerum eius. Et ait Saul ad Achiam: Applica arca dñi. Erat enim ibi arca dei in die illa cum filijs Israel. Cum q;

loqueretur Saul ad sacerdotē, tumultus magnꝰ exortus est in castris Philisthinorum, cresce batq; paulatim, & clarius resona bat. Et ait Saul ad sacerdotē: Contrahe manū tuā. Concla mauit ergo Saul, et oīs popu lus, qui erat cum eo: & venerūt vsq; ad locum certaminis: & ec ce versus fuerat gladius vniuſ cuiusq; ad primū suū, & cędes magna nimis. ℟. Dñs q. 257.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum. Lect. i.

c. 15. Et dixit Samuel ad Saul: Me misit dñs, vt vngerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem domini. Hęc dicit dominus exercituum. Recensui quęcunq; fecit Amalec Israel, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, et percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice a viro vsq; ad mulierem, et paruulum, atq; lactentem, bouem et ouem, camelum et asinum. ℟. Percussit. 257.

Fe. v. noct. Dominicę. Le. ii.

Recepit itaq; Saul populo, & recēsuit eos quasi agnos, ducenta millia peditum & decem millia virorum Iuda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitq; Saul Cinęo: Abite, recedite, atq; descedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderēt de Aegypto. Et recessit Cinęus de medio Amalec. Percussitque Saul Amalec ab Euila donec venias ad Sur, quę ē e regiōe Aegypti: & apprehēdit Agag regem Amalec viuū: omne autē vulgꝰ interfecit i ore gladij. ℟. Mōtes Gelboe. 258. Le. iii.

Et pepercit Saul, & populus Agag, et optimis gregibus ouium, et armentorū, & vestibus, et arietibus, et vniuersis quę pulchra erant: nec voluerunt disperdere ea. Quicquid vero vile fuit, et reprobum, hoc demoliti sunt. Factum autem est verbum domini ad Samuel, dicens: Penitet me, q̄ constituerim Saul regem: quia dereliquit me, et verba mea opere non impleuit. Contristatusque est Samuel, & clamauit ad dñm tota nocte. ℟. Ego te. 258

SABBATHO.

De libro primo Regum. Le. i.

Dixitq; dñs ad Samuelem: Vsquequo tu luges saul, cum ego proiecerim eum ne regnet sup Israel? Imple cornu tuum oleo, et veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemiten: puidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait Samuel: Quomodo vadam? Audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait dominꝰ: Vitulū d armento tolles i manu tua,

nu tua, et dices: Ad immolandū dño veni. Et vocabis Isai ad victimā, et ego ostendam tibi, qd facias: et unges quēcunqz monstrauero tibi. ℟. Peccaui. 258

Quae de feria pro ia sumunt ex iij. noc. vt ibi dr in rub. Lec. ij.

FEcit ergo Samuel sicut locutus est ei dominus. Venitqz in Bethlehē, et admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei, dixeruntqz: Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait: Pacificus. Ad immolandū domino veni: sanctificamini, et venite mecum, vt immolē. Sanctificauit ergo Isai, et filios ei⁹, et vocauit eos ad sacrificium. Cumqz ingressi essent, vidit Eliab, et ait: Num corā dño ē Christus eius? et dixit domin⁹ ad Samuelem: Ne respicias vultum eius, neque altitudinē staturę eius: quoniā abieci eū, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quę parent. Deus autem intuetur cor. ℟. Exaudisti domine. 258. Lectio iij.

ET vocauit Isai Abinadab et adduxit eum corā Samuele: q dixit: Nec hūc elegit dñs. Adduxit aūt Isai Sāma, de quo ait: Etiam hunc nō elegit dominus. Adduxit autem Isai septem filios suos corā Samuele: et ait Samuel ad Isai: Nō elegit dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai. Nunquid iam cōpleti sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, et pascit oues. Et ait Samuel ad Isai: Mitte, et adduc eū. ℟. Audi dñe. fol. 258.

Ad Magnificat. Antiphona.

Preualuit Dauid ī Philisthęū in funda et lapide, in noīe dñi.

DOMINICA IIII.

post Pentecosten.

De libro primo Regum. Le. j.

COngregātes aūt Philisthym agmina sua ī plīu, cōuenerūt ī Socho Iudę: et castrametati sunt inter Socho et Azecha, in finibus Dommim. Porro Saul et filij Israel cōgregati venerunt in vallem Terebinthi, et direxerunt aciem ad pugnandū contra Philisthym, et Philisthym stabant super montem ex parte hac, et Israel stabat supra montem ex altera parte, vallisqz erat inter eos. Et egressus ē vir spurius de castris Philisthinorū nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorū, et palmi: et cassis ęrea super caput eius, et lorica hamata induebat. Porro pōdus loricę eius quinque millia siclorum ęris erat: et ocreas ęreas habebat in cruribus: et clypeus ęreus tegebat humeros eius. Hastile autem hastę eius erat quasi liciatoriū texentium: ipsū autem ferrū hastę eius sexcētos siclos habebat ferri: et armiger ei⁹ antecedebat eum,

c.17

eius. ℟. Preparate corda. 257.
℟. dñice pter. semp dñr i dñicis vsq; ad i dñicā August. Lec. ij.

Stásq; clamabat aduersū phalāgas Israel, ꝛ dicebat eis: Quare venistis parati ad prelium? nunquid ego non sum Philisteus, ꝛ vos serui Saul? eligite ex vobis virum, ꝛ descendat ad singulare certamē. Si quiuerit pugnare mecum, ꝛ percusserit me: erim⁹ vobis serui. Si autem ego preualuero, ꝛ percussero eum: vos serui eritis ꝛ seruietis nobis. Et aiebat Philistheus: Ego exprobraui agminibus Israel hodie: Date mihi virum, ꝛ ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, ꝛ omnes Israelite sermões Philisthei huiuscemodi, stupebāt, ꝛ metuebāt nimis. ℟. Deus omnium. 257. Lec. iij.

Dauid autē erat filius viri Ephrathei, de quo supra dictū est, de Bethlehem Juda, cui nomē erat Isai, q habebat octo filios, ꝛ erat vir i dieb⁹ Saul senex, ꝛ grandeuus inter viros. Abierunt autē tres filij eius maiores post Saul in prelium: ꝛ nomina triū filiorū ei⁹ qui perrexerūt ad bellū, Eliab primogenitus, ꝛ secūdus Aminadab: tertius quoq; Samma. Dauid autē erat minimus. Tribus ergo maiorib⁹ secutis Saulem, abijt Dauid, ꝛ reuersus est a Saul vt pasceret gregē patris sui in Bethlehem. Procedebat vero Philisthe⁹ mane, ꝛ vespere, ꝛ stabat quadraginta dieb⁹. ℟. Dñs qui eripuit. 257.

Sermo s. August. epi. Lec. iiij.

Stabant filij Israel contra aduersarios quadraginta dieb⁹. Quadraginta dies propter quatuor tēpora, ꝛ quatuor partes orbis terre, vitam presentē significant, in qua cōtra Goliath vel exercitum eius idest contra diabolum, ꝛ angelos eius, Christianorum populus pugnare non desinit: nec tamen vincere posset, nisi ver⁹ Dauid Christus cum baculo, idest cū crucis mysterio descēdisset. Ante aduentū enim Christi fratres carissimi, solutus erat diabolus: veniens Christus fecit de eo, quod in euangelio dictum est: Nemo potest intrare in domum fortis, ꝛ vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortē. Venit ergo Christus, ꝛ alligauit diabolū. ℟. Percussit 257

Lectio quinta.

Sed dicit aliquis: Si alligat⁹ est, quare adhuc tm̄ preualet? Uerum est fratres carissimi, q: multū preualet, sed tepidis, negligentibus, ꝛ Deum in veritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tā quā innexus canis catenis, ꝛ neminem potest mordere nisi eum, q se illi mortifera securitate cōiunxerit. Iam videte fratres, quā stultus est homo ille, quē canis in catena positus mordet. Tu te illi

illi per voluptates & cupiditates seculi noli coniungere: & ille ad te nõ presumet accedere. Latrare põt, sollicitare potest, mordere omnino nõ potest, nisi volentem. Non enim cogendo sed suadẽdo nocet: nec extorquet a nobis consensum, sed petit. ℟. Montes Gelboe. 258. Lec. vi.

Venit ergo Dauid, & inuenit Iudeorum populum contra diabolum preliantem, & cuz nullus esset, qui presumeret ad singulare certamẽ accedere ille qui figurã Christi gerebat, processit ad prelium, tulit baculum in manu sua, & exijt contra Goliath, & in illo quidem tũc tũc figuratum est, quod in domino Iesu Christo completuz est. Venit enim verus Dauid Christus: qui contra spiritualem Goliath, idest contra diabolum pugnaturus crucem suã ipse portauit. Videte fratres, vbi Dauid Goliath percusserit in fronte vtique, vbi crucis signaculum non habebat. Sicut enim baculus, crucis typuz habuit: ita etiam & lapis ille, de quo percussus est, Christum dominum figurabat. ℟. Ego te tuli. folio 258.

FERIA SECVNDA.

De libro primo Regum. Lec. i.

Et dixit vnus quispiã de Israel: Num vidistis virũ hũc qui ascendit? ad exprobranduz enim Israel ascẽdit. Virũ ergo qui percusserit euz, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domuz patris eius faciet absq; tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros qui stabãt secuz dicens: Quid dabitur viro qui percusserit Philistheũ hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philistheus incircuncisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? ℟. Recordare. 258.

Fe. ia preterite hebd. & nr̃ eodem ordine in omnib⁹ hebd. vsq; ad primã hebd. August. Lec. ij.

Audita sunt aũt verba, q̃ locutus ẽ Dauid, & annũciata i conspectu Saul: ad quẽ cũ fuisset adductus, locutus est ei: Nõ cõcidat cor cuiusquã i eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philistheum. Et ait Saul ad Dauid. Non vales resistere Philistheo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es: hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. ℟. Exaudisti. 258. Lectio iij.

Dixitq; Dauid ad Saul: Pascebat seru⁹ tu⁹ patris sui gregẽ, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietẽ d̃ medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebãq; d̃ ore eorũ, & illi cõsurgebãt aduersuz me, & apprehendebam mentuz eoruz, & suffocabaz, interficiebãque eos: nam & leonem, & vrsuz interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philistheus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis.

℟. Au/

℟. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA

De libro primo Regum. Lec. i.

c. 17. Induit Saul David vestimentis suis, et imposuit galeã ereã super caput eius, et vestiuit eũ lorica. Accinctus ergo David gladio eius super vestẽ suam cepit tẽtare, si armatus posset incedere: non enim habebat ↄsuetudinem. Dixitque David ad Saul: Non possuz sic incedere: quia non vsum habeo. Et deposuit ea, et tulit baculũ suũ, quez semper habebat in manibus: et elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente, et misit eos in peram pastoralem, quã habebat secũ, et fundã manu tulit, et processit aduersum Philisthęũ.

℟. Domine si. 259. Lectio ij.

Ibat aũt Philisthęus incedens, et appropinquãs aduersuz David, et armiger eius ante euz. Cũq; inspexisset Philisthęus, et vidisset David, despexit eum. Erat autem adolescẽs rufus, pulcher aspectu. Et dixit Philisthęus ad David: Nũquid ego canis sum, q̃ tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthęus David in diis suis: dixitque ad David: Ueni ad me, et dabo carnes tuas volatilibus cęli: et bestijs terrę. Dixit autez David ad Philisthęum. Tu venis ad me cum gladio, et hasta, et clypeo: ego autem venio ad te in nomine dñi exercituũ Dei agminũ Israel, quibus exprobrasti hodie: et dabit te dominus in manu mea, et percutiam te, et auferam caput tuum a te: et dabo cadauera castrorũ Philisthęym hodie volatilibus cęli, et bestijs terrę: vt sciat omnis terra: q: est Deus in Israel.

℟. Factuz. 259. Lectio iij.

Cũ ergo surrexisset Philisthęus, et veniret, et appropinquaret contra David: festinauit David, et cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthęi et misit manuz suam in peram, tulitque lapidem vnum, et funda iecit, et circunducens percussit Philisthęum in fronte eius, et infixus est lapis in fronte eius, et cecidit in faciem suã super terram: pręualuitq; David aduersum Philisthęum in funda, et lapide, percussumque Philisthęum interfecit. Cumque gladium non haberet in manu David, cucurrit, et stetit super Philisthęuz, et tulit gladiũ eius, et eduxit eum de vagina sua, et interfecit eum, pręciditque caput eius.

℣. Percussit Saul mille. 257.

FERIA QVARTA.

De libro primo Regum. Lec. i.

c. 18. Porro cũ reuerteretur percusso Philisthęo David, et ferret caput eius in Ierlm, egressę sunt mulieres d̃ vniuersis vrbibus Israel, cãtãtes, et chorosq; ducẽtes in occursuz Saul regis in tympanis lętitię, et in sistris, et pręcinebant mulieres, ludentes

tes, atque dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. Iratus est autem Saul nimis & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque: Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? ℟ Peccavi. 248. Lec. ij.

Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat David a die illa, & deinceps. Post diem autem alteram, invasit spiritus Dei malus Saul, et prophetabat in medio domus suae: David autem psallebat manu sua: sicut per singulos dies. Tenebatque Saul lanceam, et misit eam putans, quod configere posset David cum pariete: & declinavit David a facie eius secundo. Et timuit Saul David, eo quod Dominus esset cum eo, et a se recessisset. Amovit ergo eum Saul a se: & fecit eum tribunum super mille viros. ℟ Exaudisti. 158. Lectio tertia.

Et egrediebatur, et intrabat in conspectu populi. In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaque Saul, quod prudens esset nimis, et cepit cavere eum. Omnis autem Israel, et Iuda diligebat David. Ipse enim egrediebatur, et ingrediebatur ante eos. Dixitque Saul ad David: Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi uxorem: tantummodo esto vir fortis, & preliare bella Domini. ℟ Audi Domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro primo Regum. Lec. j. c. 19.

Locutus est autem Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David. Porro Ionathas filius Saul diligebat David valde. Et indicavit Ionathas David dicens: Querit Saul pater meus occidere te: quapropter observa te quaeso mane, et manebis clam, et absconderis. Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro, ubicunque fuerit: et ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunque videro nunciabo tibi. ℟ Preparate. 257. Lectio ij.

Locutus est ergo Ionathas de David bona ad Saul patrem suum, dixitque ad eum: Ne pecces rex in servum tuum David: quia non peccavit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde: & posuit animam suam in manu sua: & percussit Philisthaeum: & fecit Dominus salutem magnam universo Israeli: vidisti, & letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Quod cum audisset Saul, placatus voce Ionathe, iuravit: Vivit dominus, quia non occidetur. ℟ Deus omnium. 257. Lectio iij.

Motum est autem rursum bellum: & egressus David pugnavit adversum Philisthym, percussitque eos plaga magna, & fugerunt a facie eius. Et factus est spiritus Domini malus in Saul. Sedebat

bat aũt in domo sua, & tenebat lanceam: porro Dauid psallebat manu sua: nisusq; est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid a facie Saul: lácea aũt casso vulnere perlata est in parietẽ, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. ℟. Dominus qui. 257.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum. Lec. j.

Fugit autẽ Dauid d Naioth, quę est i Ramatha: veniensq; locutus est corã Jonatha. Quid feci? quę est iniquitas mea: & quod peccatũ meũ in patrem tuũ? quia quęrit animam meam. Qui dixit ei: Absit: non morieris: neq; enim faciet pater meus quicquã grãde vel paruũ, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit a me pr̃ meus sermonẽ tantum modo? nequaquam erit istud. ℟. Percussit. 257. Lectio ij.

Et iurauit rursum Dauidi, & ille ait. Scit profecto pater tuus, q: inueni gr̃am in oculis tuis: & dicet: Nesciat hoc Jonathas, ne forte tristetur. Quinimo viuit dñs, & viuit anima tua, quia vno tantũ, vt ita dicã, gradu ego morsq; diuidimur. Et ait Jonathas ad Dauid: Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. ℟. Montes. 258. Lectio iij.

Dixit autẽ Dauid ad Jonathã: Ecce calendę sũt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regẽ ad vescendũ: dimitte ergo me, vt abscondar in agro vsq; ad vesperã diei tertię. Si respiciẽs requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatẽ suã, quia victimę solẽnes ibi sunt vniuersis contribulib⁹ suis. Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo: si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ei⁹. ℟. Ego te tuli de domo. 258.

SABBATHO.

De libro primo Regum. Le. j.

Uenit autẽ Dauid in Nobe ad Achimelech sacerdotẽ, & obstupuit Achimelech, eo q venisset Dauid, & dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait Dauid ad Achimelech sacerdotem: Rex pręcepit mihi sermonẽ: & dixit, Nemo sciat rem propter quã missus es a me, & cuiusmodi pręcepta tibi dederim: nam pueris meis condixi in illum, & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manũ, vel quinq; panes: da mihi, aut quicqd inueneris. ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Et respõdens sacerdos ad Dauid ait illi: Nõ habeo laicos panes ad manũ, sed tãtũ panem sanctũ: si mundi sũt pueri, maxime a mulieribus. Et respõdit Dauid sacerdoti, & dixit ei: Et quidem si de mulieribus agitur: continuim⁹ nos ab heri, & nudius terti⁹, quãdo egrediebar

bamur, & fuerunt vasa puerorum sancta: porro via hec polluta est. sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem: neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis: qui sublati fuerant a facie domini, vt ponerentur panes calidi. ℟. Exaudisti. 258. Lec. iij.

Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo domini, & nomen eius Doeg Idumeus: potentissimus pastorum Saul. Dixit autem Dauid ad Achimelech. Si habes hic ad manum hastam, aut gladium, da mihi: quia gladium meum & arma mea non tuli mecum: sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthei, quem percussisti in valle Terebinthi, est inuolutus pallio post Ephod: si istum vis, tolle: neque enim hic est alius absque eo. Et ait Dauid: Non est huic alius similis: da mihi eum. ℟. Audi. 258. Ad Mag. Antiphona. Montes Gelboe nec ros, nec pluuia veniant super vos, quia in te abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo: quomodo ceciderunt fortes in bello? Ionathas in excelsis interfectus est: Saul & Ionathas amabiles: & decori valde in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi.

Si post Pent. vsque ad i. dominicam Augusti, que est in Rub. fol. 284. posita, est primior cal. Augusti, fuerint tantum sex Dominice, liber secundus Regum, cum Antiphona in sabbatho precedenti, legitur in dominica iiij. Et Tertius in v. Et Quartus in vj. & per earum hebdomadas. Si fuerint septem dominice, liber tertius cum Antiphona in sabbatho legitur in vj. Et quartus in vij. & per earum hebdomadas: si fuerint viij. liber iiij. cum Antiphona in sabbatho, legitur in dominica viij. & per eius hebdomadam.

DOMINICA V.

post Pentecosten:

Incipit liber secundus Regum. Lectio i.

Factum est autem postquam mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur a cede Amalech, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul, veste conscissa, & puluere conspersus caput: & vt venit ad Dauid cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eum Dauid. Vnde venis? Qui ait ad eum: De castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid: quod est verbum quod factum est? indica mihi. Qui ait. Fugit populus ex prelio, & multi corruentes e populo mortui sunt: sed & Saul, & Ionathas filius eius interierunt. ℟. Preparate. 257. Lectio ij.

Dixitque Dauid ad adolescentem, qui nunciabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Iona-

& Jonathas filius eius? Et ait adolescens, qui nunciabat ei: Casu veni in montē Gelboe, & Saul incumbebat super hastā suā: porro currus & equites appropinquabant ei, & conuersus post tergū suū, vidensq; me, vocauit. Cui cū respondissem, Ad sum: dixit mihi. Quisnā es tu? & aio ad eum: Amalecites ego sum: & locutus est mihi: Sta super me, & interfice me, quoniā tenent me angustię, & adhuc tota anima mea in me est: stansq; super eum, occidi illum: sciebā enim quod viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema, quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meū huc. ℟. Deus omniū. 257. Le. iii.

Apprehendens autē David vestimēta sua scidit, omnesq; viri, qui erāt cum eo: & planxerunt, & fleuerūt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperam super Saul, & sup Jonathā filiū eius: & super populū domini, & super domū Israel, eo q corruissēt gladio. Dixitq; David ad iuuenem qui nunciauerat ei. Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduenę Amalecitę ego sum. Et ait ad eū David: Quare non timuisti mittere manū tuā, vt occideres Christū domini? Vocansq; David vnum de pueris suis, ait: Accedēs irrue in eū. Qui percussit illū, & mortuus est. ℟. Dñs qui erip. 257.

Ex libro Moraliū S. Gregorij Pape. Lectio quarta.

Quid est q David qui retribuētibus mala nō reddidit, cū Saul & Jonatas occūberent, Gelboe montibus maledicit? dicens: Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neq; sint agri primitiarū: quia ibi abiectus est clypeus fortiū, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. Quid est, quod Jeremias cum predicationē suā cerneret audientiū difficultate prepediri, maledicit? dicens, Maledictus vir, qui annunciauit patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus. ℟. Percussit. 257.

Quid ergo mōtes Gelboe Saul moriente deliquerunt? quatenus in eos, nec ros, nec pluuia caderet, & ab omni eos viriditatis germine sentencię sermo siccaret. Sed q: Gelboe interpretatur decursus, per Saul autem vnctum & mortuū mors nostri mediatoris exprimitur, non immerito per Gelboe montes, superba Judęorū corda designantur: quę dum in huius mundi desiderijs defluunt, in Christi, idest vncti se morte miscuerūt, & quia in eis vnctus rex corporaliter moritur ipsi ab omni gratię rore siccantur. ℟. Montes Gelboe. 258.

De quibus & bene dicit: vt agri primitiarū esse non possint. Superbę quippe Hebreo-

bręorum mentes primitiuos fru ctus non ferunt, quia in redem ptoris aduētu ex parte maxima in perfidia remanentes, primor dia fidei sequi noluerūt. Sācta nanque ecclesia i primitijs suis multitudine gentiū fęcundata vix in mundi fine Judęos quos inuenerit suscipit, ⁊ extrema col ligens, eos quasi reliquias fru gum ponit. R. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro secundo Regum. Le. i.

Igitur post hęc consuluit Dauid dominum, dicēs. Num ascendam in vnam de ci uitatibus Juda? Et ait domin⁹ ad eum: Ascende. Dixitqꝫ Da uid: Quo ascendam? ⁊ respon dit ei: In Hebron. Ascendit er go Dauid, ⁊ duę vxores eius Achinoam Jezraelitis, ⁊ Abi gail vxor Nabal Carmeli: sed ⁊ viros qui erant cum eo, du xit Dauid singulos cum domo sua: ⁊ manserunt in oppidis He bron. Veneruntque viri Juda, ⁊ vnxerunt ibi Dauid, vt regna ret super domum Juda. R. Re cordare. 258. Le. ij.

Et annunciatū ē Dauid, qꝫ viri Jabes Galaad se pelissent Saul. Misit ergo Da uid nūcios ad viros Jabes Ga laad, dixitqꝫ ad eos: Benedicti vos a domino, qui fecistis mise ricordiā hanc cum domino ve stro Saul, ⁊ sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidē do minus misericordiā ⁊ veritatē: sed ⁊ ego reddam gratiā, eo qꝫ fecistis verbū istud. Confortēn tur manus vestrę, ⁊ estote filij fortitudinis: licet enim mortu⁹ sit dominus vester Saul, tamē me vnxit domus Juda in regē sibi. R. Exaudisti. 258. Le. iij.

Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul tulit Jsboseth filiū Saul, ⁊ cir cunduxit eum per castra, regē que constituit super Galaad, ⁊ super Assuri, ⁊ sup Jezrahel, ⁊ super Ephraim, ⁊ super Be niamin, ⁊ super Jsrael vniuer sum. Quadraginta annorū erat Jsboseth filius Saul cum re gnare cępisset super Jsrael, ⁊ duobus annis regnauit: sola au tem domus Juda sequebatur Dauid. Et fuit numerus die rum, quos commoratus est Da uid imperans in Hebron super domū Juda, septē annorū, ⁊ sex mensiū. R. Audi domine. 358.

FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum. Le. i.

Cum ergo esset pręliū inter domū Saul, ⁊ domū Da uid: Abner filius Ner regebat domū Saul. Fuerat aūt Sauli cōcubina nomine Respha, filia Aia. Dixitqꝫ Jsboseth ad Ab ner. Quare ingressus es ad ocu binā pr̄is mei? Qui iratus nimis ꝓpter verba Jsboseth, ait: Num quid caput canis ego sum aduer sus Judā hodie, qꝫ fecerim mise ricordiā super domū Saul pr̄is tui, ⁊ super fratres, ⁊ proximos

ca. 3.

eius:et non tradidi te in manus David:et tu requisisti in me qd argueres pro muliere hodie? Hec faciat deus Abner, et hec addat ei, nisi quomodo iurauit dñs David, sic faciam cũ eo, vt transferatur regnũ de domo Saul.

℟. Dñe si conuer. 259. Lec. ij.

Misit ergo Abner nuncios ad David pro se dicẽtes Cuius est terra? et vt loquerent, Fac mecum amicitias, et erit manus mea tecum, et reducam ad te vniuersũ Israel. Qui ait: Optime ego faciam tecum amicitias: sed vnam rem peto a te, dicens: Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi Michol filiam Saul: et sic veniens, videbis me. Misit autem David nuncios ad Isboseth filium Saul, dicens: Redde vxorem meam Michol, quã despondi mihi centũ preputijs Philisthijm. Misit ergo Isboseth, et tulit eam a viro suo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturqȝ eam vir suus plorans vsque Bahurim: et dixit ad eum Abner: Vade, et reuertere. Qui reuersus ẽ.

℟. Factum est. 259. Lect. iij.

Sermonem quoqȝ intulit Abner ad seniores Isrl', dicẽs: Tã heri, quã nudius tertius q̃rebatis David, vt regnaret super vos: nunc ergo facite, quoniã dñs locutus est ad David, dicens: In manu serui mei David saluabo ppl'm meũ Isrl' de manu Philisthijm, et omnium inimicorũ eius. Locutus est autẽ Abner etiã ad Beniamin: et abijt, vt loqueretur ad David in Hebron oia, que placuerant Israeli, et vniuerso Beniamin: venitqȝ ad David in Hebrõ cũ viginti viris, et fecit David Abner, et viris eius qui venerãt cũ eo conuiuiũ: et dixit Abner ad David. Surgã, vt congregẽ ad te dñm meum regem oẽm Israel.

℟. Percussit. 257.

FERIA QVARTA

De libro secundo regum. Lec. j.

Venientes igitur filij Remmõ Berothite, Rechab et Baana, ingressi sunt feruente die domum Isboseth: qui dormiebat super stratum suũ meridie. Et ostiaria domus purgãs triticum obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, et percusserunt eum in inguine Rechab, et Baana frater eius, et fugerunt. Cum autem ingressi fuissent domum, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, et percutiẽtes interfecerunt eũ. sublatoqȝ capite eius abierunt per viã deserti tota nocte et attulerũt caput Isboseth ad David in Hebron, dixeruntqȝ ad regem: Ecce caput Isboseth, filij Saul, inimici tui.

℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Respõdens autẽ David Rechab, et Baana fratri eius filijs Remmõ Berothite, dixit ad eos. Viuit dominus, qui eruit ani/

animã meã de omni angustia: quoniam eum, qui annunciauerat mihi, et dixerat, Mortuus est Saul, qui putabat se prospera nũciare, tenui, et occidi eũ i Siceleg: cui oportebat mercedẽ dare pro nuncio: quãto magis nũc cũ homines impij interfecerũt virũ inopem i domo sua super lectũ suũ, non queram sanguinẽ eius de manu vestra, et auferam vos de terra? Precepit itaque Dauid pueris suis, et interfecerunt eos, precidentesque manus et pedes eorũ, suspenderunt eos super piscinã in Hebron: caput autem Isboseth tulerunt et sepelierũt in sepulchro Abner in Hebron. ℞. Exaudisti. 258. Lectio tertia.

Et venerunt vniuerse tribus Israel ad Dauid in Hebron dicẽtes: Ecce nos os tuũ et caro tua sumus, sed et heri et nudius tertius, cum esset Saul rex super nos, tu eras educens et reducens Israel. Dixit autem dñs ad te: Tu pasces populũ meũ Israel, et tu eris dux sup Israel. Venerũt quoque et seniores Israel ad regẽ in Hebrõ et percussit cũ eis rex Dauid fedus in Hebron coram dño. Vnxeruntque Dauid in regẽ super Israel. Filius triginta annorũ erat Dauid cũ regnare cepisset, et quadraginta annis regnauit. In Hebrõ regnauit super Judã septẽ annis, et sex mensibus: in Jerusalẽ autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel, et Judã. Et abijt rex, et oẽs viri, qui erant cum eo, in Jerusalem ad Jebuseum habitatorem terre: dictumque est Dauid ab eis: Nõ ingredieris huc, nisi abstuleris cecos, et claudos, dicentes: Nõ ingredietur Dauid huc. Cepit aũt Dauid arcem Siõ: hec est ciuitas Dauid. ℞. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro secundo Regũ. Lec. j.

Congregauit aũt rursus Dauid oẽs electos ex Isrl triginta millia: surrexitque Dauid et abijt et vniuersus populus qui erat cũ eo de viris Juda, vt adducerẽt arcã Dei, sup quã inuocatũ est nomẽ dñi exercituum sedentis in Cherubim super eã: et imposuerunt arcã Dei super plaustrum nouũ, tuleruntque eã de domo Abinadab, qui erat in Gabaa. Oza autem, et Ahio filij Abinadab minabant plaustrum nouũ. ℞. Preparate. 257. L. ij.

Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat i Gabaa custodiẽs arcã dei, Ahio precedebat arcã: Dauid aũt et omnis Israel ludebãt coram dño in omnibus lignis fabrefactis, et citharis, et lyris, et tympanis, et sistris, et cymbalis. Postquam autem venerunt ad areã Nachon, extẽdit Oza manũ ad arcã dei, et tenuit eã, qm calcitrabant boues, et declinauerunt eã. Iratusque est indignatione dñs cõtra Ozã, et per/

percussit eũ super temeritate: q mortuus est ibi iuxta arcã dei. ℟. Deus omniũ. 257. Lec. iij.

Contristatus est aũt David, eo q percussisset dñs Ozam: & vocatũ est nomen loci illius: Percussio Ozę, usq in diez hanc. Et extimuit David dominum in die illa, dicens. Quomodo ingrediet ad me arca domini? & noluit divertere ad se arcam domini in civitatem David, sed divertit eaz in domum Obededom Gethei. Et habitauit arca domini i domo Obededom Gethei tribus mensibus, & benedixit dominus Obededom, & omnem domum eius. Nunciatumq est regi David, q benedixisset dominus Obededom, & omnia eius propter arcã Dei. Dixitq David: Ibo & reducam arcam cum benedictione in domũ meã. Abijt ergo David, & adduxit arcam dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio. ℟. Dominus qui. 257.

FERIA SEXTA.

De libro primo Regum. Lec. j.

ca. 7. Et ecce sermo dñi ad Nathan dicẽs: Vade & loquere ad servuz meũ David. Hęc dicit dñs. Nunqd tu ędificabis mihi domum ad habitandum? Necq eniz habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Isrl' d terra Aegypti usq in diez hãc: sed ambulabaz in tabernaculo & i tẽtorio per cuncta loca, quę transiui cum omnibus filijs Israel. ℟. Percussit. 267. Lec. ij.

Nunquid loquens locut' suz ad unaz de tribubus Israel, cui pręcepi, vt pasceret populuz meũ Israel dicens: Quare non ędificastis mihi domuz cedrinã: Et nunc hęc dices servo meo David: Hęc dicit dominus exercituum: Ego tuli te de pascuis, sequentẽ greges, vt esses dux super populuz meum Israel: & fui tecuz in omnibus vbicunque ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua, feciq tibi nomen grande iuxta nomen magnorũ, qui sunt in terra. Et ponã locuz populo meo Israel, & plãtabo eũ, & habitabit sub eo, & nõ turbabit amplius: nec addẽt filij iniqtatis, vt affligãt eũ, sicut prius, ex die qua cõstitui iudices sup populũ meũ Isrl': & requiẽ dabo tibi ab oib' inimicis tuis, pdicitq tibi dñs quod domũ faciat tibi dominus. ℟. Montes Gelboe. 258. Lec. iij.

Cumq cõpleti fuerit dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, suscitabo semen tuũ post te, quod egrediet de vtero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipse ędificabit domũ nomini meo, & stabiliã thronũ regni eius usq in sempiternũ. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ: q si inique aliqd gesserit, arguã eũ in virga viroz, & i plagis filiorz hoiuz. Misericordiã aũt meaz non

non auferã ab eo, sicut abstuli a Saul, quez amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsq in eternũ ante faciem tuam, & thronus tu⁹ erit firm⁹ iugiter. Secundũ omnia verba hec, & iuxta vniuersaz visioné istã sic locutus est Nathã ad Dauid. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro secundo Regum. L. j.

Factum est autez vertẽte anno, eo tẽpore quo solẽt reges ad bella procedere, misit Dauid Joab, & seruos suos cũ eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios Ammõ, & obsederunt Rabba: Dauid aũt remãsit in Jerusalẽ. Dum hec agerẽtur, accidit quadam die, vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regie, viditq mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit que esset mulier: nũciatumque est ei, q ipsa esset Bethsabee filia Eliam vxor Urie Ethei. Missis itaq Dauid nuncijs tulit eam. ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Et reuersa est i domũ suã concepto fetu: mittensq nũciauit Dauid, & ait. Cõcepi. Misit autẽ Dauid ad Joab, dicẽs. Mitte ad me Uriã Ethẽũ. Misitq Joab Uriã ad Dauid. Et venit Urias ad Dauid, que sivitq Dauid, quã recte agerẽt Joab, & populus, & quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Uriã: Uade i domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Urias de domo regis, secutusq est eum cibus regius. Dormiuit autez Urias ante portã domus regie cum alijs seruis dñi sui, & non descendit ad domũ suam. Nunciatũq est Dauid a dicentib⁹: Nõ iuit Urias in domũ suã. Et ait Dauid ad Uriã: Nunqd nõ de via venisti? quare non descendisti i domũ tuã? Et ait Urias ad Dauid. Arca Dei, & Israel, & Juda habitant in papilionibus, & dñs meus Joab, & serui dñi mei sup faciez terre manẽt: & ego ingrediar domuz meaz, vt comedã, & bibam, & dormiam cuz vxore mea? ℟. Exaudisti. 258. Lc. iij.

Ait ergo Dauid ad Uriã: Mane hic etiam hodie, & cras dimittã te. Mãsit Urias in Jerusalẽ in die illa, & altera: & vocauit eum Dauid vt comederet corã se & biberet, et inebriauit eũ: q egressus vespere dormiuit i stratu suo cũ seruis dñi sui & in domũ suã non descẽdit. Factũ est ergo mane: & scripsit Dauid epistolã ad Joab, misitq p manuz Urie scribens in epistola. Ponite Uriã ex aduerso belli, vbi fortissimum est prelium: & derelinquite eũ, vt percussus intereat. Igitur cuz Joab obside ret vrbem, posuit Uriam in loco, vbi sciebat viros esse fortissimos

mos, egressique viri de ciuitate bellabant aduersus Joab, et ceciderunt de populo seruorum David, et mortuus est etiam Urias Hetheus. ℟. Audi dñe. 258.

Ad Magnificat. Antiphona.

Obsecro dñe aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi.

DOMINICA VI. post Pentecosten.

De libro secundo Regum. c. xij.

a.12. Misit ergo dominus Nathan ad David qui cum venisset ad eum, dixit ei, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues et alter pauper. Diues habebat oues, et boues plurimos valde: pauper autem nihil habebat omnino, preter ouem vnam paruulam, quam emerat et nutrierat, et que creuerat apud eum cum filiis eius simul, de pane illius comedens, et de calice eius bibens, et in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem, parcens ille sumere ex ouibus, et de bobus suis, vt exhiberet conuiuium peregrino illi qui venerat ad se, tulit ouem viri pauperis, et preparauit cibos homini, qui venerat ad se. ℟. Preparate. 257. Lect. ij.

Iratus autem indignatione David aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan. Viuit dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc: ouem reddet in quadruplum, eo quod fecerit verbum istud, et non pepercerit. Dixit autem Nathan ad David: Tu es ille vir. Hec dicit dominus Deus Israel. Ego vnxi te in regem super Israel, et ego erui te de manu Saul, et dedi tibi domum domini tui, et vxores domini tui in sinu tuo, dedique tibi domum Israel, et Juda: et si parua sunt ista, adiiciam tibi multo maiora. Quare ergo contempsisti verbum domini, vt faceres malum in conspectu meo? Uriam Hetheum percussisti gladio, et vxorem illius accepisti in vxorem tibi, et interfecisti eum gladio filiorum Amon. ℟. Deus oĩum. 257. Lect. iij.

Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum, eo quod despexeris me, et tuleris vxorem Urie Hethei vt esset vxor tua. Itaque hec dicit dominus: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, et tollam vxores tuas in oculis tuis, et dabo proximo tuo: et dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti abscondite, ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, et in conspectu solis. Et dixit David ad Nathan: Peccaui dño. Dixitque Nathan ad David: Dñs quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Ueruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen dñi propter verbum hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et reuersus

est Nathan in domū suam: per cussit quoqȝ dominus paruulū quem pepererat vxor Vrię Dauid, ⁊ desperatus est. Deprecatusq̄ est Dauid dominum pro paruulo, ⁊ ieiunauit Dauid ieiunio, ⁊ ingressus seorsum iacuit sup terrā. ℞ Dñs q eri.257.

Ex libro S. Ambrosij episcopi de apologia Dauid. Lect.iiij.

Vnusquisq̄ nostrum p singulas horas, quā multa delinquit? ⁊ tamen vnusquisq̄ de plebe peccatum suum confitendum non putat. Ille rex tantus, ac potens, ne exiguo quidē momento manere penes se delicti passus est conscientiā, sed pmatura confessione, atque immenso dolore, reddidit peccatū suū dño. Quē mihi nūc faci le reperias honoratū ac diuitē, q si arguat alicui' culpę reus, nō moleste ferat? At ille regio clarus iperio, tot diuinis pdat' oraculis, cū a priuato hoie corripe retur, q grauiter deliqisset, non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpę dolore. ℞. Percussit.257. Lec.v.

Denique dñm dolor intimi mouit affect', vt Nathā diceret: Quoniam pęnituit te: ⁊ dominus trāstulit peccatum tuū. Maturitas itaq̄ venię pfundā regis fuisse pęnitētia declarauit: quę tanti erroris offensam traduxerit. Alij homines cū a sacerdotibus corripiūtur, peccatū suū ingrauāt, dū negare cupiunt, aut defendere, ibiq̄ eorū lapsus est maior, vbi despe rat correctio. Sancti aūt domini, qui consummare pium certamē gestiūt, ⁊ currere cursum salutis, sicubi forte, vt homines corruerint, naturę magis fragilitate, quā peccādi libidine, acrius ad currendum resurgūt, pudoris stimulo maiora reparātes certamina: vt nō solū nullū attulisse ęstimetur lapsus impedimentū, sed etiam velocitatis incētiua cumulasse. ℞. Montes Gelboe.258. Lectio sexta.

Peccauit Dauid, quod solent reges: sed pęnitentiā gessit, fleuit, ingemuit, quod nō solēt reges. Cōfessus est culpā, obsecrauit indulgentiaȝ, humi stratus deplorauit ęrumnam, ieiunauit, orauit, confessionis suę testimonium in perpetua secula vulgato dolore trāsmisit. Quod erubescunt facere priuati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent suū negare peccatum: dedignātur rogare indulgentiam, quā petebat qui nullis tenebatur legibus humanis. Quod peccauit, cōditionis est: quod supplicauit, correctionis: lapsus cōmunis, sed specialis cōfessio. Culpā itaq̄ incidisse, naturę est: delesse virtutis. ℞. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro secundo Regum. L.j.

Porro non est locutus Absalom ad Amnon, nec ma

 lum

lum, nec bonum: oderat enim Absalom Amnó, eo quod violasset Thamar sororé suam. Factú est auté post tempus biénij, vt tóderent oues Absaló in Baalhasor, q́ est iuxta Ephraim: et vocauit Absalom omnes filios regis, venitq; ad regé, et ait ad eum: Ecce tondétur oues serui tui: veniat oro Rex cum seruis suis ad seruum suum. Dixitq; rex ad Absalom. Noli fili mi, noli rogare vt veniamus oés, et grauemus te. Cum autez cogeret eum, et noluisset ire, benedixit ei. R. Recordare. 258. L. ij.

Et ait Absalom: Si nó vis venire, veniat obsecro nobiscú salté Amnon frater me9. Dixitq; ad eum rex: Nó est necesse vt vadat tecú. Coegit itaque Absalom eú, et dimisit cum eo Amnon, et vniuersos filios regis: feceratq; Absalom conuiuium quasi conuiuium regis. Preceperat autem Absaló pueris suis, dicens: Obseruate, cú temulentus fuerit Amnó vino, et dixero vobis, Percutite euz: et interficite: nolite timere: ego enim sum qui precipio vobis: roboramini, et estote viri fortes. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersus Amnon sicut preceperat eis Absalom. Surgentesq; oés filij regis ascenderunt singuli mulas suas, et fugerunt. R. Exaudisti 258. Lectio iij.

Cumque adhuc pergerét in itinere, fama peruenit ad Dauid dicés: Percussit Absalom omnes filios regis, et nó remansit ex eis saltez vn9. Surrexit itaq; rex, et scidit vestiméta sua, et cecidit super terraz, et omnes serui illius, qui assistebant ei, sciderút vestiméta sua. Respondens autem Jonadab, filius Sémaa, fratris Dauid, dixit: Ne estimet dñs meus rex q; omnes pueri filij regis occisi sint. Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Núc ergo ne ponat domin9 meus rex super cor suum verbuz istud dicens: omnes filij regis occisi sút: quoniam Amnon solus mortu9 est. Fugit autem Absalom. R. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.

De libro secundo Regum. L. j.

Cum ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regez, cecidit corá eo sup terrá, et adorauit, et dixit. Serua me rex. Et ait ad eam rex. Quid cause habes? Que rñdit: Heu mulier vidua ego sum, mortuus est enim vir meus: et ancille tue erát duo filij, qui rixati sunt aduersus se in agro, nullusq; erat, q eos phibere posset: et percussit alter alterum, et interfecit euz. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuaz dicit: trade eum, qui percussit fratré suú: vt occidamus eú p aia fratris sui, quem interfecit, et deleamus

mus heredē. Et querunt extinguere scintillā meā,que relicta est:vt non superſit viro meo nomen,& reliquie super terrā. ℟. Domine si conuer. 259. Lec. ij.

Et ait rex. Qui cōtradixerit tibi,adduc eū ad me, & vltra non addet,vt tangat te. Que ait: Recordet rex dñi dei sui, vt nō multiplicētur proximi sanguinis ad vlciscēdum,et ne quaquā interficiāt filiū meum. Qui ait: Viuit dñs,quia nō cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier: Quare cogitasti huiuscemodi rē cōtra populum Dei: et locutus ē rex verbū istud,vt peccet,et nō reducat eiectum suum? Omnes morimur, & quasi aque dilabimur in terrā, que nō reuertuntur, nec vult deus perire animam,sed retractat, cogitans, ne penitus pereat q abiectus est. ℟. Factum est. 259. Lec. iij.

Et ait rex: Nunquid manus Joab tecū est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait: Per salutē anime tue,domine mi rex,nec ad sinistram, nec ad dexterā est ex omnibus his, que locutus est dñs meus rex: seruus enim tuus Joab ipse precepit mihi, & ipse posuit in os ancille tue omnia verba hec. Ut verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Joab precepit istud: tu autem domine mi rex sapiens es, sicut habet sapientiam angelus dei, vt intelligas omnia super terram. Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbū tuum. Vade ergo, & reuoca puerum Absalom. ℟. Percussit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro secundo Regum. L. j.

Igitur post hec fecit sibi Absalom currus, & equites,& quinquaginta viros, qui precederent eum,& mane cōsurgens Absalom stabat iuxta introitū porte in via,& omnē virū qui habebat negociū, vt veniret ad regis iudiciū: vocabat Absalom ad se, & dicebat: De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat: Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Respōdebatq; ei Absalom: Videntur mihi sermones tui boni & iusti: sed non est qui te audiat, constitutus a rege. ℟. Peccaui super numerum. 258. Lectio ij.

Dicebatq; Absalō. Quis me cōstituat iudicē super terram, vt ad me veniant oēs q habēt negociū,& iuste iudicē? Sed & cū accederet ad eum homo vt salutaret illum,extendebat manū suā, & apprehendens osculabatur eū, faciebatq; hoc omni Israel venienti ad iudicium,vt audiretur a rege,& sollicitabat corda virorum Israel. ℟. Exaudisti. 258. Lec. iij.

Post quatuor autē annos, dixit Absalom ad regem Dauid: Vadam, & reddā vota mea, que voui dño in Hebron,

vouēs enim vouit seruus tuus, dū esset in Gessur Syrię, dicēs: Si reduxerit me dñs in Ierusalem, sacrificabo dño. Dixitq; ei rex Dauid: Vade in pace. Et surrexit ⁊ abijt in Hebron. Misit autē Absalom exploratores i vniuersas tribus Israel, dicēs: Statim vt audieritis clangorē buccinę, dicite, Regnabit Absalō in Hebrō. ℟. Audi dñe. 258

FERIA QVINTA.

De libro secundo Regum. L. i.

Venit igit nūcius ad Dauid dicēs, Toto corde vniuersus Israel sequit Absalō. Et ait Dauid seruis suis, q erāt cum eo in Ierusalē: Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium a facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniēs occupet nos, ⁊ impleat sup nos ruinam, ⁊ percutiat ciuitatē i ore gladij. Dixeruntq; serui regis ad eum: Omnia, quęcūque pręceperit dñs noster rex, libenter exequemur serui tui. ℟. Pręparate corda. 257. Lec. ij.

Egressus ē ergo rex ⁊ vniuersa domus ei⁹ pedibus suis: ⁊ reliquit rex decē mulieres concubinas ad custodiēdā domū. Egressusq; rex, ⁊ omnis Israel pedibus suis, stetit procul a domo: ⁊ vniuersi serui ei⁹ ambulabant iuxta eum, ⁊ legiones Cerethi, ⁊ Phelethi, ⁊ omnes Gethęi pugnatores validi sexcenti viri, qui secuti eū fuerant de Geth, pedites pręcedebant regem. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia.

Dixit autē rex ad Ethai Gethęum, Cur venis nobiscum: reuertere, ⁊ habita cū rege, quia peregrinus es, ⁊ egressus de loco tuo. Heri venisti, ⁊ hodie compelleris nobiscum egredi: ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, ⁊ reduc tecum fratres tuos, ⁊ dominus faciet tecum misericordiam, ⁊ veritatem: quia ostendisti gratiam, ⁊ fidem. ℟. Dominus qui eripuit. 257.

FERIA SEXTA.

De libro secundo Regum. L. i.

Venit ergo rex Dauid vsque Bahurim, ⁊ ecce egrediebatur inde vir de cognatione dom⁹ Saul, nomine Semei filius Gera, pręcedebatq; egrediens ⁊ maledicebat, mittebatque lapides cōtra Dauid ⁊ contra vniuersos seruos regis Dauid. Omnis autē populus, ⁊ vniuersi bellatores a dextero, ⁊ a sinistro latere regis incedebant. Ita autem loquebatur Semei cū malediceret regi: Egredere, egredere vir sāguinum, ⁊ vir Belial. Reddidit tibi dñs vniuersum sanguinem domus Saul, quoniam inuasisti regnum pro eo. ℟. Percussit Saul. 257. Lectio ij.

Dixit autem Abisai, filius Saruię, regi: Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadam, ⁊ amputabo

putabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi, & vobis est filij Sar uię? dimittite eũ, vt maledicat. Dominus enim pręcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis est q audeat dicere, quare sic fecerit? ℟. Mõtes Gelboe. 258. Lectio iij.

Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: Ecce filius meus, qui egressus est de latere meo, quęrit aiam meam, quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? Dimittite eũ, vt maledicat iuxta pceptũ dñi, si forte respiciat dñs afflictionẽ meam, & reddat mihi dominus bonũ pro maledictione hac hodierna. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro secundo Regum. Lectio i.

c.18. Egressus est populus in cãpum contra Israel, & factũ est pręliũ in saltu Ephraim, & cęsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa viginti millium. Fuit autem ibi pręlium dispersum super faciem omnis terrę: & multo plures erant, quos saltus consumpserat de populo, quam ij quos vorauerat gladius in die illa. ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Accidit aũt, vt occurreret Absalõ seruis Dauid, sedẽs mulo. Cũq; ingressus fuisset mulus subter cõdensã quercũ, & magnã, adhęsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cęlum & terram, mulus cui insederat pertransiuit. Vidit aũt hoc quispiã, & nunciauit Ioab, dicẽs: Vidi Absalom pendere de quercu. Et ait Ioab viro, qui nunciauerat ei, Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decẽ argenti siclos, & vnũ balteũ? Qui dixit ad Ioab. Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquã mitterẽ manũ meã in filiũ regis. Audientibus enim nobis pręcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai dicens: Custodite mihi puerum Absalom. ℟. Exaudisti. 258. Lectio iij.

Et ait Ioab: non sicut tu vis, sed aggrediar eũ corã te. Tulit ergo Ioab tres lãceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. Cumq; adhuc palpitaret hęrens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutiẽtes interfecerũt eũ. Cecinit aũt Ioab buccina, & retinuit populũ, ne persequeretur fugientẽ Israel, volens parcere multitudini. Et tulerunt Absalom, & proiecerũt eum in saltu, in foueã grandẽ, & comportauerunt super eũ aceruum lapidum magnum nimis. ℟. Audi domine. 258.

Ad Magnificat. Antiphona.

Vnxerunt Salomonẽ Sadoc sacerdos, & Nathan propheta regẽ in Sion, & ascẽdentes lęti dixerunt, viuat rex in ęternum. Nisi ponenda sit Añа p prima dñica Augusti, q: tunc omissa Añа

Antiphonis, et lectionibus de libris regum, ponuntur de libris Salomonis, ut infra in Rubrica mensis Augusti dicitur.

FERIA SECVNDA post Pentecosten.

Incipit liber tertius Regum. c. i.

Et rex David senuerat: habebat que etatis plurimos dies. Cumque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei servi sui. Queramus domino nostro regi adolescentulam virginem, et stet coram rege, et foveat eum, dormiatque in sinu suo, et calefaciat dominum nostrum regem. Quesierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, et invenerunt Abisag Sunamitidem, et adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, et ministrabat ei. Rex vero non cognovit eam. ℟. Preparate corda vestra. 257. Lectio ii.

Adonias autem filius Haggith elevabatur, dicens: Ego regnabo: fecitque sibi currus: et equites, et quinquaginta viros, qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens: Quare hoc fecisti? Erat autem et ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom, et sermo eius cum Joab filio Sarvie, et cum Abiathar sacerdote, qui adiuvabant partes Adonie. Sadoc vero sacerdos, et Banaias filius Joiade, et Nathan propheta, et Semei, et Cerethi, et Phelethi, et omne robur exercitus David non erat cum Adonia. ℟. Deus omnium. 257. Lec. iii.

Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrem Salomonis. Num audisti quod regnaverit Adonias filius Haggith: et dominus noster David hoc ignorat? Nunc ergo veni: accipe consilium a me, et salva animam tuam, filiique tui Salomonis. Vade et ingredere ad regem David, et dic ei: Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancille tue? dicens: quod Salomon filius tuus regnabit post me, et ipse sedebit in solio meo: quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cum rege, ego veniam post te, et complebo sermones tuos. Ingressa est itaque Bethsabee ad regem in cubiculo. ℟. Dominus qui eripuit. 257.

Ex epistola [illegible] Hieronymi presbyteri ad Nepotianum. Lec. iiii.

David annos natus septuaginta, bellicosus quondam vir, senectute frigescente non poterat calefieri. Queritur itaque puella de universis finibus Israel Abisag Sunamitis, que cum rege dormiret, et senile corpus calefaceret. Nonne tibi videtur, si occidentem sequaris literam, vel figmentum esse de Mimo, vel Attellanarum ludicra? Frigidus senex obvolvitur vestimentis,

& nisi complexu adolescentule non tepescit? Uiuebat adhuc Bethsabee: supererat Abigail & reliquae uxores ei⁹ cōcubine, quas scriptura cōmemorat: oēs quasi frigide repudiantur, & in unius tantum adolescentule grandeuus calescit amplexib⁹? ℟. Percussit. 257. Lec. v.

Exponat sapientissimus Salomon patris sui delicias, & pacificus bellatoris viri narret amplexus. Posside sapientiam: posside intelligentiam: ne obliuiscaris, & ne declinaueris a verbis oris mei. Ne derelinquas illam, & apprehendet te: ama illā, & conseruabit te. Principiū sapientie, posside sapientiā: & in omni possessione tua, possīde intelligentiā: circunda illā, & exaltabit te: honora illā, & amplexabitur te, vt det capiti tuo coronā gratiarū. Corona quoq; deliciarum proteget te. ℟. Montes. 258. L. vi.

Omnes pene virtutes corporis mutant in senibus: & crescēte sola sapiētia, decrescūt cetere vires, ieiunia, vigilie, & eleemosyne, chameunie, idest super pauimentū dormitio, huc illucq; discursus, peregrinorum susceptio, defensio pauperū, instantia orationū, & perseuerantia, visitatio languentium, labor manuum vnde prebeantur eleemosyne: & ne sermonē longius protraham, cuncta, que p corp⁹ exercentur, fracto corpore minora fiūt. ℟. Ego te tu. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro tertio Regū. Lect. j.

Et respōdit rex Dauid dicēs: Uocate ad me Bethsabee. Que cum fuisset ingressa, iurauit rex, & ait: Uiuit dñs, qui eruit animam meam de omni angustia: quia sicut iuraui tibi per dominum Deum Israel, dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum post me, sic faciam hodie. Summissoque Bethsabee in terram vultu adorauit regem dicens: Uiuat dominus meus Dauid in eternum. ℟. Recordare. 258. L. ij.

ca. 1.

Dixit quoque rex Dauid: Uocate mihi Sadoc sacerdotem & Nathan prophetā, & Banaiam filium Ioiade. Qui cum ingressi fuissent coram rege, dixit ad eos. Tollite vobiscum seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon: & vngat eū ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regē super Israel: & canetis buccina atque dicetis: Uiuat rex Salomon: & ascēdetis post eum, & venietis in Ierusalem, & sedebit super solium meum, & ipse regnabit pro me. ℟. Exaudisti. 258. Lec. iij.

Descendit ergo Sadoc sacerdos, et Nathan pphē ta, et Banaias filius Ioiade, et Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt

fuerunt Salomonem super mulam regis David: & adduxerunt eum in Gihon. Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem, & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Vivat rex Salomon. Et ascendit universa multitudo post eum: populus canentium tibiis, & letantium gaudio magno, & insonuit terra a clamore eorum. ℟. Audi. 258.

FERIA TERTIA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Appropinquaverunt autem dies David, ut moreretur, ca. 2. precepitque Salomoni filio suo, dicens: Ecce ego ingredior viam universe terre: confortare, & esto vir fortis. Et observa, ut custodias mandata domini Dei tui, ut ambules in viis eius, & custodias ceremonias eius, & precepta eius, & iudicia, et testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: ut intelligas universa, que facis: & quocunque te verteris. Ut confirmet dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens: Si custodierint filii tui vias meas, & ambulaverint coram me in veritate in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. ℟. Dñe si. 359. Lec. ij.

Tu quoque nosti, que fecerit mihi Joab filius Sarvie, que fecerit duobus principibus exercitus Israel, Abner filio Ner, & Amase filio Jether, quos occidit, & effudit sanguinem belli, in pace, & posuit cruorem prelii in balteo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calciamento suo, quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. ℟. Factum est. folio. 259. Lectio tertia.

Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua: occurrerunt enim mihi, quando fugiebam a facie Absalom fratris tui. Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima, quando ibam ad castra: sed quia descendit mihi in occursum, cum transirem Jordanem, iuravi ei per dominum dicens: Non te interficiam gladio: tu noli pati, cum esse innoxium. ℟. Percussit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Apparuit autem dñs Salomoni per somnium nocte ca. 3. dicens: Postula quod vis, ut dem tibi. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum: custodisti enim misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum eius, sicut est hodie. ℟. Peccavi. 258. Lectio secunda.

Et nūc dn̄e deus meus tu regnare fecisti seruū tuū p̄o Dauid patre meo. Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitū meū: & seruus tuus in medio ē populi quē elegisti, populi infiniti, q numerari & supputari non pōt p̄ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt p̄p̄lm tuū iudicare possit, & discernere inter bonū & malū. Quis eteniȝ poterit iudicare populū istum, populum tuum hunc multum? ℟. Exaudisti. 258. Lectio ij.

Placuit ergo sermo coraȝ domino, quod Salomon postulasset huiusmodi rem: & dixit dn̄s Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, & nō petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicoꝛuȝ tuoꝛum: sed postulasti tibi sapientiaȝ ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secunduȝ sermones tuos: & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te resurrecturus sit: sed & hęc quę non postulasti, dedi tibi: diuitias scilicet, & gloꝛiam, vt nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retro diebus. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

ca. 7. Salomō aūt erat in ditione sua habens omnia regna secum a flumine terrę Philisthym vsq ad terminū Egypti, offerentium sibi munera, & seruientiū ei cunctis diebus vitę eius. Erat autē cibus Salomonis per dies singulos triginta coꝛi similę, & sexaginta coꝛi farinę, decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centū arietes, excepta venatione ceruoꝛū, capreaꝛū atq bubuloꝛuȝ, & auiū altiliū: ipse enim obtinebat omnem regionem, quę erat trans flumen, quasi a Thaphsa vsq ad Gazam, & cūctos reges illarum regionū, & habebat pacem ex omni parte in circuitu. ℟. Pręparate. 257. Lectio ij.

Habitabatq Juda, & Israel absq timoꝛe vllo, vnusquisq sub vite sua, & sub ficu sua, a Dan, vsq Bersabee, cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salomon quadraginta millia pręsepia equoꝛuȝ currilium, & duodecim millia equestrium: nutriebantque eos supradicti regis pręfecti: sed & necessaria mensę regis Salomonis, cum ingenti cura prębebāt in tempoꝛe suo: hoꝛdeum quoq & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum, vbi erat rex iuxta constitutum sibi. Dedit quoq deus sapientiam Salomoni et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam: quę est in litoꝛe maris. ℟. Deus cīum, folio 257. Lectio tertia.

Et pcedebat sapientia Salomonis sapientiam oium

Oꝛienta-

Orientalium, & Aegyptiorū, & erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan Ezrabite, & Heman, & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuersis gentibus p circuitum. Locutus est quoq; Salomon tria millia parabolas: & fuerunt carmina eius quinque millia: & disputauit sup lignis a cedro, quę est in Libano, vsq; ad hyssopum, quę egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, et reptilibus, et piscibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terrę, qui audiebant sapientiam eius. R. Dominus qui eripuit. 257.

FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum. Ca. 5.

Misitq; Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim q ipsū vnxissent regē super Israel pro patre eius: quia amic⁹ fuerat Hiraz Dauid omni tēpore. Misit autem Salomon ad Hiram, dicens: Tu scis voluntatē Dauid patris mei, & quia non potuerit ędificare domū nomini domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret dominus eos sub vestigio pedum eius: nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum, & non est Satan, neq; occursus malus. R. Percussit. 257.

Quamobrē cogito ędificare templum nomini domini Dei mei, sicut locutus est dominus Dauid patri meo, dicens Filius tuus, quem dabo pro te super solium tuum, ipse ędificabit domum nomini meo. Pręcipe igitur vt pręcidāt mihi serui tui cedros de Libano: & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autē seruorum tuorum dabo tibi, quamcunq; petieris: scis enim quoniam non est in populo meo vir, qui nouerit ligna cedri sicut Sidonij. R. Montes Gel. 258. Ca. viij.

Cum ergo audisset Hiraz verba Salomonis, lętat⁹ est valde, & ait: Benedictus dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapientissimū super populum hunc plurimum. Et misit Hiraz ad Salomonē, dicens. Audiui, quęcunq; mandasti mihi: ego faciam omnē voluntatē tuā in lignis cedrinis, & abiegnis: serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componam ea in ratibus in mari, vsq; ad locū quē significaueris mihi: & applicabo ea ibi, & tu tolles ea, prębebisq; necessaria mihi: vt detur cibus domui meę. R. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro tertio Regum. Ca. 7.

Et perfecit omne opus, qd faciebat rex Salomō in domo dñi: & intulit quę sanctificauerat Dauid pater suus, argētum,

tũ, ⁊ aurũ, ⁊ vasa: reposuitq; in thesauris dom⁹ dñi. Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, ⁊ duces familiaruz filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalem, vt deferrẽt arcã fœderis domini de ciuitate Dauid, idest de Sion: conuenitq; ad regez Salomonez vniuersus Israel i mẽse Bethaniz in solenni die: ipse est mensis septim⁹. ℟. Peccaui 258. Lec. ij.

Eneruntq; cuncti senes de Israel, ⁊ tulerunt arcã sacerdotes, ⁊ portauerũt arcam domini, ⁊ tabernaculum fœderis ⁊ omnia vasa sanctuarij quę erant in tabernaculo, ⁊ ferebant ea sacerdotes, ⁊ Leuitę. Rex autẽ Salomõ, ⁊ omnis multitudo Israel, quę conuenerat ad eũ, gradiebat cũ illo ante arcã, ⁊ immolabant oues, ⁊ boues absq; ęstimatione ⁊ numero: ⁊ intulerunt sacerdotes arcã fœderis domini i locũ suũ in oraculũ tẽpli, in sanctũ sãctorũ subter alas Cherubiz: siquidem Cherubiz expandebant alas super locuz arcę, ⁊ protegebant arcã, ⁊ vectes eius desup. ℟. Exaudisti. 258. Lectio iij.

In arca aũt nõ erat aliud nisi duę tabulę lapideę, quas posuerat i ea Moyses in Horeb, qñ pepigit dñs fœdus cũ filijs Israel, cũ egrederetur de terra Aegypti. Factũ est autez cũ exissent sacerdotes ɔ sãctuario nebula ipleuit domũ domini, ⁊ non poterant sacerdotes stare, ⁊ ministrare propter nebulam: impleuerat eniz gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon: Dominus dixit, vt habitaret in nebula. ℟. Audi dñe. 258. Ad Mag. Añ. Exaudisti dñe orationez serui tui, vt ędificarem templũ nomini tuo.

DOMINICA VIII. post Pentecosten.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Actũ est aũt cũ pfecisset Salomõ ędificiuz domus dñi, ⁊ ędificiũ regis, ⁊ oẽ qđ optauerat, ⁊ voluerat facere: apparuit ei dñs secũdo sicut apparuerat ei in Gabaõ. Dixitq; dominus ad euz: Exaudiui orationẽ tuam, ⁊ deprecationem tuam, quam deprecat⁹ es coram me. Sanctificaui domum hanc quam ędificasti, vt ponerem nomen meum ibi in sempiternuz: ⁊ erunt oculi mei, ⁊ cor meum ibi cunctis diebus: Tu quoq; si ambulaueris corã me, sicut ambulauit pater tu⁹ i simplicitate cordis, ⁊ ęquitate: ⁊ feceris omnia quę pręcepi tibi, ⁊ iudicia mea, ⁊ legitima mea seruaueris: ponã thronũ regni tui sup Israel i sempiternũ sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur vir de genere tuo, de solio Israel. ℟. Pręparate. 257. Lect. ij.

ca. 9.

SI autez auersione auersi fueritis, vos, et filij vestri non sequentes me, nec custodiẽtes mãdata mea, et cęremonias meas quas proposui vobis: sed abieritis, et colueritis deos alienos, et adoraueritis eos: auferã Israel a superficię terrę, quã dedi eis: et templum, quod sanctificaui nomini meo proijciam a conspectu meo: eritque Isrl in prouerbium, et in fabulam cunctis populis: et dom' hęc erit in exemplum: omnis, qui transierit per eã, stupebit et sibilabit et dicet: Quare fecit dñs sic terrę huic, et domui huic? Et respondebunt. Q: dereliquerunt dñm Deuz suum, q eduxit patres eorum de terra Aegypti, et secuti sũt deos alienos, et coluerũt eos et adorauerũt eos: idcirco induxit dñs super eos omne malum hoc. ℟. Deus oium. 257. Liij.

EXpletis aũt annis viginti postquã ędificauerat Salomon duas domos, idest domum domini, et domum regis, Hiram rege Tyri prębẽte Salomõ ligna cedrina, et abiegna, et aurum iuxta omne, quod op' habuerat: tum dedit rex Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilęę. Et egressus est Hiram de Tyro, vt videret oppida quę dederat ei Salomon: et nõ placuerunt ei, et ait: Hęccine sunt ciuitates quas dedisti mihi, frater? et appellauit eas terram Chabul vsque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. ℟. Dominus qui. folio 257.

Ex libro S. Augustini episcopi de ciuitate Dei. Lectio iiij.

FActa est quidem nonnulla imago rei futurę etiaz in Salomone, in eo quod templum ędificauit, et pacez habuit secundũ nomen suũ. Salomon quippe pacificus est latine: et in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit: sed eadem sua persona, per vmbram futuri pręnũciabat etiam ipse Christum dominum nostrum, non exhibebat: vnde quędam de illo ita scripta sunt, quasi de ipso ita pędicta sint: dum scriptura sãcta etiam rebus gestis prophetans; quodammodo in eo figuram deliniat futurorum. ℟. Percussit. 257. Lectio. v.

NAm pręter libros diuinę historię, vbi regnasse narratur, Psalmus etiã in septuagesimus primus titulo nomini ei' inscriptus est, in quo tã multa dicuntur, quę omnino ei conuenire non possunt, domino autez Christo apertissima pspicuitate conueniunt: vt euidenter appareat, quod in illo figura qualiscunque adumbrata sit, in isto autem ipsa veritas pręsentata. ℟. Montes Gei. 258. Lec. vi.

NOtum est enim, quib' terminis regnum conclusuz fuerit Salomonis: et tamẽ in eo psal-

psalmo legitur (vt alia taceam) Dominabitur a mari, vsq; ad mare, & a flumine vsq; ad termi nos orbis terrę: quod in Chri sto videmus impleri. A flumine quippe dominandi sumpsit exor dium, vbi baptizatus a Joban ne, cœpit mostrare cępit agnosci a discipulis: cum non solum ma gistrum: verumetiam dñm appella uerunt: ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA

De libro tertio Regum. Lec. i.

SEd & regina Saba, audi ta fama Salomonis, in nomine dñi venit tentare eum in ęnigmatibus: & ingressa Jeru salem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum ni mis, & gemmas preciosas venit ad regem Salomonem: & locu ta est ei vniuersa quę habebat in corde suo. Et docuit eam Salomon omnia verba, quę proposuit. Non fuit sermo, qui regem posset latere, & non re sponderet ei. ℟. Recordare. 258.

Lectio secunda

VIdens autem regina Sa ba oēm sapientiam Salo monis, & domum quam ędifica uerat, & cibos mensę eius, & ha bitacula seruorum, & ordines mi nistrantium, vestesq; eorum, & pincernas, & holocausta, quę of ferebat in domo dñi, nō habe bat vltra spūm, dixitq; ad re gē: Verus est sermo quē audiui in terra mea, super sermonibus tuis, & super sapientia tua, & nō credebam narrātibus mihi, do nec ipsa veni: & vidi oculis meis & probaui, quod media pars mihi nunciata non fuerit. Ma ior est sapientia, & opera tua, quam rumor quem audiui. ℟. Exaudisti. 258. Lectio tertia.

BEati viri tui, & beati ser ui tui hi, qui stant corā te semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Isra el, eo quod dilexerit dñs Isrl in sempiternum, & constituit te regem, vt faceres iudicium, & iustitiam. Dedit ergo regi cen tum viginti talenta auri, & aro mata multa nimis, & gemmas preciosas. Non sunt allata vl tra aromata tam multa, quam ea quę dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & classis Hirā, quę portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pre ciosas. ℟. Audi dñe. 258.

FERIA TERTIA.

De libro tertio Regum. Lec. i.

REx autem Salomon ada mauit mulieres alienige nas multas, filiam quoq; Pha raonis, & Moabitidas, Ammo nitidas: Idumęas, & Sydonias, & Cethęas, de gētibus sup quib9 dixit dñs filijs Isrl: Non ingre diemini ad eas: neq; de illis īgre dienf ad vestras: certissime enī auertēt corda vrā, vt sequamini

C. XI.

ni deos earuz. His itaqꝫ copu/latus est Salomō ardētissimo amore: fueruntqꝫ ei vxores qua/si reginę septingentę, ꝛ concubinę trecentę, ꝛ auerterunt mulieres cor eius. Cumqꝫ iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeref deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum dño Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. ℟. Domine si conuer. 259. Lectio ij.

Sed colebat Salomon Astarthē deam Sidoniorum, ꝛ Chamos deum Moabitarum, ꝛ Moloch idolum Ammonitarum. Fecitqꝫ Salomon, quod non placuerat corā dño, ꝛ non adimpleuit, vt sequeretur dñm sicut Dauid pater ei⁹. Tunc ędificauit Salomon phanum Chamo idolo Moab in monte, qui est contra Jerusalē, ꝛ Moloch idolo filiorum Ammon. Atqꝫ in hunc moduz fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quę adolebant tura, ꝛ immolabant dijs suis. ℟. Factum est. fol. 259. Lectio iij.

Igitur iratus est dominus Salomoni, qꝫ auersa esset mens ei⁹ a domino deo Jsrael, qui apparuerat ei secundo, ꝛ ꝓceperat de verbo hoc, ne sequeretur deos alienos: ꝛ non custodiuit quę mandauit ei dñs. Dixit itaqꝫ dominus Salomoni: Quia habuisti hoc apud te, ꝛ non custodisti pactum meuz, ꝛ pręcepta mea, quę mandaui tibi, disrumpens scindā regnū tuuz, ꝛ dabo illud seruo tuo, veruntamen in diebus tuis nō faciam, propter Dauid patrem tuum. ℟. Percussit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Jeroboam quoqꝫ fili⁹ Nabat Ephrateus ď Sareda seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua mulier vidua, leuauit manū contra regem: ꝛ hęc est causa rebellionis aduersus eum: quia Salomon ędificauit Mello, ꝛ coęquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. Erat autem Jeroboam vir fortis, ꝛ potens: vidensqꝫ Salomon adolescentem bonę indolis, ꝛ industrium, constituerat eum pręfectum super tributa vniuersę domus Joseph: ℟. Peccaui. 258. Lectio ij.

Factum est igitur in tēpore illo, vt Jeroboaz egrederetur de Jerusalez, ꝛ inueniret eū Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo, erant autez duo tantū in agro. Apprehendēsqꝫ Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat scidit in duodecim partes, ꝛ ait ad Jeroboā. Tolle tibi decem scissuras, hęc eniz dicit dominus deus Jsrael: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, ꝛ dabo tibi decem tribus. ℟. Exaudisti. 258. Lec. iij.

Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam: qui fur/

c. xi.

surrexit, ⁊ aufugit in Aegyptū ad Sesac regē Aegypti, ⁊ fuit in Aegypto vsque ad mortem Salomonis. Reliquū aūt verborū Salomonis, ⁊ oia quę fecit, ⁊ sapientia eius, ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum dierū Salomonis. Dies aūt quos regnauit Salomon i Jerusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuitque Salomon cum patribus suis, ⁊ sepultus est in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Roboam filius eius pro eo. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro tertio Regum. Lec. i.

Venit aūt Roboā in Sichem: illuc enī cōgregatus erat omnis Israel ad cōstituendū eū regē. At vero Jeroboā filius Nabath cū adhuc esset i Aegypto profugus a facie regis Salomonis, audita morte ei⁹, reuersus est de Aegypto, miserūtq; ⁊ vocauerūt eū. Venit ergo Jeroboā, ⁊ omnis multitudo Israel, ⁊ locuti sunt ad Roboam dicentes: Pater tuus durissimū iugū imposuit nobis: tu itaq; nunc minue paululum de imperio patris tui durissimo ⁊ de iugo grauissimo, quod imposuit nobis: ⁊ seruiemus tibi. Qui ait eis: Ite vsq; ad tertiū diem, ⁊ reuertimini ad me. ℟. Preparate. 257. Lectio ij.

Cumq; abijsset populus, inijt cōsiliū rex Roboā cū seniorib⁹, qui assistebāt corā Salomone patre ei⁹, cū adhuc viueret, ⁊ ait eis: Quod datis mihi consilium, vt respondeā populo? Qui dixerūt ei: Si hodie obedieris populo huic, ⁊ serueris, ⁊ petitioni eorū cesseris, locutusq; fueris ad eos verba lenia: erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consiliū senum, quod dederunt ei, ⁊ adhibuit adolescētes, q nutriti fuerant cum eo, ⁊ assistebant illi. ℟. Deus omnium. 257. Lec. iij.

Respōditq; rex populo dura, derelicto cōsilio seniorū, quod ei dederant, ⁊ locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addam iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cędam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo, quoniam auersatus fuerat eū dominus, vt suscitaret verbum suum, quod locut⁹ fuerat in manu Abię Silonitę ad Jeroboam filium Nabath. Videns itaq; populus q noluisset eos audire rex, respondit ei dicens: Quę nobis pars i Dauid? vel quę hereditas in filio Isai. ℟. Dominus, qui eri. 259.

FERIA SEXTA.

De libro tertio Regum. Lec. i. C. 14

Dixit autem dominus ad Ahiam: Ecce vxor Jeroboā ingredit, vt cōsulat te super filio suo, qui ęgrotat: hęc ⁊ hęc lo-

loqueris ei. Cũ ergo illa intraret, & dissimularet se esse, q̃ erat audiuit Abias sonitum pedũ eius introeuntis per ostiũ: & ait Ingredere vxor Jeroboã: quare aliam te eẽ simulas: ego autem missus sum ad te durus nũcius. ℟ Percussit. 257. Lec. v.

Uade, & dic Jeroboã: Hec dicit dñs Deus Israel: Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducẽ super populum meũ Israel, & scidi regnũ domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conspectu meo, sed operatus es mala super omnes qui fuerũt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & cõflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me aũt proiecisti post tergũ tuum. ℟ Montes Gel. 258. Lect. vj.

Idcirco ecce ego inducã mala super domum Jeroboã, & percutiã de Jeroboam, mingentẽ ad parietẽ, & clausũ, & nouissimũ i Isrl, & mũdabo reliquias domus Jeroboã, sicut mũdari solet fimus vsq ad purũ. Qui mortui fuerint d Jeroboã in ciuitate, comedẽt eos canes: qui aũt mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues celi: q͞a dñs locutus est. Tu igit surge, & vade in domũ tuã: & in ipso introitu pedũ tuorũ in vrbem, morietur puer. ℟. Ego te tuli. 258.

SABBATHO.

De libro tertio Regum. Lec. j.

Accedens autẽ Elias ad oẽs populum Israel, ait: Usquequo claudicatis i duas partes: Si dominus est Deus, sequimini eum: si autẽ Baal, sequimini illum. Et non respõdit ei populus verbum. Et ait rursus Elias ad populũ: Ego remansi propheta domini solus: prophete autẽ Baal quadringenti, & quinquaginta viri sũt. ℟ Peccaui. 258. Lectio ij.

Dentur nobis duo boues, & illi eligãt sibi bouẽ vnũ & in frusta cedẽtes ponãt super ligna, ignem autem non supponant, & ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorum vestrorum, & ego inuocabo nomen Dei mei: & Deus, qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus. Respondens omnis populus, ait: Optima propositio, quam locutus est Elias. ℟ Exaudisti. 258. Lec. iij.

Dixit ergo Elias pphetis Baal: Eligite vobis bouem vnũ, & facite primi, q: vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cum tulissent bouem quem dederat eis, fecerunt, & inuocabant nomen Baal de mane vsque ad meridiem, dicentes: Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui respon-

sponderet: ℟. Audi dñe.258.

Ad Mag. Aña. Dum tolleret dñs Elias per turbinẽ in cęlũ, Eliseus clamabat: Pater mi, currus Israel, ꝛ auriga eius.

DOMINICA IX.

post Pentecosten.

Incipit lib. quartus Regũ. Lc. i.

Preuaricatus est autẽ Moab i Israel, postquam mortuus est Achab, ceciditq; Ochozias p cãcellos cenaculi sui, quod habebat in Samaria, ꝛ ęgrotauit, misitq; nuncios, dicẽs ad eos: Ite consulite Beelzebub deuꝫ Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autẽ domini locutus est ad Eliam Thesbyten, dicẽs: Surge, descende in occursum nunciorꝫ regis Samarię, ꝛ dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendũ Beelzebub Deum Accaron? Quamobrẽ hęc dicit dominus: De lectulo, super quẽ ascẽdisti: non descendes, sed morte morieris. ℟. Pręparate.257. Lec. ij.

Et abijt Elias, reuersique sunt nũcij ad Ochoziam q dixit eis. Quare reuersi estis? At illi responderunt ei. Vir occurrit nobis, ꝛ dixit ad nos. Ite ꝛ reuertimini ad regeꝫ, qui misit vos, ꝛ dicetis ei. Hęc dicit dñs: Nunquid quia non erat Deus in Israel, mittis, vt consolatur Beelzebub Deus Accaron? Iccirco d lectulo super quem ascendisti, non descendes sed morte morieris. ℟. Deus omnium.257. Lectio tertia.

Qui dixit eis, Cuius figurę, ꝛ habitus est vir ille, qui occurrit vobis, ꝛ locutꝰ est verba hęc? At illi dixerunt: Vir pilosus, ꝛ zona pellicea accinctꝰ renibus. Qui ait: Elias Thesbites est. Misitque ad eum quinquagenariuꝫ principem, ꝛ quinquaginta viros qui erãt sub eo. Qui ascendit ad eum, sedentique i vertice mõtis ait. Homo dei: rex pręcepit, vt descendas. Respondensque Elias dixit quinquagenario: Si homo dei sum, descendat ignis de cęlo, ꝛ deuoret te, ꝛ quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de cęlo, ꝛ deuorauit euꝫ, ꝛ quinquaginta, qui erant cum eo. ℟. Dominus.qui.257.

Sermo S. Augustini. Lec. iiij.

In lectionibus, quę nobis diebus istis recitant, fratres carissimi, frequenter admonui vt non sequamur literaꝫ occidentem, ꝛ viuificantem spiritum relinquamus: sic enim apostolus ait, Litera occidit, spiritus viuificat. Si enim hoc tãtũ volumus intelligere qđ sonat i litera: aut paruã, aut ꝑpe nullã ędificationẽ de diuinis lcõnibꝰ capiemꝰ. Illa eniꝫ oĩa, q̃ recitãtur, typꝰ erãt ꝛ imago futurorũ. In iudęis eniꝫ figurata: i nobis-

gratia dei donāte cōpleta sūt. ℟. Percussit. 257. Lectio v.

Beatus enim Elias typū habuit dñi Saluatoris. Sicut enim Elias a Judeis p/secutionem passus est, ita & ve/rus Elias domin⁹ noster ab ip his reprobatus est, & contēptus. Elias reliquit gentem suam: & Christus deseruit synagogam. Elias abijt in desertum: & Christus venit in mundū. Elias i de serto, coruis ministrantibus, pa scebatur: & Christus in deserto mūdi huius gētiū fide reficitur. ℟. Montes Gel. 258. Lect. vi.

Corui enim illi, qui bea to Elie iubente domino ministrabant, gentium populū figurabant: propterea & de gen tium ecclesia dicitur, Nigra sum & formosa filia Jerusalē. Unde est ecclesia nigra & formosa? Ni gra per naturam, formosa per gratiam. Unde nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Unde formosa? Asperges me hyssopo, & mundabor: laua/bis me, & super niuem dealba/bor. ℟. Ego te. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Accesserūt filij pphetarū, qui erāt i Jerico ad Eli seum, & dixerūt ei: Nunqd nosti quia dñs hodie tollet dominum tuū a te? Ait: Et ego noui, sile/te. Dixit aūt ei Elias. Sede hic quia dominus m. sit me vsq ad Jordanē. Qui ait: Viuit domi/nus, & viuit anima tua, quia nō derelinquā te. Jerūt igit ambo pariter: & quinquaginta virī d filijs pphetarū secuti sunt eos, qui & steterūt e cōtra longe: illi autē ambo stabāt super Jorda nē. ℟. Recordare. 258. Lec. ij.

Tulitq Elias palliū suū, & inuoluit illud, & pcussit aquas, que diuise sunt i vtrāq partem, & transierunt ambo per siccū. Cumque trāsissent: Elias dixit ad Eliseū: Postula quod vis, vt faciam tibi antequā tol lar a te. Dixitque Eliseus: Ob secro: vt fiat in me duplex spi/tus tuus. Qui respondit: Rem difficilem postulasti: attamen, si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit. ℟. Exaudisti. 259. Lectio iij.

Cumque pergerent, & in cedentes sermocinaren/tur: ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, & ascendit Elias per turbinē in celum. Eliseus autem videbat, & clamabat: Pater mi, pater mi: currus Israel, & auriga e/ius. Et non vidit eum amplius. ℟. Audi dñe. 258.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Egressus est igitur rex Jo rā in die illa d Samaria, & recēsuit vniuersum Israel: mi sitq ad Josaphat regem Jude dicēs: Rex Moab recessit a me,

vent

veni mecum contra eum ad prę lium. Qui respondit: Ascendā. qui meus est, tuus est: populus meus, populus tu°, & equi mei, equi tui. Dixitq;: Per quam viam ascēdemus? At ille respō dit: Per dṡertū Idumeę. Per/ rexerūt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom: & circumie runt per viam septem dierum: nec erat aqua exercitui, & iumē tis, quę sequebant eos. ℟. Do mine si conuersus. 259. Lec. ij.

Dixitque rex Israel: Heu heu, heu, cōgregauit nos dominus tres reges, vt trade/ ret ī manu Moab. Et ait Iosa/ phat: Est ne hic propheta do/ mini, vt deprecemur dominū per eum? Et respondit vnus d̄ seruis regis Israel: Est hic E/ lisęus filius Saphat, qui funde bat aquam super manus Elię. Et ait Iosaphat: Est apud eū sermo domini? Descenditque ad eum rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex Edom. Dixit autem Elisęus ad regem Isra/ el: Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui & ma/ tris tuę. ℟. Factum. 259. L. iij.

Et ait illi rex Israel: Qua re congregauit dominus tres reges hos, vt traderet eos in manu Moab? Dixitq; ad eū Elisęus: Viuit dñs exercituū, in cuius conspectu sto, quod si non vultū Iosaphat regis Iu dę erubescerem, non attendis/ sem quidem te, nec te respexis/ sem. Nunc autem adducite mi bi psaltem: Cumq; caneret psal tes, facta est super eum manus domini, & ait: Hęc dicit dñs. Fa cite alueum torrentis huius fos sas, & fossas: hęc enim dicit do/ min°: Nō videbitis ventum, ne que pluuiam: & alueus iste re/ plebitur aquis, & bibetis vos, & familię vestrę, & iumenta ve/ stra: parumque est hoc in con/ spectu domini, insuper tradet etiā Moab in manus vestras. ℟. Percussit. 257.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. Le. j.

Mulier autē quędā d̄ vxo ribus prophetarū clama bat ad Elisęū dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti q; seruus tuus fuit timēs dñm: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiē dū sibi. Cui dixit Elisęus: Quid vis vt faciā tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa re spondit. Nō habeo ancilla tua qdquā in domo mea nisi paruū olei quo vngar. Cui ait: Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca: & in/ gredere, & claude ostiū tuū cū intrinsecus fueris tu, & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hęc & cum plena fuerint tolles. ℟. Peccaui. fol. 258. Lectio ij.

Iuit itaq; mulier & clausit ostium super se, & super fi lios suos: illi offerebāt vasa, & il la infundebat. Cumque plena fuis

fuissent vasa, dixit ad filiũ suuz. Affer mihi adhuc vas: ⁊ ille respondit: Non habeo: stetitque oleum. Venit aũt illa, ⁊ indicauit homini Dei. Et ille: Vade, inquit, vẽde oleũ, ⁊ redde creditori tuo: tu autẽ ⁊ filij tui viuite de reliquo. Facta est aũt quędã dies, ⁊ transibat Eliseus per Sunam ciuitatẽ. Erat autẽ ibi mulier magna, quę tenuit eũ, vt comederet panẽ. Cumq; frequenter inde transiret, diuertebat ad eaz, vt comederet panẽ. Quę dixit ad virũ suum: Animaduerto quod vir dei sanctus est iste, qui trãsit per nos frequẽter, faciam⁹ ergo ei cęnaculum paruũ, ⁊ ponam⁹ ei in eo lectulũ, ⁊ mẽsam, ⁊ sellam, ⁊ cãdelabrũ: vt cũ venerit ad nos, maneat ibi. ℟. Exaudisti. 258. L. iii.

Facta est ergo dies quędam: ⁊ veniens diuertit in cęnaculum, ⁊ requieuit ibi: dixitq; ad Giezi puerũ suum. Voca Sunamitidẽ istam. Qui cum vocasset eam, ⁊ illa stetisset coram eo, dixit ad puerum suum, Loquere ad eam. Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis: quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negocium, ⁊ vis vt loquar regi, siue principi militię? Quę respondit: In medio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitq; Giezi. Ne quęras: filium enim non habet, ⁊ vir eius senex est. Pręcepit itaque vt vocaret eã. Quę cũ vocata fuisset, ⁊ stetisset ante ostium, dixit ad eam. In tempore isto, ⁊ in hac eadẽ hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filiuz. Et illa respõdit: Noli quęso domine mi vir Dei, noli mentiri ancillę tuę. Et concepit mulier ⁊ peperit filiũ in tempore, et in hora eadẽ qua dixerat Elisę⁹. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QVINTA.

De libro quarto regum. Le. i. ca. 6.

Congregauit Benadad rex Syrię vniuersuz exercitum suum, ⁊ ascendit, ⁊ obsidebat Samariam: factaque est fames magna in Samaria, ⁊ tandiu obsessa est, donec venundaret caput asini octoginta argenteis, ⁊ quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis. Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quędam exclamauit ad eum dicẽs: Salua me domine mi rex. Qui ait: Non: te saluet dominus: vnde te possum saluare, de area, vel de torculari? ℟. Pręparate. 257. Lectio secunda.

Dixitq; ad eam rex: Quid tibi vis? Quę respondit. Mulier ista dixit mihi, Da filiũ tuũ, vt comedam⁹ eũ hodie, ⁊ filiũ meũ comedemus cras. Coximus ergo filium meum, ⁊ comedimus. Dixiq; ei die altera. Da filium tuũ, vt comedamus eum. Quę abscondit filiuz suum. Quod cum audisset rex, scidit

scidit vestimenta sua, et transibat per murum. Viditque omnis populus ciliciu3, quo vestit⁹ erat ad carnē intrinsecus: et ait rex: Hec mihi faciat Deus, et hec addat, si steterit caput Elisei, filii Saphat sup ipsū hodie. Eliseus aūt sedebat in domo sua, et senes sedebant cum eo. ℟. Deus omnium. 257. Lect. iij.

Premisit itaque viru3, et antequā veniret nuncius ille dixit ad senes: Nunquid scitis qp miserit filius homicide huc, vt precidatur caput meū? Videte ergo cū venerit nūcius, claudite ostium, et non sinatis eū introire. Ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente eis apparuit nūcius, qui veniebat ad eum, et ait. Ecce tantum malu3 a dño est: qd amplius expectabo a domino? Dixit autem Eliseus. Audite verbum domini. Hec dicit dominus: In tempore hoc, cras modius simile vno statere erit, et duo modij hordei statere vno, in porta Samarie. ℟. Dominus, qui eri. 257.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Eliseus autem locut⁹ est ad mulierē, cuius viuere fecerat filium, dicens: Surge, vade tu, et dom⁹ tua, et peregrinare vbicunque repereris: vocauit enim dominus famem, et veniet super terram septe3 annis. Que surrexit, et fecit iuxta verbum hominis Dei: et vadens cum domo sua, peregrinata est i terra Philisthym dieb⁹ multis. ℟. Percussit. 257. Lect. ij.

Cumque finiti essent anni septe3, reuersa est mulier de terra Philisthij3, et egressa est vt interpellaret regem ꝓ domo sua, et pro agris suis. Rex autem loquebatur cum Giezi, puero viri Dei dicens: Narra mihi omnia magnalia, que fecit Eliseus. Cumque ille narraret regi, quomodo mortuu3 suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua, et pro agris suis. ℟. Montes Gel. 258. Lectio tertia.

Dixitque Giezi: Domine mi rex, hec est mulier, et hic est filius eius, quem suscitauit Elise⁹. Et interrogauit rex mulierem: que narrauit ei vera esse. Deditque ei rex eunuchū vnu3 dicens: Restitue ei oīa, que sua sunt, et vniuersos redditus agrorū, a die, qua reliqt terrā, vsque ad presens. ℟. Ego. 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regū. Lect. i.

Eliseus aūt ꝓphetes vocauit vnū de filijs ꝓphetarum, ca. 9. et ait illi. Accinge lūbos tuos, et tolle lenticula3 olei hāc i manu tua, et vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Jehu filium Josaphat filij Namsi: et ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum,

rum & introduces in interi⁹ cu
biculum: tenensq; lenticulā olei
fundes sup caput eius: & dices:
Hec dicit dñs: Unxi te regē su
per Israel. Aperiesq; ostium, &
fugies, & nō ibi subsistes. Abyt
ergo adolescens puer prophete
in Ramoth Galaad, & ingress⁹
est illuc. Ecce aūt principes ex
ercitus sedebant, & ait: Verbū
mihi ad te principe. Dixitque
Jehu: Ad quē ex oibus nobis?
At ille dixit, Ad te, o princeps.
℟. Peccaui. 258. Lectio v.

Et surrexit, & ingressus ē
cubiculū: at ille fudit ole
um sup caput eius, & ait: Hec
dicit dominus de⁹ Israel: Un
xi te regem sup ppl'm dñi Isra
el, & percuties domum Achab
domini tui, & vlciscar sāguinē
seruorū meorum prophetarū,
& sanguinem omnium seruorū
dñi de manu Jezabel: perdāq;
oēm domū Achab. Et interficiā
de Achab mingentem ad parie
tem, & clausum, & nouissimum in
Israel, & dabo domum Achab
sicut domum Jeroboam filij Na
bat, & sicut domum Baasa filij
Ahia. Jezabel quoque come
dent canes in agro Jezrahel:
nec erit, qui sepeliat eam. Ape
ruitque ostium, & fugit.
℟. Exaudisti e. 258. Lectio vi.

Jehu autem egressus est ad
seruos dñi sui, qui dixerūt
ei. Rectene sunt oia? quid venit
insanus iste ad te? Qui ait eis:
Nostis hominē, & qd locutus sit?
At illi responderunt: Falsum
est: sed magis narra nobis. Qui
ait eis. Hec, & hec locutus ē mi
hi, & ait. Hec dicit dñs: Unxi
te regem super Israel. Festina
uerunt itaq;, & vnusquisque tol
lens pallium suum posuerunt
sub pedibus eius in similitudi
nem tribunalis, & cecinerunt tu
ba, atque dixerunt, Regnabit
Jehu. ℟. Audi domine. 258.

Sabbatho. Ad Magnif. Ana.
Fecit Joas rectum coram domi
no, cunctis diebus, quibus do
cuit eum Joiadas sacerdos.

DOMINICA X.
post Pentecosten.

De libro quarto Regum. Le. i.

Anno vndecimo
Joram filij Achab
regis Israel: re
gnabit Ochozi
as sup Juda: ve
nitq; Jehu i Jez
rahel. Porro Jezabel, introitu
eius audito, depinxit oculos su
os stibio, & ornauit caput suū,
& respexit p fenestrā ingredien
tem Jehu p portā, & ait. Nūqd
pax potest esse Zambri, qui in
terfecit dominum suum? Leua
uitque Jehu faciem suam ad fe
nestram, & ait: Quę est ista? Et in
clinauerunt se ad eum duo, vel
tres eunuchi. At ille dixit eis:
Precipitate eā deorsum. Et pre
cipitauerunt eam, aspersusq; est
sanguine paries, & equorū vn
gulę conculcauerunt eā. Cum
que introgressus esset, vt come
deret

deret, biberetq́, ait: Ite, & vide te maledictam illam, & sepelite eã, quia filia regis est. ℟. Præparate corda. 257. Lectio. ij.

Cumq́ issent vt sepelirẽt eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus: reuersiq́ nunciauerunt ei. Et ait Jehu: Sermo domini est, quem locutus est per seruũ suum Eliam Thesbiten, dicẽs: In agro Jezrabel comedẽt canes carnes Jezabel: & erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrabel, ita vt prætereuntes dicant: Hæccine est illa Jezabel? Erant aũt Achab septuaginta filij in Samaria. Scripsit ergo Jehu literas, & misit in Samariam ad optimates ciuitatis, et ad maiores natu, et ad nutricios Achab: dicens. Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri, & curr[us], et equos, & ciuitates firmas, & arma: eligite meliorem, & eũ qui vob[is] placuerit de filijs domini vestri & eum ponite super solium patris sui: et pugnate pro domo domini vestri. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia.

Timuerũt illi vehemẽter, & dixerũt, Ecce duo reges nõ potuerunt stare coram eo: & quomodo nos valebimus resistere? Miserũt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutricij ad Jehu dicẽtes: Serui tui sumus, quæcũq́ iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcũq́ tibi placẽt, fac. Rescripsit aũt eis literas secũdo dicẽs. Si mei estis & obeditis mihi, tollite capita filiorũ dñi vestri, & venite ad me hac eadẽ hora cras i Jezrabel. Porro filij regis, septuagita viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumq́ venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis & occiderũt septuaginta viros & posuerunt capita eorũ in cophinis, & miserũt ad eũ in Jezrabel. ℟. Dominus q eri[pu]. 267.

Ser. s. Johan. Chrysost. L. iiij.

Non putemus nos excusationem habituros, si quãdo delictorũ socios inuenerim[us]: nã istud, supplicitũ magis augebit. Quandoquidẽ & serpẽs magis punitus est quã mulier, quẽ admodũ & mulier plusquã vir: & Jezabel maiores pœnas dedit quã Achab vineæ raptor. Ipsa quippe vniuersum istud negocium texuerat, regiq́ lapsus occasionem dederat. Igitur & tu quoque si reliquis perditionis causa fueris, grauiora patieris, quam qui per te subuersi sunt. Neq́ enim peccare tñ in se perditionis habet, quantum q[uod] reliqui ad peccandum inducuntur. ℟. Percussit. 257. Lec. v.

Itaque siquãdo peccantes viderimus, non solum nõ impellamus, sed & extrahamus ex ipso malitiæ baratro, ne alienæ perditionis pœnas demus. Recorde

cordemur quoq perpetuo terribilis illius tribunalis, fluminis ignei, vinculorum insolubilium, profundarum tenebrarum, stridulorum dentium, venenosiq vermis. Sed dicis. Benignus est deus. Ergo hec oia verba sũt, et neq punitur dives ille Lazari cõtemptor, neq fatue virgines a sponso reyciuntur? Ergo qui Christum nõ pauerũt, in ignẽ diabolo pparatum nõ abibũt? Ergo q sordidis est vestibus nõ peribit, manus ac pedes vinct⁹? Qui centũ denarios a cõservo suo exegit, nõ tradetur tortoribus? Quod de mechis dictũ ẽ, nimirum quod vermis eorũ nõ morietur, et ignis eorũ non extinguetur, verum non erit? ℟. Mõtes Gelboe. 258. Lect. vi.

Sed minatur ista tantummodo deus, vtiq inquies. Vnde dic que so tantã rem audes publice loqui, atq ex teipso ferre sententiam? Ego quippe et ex ijs, que dixit Deus, et ex ijs, que fecit contrarium probare potero. Quod si propter futura non credis: vel saltem propter ea, que facta sunt crede. Non enim certe mine sunt, et verba tantummodo, que facta sunt, et in opus ipsum exierunt. Quis igitur totum orbem inducto diluuio stagnauit, ac graue illud naufragium omnimodamq generis nostri perditionem effecit? Quis deinde fulmina illa, telaq flãmantia super terrã Sodomorũ dimisit? qs vniuersũ Aegypti exercitũ in mare demersit? quis synagogã Abiron cõbussit? et qs septuaginta illa millia propter Dauidis peccatum vno temporis momẽto peste cecidit? nõne hec omnia, et alia Christus illis intulit? ℟. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. L. i. C. 11.

Athalia verõ mater Ochozie vidẽs mortuũ filiũ surrexit, et interfecit oẽ semen regium. Tollens autem Josaba filia regis Joram soror Ochozie Joas filium Ochozie, furata ẽ eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur, et nutricẽ eius de triclinio, et abscõdit eũ a facie Athalie, vt non interficeretur. Eratq cum ea sex annis clam in domo domini: porro Athalia regnauit super terram septem annis.

℟. Recordare. 258. Lectio ij.

Anno aũt septimo misit Joiada põtifex, et assumẽs centuriones, et milites, introduxit ad se in templum dñi, pepigitq cum eis fedus, et adiurãs eos in domo domini, ostendit eis filium regis, et precepit illis, dicens. Iste est sermo, quem facere debetis. Tertia pars vestrum introeat Sabbatho, et obseruet excubias domus regis: tertia autem pars sit ad portam Sur, et tertia pars sit ad portã, que est post habitaculum Scutariorum: et custodietis excubias

domus Messa. Duę vero partes e vobis omnes egredientes Sabbatho custodiant excubias domus domini circa regem. ℟. Exaudisti. 258. Lectio tertia.

Et assumentes singuli viros suos, q ingrediebant ad Sabbatbum cum his q egrediebantur e Sabbatho, venerunt ad Joiadam sacerdotem, qui dedit eis hastas, et arma regis David, quę erant in domo dñi: et steterunt singuli habētes arma in manu sua a parte templi dextera, usq ad partem sinistram altaris, et ędis circa regē. Produxitq filium regis, et posuit super eum diadema et testimonium. Feceruntq eum regē, et unxerunt, et plaudentes manu dixerunt. Vivat rex. ℟. Audi domine. 258.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Lec. i.

Anno septimo Jehu regnauit Joas: quadragita annis regnauit in Jerusalē, nomē matris ei⁹ Sebia de Bersabee. Fecitq Joas rectum corā dño cūctis diebus, qbus docuit eum Joiadas sacerdos: veruntamē excelsa nō abstulit, adhuc enim populus immolabat, et adolebat in excelsis incēsum. ℟. Dñe, si conuer. 259. Lectio ii.

Dixitq Joas ad sacerdotes. Omnem pecuniā sanctorum, quę illata fuerit in templum domini a pretereuntibus, quę offertur pro precio animę, et quam spōte et arbitrio cordis sui inferunt in templum domini accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, et instaurent sartatecta domus, siquid necessarium viderint instauratione. ℟. Factum est. 259. Lec. iii.

Igitur usq ad vigesimum tertium annū regis Joas non instaurauerunt sacerdotes sartatecta tēpli. Vocauitq rex Joas Joiadam pontificem et sacerdotes, dicēs eis. Quare sartatecta nō instauratis tēpli: nolite ergo amplius accipere pecuniā iuxta ordinē vestrum, sed ad instaurationem tēpli reddite eam. ℟. Percussit Saul. 257.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. Lec. i.

Eliseus aūt ęgrotabat infirmitate, qua mortuus ē: descenditq ad eum Joas rex Israel, et flebat coram eo dicebatque: Pater mi, pater mi, currus Israel, et auriga eius. Et ait illi Eliseus: Affer arcū et sagittas. Cumque attulisset ad eum arcum et sagittas, dixit ad regem Israel. Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, et ait: Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Eliseus: Jace sagittam, et iecit, et ait Eliseus: Sagitta salutis domini. ℟. Peccaui super numerum. folio 257. Lectio secunda.

c. 13.

ET ait: Tolle sagittas: Qui cum tulisset, rursus dixit ei. Percute iaculo terrā. Et cū percussisset tribus vicibus, et stetisset: iratus est vir dei contra eum, et ait: Si percussisses quinquies, aut sexies, sive septies, percussisses Syriam usque ad consummationem: nunc aūt tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, et sepelierunt eū: latrunculi aūt de Moab venerunt in terrā in ipso anno. ℟. Exaudisti. 258. Lec. ii.

QUidam autem sepelientes hominem viderunt latrunculos, et proiecerunt cadaver in sepulcrum Elisei: quod cū tetigisset ossa Elisei, revixit homo, et stetit super pedes suos. Mortuus est autem Hazahel rex Syriæ, et regnavit Benadad filius eius pro eo. Porro Ioas filius Ioacham tulit urbes de manu Benadad filii Hazahel, quas tulerat de manu Ioacham patris sui iure prælii: tribus vicibus percussit eum Ioas, et tradidit civitates Israeli. ℟. Audi domine. folio. 258.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum. Lec. i.

c. 17. ANno aūt nono Osee cepit rex Assyriorum Samariā, et transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala, et in Habor iuxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum. Factū est enim cum peccassent filii Israel dño deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerūt deos alienos, et ambulaverūt iuxta ritū gentiū, quas cōsūpserat dñs in conspectu filiorū Israel, et regum Israel: quia similiter fecerant. Et offenderunt filii Israel verbis non rectis dominū Deum suum, et ędificaverunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis. ℟. Preparate. 257. Lec. ii.

ET testificatus est dñs in Israel, et in Iuda per manum omnium prophetarum, et videntium dicens: Revertimini a viis vestris pessimis, et custodite præcepta mea et ceremonias iuxta omnem legem, quam præcepi patribus vestris, et sicut misi ad vos in manu servorum meorum prophetarum. Qui non audierūt, sed induraverunt cervicem suā, iuxta cervicem patrum suorū, qui noluerunt obedire domino deo suo, et abiecerunt legitima eius, et pactū quod pepigit cū patribus eorū, et testificationes quibus contestatus est eos, secutique sūt vanitates, et vane egerunt. ℟. Deus omnium. 257. Lec. iii.

IRatusque est dñs vehementer Israeli, et abstulit eos a conspectu suo, et nō remansit nisi tribus Iuda tantummodo: sed nec ipse Iudas custodivit mādata dñi Dei sui, verum ambulavit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitque dominus omne semen Israel, et afflixit eos, et tradidit eos in manu diripientium,

tiū, donec proiiceret eos a facie sua, ex eo iam tēpore quo scissus ē Isr'l a domo David, ⁊ constituerunt sibi regē Ieroboā filiū Nabat. ℟. Dn̄s, qui eri. 257.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. L. i.

c.17. SEparavit Ieroboā Israel a dn̄o, ⁊ peccare cū fecit peccatum magnum, ⁊ ambulaverunt filii Israel in universis peccatis Ieroboā, quę fecerat: ⁊ non recesserunt ab eis, usquequo domin⁹ auferret Israel a facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium servorū suorum prophetarum. Translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios usq; in diem hanc. ℟. Percussit Saul. 257. Lectio ii.

ADduxit autem rex Assyriorum viros de Babylone, ⁊ de Cutha, ⁊ de Ava, ⁊ de Emath, ⁊ de Sepharvaim, ⁊ collocavit eos in civitatibus Samarię pro filiis Israel: qui possederunt Samariam, ⁊ habitaverunt in urbibus eius. Cūq; ibi habitare cępissent non timebant dominum, ⁊ immisit in eos dominus leones, qui interficiebant eos. ℟. Montes Gelboe. 258. Lectio iii.

NUnciatumq; est regi Assyriorum, ⁊ dictum: Gentes quas trāstulisti, ⁊ habitare fecisti i civitatibus Samarię, ignorāt legitima Dei terrę, ⁊ immisit in eos dominus leones, ⁊ ecce interficiūt eos, eo quod ignorēt

B.B.R.

ritū dei terrę. Pręcepit autem rex Assyriorum: dicens: Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis: ⁊ vadat, ⁊ habitet cum eis, ⁊ doceat eos legitima dei terrę. ℟. Ego te tuli de domo. folio 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. Le. i.

ANno tertio Osee filii Ela regis Israel regnavit c.18. Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinq; annorum erat cū regnare cepisset, ⁊ viginti nouē annis regnavit i Ierl'm, nomen m̄ris eius Abi, filia Zacharię. Fecitq; qd̄ erat bonum corā dn̄o iuxta omnia quę fecerat David pater eius. Ipse dissipavit excelsa, ⁊ contrivit statuas, et succidit lucos, cōfregitq; serpentem ęneum, quem fecerat Moyses: siquidē usq; ad illud tempus filii Israel adolebāt ei incensum: vocavitq; nomē eius Nehustam: et in dn̄o deo Israel speravit. ℟. Peccavi. 258. L. ii.

ITaq; post eum non fuit similis ei de cunctis regib⁹ Iuda, sed neq; in iis, qui ante eum fuerunt ⁊ adhęsit domino: ⁊ non recessit a vestigiis eius: fecitque mandata eius, quę pręceperat dominus Moysi. Unde ⁊ erat dn̄s cum eo, ⁊ in cunctis ad quę procedebat, sapienter se agebat. Rebellavit quoq; contra regem Assyriorum, et non servivit ei. Ipse percussit Philisthęos usque ad Gazam,

An ⁊ om-

⁊ omnes terminos eorũ, a turre custodũ, vsq; ad ciuitatẽ munitam. ℟. Exaudisti. 258. Le. iiij.

Anno quarto regis Ezechie, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Isrl', ascendit Salmanasar rex Assyriorũ Samariã, ⁊ oppugnauit eam, ⁊ cepit. Nã post annos tres anno sexto Ezechie, idest nono anno Osee regis Israel capta ẽ Samaria, ⁊ transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala, ⁊ i Habor fluuius Gozã, in ciuitatib⁹ Medorum, q: non audierũt vocem dñi Dei sui: sed pretergressi sunt pactuz eius. Omnia que preceperat Moyses seruus domini, non audierunt, neq; fecerunt. ℟. Audi domine. 258.

Ad Mag. Añ. Obsecro domine: memento quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate, ⁊ in corde perfecto, ⁊ quod placitum est coram te fecerim.

DOMINICA XI. post Pentecosten.

De libro quarto Regum. Le. j.

In dieb⁹ illis egrotauit Ezechias vsque ad mortẽ, ⁊ venit ad eũ Isaias fili⁹ Amos pphe/ta, dixitq; ei: Hec dicit dominus deus: Precipe domui tue: morieris enim tu, ⁊ non viues. Qui conuertit faciẽ suam ad parietem, ⁊ orauit dominum dicens: Obsecro domine memento quęso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, ⁊ in corde perfecto, ⁊ quod placitum est coram te fecerim. Fleuitque Ezechias fletu magno. ℟. Preparate corda. 257.

Lectio secunda.

Et antequaz egrederetur Isaias mediam partem atrij, factus est sermo dñi, ad eum dicens: Reuertere, ⁊ dic Ezechie duci populi mei: Hec dicit dominus deus Dauid patris tui: Audiui orationẽ tuaz, ⁊ vidi lachrymam tuam, ⁊ ecce sanaui te: die tertia ascẽdes templum domini, ⁊ addam diebus tuis quindecim annos: sed ⁊ de manu regis Assyriorum liberabo te, ⁊ ciuitatem hanc, ⁊ protegam vrbem istam propter me, ⁊ propter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias. Afferte massam ficorum. Quam cuz attulissent, ⁊ posuissent super vlcue eius, curatus est. ℟. Deus omnium. 257. Lectio tertia.

Dixerat aũt Ezechias ad Isaiam: Quod erit signũ quia dominus me sanabit, ⁊ quia ascensurus sum die tertia templum domini? cui ait Isaias: Hoc erit signum a domino quod facturus sit dominus sermonem, quem locutus est. Vis vt ascendat vmbra decẽ lineis: an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias: Facile est vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed

sed vt reuertatur retrorsum de cem gradibus. Inuocauit itaq; Isaias propheta dominum: & reduxit vmbram p lineas, quibus iam descéderat i horologio Achaz, retrorsum decé gradibus. R. Dominus, qui erip. 257.

De expositione S. Hiero. psb. in Isaiam prophetam. Lec. iiij.

Ne eleuaretur cor Ezechię post icredibiles triũphos & d media captiuitate victoriã, infirmitate corporis sui visitatur, & audit se esse moriturum, vt conuersus ad dominum flectat sententiam eius: quod quidem, & in Iona propheta legimus, & in comminationibus cõtra Dauid: quę dicũtur futura, nec facta sunt, non Deo mutãte sententiam, sed prouocante humanum genus ad notitiam sui: dominus enim pęnités est super malitijs. Conuertitq; Ezechias faciem suam ad parieté: q: ad templuz ire non poterat: ad parietem autem templi, iuxta quod Salomon palatiuz extruxerat: vel absolute ad parietem, ne lacrymas suas assidentibus ostentare videretur. R. Percussit. 257. Lectio v.

Audiésq; se esse moriturũ: nõ pcatur vitam & annos plurimos, sed in Dei iudicio qd velit prestare dimittit: nouerat eniz iccirco deo placuisse Salomonem, q annos vitę non petierit ampliores: sed iturus ad dominũ narrat opera sua quomodo ambulauerit corã eo in veritate, & in corde pfecto. Felix cõsciétia q afflictiõis tépore bonorũ operũ recordat. Beati enim mũdo corde, qm ipsi deũ videbunt. Et quõ alibi scribitur: Quis gloriabit purũ habere se cor? Quod ita soluitur, pfectionẽ cordis i eo nũc dici, qd idola destruxerit, templi valuas aperuerit, serpenté ęneũ cõminuerit, & cętera fecerit, quę scriptura commemorat. R. Montes Gelboe. 258. Lectio sexta.

Fleuit autez fletu magno propter pmissionẽ dñi ad Dauid, quã videbat in sua morte perituram. Eo enim tpe Ezechias filios non habebat: nam post mortem eius Manasses cũ duodeciz esset annorum regnare cępit in Iudęa, ex quo perspicuum est, post tertium annũ cõcessę vitę Manassen esse generatum. Ergo iste omnis est fletus quod desperabat Christum de suo semine nasciturum. Alij asserunt, quamuis sanctos viros morte terreri, propter incertuz iudicij, & ignorationem sententię Dei, quam sedem habituri sint. R. Ego te tuli. 258.

FERIA SECVNDA.

De libro quarto Regum. Lec. j.

Octo annoꝝ erat Iosias cũ regnare cępisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalé: nomé matris ei° Idida, filia Adaia d Besecbath. Fecitq; qd placitum erat coraz domino, & C. 22.

ambulauit per oẽs vias Dauid patris sui: nõ declinauit ad dexterã, siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo regis Josie, misit rex Saphan filium Asalie filij Mesulam, scribã templi domini: dicens ei. Vade ad Helciam sacerdotẽ magnũ: vt conflétur pecunia, que illata ẽ in templum dñi, quam collegerunt ianitores templi a populo deturqꝫ fabris, per prepositos domus domini, qui ꝛ distribuãt eã ijs, q operant i téplo domini. ℟. Recordare. 258. Lij.

Dixit aũt Helcias Pontifex ad Saphan scribam: Librum legis reperi in domo domini. Deditqꝫ Helcias volumen Saphan, qui ꝛ legit illud. Venit quoqꝫ Saphan scriba ad regem, ꝛ renunciauit ei, quod preceperat, ꝛ ait: Conflauerunt serui tui pecuniam, que reperta est in domo domini, ꝛ dederunt vt distribueretur fabris a prefectis operum templi domini. Narrauit quoqꝫ Saphan scriba regi, dicens: Librũ dedit mihi Helcias sacerdos. ℟. Exaudisti. 258. Lectio iij.

Que cum legisset Saphan coram rege, ꝛ audisset rex verba libri legis dñi, scidit vestimenta sua, ꝛ precepit Helcie sacerdoti, ꝛ Ahican filio Saphã, ꝛ Achobor filio Michaia, et Saphan scribe, et Asaie seruo regis dicens: Ite et consulite dñm super me, ꝛ super populo, ꝛ super omni Juda, de verbis voluminis istius, quod inuentũ est. Magna enim ira domini succensa est contra nos, qꝛ non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerent omne quod scriptum est nobis. ℟. Audi domine. folio. 258.

FERIA TERTIA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Ascendit rex templũ domini, et omnes viri Juda, vniuersiqꝫ, qui habitant in Jerusalem cum eo sacerdotes ꝛ prophete, et omnis populus a paruo vsque ad magnũ: legitque cunctis audiẽtibus omnia verba libri federis, qui inuentꝰ est i domo domini. Stetitqꝫ rex super gradum, ꝛ fedus percussit coram domino, vt ambularent post dominum, ꝛ custodirent precepta eius, ꝛ testimonia ꝛ ceremonias in omni corde, et in tota anima: et suscitarẽt verba federis huius, que scripta erant in libro illo: acquieuitqꝫ populus pacto. ℟. Domine, si conuersus. 258. Lectio ij. c.23.

Et precepit rex Helcie põtifici, et sacerdotibꝰ secũdi ordinis ꝛ ianitoribus, vt proijcerent de templo domini oĩa vasa, que facta fuerãt Baal, ꝛ in luco, ꝛ vniuerse militie celi, ꝛ cõbussit ea foris Jerusalem in cõualle Cedron, ꝛ tulit puluerẽ eorũ i Bethel. Et deleuit aruspices, quos posuerũt reges Juda ad sacrificandum in excelsis per

per ciuitates Juda, et in circuitu Jerusalem, et eos qui adolebant incensum Baal, et Soli, et lune et duodecim signis, et omni militie celi. ℟. Factum. 259. Lec. ij.

Et efferri fecit lucum de domo domini foras Jerusalem in conuallem Cedron, et combussit eum ibi, et redegit in puluerem, et proiecit super sepulcra vulgi. Et destruxit quoque ediculas effeminatorum, que erant in domo domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Congregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Juda, et contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Bersabee. ℟. Percussit Saul. 257.

FERIA QVARTA.

De libro quarto Regum. L. j.

Pythones, et ariolos, et figuras idolorum, et immundicias, et abominationes que fuerant in terra Juda et Jerusalem abstulit Josias: vt statueret verba legis, que scripta sunt in libro, quem inuenit Helcias sacerdos in templo domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde suo, et in tota anima sua, et in vniuersa virtute sua, iuxta omnem legem Moysi, neque post eum surrexit similis illi. Verumtamen non est auersus dominus ab ira furoris sui magni quo iratus est furor eius contra Judam propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. ℟. Peccaui. 258. Lect. ij.

Dixit itaque dominus: Etiam Judam auferam a facie mea, sicut abstuli Israel, et proiciam ciuitatem hanc quam elegi Jerusalem, et domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliquum autem sermonum Josie, et vniuersa que fecit, nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum Juda? In diebus eius ascendit Pharao Necao Rex Aegypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphratem, et abiit Josias rex in occursum eius: et occisus est in Mageddo, cum vidisset eum: et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: et pertulerunt in Jerusalem, et sepelierunt eum in sepulcro suo. ℟. Exaudisti. fo. 258. Lectio tertia.

Tulitque populus terre Joachaz filium Josie, et vnxerunt eum, et constituerunt eum regem pro patre suo. Viginti trium annorum erat Joachaz cum regnare cepisset, et tribus mensibus regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Amital filia Jeremie de Lobna. Et fecit malum coram domino: iuxta omnia que fecerunt patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in Reblatha, que est in terra Emat, ne regnaret in Jerusalem, et imposuit multam terre centum talentis argenti, et talento auri. Regemque constituit Pharao Nechao, Eliacim, filium

Josie, pro Josia patre eius: vertitque nomen eius Joacim: porro Joachaz tulit, et duxit in Aegyptũ. ℟. Audi domine. 258.

FERIA QUINTA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Viginti quinque annorum erat Joacim cum regnare cepisset: et vndecim annis regnauit in Jerusalē: nomē mīris eius Zebida, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quę fecerant patres eius. In diebus eius ascendit Nabuchodonosor, rex Babylonis, et factus est ei Joacim seruus tribus annis, et rursus rebellauit contra eum. ℟. Preparate. 257. Lectio ij.

Immisitque ei dominus latrunculos Chaldęorum, et latrunculos Syrię, et latrunculos Moab, et latrunculos filiorum Ammō: et immisit eos i Judam, vt disperderent eum, iuxta verbũ domini quod locutus fuerat per seruos suos pphetas. Factũ est autem hoc per verbũ domini contra Judas, vt auferret eũ coram se propter peccata Manasse, vniuersa quę fecit et propter sanguinem innocentium quem effudit, et impleuit Jerusalē cruore innocentiũ, et ob hanc rem noluit domin⁹ propitiari. ℟. Deus omnium. 257. Le. iij.

Reliqua autem sermonum Joacim, et vniuersa q̃ fecit, nōne hęc scripta sunt i libro sermonum dierũ regũ Juda? Et dormiuit Joacim cũ patribus suis, et regnauit Joachin filius eius p eo. Et vltra nō addidit rex Aegypti vt egrederet̃ d̃ terra sua: tulerat enim rex Babylonis a riuo Aegypti vsque ad fluuiũ Euphratē omnia q̃ fuerant regis Aegypti. ℟. Dñs q. 257.

FERIA SEXTA.

De libro quarto Regum. Le. i.

Decem et octo annorũ erat Joachin cum regnare cępisset: et tribus mēsibus regnauit in Jerusalem: nomen matris eius Neustha, filia Elnathan de Jerusalem, et fecit malum coram domino, iuxta omnia, quę fecerat pater eius. In tempore illo ascenderunt serui Nabucodonosor regis Babylonis in Jerusalem: et circundata est vrbs munitionibus. Venitque Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem cum seruis suis, vt oppugnaret eam. ℟. Percussit Saul. 257. Le. ij.

Egressusque ẽ Joachin rex Juda ad regē Babylōis ipse, et mater eius, et serui ei⁹, et principes eius, et eunuchi eius: et suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros dom⁹ domini, et thesauros domus regię: et cōcidit vniuersa vasa aurea, quę fecerat Salomō rex Israel in tēplo domini, iuxta verbum domini. Et transtulit omnem Jerusalē, et vniuersos principes, et omnes fortes exercit⁹,

decem

decem millia in captiuitatez, ⁊ omnem artificem, ⁊ inclusorez, nihilq; relictū est, exceptis pauperib⁹ populi terrę. ℟. Montes Gelboe. 258. Lectio tertia.

Transtulit quoq; Joachin in Babylonē, ⁊ matrem regis, ⁊ vxores regis, ⁊ eunuchos eius: ⁊ iudices terrę duxit in captiuitatē de Jerusalem in Babylonez, ⁊ omnes viros robustos, septē millia, ⁊ artifices ⁊ inclusores mille, omnes viros fortes, ⁊ bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos i Babylonem. Et cōstituit Matthaniam patruum eius pro eo, imposuitq; nomen ei Sedechiaz. ℟. Ego te tuli. folio 258.

SABBATHO.

De libro quarto Regum. Le. j.

Vicesimū ⁊ primum annū ętatis habebat Sedechias, cū regnare cępisset, ⁊ vndecim annis regnauit in Jerusalem: nomen matris eius erat Amital filia Jeremię de Lobna. Et fecit malum corā domino iuxta oia quę fecerat Joacim. Irascebatur. n. domin⁹ cōtra Jerusalē, ⁊ contra Judam donec proiceret eos a facie sua: recessitq; Sedechias a rege Babylonis. Factum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima die mēsis venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse ⁊ ois exercitus eius in Jerusalē, ⁊ circundederūt eā, ⁊ extruxerūt in circuitu eius munitiones ⁊ clausa est ciuitas, atq; vallata vsq; ad vndecimum annum regis Sedechię, nona die mensis: pręualuitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terrę. ℟. Peccaui. 258. Lec. ij.

Et interrupta est ciuitas: ⁊ omnes viri bellatores nocte fugerūt per viam portę, quę est inter duplicem murum ad hortum regis: (porro Chaldęi obsidebant in ciuitatem) fugit itaq; Sedechias per viam quę ducit ad campestria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldęorum regē: comprehenditq; eum in planitie Jericho: ⁊ oēs bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt: ⁊ reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad Regem Babylonis in Reblatha, qui locutus est cum eo iudicium. Filios Sedechię occidit coram eo, ⁊ oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, ⁊ adduxit in Babylonem. ℟. Exaudisti. 258. Lectio tertia.

Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardam princeps exercitus, seruus Regis Babylonis, in Jerusalem: ⁊ succēdit domum domini, ⁊ domum regis, ⁊ domos Jerusalem omnemque domum combussit igni. Et muros Jerusalez in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldęorū, qui erat

cum principe militum. Reliquã autem populi partem, que remanserat in ciuitate, et pfugas qui transfugerant ad regẽ Babylonis, et reliquũ vulgus transtulit Nabuzardã princeps militie. Et de pauperibus terre reliquit vinitores, et agricolas. Columnas aũt ereas que erant in templo domini, et bases, et mare ereũ, quod erat in domo domini confregerunt Chaldei, et transtulerunt es omne in Babylonem. ℟ Audi. 258.

¶ Sabb. ante j. dñicã Augusti:
¶ Ea aũt dr prima Dñica mensis, que est in Calendis, vel proximior Calẽdis illius mẽsis, ita vt si Calẽde fuerint ij. iij. et iiij. feria, tunc j. Dñica mẽsis i qua Liber scripture incboãdus ponitur, sit ea q̃ precedit Calẽdas: Sin aũt v. et vj. feria, vel Sabbato, est ea que sequitur. Historia vero, idest Responsoria illius libri, si propter aliquod festum duplex in dominica occurrens poni nõ possit, ponat infra hebdomadã primo die in quo contingat fieri officiũ de feria: qui si non occurrat, primo die eius hebdomadas nõ impedito festo noue lec. fiat Offm̃ de feria cũ cõm. festi triũ lect. in eo occur. Ad Magnificat. Antiphona. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, subdidit sibi gentes, superborũ et sublimium colla propria virtute calcauit.

DOMINICA I.
Augusti.
Ponunt libri Salomonis, et legit de eis vsq ad Calẽd. Septẽ.
Incipiunt Parabole Salomonis. Lectio prima.

Parabole Salomonis filij Dauid regis Israel, ad sciendam sapiẽtiam et disciplinam: ad intelligenda verba prudentie, ad suscipiendam eruditionẽ doctrine, iustitiam, iudicium, et equitatẽ: vt detur paruulis astutia, et adolescẽtulis sciẽtia, et intellectus. Audiẽs sapiens sapientior erit et intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolã, et iterpretationẽ, vba sapientium et enigmata eorũ. ℟. In principio Deus antequã terrã faceret, priusquã abyssos constitueret, priusquã produceret fontes aquarũ: Antequam montes collocarẽtur, ante oẽs colles generauit me dñs. ℣ Quando preparabat celos aderã cũ eo cuncta cõponẽs. Antequã. Lect. ij.

Timor domini principium sapiẽtie. Sapientiam atq doctrinã stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinã patris tui, et ne dimittas legẽ mris tue: vt addatur gra capiti tuo, et torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Ueni nobiscũ, insidiemur sanguini, abscondamus

mus tendiculas contra insontē ꝫfrustra, deglutiamus cuȝ sicut infernus viuentem, ꝛ integrum quasi descendenteȝ in lacū: omnem preciosam substantiā repe riemus: implebimus domos nostras spolijs: sortem mitte nobiscum: marsupium vnū sit oium nostrū. ℟. Gyrū celi circuiui sola, ꝛ i fluctibꝰ maris ambulaui, in omni gente, ꝛ in omni populo primatū tenui. Superborū, ꝛ sublimiū colla ꝓpria vtu te calcaui. ℣. Ego in altissimꝰ habito, ꝛ thronus meus in columna nubis. Superborū. L. iij.

Fili mi, ne ambules cū eis prohibe pedē tuū a semitis eorū. Pedes enim illoꝝ ad malum currūt, ꝛ festināt vt effundāt sanguinē. Frustra aūt iacitur rete ante oculos pēnatoꝝ: ipsi quoqȝ contra sanguinē suū insidiantur, ꝛ moliūtur fraudes cōtra animas suas, sic semitę omnis auari animas possidentium rapiunt. ℟. Emitte domine sapientiaȝ de sede magnitudinis tuę, vt mecum sit, ꝛ mecum laboret: Ut sciam quid acceptū sit coram te omni tempore. ℣. Da mihi domine sediuȝ tuaruȝ assestricem sapientiam. Ut sciā. Glo. Ut. Ex tractatu S. Ambrosij epi in psalm cētesimum decimū octauum L. iiij.

Initiū esse sapientię timorem dñi, dicit propheta. Quid est autē initiū sapientię, nisi seculo renūciare. Qꝛ sapere secularia, stultitia ē. Deniqȝ sapientiā huius mūdi stultitiā esse apud dñȝ Apostolus dicit. Sed ꝛ ipse timor dñi nisi secūdū scientiā sit, nihil prodest: imo obest plurimum. Siquideȝ Judęi habent zelum Dei: sed quia non habent ꝫm scientiam in ipso zelo, ꝛ timore maiorem contrahunt diuinitatis offensā. Quod circuncidunt infantulos suos, qđ Sabbatha custodiunt, Timorem Dei habent: sed quia nesciunt legeȝ spiritualem esse, circuncidunt corpus, non cor suum. ℟. Da mihi domine sedium tuarum assestricem sapiētiam: ꝛ noli me reprobare a pueris tuis. Quoniam seruus tuus sum ego, ꝛ filius ancillę tuę. ℣. Mitte illam de sede magnitudinis tuę: vt mecum sit, ꝛ mecū laboret. Quoniam. Lectio v.

Et quid de Judęis dicaȝ? Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed nō secundum sciētiam, statuētes duriora precepta, quę nō possit humana cōditio sustinere. Timor in eo est, quia vidētur sibi disciplinę, opus virtutis exigere: sed inscitia in eo est, qꝛ nō cōpatiūtur naturę, nō ęstimant possibilitatē. Non est ergo irrationalis timor. Etenim vera sapiētia a timore dei incipit. Nec ē sapiētia spiritalis sine timore Dei: ita timor sine sapiētia esse nō debet. ℟. Initiū sapiētię timor domini: Intellectꝰ bonus

omnib

omnibus facientibus eum: lau datio eius manet in seculum se culi. ℣. Dilectio illi⁹ custodia legum est: quia omnis sapiētia timor dñi. Intellectus ℟. vj

Baſis quedam verbi est ti mor sanctus, sicut enim si mulacrū aliquod in basi statui tur, et tunc maiorem habet gra tiam cum in basi statua fuerit collocata, standiq accipit fir mitatem: ita verbum Dei, vel rationabile Dei in timore san cto melius statuitur, fortius ra dicatur: hoc est in pectore timē tis dominum, ne labatur verbū de corde viri: ne veniant volu creo, et auferant illud de incu riosi et dissimulantis affectu.

℟. Verbum iniquum et dolo sum longe fac a me dñe. Diui tias et paupertatem ne dederis mihi, sed tantū victui meo tri bue necessaria. ℣. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar. Diuitias. vij ℟. Dñe pater et deus vitę meę, ne dere linquas me in cogitatu mali gno, extollentiam oculorū meo rum ne dederis mihi, et deside rium malignum auerte a me: dñe, aufer a me cōcupiscentiā, Et animo irreuerenti et infroni to ne tradas me dñe. ℣. Ne de relinquas me domine, ne accre scant ignorantię meę, nec mul tiplicētur delicta mea. Et ani. ℣. Duo Seraphim clama bant alter ad alterum, Sāctus, sanctus, sctūs, dñs Deus Sa baoth. Plena est oīs terra glo ria eius. ℣. Tres sunt q testimo niū dant in cęlo, Pater, Ver bū, et Spūs sctūs, et hi tres vnū sunt. Sanctus. Gloria. Plena.

Sic ℟ria huius Dñicę dicun tur in omnibus Dñicis vsque ad j. Dñicam Septemb. Infra hebd. quādo ℟ria sumuntur ex iij. noct. Dñicę. Quarta feria, et Sabb. post scdam et tertiā lect. ponitur ij. et iij. ℟. scdę seq. ferię.

FERIA QVARTA.

De parabolis Salomonis. ℟. j.

Fili mi ne obliuiscaris le gis meę, et pręcepta mea cor tuum custodiat: longitudi nem enim dierum, et annos vi tę, et pacem apponent tibi. Mi sericordia et veritas te non dese rant: circunda eas gutturi tuo, et describe i tabulis cordis tui, et inuenies gratiā, et disciplinā bonā corā dño et hoibus. Habe fiduciā i dño ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentię tuę. In omnibus vijs tuis cogita illū, et ipse diriget gressus tuos. ℟. Ne derelinquas me dñe pater et dñator vitę meę, vt non cor ruam in conspectu aduersario rum meorum. Ne gaudeat de me inimicus meus. ℣. Appre hende arma et scutum: et exurge in adiutorium mihi. Ne. ℟. ij.

Ne sis sapiens apud temet ipsum: time Deū, et rece de a malo, sanitas q̄ppe erit vm bilico tuo, et irrigatio ossiū tuo rum. Honora dñm de tua sub

stantia

stantia, et de primitijs oium frugum tuarum da pauperibus, et implebuntur horrea tua saturitate, et vino torcularia tua redundabunt. ℟. Magna enim sunt iudicia tua domine, et inenarrabilia vba tua: Magnificasti populum tuum, et honorasti. ℣. Trastulisti illos p mare rubrū: et transuexisti eos per aquā nimiam. Magnificasti. Lc. iij.

Disciplinā dñi, fili mi, ne abijcias: et ne dficias cū ab eo corriperis. Quē enim diligit dominus corripit, et quasi pr in filio cōplacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapiētiā, et q affluit prudētia. Melior est acqsitio eius negociatione auri et argenti: primi, et purissimi fruct⁹ ei⁹. Preciosior est cūctis opib⁹, et omnia q desiderantur huic nō valēt comparari. ℟. Quę sunt i corde hominū oculi tui vidēt domine, et in libro tuo omnia scribentur. Homo videt in facie, deus autem in corde. ℣. Omnia enim corda scrutantur, et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Homo.

FERIA TERTIA.

De Parabolis Salomonis. L. i.

Fili mi attēde ad sapientiā meā, et prudentię meę inclina aurē tuā: vt custodias cogitationes, et disciplinā labia tua conseruent. Ne intenderis fallacię mulieris. Fau⁹. n. distillans labia meretricis, et nitidi⁹ oleo guttur eius, nouissima aūt illius amara, quasi absinthium, et acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt i mortē, et ad inferos gressus ei⁹ penetrāt. Per semitā vitę nō ambulāt, vagi sūt gress⁹ ei⁹, et in inuestigabiles. ℟. Rēbe fili cor mihi, et oculi tui vias meas custodiāt. Ut addatur gra capiti tuo. ℣. Attēde fili mi ad sapiētiam meam: et ad eloquium meū inclina aurē tuā. Ut addatur.

Ala ppria ij. et iij. fer. hui⁹ hebd. repetunt i oib⁹ ij. et iij. fer. vsque ad j. Dñicam Septemb. L. ij.

Nunc ergo fili mi, audi me et ne recedas a verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuā, et ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorem tuū, et annos tuos crudeli: ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gēmas i nouissimis, qn cō sumpseris carnes tuas et corpus tuū, et dicas: Cur detestat⁹ sum disciplinam, et increpatiōib⁹ n acqeuit cor meū: nec audiui vocē docētiū me, et magistris nō iclinaui cor meū. ℟. Initium 285. Alia gra sumunt et ij. noc. Dñicę. Lc. iij.

Qua seduceris, fili mi, ab aliena, et foueris i sinu alterius? Respicit dñs vias hois, et omnes gressus eius considerat: Iniquitates suę capiūt impium, et funibus peccatorū suorum cōstringitur. Ipse morietur, quia nō habuit disciplinā, et i

multitudine stultitię suę decipietur. ℞. Verbū iniquū. 258.

FERIA QVARTA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

Nunquid nō sapientia clamitat, & prudētia dat vocē suam. In summis excelsisq verticibus supra viā, in medijs semitis stās, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicēs: O viri ad uos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligi te paruuli astutiam, & insipientes aiaduertite: audite quoniam de rebus magnis locutura sum, & aperientur labia mea, ut recta prędicent. ℞. Dñe pater. 285. Lectio ij.

Veritatem meditabit guttur meū & labia mea detestabuntur impium. Justi sunt oēs sermones mei, nō est in eis prauum quid, neq peruersum: recti sunt intelligētibus: & ęqui inuenientibus scientiā. Accipite disciplinā meā, & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est eni sapientia cunctis opibus preciosissimis, & omne desiderabile ei nō potest comparari. ℞. Magna enim. 286. Lectio tertia.

Ego sapientia habito i cōsilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor dñi odit malū, arrogantiā, & superbiā, & viā prauam, & os bilingue detestor. Meū est cōsiliū, & ęquitas: mea est prudētia, mea ē fortitudo: p me reges regnāt, & legum cōditores iusta decernūt. Per me principes imperant, & potētes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: & q mane vigilant ad me, inuenient me. ℞. Quę sunt in corde. 286.

FERIA QVINTA.

De Parabolis Salomonis. L. j.

Filius sapiēs lętificat patrem: filius vero stultus ē męstitia matri suę. Nil prodeṙunt thesauri impietatis, iustitia vero liberabit a morte. Nō affliget dominus fame aiam iusti, & insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mēdacijs, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volātes. Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit ęstate, filius confusionis. ℞. In principio. 204. Lectio ij.

Benedictio dñi sup caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cū laudibus: & nomen impiorū putrescet. Sapiēs corde pcepta suscipiet: stultus cęditur labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias suas, manifestus erit. Qui annuit oculo, dabit dolorē: & stultus labijs verberabitur. ℞. Gyrum cęli. 285. L. iij.

Vena vitę os iusti: & os impiorum operit iniquitatē. Odiū suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas. In labijs

labijs sapiētis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius, q idiget corde. Sapiētes abscōdunt scientiam, os autē stulti confusioni proximum est. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius, pauor pauperum egestas eorū. Opus iusti ad vitā, fructus autem impij ad peccatū. ℟. Emitte domine sapientiam. fol. 285.

FERIA SEXTA.

De Parabolis Salomonis. c. 14.

Sapiens mulier ędificat domum suam, insipiens extructam quoq; manibus destruet. Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stulti virga superbię: labia autē sapientū custodiunt eos. Ubi non sunt boues, pręsepe vacuum est: vbi autem plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. ℟. Da mihi. 285. Lectio secunda.

Querit derisor sapientiā & non inuenit: doctrina prudentium facilis. Uade contra virum stultū, & nescit labia prudentię. Sapiētia callidi est intelligere viam suā, & imprudētia stultorū errās. Stultus illudet peccatū, & inter iustos morabitur gratia. Cor qđ nouit amaritudinē animę suę, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Domus impiorū delebitur: tabernacula iustorū germinabūt.

℟. Initium. 285. Lectio iij.

Est via, quę videtur homini iusta, nouissima aūt eius deducunt ad mortē. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Uijs suis replebitur stultus, & super eū erit vir bonus. Innocens credit omi verbo, astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni: seruo autē sapienti ꝓspere erūt actus, & dirigef via eius. Sapiēs timet, & declinat a malo stultus transilit, & confidit. ℟. Uerbum iniquum. fol. 285.

SABBATHO.

De Parabolis Salomonis. c. 16.

Hominis est animam pręparare: & dñi gubernare linguam. Omnes vię hoīs patent oculis eius: spiritum ponderator est dñs. Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuę. Uniuersa ꝓpter semetipsum operatus est dñs: impium quoq; ad diem malū. Abominatio domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocēs. ℟. Dñe pater. 285. Lcō ij.

Initiū vię bonę, facere iustitiam: accepta est autē apud deum magis, quā immolare hostias. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinat a malo. Cum placuerint domino vię hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. Melius est parum cum iustitia, quā multi fructus

fructus cũ iniquitate. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus ei⁹.

℟. Magna. 286. Lectio iij.

Divinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius: pondus, & statera iudicia dñi sunt: & opera eius oẽs lapides seculi. Abominabiles regi qui agunt impie, qm̃ iustitia firmat soliũ. Volũtas regũ labia iusta: q recta loquit, diligetur. Indignatio regis nuncij mortis, & vir sapiens placabit eã. In hilaritate vultus regis vita: & clementia quasi imber serotinus. ℟. Quę sunt. fol. 286.

Sabbatho ante dominicam ij. mẽsis Augusti. Ad Mag. aña. Ego in altissimis habito: & thronus meus in columna nubis.

DOMINICA II.

Augusti.

Incipit liber Ecclesiaste. Le. j.

Verba Ecclesiaste filij David regis Ierl'm. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Generatio preterit, & generatio aduenit, terra autem in eternum stat. Orit sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat p meridiem, & flectitur ad Aquilonem. Lustrans vniuersa i circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertit. Oia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterũ fluant. ℟. In principio. 285. Lectio secunda.

Cunctę res difficiles: non põt eas homo explicare sermone. Non saturatur ocul⁹ visu, nec auris impletur auditu. Quid est qđ fuit? ipsũ quod futurum est. Quid est quod factũ est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouũ: nec valet quisquam dicere. Ecce hoc recens est. Iam enim pcessit in seculis, q fuerunt ante nos. Non est priorũ memoria, sed nec eorum quidem, quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos, q futuri sunt in nouissimo. ℟. Gyrũ celi. 285. Lectio tertia.

Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem, & ppo sui in animo meo querere, & inuestigare sapiẽter de oĩbus, quę fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi cuncta quę fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicẽs: Ecce magnus effectus sum, & precessi sapientia, omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter. Et didici,

dedique

dedi[que] cor meum, vt scirē prudē tiā, atq[ue] doctrinam, errores[que], & stultitiam. ℟. Emitte dñe. 285.

Sermo s. Ioha. Chrysost. s. iiij.

Salomō cū seculariū rerū cōcupiscētia teneret, magnas eas, & admirādas putabat: multū[que] i eis laboris & sollicitudinis insumebat, magnificās ędificādo domos, copiosum coaceruando aurū, cōgregando cātorum choros, varia genera ministrorum mensę, & popinę, quęrē do animę suę voluptatē ab hortorum, & corporum formosorum gratia, tādē, vt ita dicā, oblectationis, & refrigerij viā sectādo. ℟. Da mihi. 285. Lectio v.

At vbi ide ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadam abysso ad lumen verę sapientię respicere valuit, tunc sublimem illam, & cęlis dignā emisit vocem: Vanitas vanitatum dicens, & omnia vanitas. Mane & vos, & hac sublimiorē, si volueritis efferetis sententiā, de intempestiua hac voluptate si aliquantisper a mala consuetudine vos sequestraueritis. ℟. Initium. 285. Lectio vi.

Quamuis autē a Salomone seculis superiorib[us] nō tā multa sapiētię exigebat diligentia: neq[ue] enim delicias lex vetus prohibebat, neq[ue] alijs frui superuacuis dicebat vanum: attamen, & sic habentibus rebus in ipsis contueri licebit, quam viles, & vanitati obnoxię res sint. Nos vero ad maiorē vocati vitā, & ad excellētius fastigiū ascendimus, & in maioribus exercemur palęstris: & quid aliud quā quod sicut supernę virtutes intellectuales, & incorporęę illę, vitam instituere iubemur. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastę. Lectio i.

Dixi ergo in corde meo, 2.ca. Vadā, & affluā delicijs, & fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, vt animum meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem, quid esset vtile filijs hominum: quo facto opus est sub sole numero dierum vitę suę. Magnificaui opera mea, ędificaui mihi domos, & plantaui vineas. ℟. Me dereliquas. 285. Lectio secunda.

Possedi seruos, & ancillas, multam[que] familiā habui, armenta quoq[ue] & magnos ouium greges vltra omnes, qui fuerunt ante me in Ierusalem. Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerant

runt in Jerusalē: sapientia quoque perseuerauit mecum. ℞. Magna. 286. Lectio tertia.

Et omnia, quę desiderauerunt oculi mei, nō negaui eis, nec prohibui cor meū quin oī voluptate frueref, & oblectaret se in his, quę p̄parauerā: & hāc ratus sū partē meā, si vterer labore meo. Cumq; me conuertissem ad vniuersa opera q̄ fecerāt man⁹ meę, & ad labores in quibus frustra sudauerā: vidi in oībus vanitatem & afflictionē animi, & nihil permanere sub sole. ℞. Quę sunt. 286.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

ca. 3. Omnia tempus habent, et suis spatijs trāseunt vniuersa sub cęlo. Tempus nascendi & tempus moriendi. Tempus plangendi, & tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, et tempus sanandi. Tempus destruendi, & tēpus ędificandi. Tempus flendi, & tēpus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltandi. Temp⁹ spargendi lapides, et tēpus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tp̄s acquirendi, & tempus perdendi. Tempus custodiēdi, & tempus abijciendi. Tempus scindendi, et tēpus consuendi. Tēpus tacendi, & temp⁹ loquēdi. Tēpus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis. ℞. Prębe fili. 286. L ij.

Quid habet amplius homo de labo e suo? Vidi afflictionē quā dedit de⁹ filijs hominum, vt distendanf in ea. Cuncta fecit bona in tp̄e suo, & mundū tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio vsq; ad finem. Et cognoui, q̄ non esset melius, nisi lętari, & facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit, & bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. ℞. Initium. 285. Lectio iij.

Didici q̄ omnia opera quę fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quicquam addere, nec auferre: quę fecit deus vt timeatur. Quod factum est: ipsū permanet, quę futura sunt, iam fuerunt: & deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, et in loco iustitię iniquitatem: & dixi in corde meo: Justum, et impium iudicabit dominus. ℞. Verbum iniquum. folio. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Verti me ad alia, & vidi calūnias, quę sub sole gerūtur, & lacrymas innocentium, & neminem consolatorē: nec posse resistere eorum violentię cun ctorū auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quā viuētes, & feliciorē vtroq; iudicaui qui necdū natus est, nec vidit

mala

mala, quę sub sole fiũt. Rursus cõtẽplatus sũ oẽs labores ho minũ, & industrias animaduer ti patere inuidię proximi. Et in hoc ergo vanitas, & cura supflua est. ℟. Dñe pater. 285. Lec. ij.

Stultus complicat man⁹ suas: & comedit carnes su as, dicens: Melius est pugill⁹ cum requie, q̃ plena vtraq; ma nus, cũ labore & afflictione ani mi. Cõsiderans repperi & aliã vanitatem sub sole: Unus est, & secundum nõ habet, non filium non fratrem, & tñ laborare non cessat, nec satiant oculi eius di uitijs, nec recogitat dicẽs: cui la boro, & fraudo aiam meam bo nis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. ℟. Magna folio 286. Lectio tertia.

Melius est ergo duos esse simul, q̃ vnum: habent enim emolumentum societatis suę: si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Ue soli: quia cum ce ciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebũ tur mutuo: vnus quomodo ca lefiet? Et si quispiam pręualue rit contra vnũ, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rum pitur. Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, q nescit pręuidere in posterum. ℟. Quę sunt in. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio i.

ca. 5. Ne temere qd loquaris, ne que cor tuum sit velox ad proferendũ sermonẽ corã Deo. Deus enim in cęlo, & tu super ter ram: idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequunt som nia, & in multis sermonibus in uenitur stultitia. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displi cet enim ei infidelis & stulta pro missio: sed quodcunq; voueris, redde. Multoq; melius est non vouere, quam post votum pro missa non reddere. ℟. In prin cipio. 284. Lectio secunda.

Ne dederis os tuum, vt pec care facias carnem tuã: neq; dicas, coram angelo, Non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt som nia, plurimę sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero de um time. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia non mireris super hoc negocio: q: excelso excelsior est alius, & super hos quoq; eminentiores sunt alij, & insup vniuersę terrę rex imperat seruienti. ℟. Gy rum cęli. 285. Lectio tertia.

Auarus non implebit pe cunia: & q amat diuitias fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Ubi multę sunt opes, multi & qui comedũt eas. Et quid prodest possessori, nisi q̃ cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, si ue parum, siue multum come dat:

dat: saturitas autem diuitis nō finit eum dormire. Est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitie cōseruate in malū domini sue. Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filiū qui in summa egestate erit. ℟. Emitte domine. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiaste. Lectio j.

ca.6. Est et aliud malū quod vidi sub sole: et quidē frequēs apud homies. Uir cui dedit deus et diuitias, et substātiā, et honorem, et nihil deest anime sue ex omnibus, q̄ desiderat, nec tribuit ei potestatē de⁹, vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, et miseria magna est. ℟. Da mihi. 285. L. ij.

Si genuerit quispiā cētū liberos, et vixerit multos annos, et plures dies etatis habuerit, et anima illius non vtatur bonis substantie sue, sepulturaque careat: de hoc ego pronuncio, q̄ melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit, et pergit ad tenebras, et obliuione delebitur nomen eius. Non vidit solem, neque cognouit distātiam boni et mali, etiam si duobus millibus annis vixerit, et non fuerit perfruit⁹ bonis. ℟. Initiū sapientie. 285. Lectio iij.

Omne ad vnum locū properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? et quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Meli⁹ est videre qđ cupias, quā desiderare qđ nescias. Sed et hoc vanitas est et presumptio spūs. ℟. Uerbū 285.

SABBATHO.

De libro Ecclesiaste. Lectio j.

Quid necesse ē homini maiora se querere, cum ignoret quid cōducat sibi ī vita sua numero dierum peregrinatiōis sue, et tempore quod velut vmbra preterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurū sub sole sit? Melius est nomen bonum, quam vnguenta preciosa: et dies mortis, die natiuitatis Melius est ire ad domū luct⁹, quam ad domū conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, et viuens cogitat quid futurum sit. ℟. Domine pater. 285. Lectio secunda.

ca.7.

Melior est ira risu: quia per tristitiā vultus corrigit animus delinquētis. Cor sapientū, vbi tristitia est: et cor stultorū, vbi letitia. Melius est a sapiente corripi, quam stultorū adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarū ardētiū sub olla, sic risus stulti: sed et hoc vanitas. Calumnia cōturbat sapientē, et perdet robur cordis illi⁹. Melior est finis orationis, quā principiū. Melior est patiens arrogante. ℟. Magna. folio 286.

Lectio tertia.

Ne dicas, Quid putas causę est, quod priora tēpora meliora

melioꝛa fuere quã nũc sũt: stulta enĩ est huiuſmodi interrogatio. Utilioꝛ est ſapientia cũ diuitijs, ⁊ magis pꝛodeſt videntib⁹ ſolẽ. Sicut enĩ protegit ſapientia, ſic ꝓtegit pecunia: hoc aũt plus habet eruditio, ⁊ ſapiẽtia, ꝙ vitaꝫ tribuunt poſſeſſoꝛi ſuo. Conſidera opera Dei, quod nemo poſſit coꝛrigere quẽ ille deſpexerit. ℟. Que ſunt. 286.

Sabb. ante Dñicã iij. Auguſti. Ad Mag. Añ. Omnis ſapientia a domino deo eſt, ⁊ cum illo fuit ſemper, ⁊ eſt ante euum.

Si ſequens Dominica venerit in die Aſſumptionis B. Marie, vel in die octa. S. Laurẽtij, Liber Sapientie ponitur in ipſa die oc. S. Laurẽtij, ⁊ de eo legit in feſto S. Bernardi, ⁊ poſt oct. Aſſump. S. Marie ſi ſuper ſit, vſq; ad ſequentem Dñicaꝫ.

DOMINICA III. Auguſti.

Incipit liber Sapientie. Lec. j.

Diligite iuſtitiã q iudicatis terram. Sẽtite de dño in bonitate, ⁊ ĩ ſimplicitate coꝛdis q̃rite illum: qñ inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem iis, qui fidem habent in illum. Per uerſe enim cogitationes ſeparant a Deo: pꝛobata autem virtus coꝛripit inſipientes: quoniam in maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis. ℟. In pꝛincipio. 284. Lec. ij.

Spiritus enim ſanctus diſcipline effugiet fictũ: ⁊ auferet ſe a cogitationibus q̃ ſunt ſine intellectu, ⁊ coꝛripiet a ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapiẽtie, ⁊ non liberabit maledictũ a labijs ſuis: qm̃ renum eius teſtis eſt Deus, ⁊ coꝛdis illius ſcrutatoꝛ eſt verus, ⁊ lingue ei⁹ auditoꝛ: quoniam Spiritus domini repleuit oꝛbeꝫ terrarũ, ⁊ hoc quod continet omnia ſcientiaꝫ habet vocis. Pꝛopter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere: nec pteriet illum coꝛripiens iudicium. ℟. Gyrum celi. 285. Lectio tertia.

In cogitationib⁹ enim impij īterrogatio erit: ſermonum autẽ illi⁹ auditio ad Deũ veniet, ⁊ ad coꝛreptionẽ iniquitatum illius: qm̃ auris zeli audit oĩa, ⁊ tumultus murmurationum nõ abſcondetur. Cuſtodite ergo vos a murmuratiõe, que nihil pꝛodeſt: ⁊ a detractione parcite lingue, quoniã ſermo obſcurus in vacuũ non ibit. Os autem quod mentitur, occidit aiam. ℟. Emitte domine. 285.

Ex libro officioꝛũ Sancti Ambroſij epiſcopi. Lectio quarta.

Magnus iuſtitie ſplẽdoꝛ: q̃ alijs poti⁹ nata, quaꝫ ſibi communitatem, ⁊ ſocietatem noſtram adiuuat, excelſitatẽ tenet, vt ſuo iudicio omnia ſubie

cta habeat, opē aliis ferat. pecuniā conferat, officia nō abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcē tenere, nisi prima auaritia infirmaret, atq; inflecteret tantę virtutis vigorem? Etenim dū augere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, pręstare diuitiis: iustitię formam exuimus, beneficentiam communem amittimus. ℞. Da mihi. 285. Lectio v.

Quanta aūt iustitia sit, ex hoc intelligi potest, quod nec locis, nec personis, nec temporibus excipitur, quę etiā hostibus reseruatur: vt si constitutus sit cum hoste aut locus, aut dies prælio, aduersus iustitiā putetur, aut loco puenire, aut tempore. Interest enī vtrū aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an superiore gr̄a, vel aliquo euentu. ℞. Initium sapientię. 285. Lectio sexta.

Fundamentum ergo est iustitię, fides. Iustorum enim corda meditātur fidem, & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat. Nā tunc iustitia eius apparet, si vera fateatur. Deniq; & dominus per Isaiam: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion: idest Christum in fundamentū Ecclesię: fides enī omniū Christus: Ecclesia autem quędam forma iustitię est, commune ius oium, in cōe orat, in commune operatur, in cōe tentatur. ℞. Verbum iniquum. 285

FERIA SECVNDA.

De libro Sapientię. Lectio. i.

Iustus autem si morte pręoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hoīs, & ętas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilect⁹ & viuens inter peccatores trāslatus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. ℞. Ne derelin. 285. L. ii.

Fascinatio enī nugacitatis obscurat bona: & incōstantia concupiscentię trāsuertit sensum sine malitia. Cōsummatus in breui expleuit tēpora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illū de medio iniquitatū. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in pręcordiis talia. Qm̄ gr̄a Dei, & misericordia in sanctos ei⁹, & respect⁹ super electos illius. ℞. Magna. 286. L. iii.

Condemnat aūt iust⁹ mortu⁹ viuos impios, & iuuētus celerius cōsummata lōgā vitam iniusti. Videbunt enī finem sapientis, & nō intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum dñs: videbunt enī, & contemnent eum: illos aūt dñs irridebit. Et erūt

post

post hec decidētes sine honore, & in cōtumelia inter mortuos i perpetuum. ℟. Quę sunt.296.

FERIA TERTIA.

De libro Sapientię. Lectio i.

ca.6. Melior est sapientia, quaȝ vires: & vir prudēs, quaȝ fortis. Audite ergo reges, & intelligite: discite iudices finium terrę. Prębete aures vos q continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniaȝ data est a domino potestas vobis, & virtus ab altissimo: qui interrogabit opera vestra, & cogitatiōes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitię: neque secundum voluntatē Dei ambulastis. ℟. Prebe fili. fo.286. Lectio secunda.

Horrende, & cito apparebit vobis: qm̄ iudiciū durissimū in hïs qui psunt fiet. Exiguo enim cōcedetur misericordia. Potentes aūt potēter tormenta patient. Nō eniȝ subtrahet personā cuiusquam Deus, q est omniū dominator, nec verebitur magnitudinē cuiusquā: qm̄ pusillum, & magnuȝ ipse fecit, & ęqualiter cura est illi d oibus. Fortioribꝰ aūt fortior instat cruciatio. ℟. Initiū. 285. L. iij.

Ad vos ergo reges sūt hi sermones mei: vt discatis sapientiā, & non excidatis. Qui.n. custodierint iustitiā, iuste iudicabunt: & qui didicerint ista, inuenient qd respōdeant. Cōcupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinaȝ. Clara est, & quę nunquam marcescit, sapientia: & facile videt ab hïs, qui diligūt eā: & inuenitur ab hïs, qui quęrūt illam. ℟. Verbū iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Sapientię. Lectio i.

Sum quidem & ego mortalis homo, similis oibus & ex genere terreno illius, q primus factus est: & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem: & in similiter factam decidi terraȝ, & primam vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumētis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibꝰ aliud habuit natiuitatis initiū. ℟. Domine pater. 285. Lec. ij.

Vnus ergo introitus est oibꝰ ad uitā: & similis exitus. Propter hoc optaui, & datꝰ est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapiētię: & pposui illā regnis, & sedibꝰ: & diuitias nihil esse duxi in cōparatione illius: nec cōparaui illi lapidē preciosuȝ: quoniam omne auruȝ in cōparatione illiꝰ arena est exigua, & tanquā lutū estimabitur argentū in conspectu illius. ℟. Magna. 286. Le. iij.

S Uper salutē & speciē dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniā inextinguibile est lumē illius. Uenerunt aūt mihi omnia bona pariter cū illa, & inumerabilis honestas per manus illius: & letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabā, quoniā bonorū mr̄ omnium est. ℟. Que sunt. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Sapientie. Lectio i.

Q Uis hominum poterit scire consiliū Dei? aut quis poterit cogitare qd velit deus? cogitationes enim mortaliū timide, & incerte prouidentie nr̄e. Corpus enim qd corrumpitur, aggrauat animā: & terrena inhabitatio deprimit sensū multa cogitantem. Et difficile estimamus que in terra sunt: & que in prospectu sunt inuenimus cū labore: que autem in celis sūt, quis inuestigabit? ℟. In principio. fo. 284. Lectio secunda.

S Ensum autem tuū quis sciet: nisi tu dederis sapiētiam: & miseris Spiritū sanctū tuum de altissimis, & si correcte sint semite eorum, qui sunt i terris: & que tibi placent, didicerint homines. Nam per sapientiā sanati sunt quicunque placuerunt tibi domine a principio. Hec illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum a delicto suo: & eduxit illum de limo terre, & dedit illi virtutem continendi omnia. ℟. Gyrum celi, folio 285. Lectio tertia.

A B hac vt recessit iniustus in ira sua, per irā homicidij fraternitatis deperijt. Propter quod cū aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignū, iustū gubernās. Hec & in consensu superbie, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & cōseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiarum fortem custodiuit. Hec iustum a pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim, quibus in testimonium nequitie fumigabunda constat deserta terra. ℟. Emitte domine. folio 285.

FERIA SEXTA.

De libro Sapientie. Lectio i.

V Ani autem sunt oēs homines, in quibus nō subest scientia Dei: & de his, que videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus attendentes, agnouerūt quis esset artifex: sed aut ignē, aut spiritū, aut citatū aerē, aut gyrū stellarū, aut nimiā aquā, aut solem & lunā, rectores orbis terrarū deos putauerunt. Quorū si specie delectati, deos putauerūt, sciant quāto his dominator eorū speciosior est: speciei enī generator hec oīa ↄstituit. ℟. Da mihi domine. 285. L. ij.

Aut

Aut si virtutē & opera eo
rū mirati sunt, intelligāt
ab illis, quoniā q hęc fecit for
tior est illis: a magnitudine em
speciei & creaturę cognoscibi
liter poterit creator horum vi
deri. Sed tamen adhuc & i his
minor est querela. Et hi enim
fortasse errant, Deum queren
tes, & volentes inuenire. Etenim
cum in operibus illius conuer
sentur, inquirunt, & persuasum
habent, quoniam bona sunt,
quę videntur. ℟. Initium. fo
lio 285. Lectio tertia.

Verū autē nec his debet
ignosci. Si enim tantū po
tuerūt scire, vt possent ęstimare
seculum: quomodo huius dñm
non facilius inuenerūt? Infeli
ces autem sunt, & inter mortuos
spes illorū est, qui appellauerūt
deos opera manuum dominū,
aurum, & argentum, artis inuen
tionē, & multitudines animaliū
aut lapidē inutilē, opus manus
antiquę. ℟. Verbū iniquū. 286

SABBATHO.

De libro Sapientie. Lectio i.

Tu autem deus noster sua
uis & verus es, patiens, &
in misericordia disponens oia.
Etenim si peccauerimus, tui su
mus, sciētes magnitudinē tuā:
& si nō peccauerim⁹, scim⁹ quo
niam apud te sumus cōputati.
Nosse enim te, cōsummata iusti
tia est: & scire iustitiā, & virtutē
tuam, radix est imortalitatis.
℟. Domine pater. 288. Lectio ii.

Non enim in errorem indu
xit nos hominum malę ar
tis excogitatio, nec vmbra pi
cturę labor sine fructu, & effigi
es sculpta per varios colores,
cuius aspectus insensato dat co
cupiscentiam, & diligit mortuę
imaginis effigiem sine anima.
Malorum amatores digni sūt
morte, qui spem habent in tali
bus, & qui faciūt illos, & qui di
ligunt, & qui colunt. ℟. Ma
gna. 286. Lectio tertia.

Sed & figulus mollem ter
ram premens, laboriose
fingit ad vsus nros vnumquod
que vas, & de eodem luto fingit
quę munda sunt in vsum vasa, &
similiter quę his sunt contraria:
horum autem vasorum quis sit
vsus, iudex est figulus. Et cum
labore vano deum fingit de eo
dem luto ille, qui paulo ante de
terra factus fuerat, & post pusil
lū reducit se vnde acceptus est.
℟. Quę sunt in corde. 286.

Sabb. ante dñicā iiij. Augusti.
Ad Mag. Aña. Sapientia cla
mitat in plateis: siquis diligit
sapientiam ad me declinet, &
eam inueniet: & cum inuenerit,
beatus erit si tenuerit eam.

DOMINICA IIII.
Augusti.

Incipit liber Ecclesiastici. L. i.

Omnis sapientia a
dño deo ē, & cū illo
fuit semp, & ē ante
euum. Arenam ma
ris, & pluuię guttas

multitudine stultitię suę decipie tur. ℟. Uerbū iniquū. 258.

FERIA QVARTA.

De Parabolis Salomonis. l. j.

Nunquid nō sapientia clamitat, ⁊ prudētia dat vocē suam. In summis excelsisq; verticibus supra viā, in medijs semitis stās, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicēs: O viri ad vos clamito, ⁊ vox mea ad filios hominum. Intelligi te paruuli astutiam, ⁊ insipientes aiaduertite: audite quoniam de rebus magnis locutura sum, ⁊ aperientur labia mea, ut recta prędicent. ℟. Dñe pater. 285. Lectio ij

Ueritatem meditabitur guttur meū ⁊ labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt oēs sermones mei, nō est in eis prauum quid, neq; peruersum: recti sunt intelligētibus: ⁊ ęqui inuenientibus scientiā. Accipite disciplinā meā, ⁊ non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est eni sapientia cunctis opibus preciosissimis, ⁊ omne desiderabile ei nō potest comparari. ℟. Magna enim. 286. Lectio tertia.

Ego sapientia habito i cōsilio, ⁊ eruditis intersum cogitationibus. Timor dñi odit malū, arrogantiā, ⁊ superbiā, ⁊ viā prauam, ⁊ os bilingue detestor. Meū est cōsiliū, ⁊ ęquitas: mea est prudētia, mea ē fortitudo: p me reges regnāt, ⁊ legum cōditores iusta decernūt. Per me principes imperant, ⁊ potētes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: ⁊ q mane vigilant ad me, inuenient me. ℟. Quę sunt in corde. 286.

FERIA QVINTA.

De Parabolis Salomonis. l. j.

Filius sapiēs lętificat patrem: filius vero stultus ē męstitia matri suę. Nil prosunt thesauri impietatis, iustitia vero liberabit a morte. Nō affliget dominus fame aiam iusti, ⁊ insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mēdacijs, hic pascit ventos: idem autem ipse sequitur aues volātes. Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit ęstate, filius confusionis. ℟. In principio. 204. Lectio ij.

Benedictio dñi sup caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas. Memoria iusti cū laudibus: ⁊ nomen impiorū putrescet. Sapiēs corde pcepta suscipiet: stultus cęditur labijs. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit. Quiannuit oculo, dabit dolorē: ⁊ stultus labijs verberabitur. ℟. Gyrum cęli. 285. L. iij.

Uena vitę os iusti: ⁊ os impiorum operit iniquitatē. Odiū suscitat rixas: ⁊ vniuersa delicta operit charitas. In labijs

labijs sapiētis inuenitur sapientia: & virga in dorso eius, q idiget corde. Sapiētes abscōdunt scientiam, os autē stulti confusioni proximum est. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius, pauor pauperum egestas eorū. Opus iusti ad vitā, fructus autem impij ad peccatū. ℟. Emitte domine sapientiam. fol. 285.

FERIA SEXTA.

De Parabolis Salomonis. c. 14.

Sapiens mulier edificat domum suam, insipiens extructam quoq; manibus destruet. Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. In ore stulti virga superbię: labia autē sapientū custodiunt eos. Ubi non sunt boues, presepe vacuum est: vbi autem plurimę segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. Testis fidelis non mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. ℟. Da mihi. 285. Lectio secunda.

Querit derisor sapientiā & non inuenit: doctrina prudentium facilis. Uade contra virum stultū, & nescit labia prudentię. Sapiētia callidi est intelligere viam suā, & imprudētia stultorū errās. Stultus illudet peccatū, & inter iustos morabitur gratia. Cor qd nouit amaritudinē animę suę, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Domus impiorū delebitur: tabernacula iustorū germinabūt. ℟. Initium. 285. Lectio iij.

Est via, quę videtur homini iusta, nouissima aūt eius deducunt ad mortē. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Uijs suis replebitur stultus, & super eū erit vir bonus. Innocens credit oī verbo, astutus considerat gressus suos. Filio doloso nihil erit boni: seruo autē sapientię pspe ri erūt actus, & dirigetur via eius. Sapiēs timet, & declinat a malo stultus transilit, & confidit. ℟. Uerbum iniquum. fol. 285.

SABBATHO.

De Parabolis Salomonis. c. 16.

Hominis est animam preparare: & dñi gubernare linguam. Omnes vię hoīs patent oculis eius: spiritum ponderator est dñs. Reuela domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuę. Uniuersa ppter semetipsum operatus est dñs: impium quoq; ad diem malū. Abominatio domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocēs. ℟. Dñe pater. 285. Lectio ij.

Initiū vię bonę, facere iustitiam: accepta est autē apud deum magis, quā immolare hostias. Misericordia, & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinat a malo. Cum placuerint domino vię hominis, inimicos quoq; eius conuertet ad pacē. Melius est parum cum iustitia, quā multi fructus

fructus cũ iniquitate. Cor hominis disponit viam suam, sed domini est dirigere gressus ei⁹. ℟. Magna.286. Lectio iij.

Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius: pondus, ⁊ statera iudicia dñi sunt: ⁊ opera eius oẽs lapides seculi. Abominabiles regi qui agunt impie, qm̃ iustitia firmat soliũ. Volũtas regũ labia iusta: q recta loquit͂, diligetur. Indignatio regis nuncij mortis, ⁊ vir sapiens placabit eã. In hilaritate vultus regis vita: ⁊ clementia quasi imber serotinus: ℟. Quę sunt. fol.286.

Sabbatho ante dominicam ij. mẽsis Augusti. Ad Magn. añã. Ego in altissimis habito: ⁊ thronus meus in columna nubis.

DOMINICA II. Augusti.

Incipit liber Ecclesiaste. Le.j.

Verba Ecclesiaste filij Dauid regis Jer̃lm. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas vanitatum, ⁊ omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Generatio preterit, ⁊ generatio aduenit, terra autem in ęternum stat. Orit͂ sol, ⁊ occidit, ⁊ ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat p meridiem, ⁊ flectitur ad Aquilonẽ. Lustrans vniuersa i circuitu pergit spiritus, ⁊ in circulos suos reuertit͂. Oia flumina intrant in mare, ⁊ mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterũ fluant. ℟. In principio. 285. Lectio secunda.

Cunctę res difficiles: non põt eas homo explicare sermone. Non saturatur ocul⁹ visu, nec auris impletur auditu. Quid est qđ fuit? ipsũ quod futurum est. Quid est quod factũ est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouũ: nec valet quisquam dicere. Ecce hoc recens est. Jam enim pcessit in seculis, q̃ fuerunt ante nos. Non est priorũ memoria, sed nec eorum quidem, quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos, q futuri sunt in nouissimo. ℟. Gyrũ cęli. 285. Lectio tertia.

Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Jerusalem, ⁊ ppo sui in animo meo quęrere, ⁊ inuestigare sapiẽter de oibus, quę fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi cuncta quę fiunt sub sole, ⁊ ecce vniuersa vanitas, ⁊ afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, ⁊ stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicẽs: Ecce magnus effectus sum, ⁊ pcessi sapientia, omnes qui fuerunt ante me in Jerusalem, ⁊ mens mea contemplata est multa sapienter. Et dedici,

dedique

vediq; cor meũ, vt scirẽ prudẽtiã, atq; doctrinam, erroresq;, & stultitiam. ℟. Emitte dñe. 285.

Sermo. 5. Joha. Chrysost. c. xiiij.

Salomõ cũ seculariũ rerũ ɔcupiscẽtia teneret, magnas eas, & admirãdas putabat: multũq; i eis laboris & sollicitudinis insumebat, magnificas ędificãdo domos, copiosũ coaceruando aurũ, cõgregando cãtorum choros, varia genera ministrorum mensę, & popinę, quęrẽdo animę suę voluptatẽ ab hortorum, & corporum formosorũ gratia, & oẽs, vt ita dicã, oblectationis, & refrigerij viã sectãdo. ℟. Da mihi. 285. Lectio v.

At vbi ide ad se reuersus, & quasi ex vmbrosa quadam abysso ad lumen verę sapientię respicere valuit, tunc sublimem illam, & cęlis dignã emisit vocem: Vanitas vanitatum dicens, & omnia vanitas. Hanc & vos, & hac sublimiorẽ, si volueritis efferetis sententiã, de intempestiua hac voluptate si aliquantisper a mala consuetudine vos sequestraueritis. ℟. Initium. 285. Lectio vj.

Quamuis autẽ a Salomone seculis superioribus nõ tã multa sapiẽtię exigebat diligentia: neq; enĩ delicias lex vetũ prohibebat, neq; alijs frui superuacuis dicebat vanũ: attamen, & sic habentibus rebus in ipsis contueri licebit, quam viles, & vanitati obnoxię res sint. Nos vero ad maiorẽ vocati vitã, & ad excellẽtius fastigiũ ascendimus, & in maioribus exercemur palęstris: & quid aliud quã quod sicut supernę virtutes intellectuales, & incorporeę illę, vitam instituere iubemur. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Dixi ergo in corde meo, Vadã, & affluã delicijs, & fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Risũ reputaui errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam, vt animũ meum transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem, quid esset vtile filijs hominum: quo facto opus est sub sole numero dierũ vitę suę. Magnificaui opera mea, ędificaui mihi domos, & plantaui vineas. ℟. Me dereliquas. 285. Lectio secunda.

2. ca.

Possedi seruos, & ancillas, multamq; familiã habui, armenta quoq; & magnos ouium greges vltra omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem. Coaceruaui mihi argentum, & aurum, & substantias regum, & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerant

runt in Jerusalē: sapientia quoque perseuerauit mecum. ℟. Magna. 286. Lectio tertia.

Et omnia, quę desiderauerunt oculi mei, nō negaui eis, nec prohibui cor meū quin oi voluptate frueret, et oblectaret se in his, quę pręparaueram: et hāc ratus sum partē meā, si vterer labore meo. Cumque me conuertissem ad vniuersa opera q̄ fecerāt man⁹ meę, et ad labores in quibus frustra sudaueram: vidi in oībus vanitatem et afflictionem animi, et nihil permanere sub sole. ℟. Quę sunt. 286.

FERIA TERTIA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

ca. 3. Omnia tempus habent, et suis spatijs transeunt vniuersa sub cęlo. Tempus nascendi et tempus moriendi. Tempus plangendi, et tempus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, et tempus sanandi. Tempus destruendi, et tēpus ędificandi. Tempus flendi, et tēpus ridendi. Tempus plangendi, et tempus saltandi. Temp⁹ spargendi lapides, et tēpus colligendi. Tempus amplexandi, et tempus longe fieri ab amplexibus. Tps acquirendi, et tempus perdendi. Tempus custodiēdi, et tempus abyciendi. Tempus scindendi, et tēpus consuendi. Tēpus tacendi, et temp⁹ loquēdi. Tēpus dilectionis, et tempus odij. Tempus belli, et tempus pacis. ℟. Pręhe fili. 286. L. ij.

Quid habet amplius homo de labo e suo? Vidi afflictionē quā dedit de⁹ filijs hominum, vt distendant in ea. Cuncta fecit bona in tpe suo, et mundū tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui, q̄ non esset melius, nisi lętari, et facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit, et bibit, et videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. ℟. Initium. 285. Lectio iij.

Didici q̄ omnia opera quę fecit Deus, perseuerent in perpetuum: non possumus eis quicquam addere, nec auferre: quę fecit deus vt timeatur. Quod factum est: ipsū permanet, quę futura sunt, iam fuerunt: et deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, et in loco iustitię iniquitatem: et dixi in corde meo: Justum, et impium iudicabit dominus. ℟. Verbum iniquum. folio. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Verti me ad alia, et vidi calūnias, quę sub sole gerūtur, et lacrymas innocentium, et neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentię cunctorū auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quā viuētes, et feliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est, nec vidit mala

mala, quę sub sole fiũt. Rursus contẽplatus sũ oẽs labores ho minũ, & industrias animaduer ti patere inuidię proximi. Et in hoc ergo vanitas, & cura supflua est. ℟. Dñe pater. 285. Lec. ij.

Stultus complicat man⁹ suas: & comedit carnes su as, dicens: Melius est pugill⁹ cum requie, q̃ plena vtraq; ma nus, cũ labore & afflictione ani mi. Cõsiderans repperi & aliã vanitatem sub sole: Unus est, & secundum nõ habet, non filium non fratrem, & tñ laborare non cessat, nec satiant oculi eius di uitijs, nec recogitat dicẽs: cui la boro, & fraudo aiam meam bo/ nis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. ℟. Magna folio 286. Lectio tertia.

Melius est ergo duos esse simul, q̃ vnum: habent enim emolumentum societatis suę: si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Uę soli: quia cum ce ciderit non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebũ tur mutuo: vnus quomodo ca/ lefiet? Et si quispiam preualue/ rit contra vnũ, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficile rum pitur. Melior est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, q nescit preuidere in posterum. ℟. Quę sunt in. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiaste. Lectio. j.

ca. 5. Ne temere qd loquaris, ne/ que cor tuum sit velox ad pferendũ sermonẽ corã Deo. Deus enĩ in cęlo, & tu super ter ram: iccirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequunt som nia, & in multis sermonibus in/ uenief stultitia. Siquid vouisti Deo, ne moreris reddere: displi cet enĩ ei infidelis & stulta pro missio: sed quodcunq; voueris, redde. Multoq; melius est non vouere, quam post votum pro/ missa non reddere. ℟. In prin/ cipio. 284. Lectio secunda.

Ne dederis os tuũ, vt pec care facias carnem tuã: neq; dicas, coram angelo, Non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. Ubi multa sunt som/ nia, plurimę sunt vanitates, & sermones innumeri: tu vero de/ um time. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia non mireris super hoc negocio: q; excelso excelsior est alius, & super hos quoq; eminentiores sunt alij, & insup vniuersę terrę rex imperat seruienti. ℟. Gy/ rum cęli. 285. Lectio tertia.

Auarus non implebit pe/ cunia: & q amat diuitias fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Ubi multę sunt opes, multi & qui comedũt eas. Et quid prodest possessori, nisi qd cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operanti, si ue parum, siue multum come/

dat: saturitas autem diuitis nō sinit eum dormire. Est & alia infirmitas pessima, quā vidi sub sole, diuitię cōseruatę in malū domini suę. Pereunt enim in afflictione pessima: generauit filiū qui in summa egestate erit. ℞. Emitte domine. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

ca. 6. Est & aliud malū quod vidi sub sole: & qdē frequēs apud hoīes. Uir cui dedit deus & diuitias, & substātiā, & honorem, & nihil deest animę suę ex oībus, q̄ desiderat, nec tribuit ei potestatē de⁹, vt comedat ex eo: sed homo extraneus vorabit illud. Hoc vanitas, & miseria magna est. ℞. Da mihi. 285. L. ij.

Si genuerit quispiā cētū liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ętatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantię suę, sepulturaq; careat: de hoc ego pronuncio, q̄ melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit solem, neq; cognouit distātiam boni & mali, etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruit⁹ bonis. ℞. Initiū sapientię. 285. Lectio iij.

Omne ad vnum locū properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. Quid habet amplius sapiens a stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Meli⁹ est videre qđ cupias, quā desiderare qđ nescias. Sed & hoc vanitas est & pŕsumptio spūs. ℞. Uerbū 285.

SABBATHO.

De libro Ecclesiastę. Lectio j.

Quid necesse ē homini maiora se quęrere, cum ignoret quid cōducat sibi ī vita sua numero dierum peregrinatiōis suę, & tempore quod velut vmbra pręterit? Aut qs ei poterit indicare, quid post eū futurū sub sole sit? Melius est nomen bonum, quam vnguenta preciosa: & dies mortis, die natiuitatis. Melius est ire ad domū luct⁹, quam ad domū conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. ℞. Domine pater. 285. Lectio secunda.

ca. 7. Melior est ira risu: q̄ per tristitiā vultus corrigitē animus delinquētis. Cor sapiētiū, vbi tristitia est: & cor stultorū, vbi lętitia. Melius est a sapiente corripi, quam stultorū adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarū ardētiū sub olla, sic risus stulti: sed & hoc vanitas. Calumnia cōturbat sapientē, & perdet robur cordis illi⁹. Melior est finis orationis, quā principiū. Melior est patiens arrogante. ℞. Magna. folio. 286.

Lectio tertia.

Ne dicas, Quid putas causę est, quod priora tēpora meliora

meliora fuere quã nũc sũt: stulta enim est huiusmodi interrogatio. Utilior est sapientia cum diuitijs, et magis prodest videntibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio, et sapientia, quod vitam tribuunt possessori suo. Considera opera Dei, quod nemo possit corrigere quem ille despexerit. ℟. Que sunt: 286.

Sabb. ante Dñicã iij. Augusti. Ad Mag. Añ. Omnis sapientia a domino deo est, et cum illo fuit semper, et est ante euum.

Si sequens Dominica venerit in die Assumptionis B. Marie, vel in die octa. S. Laurentij, Liber Sapientie ponitur in ipsa die oct. S. Laurentij, et de eo legitur in festo S. Bernardi, et post oct. Assump. S. Marie si superfit, vsque ad sequentem Dñicam.

DOMINICA III. Augusti.

Incipit liber Sapientie. Lec. j.

Diligite iustitiã qui iudicatis terram. Sentite de dño in bonitate, et in simplicitate cordis querite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruerse enim cogitationes separant a Deo: probata autem virtus corripit insipientes: quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. ℟. In principio. 284. Lec. ij.

Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictũ: et auferet se a cogitationibus quę sunt sine intellectu, et corripietur a superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientię, et non liberabit maledictũ a labijs suis: quoniam renum eius testis est Deus, et cordis illius scrutator est verus, et linguę eius auditor: quoniam Spiritus domini repleuit orbem terrarũ, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere: nec pręteriet illum corripiens iudicium. ℟. Gyrum cęli. 285. Lectio tertia.

In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, et ad correptionẽ iniquitatum illius: quoniam auris zeli audit oia, et tumultus murmurationum nõ abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratiõe, quę nihil prodest: et a detractione parcite linguę, quoniã sermo obscurus in vacuũ non ibit. Os autem quod mentitur, occidit aiam. ℟. Emitte domine. 285.

Ex libro officiorũ Sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Magnus iustitię splẽdor: quę alijs potius nata, quam sibi communitatem, et societatem nostram adiuuat, excelsitatẽ tenet, vt suo iudicio omnia subie-

cta habeat, opē aliis ferat. pecu niā conferat, officia nō abnuat, pericula suscipiat aliena. Quis non cuperet hanc virtutis arcē tenere, nisi prima auaritia infir maret, atq3 inflecteret tantę vir tutis vigorem? Etenim dū au gere opes, aggregare pecunias, occupare terras possessionibus cupimus, pręstare diuitijs: iusti tię formam exuimus, beneficen tiam communem amittimus.

℟ Da mihi. 285. Lectio v.

Quanta aūt iustitia sit, ex hoc intelligi potest, quod nec locis, nec personis, nec tem poribus excipitur, quę etiā3 ho stibus reseruatur: vt si constitu tus sit cum hoste aut locus, aut dies prelio, aduersus iustitiā pu tetur, aut loco puenire, aut tem pore. Interest enī3 vtrū aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an superiore gr̄a, vel aliquo euentu. ℟. Initium sa pientię. 285. Lectio sexta.

Fundamentum ergo est iustitię, fides. Iustorum enim corda meditātur fidem, & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidem collocat. Naȝ tunc iustitia eius apparet, si vera fa teatur. Deniq3 & dominus per Isaiam: Ecce, inquit, mitto la pidem in fundamentum Sion: idest Christum in fundamentū Ecclesię: fides enī omniū Chri stus: Ecclesia autem quędam forma iustitię est, commune ius oium, in cōe orat, in commune operatur, in cōe tentatur.

℟ Verbum iniquum. 285

FERIA SECUNDA.

De libro Sapientię. Lectio. i.

Iustus autem si morte pre occupatus fuerit, in refri gerio erit. Senectus enim vene rabilis est, non diuturna, neq3 annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hoīs, & etas senectutis, vita immacula ta. Placens Deo factus dilect⁹ & viuens inter peccatores trās latus est: raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam il lius. ℟ Ne derelin. 285. L. ij.

Fascinatio enī3 nugacita tis obscurat bona: & incō stantia concupiscentię trāsuer tit sensum sine malitia. Cōsum matus in breui expleuit tēpora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc prope rauit educere illū de medio ini quitatu3. Populi autem viden tes, & non intelligentes, nec po nentes in precordijs talia. Qm̄ gr̄a Dei, & misericordia in san ctos ei⁹, & respect⁹ super electos illius. ℟ Magna. 286. L. iij.

Condemnat aūt iust⁹ mor tu⁹ viuos impios, & iuuē tus celerius cōsummata lōga3 vitam iniusti. Videbunt enī fi nem sapientis, & nō intelligent quid cogitauerit de illo deus, & quare munierit illum dn̄s. Vi debunt enī, & contemnent eu3: illos aūt dn̄s irridebit. Et erūt post

post hec decidētes sine honore, & in cōtumelia inter mortuos i perpetuum. ℟. Que sunt. 296.

FERIA TERTIA.

De libro Sapientie. Lectio ...

ca. 6. Melior est sapientia, quaz vires: & vir prudēs, quaz fortis. Audite ergo reges, & intelligite: discite iudices finium terre. Prebete aures vos q continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniaz data est a domino potestas vobis, & virtus ab altissimo: qui interrogabit opera vestra, & cogitatiões scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iusticie: neque secundum voluntatē Dei ambulastis. ℟. Prebe fili. fo. 286. Lectio secunda.

Horrende, & cito apparebit vobis: qm̄ iudiciū durissimū in hijs qui psunt fiet. Exiguo enim cōcedetur misericordia. Potentes aūt potēter tormenta patient. Nō eniz subtrahet personā cuiusquam Deus, q est omniū dominator, nec verebitur magnitudinē cuiusquā: qm̄ pusillum, & magnuz ipse fecit, & equaliter cura est illi d' oībus. Fortioribus aūt fortior instat cruciatio. ℟. Initiū. 285. L. iij.

Ad vos ergo reges sūt hi sermones mei: vt discatis sapientiā, & non excidatis. Qui. n. custodierint iustitiā, iuste iudicabunt: & qui didicerint iusta, inuenient qd respōdeant. Cōcupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinaz. Clara est, & que nunquam marcescit, sapientia: & facile videt ab hijs, qui diligūt eā: & inuenitur ab hijs, qui querūt illam. ℟. Verbū iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Sapientie. Lectio I.

Sum quidem & ego mortalis homo, similis oībus & ex genere terreno illius, q primus factus est: & in ventre matris figuratus sum caro, decez mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem: & in similiter factam decidi terraz, & primam vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumētis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initiū. ℟. Domine pater. 285. Lec. ij.

Vnus ergo introitus est oibus ad uitā: & similis exitus. Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapiētie: & preposui illā regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse duxi in cōparatione illius: nec cōparaui illi lapidē preciosuz: quoniam omne auruz in cōparatione illius arena est exigua, & tanquā lutū estimabitur argentū in conspectu illius. ℟. Magna. 286. Lec. iij.

Super salutē & speciez dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniā inextinguibile est lumē illius. Uenerunt aūt mihi omnia bona pariter cū illa, & innumerabilis honestas per manus illius: & letatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabā, quoniā bonorū mr omnium est. ℟. Que sunt. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Sapientie. Lectio i.

Quis hominuz poterit scire consiliū Dei: aut quis poterit cogitare qd velit deus? cogitationes enim mortaliū timide, & incerte prouidentie nre. Corpus enim qd corrumpitur, aggrauat animaz: & terrena inhabitatio deprimit sensuz multa cogitantem. Et difficile estimamus que in terra sunt: & que in prospectu sunt inuenimus cū labore: que autem in celis sūt, quis inuestigabit? ℟. In principio. fo. 284. Lectio secunda.

Sensum autem tuuz quis sciet: nisi tu dederis sapiētiam: & miseris Spiritū sanctū tuum de altissimis, & si correcte sint semite eorum, qui sunt i terris: & que tibi placent, didicerint homines. Nam per sapientiaz sanati sunt quicunque placuerunt tibi domine a principio. Hec illum, qui primus formatus est a Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum a delicto suo: eduxit illum de limo terre, dedit illi virtutem continendi omnia. ℟. Gyrum celi. folio 285. Lectio tertia.

Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per irā homicidij fraternitatis deperyt. Propter quod cuz aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignuz, iustū gubernās. Hec & in consensu superbie, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & cōseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiarum fortem custodiuit. Hec iustum a pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolis, quibus in testimonium nequitie fumigabunda constat deserta terra. ℟. Emitte domine a folio 285.

FERIA SEXTA.

De libro Sapientie. Lectio i.

Uani autem sunt oēs homines, in quibus nō subest scientia Dei: & de ijs, que videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est: neque operibus attendentes, agnouerūt quis esset artifex: sed aut ignē, aut spiritū, aut citatū aerē, aut gyrū stellarū, aut nimiā aquā, aut solem & lunā, rectores orbis terrarū deos putauerunt. Quoruz si specie delectati, deos putauerūt, sciant quāto his dominator eorū speciosior est: speciei enim generator hec oia cōstituit. ℟. Da mihi domine, 285. L. iij.

Huc

A Ut si virtutē & opera eo rū mirati sunt, intelligāt ab illis, quoniā q hęc fecit for/tior est illis: a magnitudine enī speciei & creaturę cognoscibi/liter poterit creator horum vi/deri. Sed tamen adhuc & i his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum queren/tes, & volentes inuenire. Eteniʒ cum in operibus illius conuer/sentur, inquirunt, & persuasum habent, quoniam bona sunt, quę videntur. ℟. Initium. fo/lio 285. **Lectio tertia.**

V Erū autē nec his debet ignosci. Si enim tantū po tuerūt scire, vt possent ęstimare seculum: quomodo huius dñm non facilius inuenerūt? Infeli/ces autem sunt, & inter mortuos spes illorū est, qui appellauerūt deos opera manuum hominū, aurum, & argentuʒ, artis inuen tionē, & similitudines animaliū aut lapidē inutilē, opus manus antiquę. ℟. Verbū iniquū. 286

SABBATHO.

De libro Sapientie. Lectio i.

T V autem deus noster sua uis & verus es, patiens, & in misericordia disponens oīa. Eteniʒ si peccauerimus, tui su/mus, sciētes magnitudinē tuā: & si nō peccauerim⁹, scim⁹ quo/niam apud te sumus cōputati. Nosse eniʒ te, cōsummata iusti/tia est: & scire iustitiā, & virtutē tuam, radix est immortalitatis. ℟. Domine pater. 288. **Lectio ii.**

N On enim in errorem indu xit nos hominum malę ar tis excogitatio, nec vmbra pi/cturę labor sine fructu, & effigi/es sculpta per varios colores, cuius aspectus insensato dat cō/cupiscentiam, & diligit mortuę imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores digni sūt morte, qui spem habent in tali bus, & qui faciūt illos, & qui di ligunt, & qui colunt. ℟. Ma/gna. 286. **Lectio tertia.**

S Ed & figulus mollem ter ram premens, laboriose fingit ad vsus nr̄os vnumquod que vas, & de eodem luto fingit quę munda sunt in vsuʒ vasa, & similiter quę hijs sunt contraria: horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. Et cum labore vano deum fingit de eo dem luto ille, qui paulo ante d̄ terra factus fuerat, & post pusil lū reducit se vnde acceptus est. ℟. Quę sunt in corde. 286.

Sabb. ante dn̄icā iiij. Augusti. **Ad Mag. Aña.** Sapientia cla/mitat in plateis: siquis diligit sapientiam ad me declinet, & eam inueniet: & cum inuenerit, beatus erit si tenuerit eam.

DOMINICA IIII.

Augusti.

Incipit liber Ecclesiastici. L. i.

O Mnis sapientia a dño deo ē, & cū illo fuit semp, & ē ante euuʒ. Arenam ma/ris, & pluuię guttas

⁊ dies seculi qs dinumerauit? Altitudinē celi, ⁊ latitudinē terre, ⁊ profundū abyssi quis dimensus est? Sapientiā dei precedentem omnia quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, ⁊ intellectus prudentie ab euo. Fons sapientie verbū dei in excelsis, ⁊ ingressus illi⁹ mādata eterna. ℞. In principio. folio 284. Lectio secunda.

Radix sapientie cui reuelata est? ⁊ astutias illius quis agnouit? Disciplina sapiētie cui reuelata est, ⁊ manifesta ta? et multiplicationē ingress⁹ illi⁹ qs intellexit? Vn⁹ est altissimus creator oium, oipotens, ⁊ rex potēs ⁊ metuendus nimis sedens super thronum illius, et dominās Deus. Ipse creauit illā in spiritu sancto, et vidit, et dinumerauit, et mēsus est, et effudit illā super omnia opa sua et super oēm carnē secundū datum suū, et prebuit illā diligētibus se. ℞. Gyrum. 285 Lc. iij.

Timor dñi gloria, et gloriatio, et letitia, et corona exultationis. Timor dñi delectabit cor, et dabit letitiā, et gaudiū in lōgitudine dierū. Timēti dñm bene erit i extremis: et in die defunctionis sue bñdicetur. Dilectio dei honorabilis sapiētia. Quibus aūt apparuerit in visu, diligūt eā in visione, et in agnitiōe magnaliū suorū. Initiū sapientie timor domini, et cū fidelibus in vulua cōcreatus ē. ℞. Emitte domine. 285

Ex libro moralium sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Sunt nonnulli, qui vitā suā negligūt, et dū transitoria appetunt, dum eterna vel nō intelligūt, vel intellecta cōtemnunt, nec dolorem sentiūt, nec habere cōsilium sciunt: cūque superna que amiserunt, nō considerant, esse se, heu miseri, in bonis felices putant. Nequaquā enim ad veritatis lucē cui cōditi fuerāt mentis oculos erigunt, nequaquam ad contēplationem patrie eterne desiderij aciem tendunt, sed semetipsos in ijs, ad que proiecti sunt, deserentes, uice patrie diligunt exilium, quod patiuntur: et in cecitate, quam tolerant, quasi in claritate luminis exultant. ℞. Da mihi. 285. Lectio v.

At contra electorum mentes, dum transitoria cuncta nulla esse conspiciunt, ad q̄ sint condite exquirūt: cumq3 eorū satisfactioni nihil extra deū sufficit, ipsa inquisitionis exercitatione fatigata, illorum cogitatio in conditoris sui spe et contemplatione requiescit, supnis interseri ciuibus appetit, vnusquisq3 eorum adhuc in mundo corpore positus, mente tamē extra mūdum surgit: erumnā exilij, quā tolerat deplorat: et ad sublimem patriam incessantibus se amoris stimulis excitat. Cum ergo dolēs videt, quam sit eternum

num quod perdidit, inuenit sa/lubre ɔsilium, temporale hoc ɔ spicere quod percurrit, et quo magis crescit ɔsilij sciētia, vt pe ritura deserat, eo augetur dolor, quod necdū ad mãsura pertin/gat. ℟. Initium. 285. Lec. vj.

Intuendum quoque est ꝙ nullus dolor mentis sit in actione præcipitationis. Qui enim sine consilijs viuunt, qui se ipsos rerum euentibus præci pites deserunt, nullo interim cogitationum dolore fatigan/tur. Nam qui solerter in vitę ɔsilio figit mentem, caute sese in omni actione circunspicien/do cōsiderat: et ne ex re quę agi/tur, repentinus finis, aduersus/que surrepat, hunc prius mol liter posito pede cogitationis palpat: pensat, ne ab ijs quę a/gēda sunt præpediat formido, ne in ijs, quę differenda sunt, ꝓ/cipitatio impellat, ne praua ꝑ concupiscentiam aperto bello superent, ne recta per inanē glo riam insidiando supplantent. ℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastici. Lec. j.

Corona sapientię, timor dñi, replens pacem, et sa/lutis fructū: et vidit, et dinume/rauit eā, vtraq; autē sunt dona Dei. Sciētiam et intellectū pru dentię sapiētia compartiet: et gloriā tenentiū se exaltat. Ra/dix sapientię est, timere dñm: ra mi enim illius lōgęui. In the/sauris sapiētię intellectus: et sciē/tię religiositas: execratio autē peccatoribus sapientia. ℟. Ne derelinquas. 285. Lectio ij.

Timor domini expellit pec catum: nam qui sine timo re est, non poterit iustificari: ira cundia enim animositatis il/lius, subuersio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iucunditatis. Bonus sensus vsque in tēpus abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientię significatio disciplinę: execra/tio autē peccatori cultura dei. Fili concupiscens sapientiam, conserua iustitiam: et Deus pre bebit illam tibi. ℟. Magna enim. 286. Lectio iij. c. 23.

Sapientia enim et discipli na timor dñi: et quod be/neplacitū est illi fides, et mãsue tudo, et adimplebit thesauros il lius. Ne sis incredibilis timori domini: et ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris hypo crita in conspectu hoīum, et nō scandalizeris in labijs tuis. At tende in illis, ne forte cadas, et adducas animę tuę inhonora/tionē: et reuelet Deus absconsa tua, et i medio synagogę elidat te: quoniā accessisti maligne ad dñm, et cor tuum plenū est dolo et fallacia. ℟. Quę sunt. 286.

FERIA TERTIA.

De lib. Ecclesiastici L. j. ca. 2.

Fili accedēs ad seruitutē Dei

Dei, sta in iustitia, et timore, et præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, et sustine: inclina aurem tuam, et suscipe verba intellectus: et ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes dei, coniungere deo, et sustine vt crescat in nouissimo vita tua. R. Prebe fili. 286. L. ij.

Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: et in dolore sustine: et in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum, et argentum: homines receptibiles in camino humiliationis. Crede deo, et recuperabit te, et dirige viam tuam, et spera in illum, serua timorem illius, et in illo veterasce. R. Initium. fol. 285. Lectio iij.

Metuentes dominum sustinete misericordiam eius, et non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis dominum, credite illi, et non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum, sperate in illum: et in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum: et illuminabuntur corda vestra. R. Verbum iniquum. fol. 285.

FERIA QVARTA

De libro Ecclesiast. Lectio. j.

ca. 3. Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum, et natio illorum, obedientia, et dilectio. Iudicium patris, audite filij, et sic facite, vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filijs, et iudicium matris exquirens firmauit in filios. Qui diligit Deum exorabit pro peccatis: et continebit se ab illis: et in oratione dierum exaudietur. R. Domine pater. Lectio secunda.

Et sicut qui thesaurizat, ita et qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs, et in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore, qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet dominum, honorat parentes, et quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. R. Magna. 286. Lectio iij.

In opere, et sermone et omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a deo, et benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria, sed confusio: gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filij pater sine honore. R. Quæ sunt. fol. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio. j.

ca. 4 Altiora te ne quæsieris, et fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, et in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: non est enim tibi necessarium, ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, et in pluribus ope/

operibus eius nõ eris curiosus: plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, et in vanitate detinuit sensus illorum. ℟. In principio Deus. 284. Lectio secūda.

Cor durum habebit male in nouissimo: et qui amat periculum, i illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus: et prauus corde in illis scandalizabitur. Cor nequam grauabitur in dolorib⁹, et peccator adyciet ad peccandum. Synagoge superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, et non intelligetur. ℟. Gyrum celi. 285. Lectio tertia.

Cor sapientis intelligit sapiētia, et auris bona audiet cum omni ↄcupiscentia sapientiā. Sapiēs cor et intelligibile abstinebit se a peccatis, et i operib⁹ iustitie successus habebit. Ignem ardentē extinguit aqua, et eleemosyna resistit peccatis: et Deus prospector est ei⁹: q reddit gratiam. Meminit i posterum, et i tempore casus sui iueniet firmamentū. ℟. Emitte domine sapientiam. 285.

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastici. Lect. i.

Fili eleemosynā pauperis ne ↄfraudes, et oculos tuos ne trāsuertas a paupere. Animam esurientem ne despexeris, et nō exasperes pauperē i inopia sua. Cor inopis ne afflixeris; et nō protrahas datū angustiāti. Rogationē ↄtribulati ne abycias: et non auertas faciē tuā ab egeno. ℟. Da mihi. 285. Lect. ii.

Ab inope ne auertas oculos tuos propter irā: et nō relinquas querentibus tibi retro maledicere. Maledicentis enī tibi i amaritudine anime exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eū, qui fecit illum. Congregationi pauperū affabilem te facito, et presbytero humilia aīam tuam, et magnato humilia caput tuum. ℟. Initium fol. 285. Lcō tertia.

Declina pauperi sine tristitia aurē tuā, et redde dēbitū tuū, et responde illi pacifice i mansuetudine. Libera eū, q iniuriā patitur, d̄ manu superbi: et nō acide feras i aīa tua. In iudicādo esto pupillis misericors vt pater, et pro viro matri illorū: et eris tu velut fili⁹ altissimi obediens, et miserebitur tui magis quā mater. ℟. Verbū. 285.

SABBATHO.

De libro Ecclesiastici. Lect. i.

Fili conserua tēpus, et deuita a malo. Pro aīa tua ne confundaris dicere verū: est enī confusio adducens peccatū, et est cōfusio adducens gloriā, et grām. Ne accipias faciē aduersus faciē tuā, nec aduersus aīam tuā mendacium. Ne reuerearis proximū tuū i casu suo, nec retineas verbum i tempore salutis,

non

nō abscōdas sapiētiā tuā in decore suo. ℟. Dñe pr. 285. Lect. ii.

In lingua enim sapiētis dignoscitur sensus, et sciētia et doctrina i verbo sensati, et firmamentum in operib⁹ iustitie. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, et de mēdacio ineruditionis tue cōfundere. Nō cōfundaris cōfiteri peccata tua, et ne subiicias te omni homini p peccato. Noli resistere cōtra faciē potētis, nec conaris cōtra ictū fluminis. ℟. Magna 286. Lect. iii.

Pro iustitia agonizare p anima tua, et usq; ad mortem certa p iustitia: et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse i lingua tua, et inutilis, et remissus i operib⁹ tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimēs subiectos tibi. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendū, et ad dandū collecta. ℟. Que sunt i corde boiū. 286.

Dñi Augustus et sequētes mēses habēt tm̄ quatuor Dñicas, Dñica v. omittit cū añis, et tota heb. et ponit Dñica j. sequētis mēsis.

¶ Sabb. ante Dñicā v. Aug. nisi fuerit alia propinquior Kal. Septēb. qa tūc ista cū sua heb. omittitur, et ponitur Añā pro j. Dñica Septēb. vt infr. fo. 297. Ad Magnificat. Antiphona. Obserua fili pcepta patris tui: et ne dimittas legem matris tue: sed liga eam semper in corde tuo.

DOMINICA V. Augusti.

De libro Ecclesiastici. Lect. i.

Noli attēdere ad possessiones iniquas, et ne dixeris, est mihi sufficiens vita: Nihil eni proderit in tēpore vindicte, et obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiā cordis tui: et ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me subiiciet pp̄ter facta mea? deus enim vindicās vindicabit. Ne dixeris, Peccaui, et qd mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adiicias peccatum super peccatum. ℟. In principio. 284. Lectio secunda.

Et nō dicas: Miseratio domini magna est: multitudinis peccatorū meorū miserebitur. Misericordia. n. et ira ab illo cito proximant, et in peccatores respicit ira illi⁹. Nō tardes conuerti ad dominum, et ne differas de die in diē: subito. n. veniet ira illius, et in tēpore vindicte disperdet te. Noli anxius esse in diuitiis iniustis: non enim proderūt tibi in die obductiōis et vindicte. Non ventiles te in omnem ventū, et non eas in omnem viam: sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. ℟. Gyrū celi. 285. Lect. iii.

Esto firmus i via domini

ð in veritate sensus tui, ꝛ scientia: ꝛ prosequatur te verbū pacis, ꝛ iustitię. Esto mansuetus ad audiendum verbū dei, vt intelligas, ꝛ cū sapientia proferas responsum verū. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuū ne capiaris in verbo indisciplinato, ꝛ confundaris. Honor ꝛ gloria in sermone sensati: lingua vero imprudentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in vita tua: ꝛ lingua tua ne capiaris ꝛ cōfundaris. ℞. Fine. 285

Sermo s. Iohā. Chryso. Lectio iiij.

Ne moreris conuerti ad dn̄m, ꝛ ne differas de die i diē: nescis quid paritura sit superuentura dies. Periculum enim ꝛ metus est in differendo: salus vero certa ac secura, si nulla sit dilatio. Virtutem igitur cole: sic enim, licet iuuenis moriare, secure discesseris: qd̄ si ad senectutem perueneris, cum multa abundantia salutem habiturus es, duplicemq; festiuitatem, nempe abstinens a vitę malitia, ꝛ virtutes colens: Ne dicas: erit aliquando tempus quando cōuerti licebit: verba enim hęc Deum valde exasperant. ℞. Da mihi. 285. Lectio quinta.

Cur naꝫ, cuꝫ ipse tibi ęterna secula pmisit, tu i pręsenti vita laborare non vis? quę parua ꝛ momētanea est: sed sic marcidꝰ ac dissolutus agis, quasi hac breuiorem aliaꝫ quandā inquiras. Nonne illę quotidianę comessationes, nōne illę mēsę, nonne scorta illa, nonne theatra illa, nōne diuitię illę id testātur, inexpiabilē malitię cōcupiscentiam? Cogita bene, ꝙ quoties scortatus es, toties condēnasti te ipsum: peccatum enim ita se habet, vt mox, atq; patratuꝫ fuerit, sententiam ferat iudex. ℞. Initium. 285. Lectio vi.

Inebriatus es? vētri indulsisti? rapuisti? siste iaꝫ gradum: verte te in diuersum: confitere Deo gratiam, ꝙ nō i mediis peccatis te abstulit: ne quęre aliud priuilegiū, vt male operetis. Multi, cū iaꝫ aliis dānū fraudulenter facerent, subito perierunt, ꝛ ad manifestū iudicium abierunt: time, ne ꝛ tu hoc patiare inexcusabilis. Sed multis inquis dedit Deus priuilegium vt in vltima senecta confiterent. Quid igitur? nunquid ꝛ tibi dabit? Fortasse dabit, inquis. Cur dicis fortasse? Contigit aliquoties. Cogita, ꝙ de anima deliberas: proinde etiaꝫ de cōtrario cogita, ꝛ dic: Quid auteꝫ, si non det? Quid autem, si det, inquis? Dat quidem ipse, veruntamen hoc illo certius, ꝛ vtilius. ℞. Verbum iniquum. Fol. 285.

FERIA SECVNDA.

De libro Ecclesiastici. Lectio i.

Noli facere mala, ꝛ non te apprehēdēt: discede ab iniquo, ꝛ deficiēt mala abs te. Fili non

ca. 7.

non semines mala in sulcis iustitie, et nõ metes ea i septuplũ. Noli querere ab hoie ducatuz, neq a rege cathedrã honoris. Non te iustifices ante Deũ: qm̃ agnitor cordis ipse est: et penes regem noli velle videri sapiẽs. ℟. Ne derelinquas. 285. L. ij.

NOli qrere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, et ponas scãdalũ in agilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis: nec te immittas in ppl̃m, neq alliges duplicia peccata: nec eñi i vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in aio tuo. Exorare et facere elecmosynaz ne despicias. ℟. Magna. 286. Lectio iij.

NE dicas, in multitudine munerum meorum respiciet Deus: et offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Non irrideas hominem in amaritudine anime: est enim, q humiliat et exaltat, circumspector deus. Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum: neq in amicuz similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorũ: et non iteres verbum in oratione tua. ℟. Que sunt. 286.

FERIA TERTIA

De libro Ecclesiastici. Lec. j.

c. 10. IUdex sapiẽs iudicabit populum suũ, et principatus sensati stabilis erit: secundũ iudicem populi, sic et ministri ei9: et qualis rector est ciuitatis, tales et inhabitãtes in ea. Rex insipiẽs pdet ppl̃m suum, et ciuitates inhabitabunt per sensus prudentium. In manu dei potestas terre: et execrabilis ois iniqtas gentium, et vtilẽ rectorẽ suscitabit in tempus super illã. In manu Dei potestas hominis, et super faciez scribe imponet honorem suũ. ℟. Prebe. 286. Lec. ij.

OMnis iniurie proximi ne memineris: et nihil agas i operibus iniurie. Odibilis corã deo est et hominibus superbia, et execrabilis omnis iniquitas gẽtium. Regnũ a gente in gentez transfertur propter iniustitias, et iniurias, et contumelias, et diuersos dolos. Auaro autez nihil ẽ scelestius. Quid superbis terra, et cinis? Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim et animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. ℟. Initium. 285. Lec. iij.

OMnis potẽtat9 vita breuis. Languor prolixior grauat medicũ. Breuez languorez precidit medic9: sic et rex hodie est, et cras morietur. Cum enim morietur homo, hereditabit serpentes, et bestias, et vermes. Initiuz superbie hominis, apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initiuz omnis peccati est super/

superbia: qui tenuerit illam ad
iplebit maledictis, et subuertet
eum in finem. Propterea exho
norauit dominus conuentus malorum,
et destruxit eos usque in finem.
℟. Verbum iniquum. 285.

FERIA QVARTA.

De libro Ecclesiastici. Lectio .i.

c.13. QVi tetigerit picem, inqui-
nabitur ab ea: et qui com
municauerit superbo, induet su
perbiam. Pondus super se tollet,
qui honestiori se cōicat. Et di-
tiori te ne socius fueris. Quid
cōicabit cacabus ad ollam? quando
enim se colliserint, confringetur.
Diues iniuste egit, et fremet,
pauper autem lesus tacebit.
Si largitus fueris assumet te: et
si nō habueris, derelinquet te: si
habes, cōuiuet tecū, et euacua-
bit te, et ipse non dolebit super te.
℟. Dñe pater. 285. Lectio ij.

HVmiliare deo, et expecta
manus eius. Attende ne
seductus in stultitiam humilie-
ris. Noli esse humilis in sapien-
tia tua, ne humiliatus in stulti
tiam seducaris. Aduocatus a
potentiore discede: ex hoc enim
magis te aduocabit. Ne impro
bus sis, ne impingaris: et ne lon
ge sis ab eo, ne eas in obliuio-
nem. Ne retineas ex equo loqui
cum illo: nec credas multis ver
bis illius: ex multa enim loque
la tentabit te, et subridens inter
rogabit te de absconditis tuis.
Immitis animus illius con-
seruabit verba sua, et non par-

cet de malitia, et de vinculis.
℟. Magna. 286. Lectio iij.

AVdue tibi, et attēde dilige
ter auditui tuo: quoniam
cum subuersione tua ambulas.
Audiens vero verba illa, quasi
i somnis vide, et vigilabis. Om
ni vita tua dilige deū: et inuoca
illum i salute tua. Omne aial di
ligit simile sibi: et sic ois homo
proximū sibi. Ois caro ad simi-
lem sibi coniungetur, et ois ho-
mo simili sui sociabitur. Si cō-
municabit lupus agno aliquā-
do: sic peccator iusto. Que com
municatio sancto hoi ad canē?
aut que pars bona diuiti ad
pauperem? ℟. Que sunt. 286.

FERIA QVINTA.

De libro Ecclesiastici. Lect. i.

BEatus vir, qui non est la
psus verbo ex ore suo, et c.14
non est stimulatus i tristitia de
licti. Felix qui non habuit ani-
mi sui tristitiam, et non excidit
a spe sua. Viro cupido, et tena-
ci, sine ratione est substantia: et
homini liuido ad quid aurum?
Qui aceruat ex animo suo in-
iuste, aliis congregat: et in bo-
nis illius alius luxuriabitur.
Qui sibi nequam est, cui alii bo
nus erit? et non iucundabitur
in bonis suis. ℟. In princ. 284

Lectio secunda.

QVi sibi inuidet, nihil est il
lo nequius: et hec redditio
est malitie illius: et si benefecerit,
ignoranter, et non volens facit:
et in nouissimis manifestat ma-
litiam

litiam suã. Nequã est oculus liuidi, & auertens faciem suã, & despiciens aiam suam. Insatia bilis oculus cupidi in parte ini quitatis: non satiabitur, donec consumat arefaciens aiã suã. Oculus malus ad mala: & nõ sa tiabitur pane indigene, & in tri stitia erit super mensam suam.
℞. Gyrum celi. 258. Lec. iij.

Fili, si habes, benefac te/cũ, & Deo dignas oblatio nes offer. Memor esto, qm̃ mors non tardat, & testamentũ infero rum, quia demonstratum est ti bi. Testamentũ enim huius mũ di morte morief. Ante mortẽ be nefac amico tuo, & secundũ vi/res tuas exporrigens da paupe ri. Non defrauderis a die bo/no, & particula boni diei non te pretereat. Nõne alijs relinques dolores, & labores tuos? In di uisione sortis da & accipe, & iu stifica animam tuam. Ante obi tum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. ℞. Emitte. 285

FERIA SEXTA.

De libro Ecclesiastici. Lec. i.

Fili peccasti? nõ adijcias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. Quasi a facie colubri fuge pec/cata: & si accesseris ad illa, susci pient te. Dentes leonis dentes eius interficiẽtes aias hominũ. Quasi rhomphea bis acuta om nis iniquitas: plage illius non est sanitas. Obiurgatio, & iniu rie annullabunt substantiã: & domus que nimis locuples ẽ, annullabitur superbia: sic sub/stantia superbi eradicabitur.
℞. Da mihi. 285. Lectio ij.

Deprecatio pauperis, ex ore vsque ad aures per/ueniet, & iudicium festinato ad ueniet illi. Qui odit correptio nem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertet ad cor suum. Notus a longe po tens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui edifi/cat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapi des in hyeme. Stupa collecta synagoga peccantium: & con/summatio illorũ flamma ignis. c. 16
℞. Initium. 285. Lec. iij.

Uia peccantium, compla nata lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebre, & pene. Qui custodit iustitiam, conti/nebit sensum eius. Consumma tio timoris dei sapientia, & sen sus. Non erudietur qui non est sapiens in bono. Est autẽ insipiẽ tia, que abundat in malo: & non est sensus, vbi est amaritudo. Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consi/lium illius, sicut fons vite per/manet. ℞. Uerbum. 285.

SABBATHO.

De libro Ecclesiastici. Lec. i.

Rectorem te posuerunt? no li extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curã illorum ha/be, & sic considera, & omni cura c. 32

tua explicita recũbe: vt lęteris propter illos, ꝛ ornamentũ gratię accipias coronã, ꝛ dignationem cõsequaris corrogationis. Loquere maior natu: decet em te. Primum verbum diligenti scientiã: ꝛ nõ impedias musicã. ℟. Dñe pater. 285. Lectio ij.

VBi auditus nõ est, nõ effundas sermonẽ, ꝛ importune noli extolli in sapiẽtia tua: Gemmula carbunculi in ornamento auri, ꝛ cõparatio musicorum in cõuiuio vini. Sicut i fabricatione auri signũ est smaragdi, sic numerus musicorũ i iucundo, ꝛ moderato vino. Audi tacẽs, ꝛ p reuerẽtia accedet tibi bona gra. Adolescẽs loquere i tua causa vix cũ necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput responsum tuuꝫ. ℟. Magna. 286. Lectõ tertia.

IN multis esto quasi insci⁹: ꝛ audi tacẽs simul ꝛ quęrens. In medio magnatorꝫ loq non pręsumas, ꝛ vbi sunt senes nõ multũ loquaris. Ante grandinez pręibit coruscatio: ꝛ ante verecũdiã pręibit gratia, ꝛ pro reuerẽtia accedet tibi bona gra. Et hora surgendi nõ te tricces: pręcurre autem prior in domũ tuam, ꝛ illic auocare, ꝛ illic lude, ꝛ age conceptiones tuas, ꝛ non in delictis, ꝛ verbo superbo. Et super his omnibus bẽnedicite dominum, qui fecit te: inebriantem te in omnibus bonis suis. ℟. Quę sunt. 286.

Sabba. primo kal. Septemb.
Ad Magnificat. Antiphona.

Cum audisset Job nunciorꝫ verba, sustinuit patienter, ꝛ ait: Si bona suscepimus de manu dñi, mala autem quare nõ sustineamus? In oibus his non peccauit Job labijs suis, neq; stultuꝫ aliquid contra deũ locutus est.

DOMINICA I. Septembris.

Incipit liber Job. Lcõ prima.

VIr erat in terra Hus noie Job: ꝛ erat vir ille simplex, ꝛ rect⁹, ac timẽs deũ, ꝛ recedẽs a malo: natique sunt ei septem filij, ꝛ tres filię: ꝛ fuit possessio eius septem millia ouiũ, ꝛ tria millia camelorum, quingenta quoq; iuga boum, ꝛ quingentę asinę, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. ℟. Si bona suscepimus de manu Dei, mala autẽ quare nõ sustineam⁹? Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit: ita factum est: sit nomen dñi benedictuꝫ. ℣. Nudus egressus sum de vtero matris meę, ꝛ nudus reuertar illuc. Dominus. Lec. ij.

ET ibãt filij ei⁹, ꝛ faciebãt cõuiuia per domos, vnusquisq; in die suo: ꝛ mittẽtes vocabant tres sorores suas, vt comederent, ꝛ biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Job, ꝛ sancti-

sanctificabat illos: cōsurgensqꝫ diluculo, offerebat holocausta ꝑ singulos: dicebat enī: Ne forte peccauerit filij mei, ⁊ benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus.

℟. Antequā comedā, suspiro, ⁊ tanquam inundantis aquę sic rugitus meus: q: timor, quem timebā, euenit mihi, ⁊ quod verebar accidit: nōne dissimulaui nonne silui? nonne quieui? Et venit super me indignatio. ℣. Ecce non est auxilium mihi i me, ⁊ necessarij quoque mei recesserunt a me. Et ve. Lectio iij.

Quadam autem die, cum venissent filij dei, vt assisterent coram domino, affuit inter eos etiam Satan: cui dixit dominus: Unde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrā, ⁊ perambulaui eam. Dixitque dn̄s ad eum. Nunquid considerasti seruum meū Job, ꝙ nō sit ei similis i terra, homo simplex ⁊ rectus, ac timēs Deū, ⁊ recedens a malo? Cui respondens ait Satā: Nūquid frustra Job timet Deū? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersāque substantiam eius, per circuitum? ℟. Quare detraxistis sermonibus veritatis? ad increpandum verba cōponitis? ⁊ subuertere nitimini amicum vestrū? Verūtn̄, quę cogitastis, explete. ℣. Quod iustū est iudicate: ⁊ non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Veruntamē.

Ex libro Moralium sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Scriptura sacra mētis oculis quasi quoddaꝫ speculū opponitur, vt interna nia facies in ipsa videatur. Ibi etenim fęda, ibi pulchra nostra cognoscimus: ibi sentimus quantū proficimus: ibi a ꝓfectu quā longe distamus. Narrat autēꝫ gesta sanctorūꝫ, ⁊ ad imitationeꝫ corda prouocat infirmorū: dumqꝫ illorū victricia facta cōmemorat, contra vitiorum prelia debilia nostra ꝯfirmat: fitqꝫ verbis illius, vt eo mens minus inter certamina trepidet, quo ante se positos tot virorum fortium triumphos videt. ℟. Induta est caro mea putredine, ⁊ sordibus pulueris cutis mea aruit, ⁊ contracta est. Memento mei dn̄e, qm̄ ventus est vita mea. ℣. Dies mei velocius transierunt, quā a texente tela succiditur: ⁊ consumpti sunt absqꝫ vlla spe. Memento. Lect. v.

Nonnunquaꝫ vero nō solū nobis eorum virtutes asserit, sed etiā casus innotescit: vt ⁊ in victoria fortiū quod imitādo arripere: ⁊ rursus videamus in lapsibus, qđ debeamus timere. Ecce eniꝫ Job describit tentatione auctus, sed Dauid tentatione ꝓstratus, vt maiorū virtus spem nostram foueat, ⁊ maiorū casus ad cautelam nos humilitatis accingat: quatenꝰ dū illa gaudētes subleuāt, ista me

tuentes

tuētes premant: & audientis animus, illinc spei fiducia, hinc humilitate timoris eruditus, nec temeritate superbiat, qz formidine premitur, nec pressus timore desperet, quia ad spei fiduciam virtutis exemplo roborat. ℟. Paucitas dierum meorum finietur breui: dimitte me dñe, vt plangam paululum dolorem meum. Antequam vadam ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. ℣. Manus tuę Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totū in circuitu. & sic repente precipitas me? Antequam. Lectio sexta.

Vir erat in terra Hus, nomine Job. Idcirco sanct⁹ vir vbi habitauerit dicitur: vt eius meritum virtutis exprimatur. Hus namqz quis nesciat, qđ sit terra gentilium? Gentilitas aūt eo obligata vitiis extitit, qđ cognitionē sui conditoris ignorauit. Dicatur itaqz vbi habitauerit, vt hoc eius laudibus proficiat, quod bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim grauioris culpę est, inter bonos bonū non esse: ita immensi est preconii, bonum & inter malos extitisse. ℟. Nō abscondas me domine a facie tua: manum tuam longe fac a me. Et fortitudo tua nō me terreat. ℣. Corripe me dñe in misericordia non in furore tuo: ne forte ad nihilū redigas me. Et. vij. ℟. Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscōdas me, donec pertrāseat furor tuus dñe, nisi tu, qui solus es Deus? Et constituas mihi tempus in quo recorderis mei? ℣. Nunquid sicut dies hois dies tui? vt quęras iniquitatem meam: cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere? Et cōstituas. viij. ℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Deus sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius. ℣. Tres sunt qui testimoniuz dāt in cęlo, pater, verbum, & spirit⁹ sanctus: & hi tres vnum sunt. Sanctus. Gloria. Plena.

Infra hebd. Fer. iiij. & Sabbat. dicitur secundū & tertiū ℟ plura sequentis secundę ferię, vt infra.

FERIA SECVNDA.

De libro Job. Lectio prima.

Cum autem quadā die filii & filię eius comederēt & biberent vinū in domo fratris sui primogeniti, nuncius venit ad Job, qui diceret: Boues arabant, & asinę pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabęi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, vt nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueret, venit alter & dixit: Ignis dei cecidit e cęlo, & tactas oues puerosqz consumpsit: & effugi ego solus, vt nunciarem tibi. ℟. Versa

ca. 1.

est i luctū cithara mea, organū meū in vocē flētiū. Parce mihi dñe: nihil em̄ sunt dies mei. ℣. Cutis mea denigrata est sup me: & ossa mea aruerūt. Parce. ℟.

SEd ad illo adhuc loquēte, venit alius, & dixit: Chaldei fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos: necnō & pueros percusserūt gladio: & ego fugi solus, vt nūciarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit & dixit: Filijs tuis, & filiabus vescētibus, & bibentibus vinū in domo fratris sui primogeniti, repente vētus vehemens irruit a regione deserti, & ꝯcussit quatuor angulos domus, que corruēs oppressit liberos tuos, & mortui sūt: & effugi ego sol⁹, vt nūciarē tibi. ℟. Utinā appenderent peccata mea quibus irā merui. Et calamitas, quā patior, in statera. ℣. Quasi arena maris hęc grauior appareret: vñ & verba mea dolore sunt plena. Et cala.

Lectio tertia.

TUnc surrexit Job, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruēs in terrā, adorauit, & dixit: Nudus egressus sū de vtero matris meę: & nudus reuertar illuc. Dñs dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est: sit nomē domini benedictum. In omnibus his nō peccauit Job labijs suis, neqꝫ stultum quid contra Deū locutus est. ℟. Quare de. 297.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

FActū est autē, cū quadā die venissēt filij Dei, & starent corā dño, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius, vt diceret domin⁹ ad Satan: Unde venis? Qui respondens ait: Circuiui terrā & perambulaui eam. Et dixit dominus ad Satan. Nunquid considerasti seruum meū Job, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens Deū, & recedens a malo, & adhuc retinēs innocentiā? Tu aūt cōmouisti me aduersus eū, vt affligerē eū frustra. Cui respōdēs Satan ait: Pellē pro pelle, & cuncta quę habet homo, dabit pro anima sua. Alioqn mitte manū tuam, & tāge os eius, & carnem: & tunc videbis quod in faciē benedicat tibi. ℟. Induta est. 297. Lectio secunda.

DIxit ergo domin⁹ ad Satan: Ecce in manu tua ē: veruntamen aiam illius serua. Egressus igitur Satan a facie dñi, percussit Job vlcere pessimo, a planta pedis vsqꝫ ad verticem eius, qui testa saniē radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua: Adhuc tu permanes i simplicitate tua? bñdic Deo, & morere. Qui ait ad illam: Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare nō sustineam⁹? In omnibus

nib⁹ his nō peccauit Job labÿs suis. ℟. Paucitas. 298. Le. iÿ.

I Gitur audiētes tres amici Job omne malū, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: condixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum, & exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus, sparserunt puluerem super caput suum in cęlum, & sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem esse vehementē. ℟. Non abscōdas. 298.

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima.

P Ost hęc aperuit Job os suum, & maledixit diei suo, & locutus est: Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum Deus desuper, & non illustretur lumine: obscurēt eum tenebrę, & umbra mortis: occupet eū caligo, & inuoluatur amaritudine. ℟. Quis mihi. 298. Lc. ÿ.

N Octē illā tenebrosus turbo possideat, nō cōputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria nec laude digna: maledicāt ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathā. Obtenebrentur stellę caligine ei⁹: expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis aurorę: quia non conclusit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis mēis. ℟. Utinam appen. 298. Lectio tertia.

Q Uare non in vulua mortuus sum? egressus ex utero non statim perÿ? quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem, cū regibus, & consulib⁹ terrę, qui ędificant sibi solitudines aut cum principibus qui possident aurū, & replent domos suas argento: aut sicut abortiuū absconditum nō subsisterē, vel qui concepti non viderūt lucē. ℟. Quare detraxistis. 297.

FERIA QVINTA.

De libro Job. Lectio prima.

R Espondens aūt Eliphaz Themanites dixit. Si cęperim⁹ loq tibi, forsitā moleste accipies: sed cōceptū ser monē tenere qs poterit? Ecce docuisti multos, & man⁹ lassas roborasti. Vacillantes cōfirmauerūt sermones tui, & genua trementia cōfortasti: nūc aūt venit sup te plaga, & defecisti: & tetigit te, & conturbatus es. Ubi ē timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarū tuarū? ℟. Si bona. 297. Lectio ÿ.

R Ecordare, obsecro te, qs vnquā innocēs perÿt? aut quan

qñ recti deleti sunt? quin potiꝰ vidi eos, qui operant iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo periisse, et spiritu ire eius eē consumptos. Rugitus leonis, et vox leene, et dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris periit, eo ꝙ nō haberet predam: et catuli leonis dissipati sunt. ℟ Antequā. folio 297. Lectio tertia.

P Orro ad me dictū est verbū absconditū, quasi furtive suscepit auris mea venas susurri eius. In horrore visiōis nocturne, qñ solet sopor occupare homines, pavor tenuit me, et tremor, et oia ossa mea perterrita sunt. Et cū spiritus me presente transiret, inhorruerunt pili carnis mee. Stetit quidā, cuius nō agnoscebā vultū, imago corā oculis meis, et vocem quasi aure lenis audivi. Nunqd hō dei cōparatione iustificabit? aut factore suo purior erit vir? ecce q serviūt ei, nō sunt stabiles, et i angelis suis repperit pravitatē. ℟. Quare detraxistis. 297.

FERIA SEXTA.

De libro Job. Lectio prima.

R Espondens autē Job dixit: Utinā appenderētur peccata mea quibꝰ irā merui, et calamitas quā patior, i statera: quasi arena maris hec gravior appareret: vnde et verba mea dolore sunt plena: quia sagitte dñi in me sunt, quarū indignatio ebibit spiritum meū, et terrores dñi militāt ꝯtra me. ℟ Induta est. 297. Lectio ij.

N Unqd rugiet onager cū habuerit herbā? aut mugiet bos, cum ante presepe plenū steterit? aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Anime enim esurienti, et amara dulcia esse videntur. Que prius nolebat tangere anima mea, nunc pre angustia cibi mei sunt. ℟. Paucitas. folio 298. Lectio tertia.

Q Uis det, vt veniat petitio mea, et qđ expecto tribuat mihi Deus? Et qui cepit, ipse me conterat? solvat manū suā, et succidat me? Et hec mihi sit ꝯsolatio, vt affligēs me dolore, non parcat, nec contradicā sermonibus sanctis? Que est enim fortitudo mea, vt sustineā, aut quis finis meꝰ, vt patiēter agā? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ēnea est. ℟. Nō abscondas. folio 298.

SABBATHO.

De libro Job. Lectio prima.

M Ilitia est vita hoīs super terrā, et sicut dies mercenarii dies eiꝰ. Sicut cervus desiderat umbrā, et sicut mercenarius prestolatur finē operis sui: sic et ego habui mēses vacuos, et noctes laboriosas enumeravi mihi. Si dormiero, dicā: Qñ cōsurgā? et rursū expectabo vesperā, et replebor doloribus vsqꝫ ad tene-

tenebras. ℟ Quls. 298. Lc ij.

Induta ẽ caro mea putredine, ⁊ sordibꝰ pulueris cutis mea aruit, ⁊ contracta est. Dies mei velocius transierũt, quam a texente tela succiditur ⁊ cõsumpti sunt absq; ulla spe. Memento quia ventus est vita mea: ⁊ non reuertetur oculus meus, vt videat bona, nec aspiciet me visus hoĩs: oculi tui in me, ⁊ non subsistaz. ℟ Utinaz. folio 298. Lectio tertia.

Sicut consumitur nubes, ⁊ pertransit: sic qui dscenderit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur ultra in domuz suam, nec cognoscet eũ amplius locus eius. Quapropter ⁊ ego non parcam ori meo: loquar in tribulatione spiritus mei: cõfabulabor cum amaritudine animę meę. Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere? ℟. Quare detraxisti. folio 297.

Ad Magnificat. Antiphona. In omnibus his non peccauit Job labijs suis, neque stultum aliquid contra deũ locutus est.

DOMINICA II. Septembris.

De libro Job. Lectio prima.

Et respondẽs Job ait: Uere scio, qd ita sit, ⁊ quod nõ iustificet homo, cõpositus Deo, Si voluerit contẽdere cũ eo, nõ poterit ei rñdere vnũ pro mille. Sapiẽs corde est, ⁊ fortis robore: quis restitit ei, ⁊ pacẽ habuit? qui transtulit montes: ⁊ nescierunt hi, quos subuertit in furore suo. ℟ Si bona suscepimus. 297. Lect. ij.

Qui cõmouet terram de loco suo, ⁊ columnę eius concutiuntur: qui pręcipit Soli, ⁊ non oritur, ⁊ stellas claudit quasi sub signaculo: qui extẽdit cęlos solus, ⁊ graditur super fluctus maris: qui facit Arcturum, ⁊ Oriona, ⁊ Hyadas, ⁊ interiora Austri: qui facit magna ⁊ incomprehensibilia, ⁊ mirabilia, quorum non est numerus. ℟ Antequam. 297. Lectio iij.

Si venerit ad me, nõ videbo euz: si abierit, nõ intelligã. Si repente interroget, qs respondebit ei? vel quis dicere ei potest, cur ita facis? Deus cuius irę nemo resistere potest, ⁊ sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei, ⁊ loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. ℟ Quare. folio 297.

Ex libro Moraliuz sancti Gregorij Papę. Lectio quarta.

Uere scio, qp ita sit, ⁊ nõ iustificabitur homo cõpositus deo. Homo quippe deo nõ compositus iustitiam percipit, compositus amittit: quia quisquis se auctori bonorũ compa-

rat, bono se q̃ð acceperat, priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat, suis contra deũ donis pugnat. Unde ergo despectus erigitur: dignuz est vt erectus inde destruatur. ℟. Induta est. fol. 297. Lectio v.

SI voluerit contẽdere cũ eo, non poterit responderé ei vnũ pro mille. In scriptura sancta millenarius numer⁹ pro vniuersitate solet intelligi. Hinc enim Psalmista ait: Uerbi, quod mandauit in mille generationes: cum profecto constet, quod ab ipso mundi exordio vsq; ad Redemptoris Aduentum, per Euangeliũ nõ amplius, quam septuaginta septẽ propagines numerentur: Quid ergo in millenario numero, nisi ad proferendam nouam sobolem, perfecta vniuersitas præscite generationis exprimit? Hinc ꝛ per Joannem dicitur: Et regnabunt cum eo mille annis: quia videlicet regnum sanctę Ecclesię vniuersitatis perfectione solidatur. ℟. Paucitas. folio 298. Lectio sexta.

QUia ergo monas, decies multiplicata in denariũ ducitur, denarius per semetipsum ductus in centenarium dilatatur, qui rursus p̃ denariuz ductus in millenarium tendit: cum ab vno incipimus, vt ad millenariũ veniam⁹, quid hoc loco vnius appellatione, nisi bene viuendi initium? quid millenarij numeri amplitudine, nisi eiusdem vitę bonę perfectio designatur? Cum Deo autem cõtendere, est, non ei tribuere, sed sibi gloriam suę virtutis arrogare. Sed sanctus vir, conspiciat, quia ꝛ qui summa Dei dona percipit, si de acceptis extollitur, cuncta q̃ acceperat amittit. ℟. Nõ abscondas. 298.

FERIA SECVNDA

De libro Job. Lectio prima.

ADdidit quoque Job assumens parabolã suã, ꝛ dixit. Uiuit Deus, qui abstulit iudicium meum, ꝛ omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meaz: Quia donec superest halitus in me, ꝛ spiritus Dei in naribus meis, nõ loquẽtur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Absit a me, vt iustos vos esse iudicem: donec dẽficiã, non recedã ab innocentia mea. ℟. Uersa est. 297. Lectio ij.

IUstificationẽ meã, quam cœpi tenere, nõ deseram: neque enim reprehẽdit me cor meuz in omni vita mea. Sit vt impius inimicus meus, ꝛ aduersarius meus, quasi iniqu⁹. Quę est enim spes hypocritę, si auare rapiat, ꝛ non liberet deus animam eius? nunquid Deus audiet clamorem eius cum venerit super eum angustia? aut poterit in omnipotente delectari, ꝛ inuocare Deum omni tempore? ℟. Utinam. 297. Lec. iij.

Vocet/

Docebo vos p manū dei, quę omnipotens habeat, nec abscondā. Ecce vos omnes nostis: & vt quid hęc sine causa vana loquimini? Hęc est pars hominis impij apud deū, & hęre ditas violentorū quaz ab oīpo tente suscipient. Si multiplica ti fuerint filij ei⁹, in gladio erūt & nepotes ei⁹ nō saturabuntur pane. Qui reliqui fuerit ex eo, sepelient in interitu, & viduę illi⁹ nō plorabūt. ℟. Quare. 297.

FERIA TERTIA.

De libro Job. Lectio prima.

c.28. Sapiētia vbi inuenitur? & quis est locu[illegible] intelligen tię? Nescit homo preciū ei⁹, nec inuenit in terra suauiter viuen tiū. Abyssus dicit, nō est in me: & mare loquitur, nō est mecuz. Non dabitur aurum obrizū p ea, nec appendetur argentū in cōmutatione eius. Nō cōfere tur tinctis Indię colorib⁹, nec la pidi sardonicho preciosissimo, vel sapphiro. ℟. Induta. 297. Le. ij.

Non adequabitur ei aurū, vel vitrum: nec commuta buntur pro ea vasa auri. Excel sa, & eminentia non memorabū tur in comparatione eius, tra hitur autem sapientia de ocul tis. Non adequabitur ei topa zius de Aethiopia, nec tincturę mundissimę componentur. Un de sapientia venit? & quis est lo cus intelligentię? Abscondita est ab oculis omniuz viuentiū: volucres quoque cęli latet. Perditio, & mors dixerūt: Au ribus nostris audiuimus famā eius. ℟. Paucitas. 298. L. iij.

Deus intelligit vias eius, & ipse nouit locum illius. Ipse enim fines mundi intue tur, & omnia quę sub cęlo sunt, respicit. Qui fecit ventis pōd⁹, & aquas appendit in mensura: quando ponebat pluuijs legez, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illam, & enarrauit, & pparauit, & inuestigauit, & dixit homini. Ecce timor dñi ipsa est sapientia, & recedere a malo in telligentia. ℟. Non absc. 298.

FERIA QVARTA.

De libro Job. Lectio prima.

c.31. Pepigi fędus cum oculis meis, vt ne cogitarē qdez de virgine. Quam enim partez haberet in me Deus desuper, & hereditatez omnipotens de ex celsis? Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operanti bus iniustitiam? Nonne ipse considerat vias meas, & cūctos gressus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & festina uit in dolo pes meus, appēdat me in statera iusta, & sciat deus simplicitatem meam. ℟. Quis mihi. 298. Lectio secunda.

Si declinauit gressus me⁹ de via: & si secutus est ocu lus meus cor meū: & si in mani bus meis adhę sit macula: serā, & alius comedat: & pgenies mea eradicetur. Si deceptuz est cor meū super muliere: & si ad ostiū amici

amici mei insidiatus sum: scortū alterius sit uxor mea, et super illam incuruentur alij. Hoc enim nefas est, et iniquitas maxima. Ignis est, usque ad perditionem deuorans, et omnia eradicās genimina. ℟ Utinam appenderentur. fol. 298. Lectio tertia.

Si contempsi subire iudicium cum seruo meo et ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus? Et cum quesierit, quid respondebo illi? Nunquid non in utero fecit me: qui et illum operatus est, et formauit me in uulua unus. Si negaui qd uolebant pauperibus, et oculos uidue expectare feci. Si comedi bucellam meam solus, et non comedit pupillus ex ea, qr ab infantia mea creuit mecum miseratio. ℟ Quare de vtr. 297.

FERIA QVINTA.

De libro Job. Lectio prima.

c.38. Respondens aūt dñs Job de turbine, dixit: Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis: Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, et responde mihi: ubi eras, quando ponebam fundamenta terre? indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti? uel quis tetēdit super eam lineam? super quo bases illius solidate sunt? aut quis dimisit lapidē angularem eius? Cum me laudarent simul astra matutina, et iubilarent omnes filij Dei. ℟ Si bona. 297. L. ij.

Quis conclusit ostijs mare quādo erumpebat quasi de uulua procedēs? Cum ponerem nubem uestimentum eius, et caligine illud quasi pānis infātie obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, et posui uectē et ostia, et dixi: Usque huc uenies, et nō procedes amplius, et hic cōfringes tumētes fluctus tuos. Nunquid post ortū tuū precepisti diluculo, et ostēdisti aurore locū suum: et tenuisti concutiens extrema terre, et excussisti impios ex ea. ℟ Nequā. 297. Le. iij.

Restituetur vt lutum signaculum, et stabit sicut uestimentum: Auferetur ab impijs lux sua, et brachium excelsum confringetur. Nunquid ingressus es profunda maris, et in nouissimis abyssi deambulasti. Nunquid aperte sunt tibi porte mortis: et ostia tenebrosa uidisti? Nunquid considerasti latitudinem terre? indica mihi si nosti omnia, in qua uia lux habitet, et tenebrarū quis locus sit: vt ducas vnūquodque ad terminos suos, et intelligas semitas domus eius. ℟ Quare. 297.

FERIA SEXTA.

De libro Job. Lectio prima.

c.40. Respondens aūt dñs Job de turbine, dixit: Accinge sicut vir lūbos tuos: interrogabo te, et indica mihi: nunquid irritū facies iudiciū meū, et cōdem nabis

nabis me, vt tu iustificeris? Et, si habes brachiū sicut De⁹: ⁊ si voce simili tonas: circunda tibi decorē, ⁊ i sublime erigere, ⁊ esto glorios⁹: ⁊ speciosis iduēr vestibus. ℟. Induta. 297. Lec. ij.

Disperge superbos in furore tuo, ⁊ respiciens omnē arrogantē humilia. Respice cū ctos superbos, ⁊ cōfunde eos ⁊ contere impios in loco suo. Absconde eos in puluere simul, ⁊ facies eorū demerge in foueā: ⁊ ego confitebor quod saluare te possit dextera tua. Ecce Behemot, quem feci tecū, fenū quasi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius: ⁊ virtus illius in vmbilico ventris eius. ℟. Paucitas. 298. Lectio tertia.

Respondēs autē Job dño dixit: Scio q̄ omnia potes, ⁊ nulla te latet cogitatio. Quis est iste qui celat consiliū absq; scientia? Ideo insipienter locutus sum, ⁊ quę vltra modū excederent scientiā meā. Audi ⁊ ego loquar: interrogabo te, ⁊ respōde mihi. Auditu auris audiui te: nunc aūt oculus me⁹ videt te. Idcirco ipse me reprehēdo, ⁊ ago penitentiā i fauilla ⁊ cinere. ℟. Non abscon. 298.

SABBATHO.

De libro Job. Lectio prima.

c. 41. Postquā autē locutus est dñs verba hęc ad Job: dixit ad Eliphaz Themanitēm: Iratus est furor meus in te, ⁊ i duos amicos tuos, quoniā non estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Job. Sumite ergo vobis septem tauros, ⁊ septem arietes, ⁊ ite ad seruū meū Job, ⁊ offerte holocaustū pro vobis: Job autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiā, vt non vobis imputetur stultitia: neque enī locuti estis ad me recta, sicut seruus meus Job. ℟. Quis mihi. 298. Lectio secunda.

Abierunt ergo Eliphaz Themanites, ⁊ Baldad Suhites, ⁊ Sophar Naamathites: ⁊ fecerunt sicut locutus fuerat dñs ad eos, ⁊ suscepit dominus faciem Job. Dñs quoque cōuersus est ad penitentiā Job: cū oraret ille pro amicis suis: Et addidit dñs omnia quęcunque fuerāt Job, duplicia. Venerunt autē ad eū oēs fratres sui ⁊ vniuersę sorores suę, ⁊ cuncti qui nouerāt eum prius: ⁊ comederunt cū eo panē in domo eius: ⁊ mouerūt super eū caput ⁊ cōsolati sunt eū sup omni malo, quod intulerat dñs sup eū: ⁊ dederunt ei vnusquisq; ouem vnam, ⁊ inaurem auream vnā. ℟. Utinam. 298. Lectio iij.

Dominus autē benedixit nouissimis Job magis, quā principio eius: ⁊ facta sunt ei quatuordecim millia ouiū, ⁊ sex millia camelorū ⁊ mille iuga boū, et mille asinę. Et fuerūt ei septē filij, et tres filię. Et vocauit nomē vnius diē, et nomē secunde

cūdę Cassiā, ꝛ nomē tertię Cornustibij. Nō sunt aūt inuētę mulieres speciosę sicut filię Job, i vniuersa terra: deditq; eis pater suͦ hereditatē inter fratres earū. Uixit aūt Job post flagella hęc cētū quadraginta annis, ꝛ vidit filios suos, ꝛ filios filiorꝫ suorū, vsq; ad quartam generationē: ꝛ mortuus est senex, ꝛ plenus dierum. ℟. Quare. 297.

Sabbatho. Ad Mag. Aña. Ne reminiscaris dn̄e delicta mea vel parentū meorū, neq; vindictam sumas de peccatis meis.

DOMINICA III. Septembris.

Incipit liber Tobię. Lectio i.

Tobias, ex tribu ꝛ ciuitate Nephtalim, quę est in superioribꝫ Galileę supra Naason, post viā q̄ ducit ad occidentē, in sinistro habens ciuitatē Sephet, cū captus eēt in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tñ positus, viā veritatis non deseruit, ita vt omnia quę habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumq; esset iunior omnibus in tribu Nephtalim, nihil tamen puerile gessit in opere. ℟. Peto domine, vt de vinculo improperij huiͦ absoluas me, aut certe desup terram eripias me. Ne reminiscaris delicta mea vel parentum meorum, neque vindictam sumas de peccatis meis: quia eruis sustinentes te domine. ℣. Omnia enim iudicia tua iusta sunt, ꝛ omnes vię tuę misericordia ꝛ veritas, ꝛ nūc domine memento mei. Ne. Lectio ij.

Denique cū irent omnes ad vitulos aureos, quos Jeroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat cōsortia omnium, ꝛ pergebat in Jerusalem ad templum domini, ꝛ ibi adorabat dominum deum Israel: oīa primitiua sua, ꝛ decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselytis, ꝛ aduenis ministraret omnē decimationem. Hęc ꝛ his similia secūdum legem Dei puerulus obseruabat. Cum vero factus fuisset vir, accepit vxorem Annā de tribu sua, genuitque ex ea filium, nomen suū imponens ei, quem ab infantia timere Deū docuit, ꝛ abstinere ab omni peccato. ℟. Omni tempore benedic Deum, ꝛ pete ab eo, vt vias tuas dirigat. Et ī omni tempore consilia tua in ipso permaneant. ℣. Inquire vt facias quę placita sunt illi ī veritate, ꝛ ī tota virtute tua. Et in omni. Lectio iij.

Igitur cū per captiuitatē deuenisset cū vxore sua, ꝛ filio in ciuitatem Niniuen, cū omni tribu sua: ꝛ cum oēs ederent ex cibis gentilium: ipse custodiuit animā suā, ꝛ nunquā contaminatus est in escis eorū.

Et

Et quoniam memor fuit dñi in toto corde suo, dedit illi deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis, et dedit illi potestatē quocunq; vellet ire, habēs libertatē, quecūq; facere voluisset. Pergebat ergo ad omnes qui erāt in captiuitate, et monita salutis dabat eis. ℟. Memor esto fili, qm̃ pauperē vitā gerimus: Habebis multa bona, si timueris Deum. ℣. In mente habeto eū: et caue nequando preterm ittas precepta eius. Habebis multa.

Sermo s. Leonis Pape. Lec. iiij.

Scio quidem dilectissimi, plurimos vestrum ita in his, que ad obseruantiam Christiane fidei pertinent esse deuotos, vt nostris cohortationibus non indigeant admoneri: quod enim dudum, et traditio decreuit, et consuetudo firmauit, nec eruditio ignorat, nec pietas pretermittit: sed quia sacerdotalis officij est, erga omnes Ecclesie filios curam habere cõem: in id, quod et rudibus prosit, et doctis, quos simul diligimus, pariter incitamus: vt ieiunium, quod nobis septimi mensis recursus indicit, fide alacri per castigationē animi, et corporis celebremus. ℟. Sufficiebat nobis paupertas nostra, vt diuitie cõputarentur: nūquā fuisset pecunia ipsa, pro qua misisti filiū nostrū: Baculū senectutis nostre. ℣. Heu me fili mi, vt qd te mi simus peregrinari, lumē oculorum nostrorū? Baculū. Lec. v.

In Deo enī ipsa continentie obseruātia quatuor ē assignata temporibus, vt in idipsū totius anni redeunte decursu, cognosceremus nos indesinēter purificationibus indigere, semperque esse nitendum, dum huius vite varietate iactamur: vt peccatum, quod fragilitate carnis et cupiditatum pollutione contrahitur, ieiunijs atq; eleemosynis deleatur. Esuriamus paululum, dilectissimi, et aliquantulum, quod iuuandis possit prodesse pauperibus, nostre cõsuetudini subtrahamus. ℟. Benedicite Deum celi, et corā omnibus viuentibus cõfitemini ei. Qr fecit nobiscum misericordiā suā. ℣. Ipsum benedicite, et cātate illi: et enarrate oia mirabilia eius. Quia fecit. Lec. vj.

Delectetur cõsciētia benignorū fructib⁹ largitatis et gaudia tribuēs, quo es letificandus, accipies. Dilectio proximi dilectio Dei est: qui plenitudinē legis et pphetarū in hac gemine charitatis vnitate constituit, vt nemo ambigeret, deo se offerre quod homini contulisset, dicente dño saluatore cū de alendis iuuandisq; pauperibus loqueretur: Quod vni eorū fecistis mihi fecistis. Quarta igit et sexta feria ieiunemus. Sabbatho vero apud beatum Petrum apostolum vigilias celebremus: cui⁹ nos meritis et orationibus

c.11.

nibus credimus adiuuãdos, vt misericordi Deo ieiunio nostro & deuotione placeamus. ℟. Tẽpus est vt reuertar ad eum, qui misit me. Uos autem benedicite Deum, & enarrate omnia mirabilia eius. ℣. Cõfitemini ei corã oib⁹ viuentib⁹: q: fecit vobiscũ misericordiã suam. Uos.

xij. ℟. Tribulationes ciuitatũ audiuim⁹, quas passę sunt, & defecimus: timor, & hebetudo mẽtis cecidit super nos, & sup liberos nostros: ipsi montes nolunt recipere fugã nostrã. Dñe miserere. ℣. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus: iniquitatem fecimus. Domine.

viij. ℟. Duo Seraphi. f. 258. Infra hebd. feria iiij. & Sabba tho & iij. & iiij. ℟. j. noc. Dñicę.

FERIA SECUNDA.

℟. Hist. Thobie. Lectio j.

Post hęc vero, cũ esset dies festus domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobię, dixit filio suo: Uade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. Cumque abysset, reuersus nunciauit ei, vnum ex filijs Israel iugulatum iacere in platea. Statimque exiliens de acubitu suo, relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus, tollensque illud portauit ad domum suam occulte. vt dũ sol occubuisset, caute sepeliret eũ. ℟. Peto do. 302. f. ij.

Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes: Jam huius rei causa interfici iussus es: & vix effugisti mortis imperium, & iterũ sepelis mortuos? Sed Tobias plus timẽs Deum, quam regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit autem, vt quadam die fatigat⁹ a sepultura, veniens in domum suã, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormisset, & ex nido hirundinũ dormiẽti illi calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq; cęcus. Hanc aũt tentationẽ ideo permisit dñs euenire illi, vt posteris daretur exemplũ patientię ei⁹, sicut & sancti Job. ℟. Omni. 301. Lectio tertia.

Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deũ, q plaga cęcitatis eueniret ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnib⁹ dieb⁹ vitę suę. Nã sicut beato Job insultabãt reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes: Ubi est spes tua, p qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos, dicens. Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est ijs, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.

℟. Memor: folio 303.

Feria

FERIA TERTIA.

De libro Tobie. Lectio i.

ca. 2. Anna vero uxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, et de labore manuum suarum victum quem consequi poterat, deferebat, unde factum est, ut hedum capriarum accipiens detulisset domi: cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit: Videte ne forte furtiuus sit: reddite eum dominis suis: quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. R. Sufficiebat. 303. Lect. ij.

Ad hec uxor eius irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua, et eleemosyne tue modo apparuerunt. Atque his, et aliis huiusmodi verbis exprobrabat ei. Tunc Tobias ingemuit, et cepit orare cum lacrymis dicens: Iustus es domine et omnia iudicia tua iusta sunt, et omnes vie tue misericordia, et veritas, et iudicium. Et nunc domine memor esto mei, et ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea vel parentum meorum. R. Benedicite. 303. Lectio iij.

Quoniam non obediuimus preceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, et captiuitatem, et mortem, et in fabulam, et improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc domine magna iudicia tua: quia non egimus secundum precepta tua, et non ambulauimus sinceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, et precipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis, quam viuere. R. Tempus est. 303.

FERIA QUARTA.

Quatuor temporum.

Lectio s. euang. secundum Marcum. L. i.

ca. 9. In illo tempore: Respondens unus de turba, dixit ad Jesum: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum immundum. Et reliqua.

Homilia venerab. Bede presbyteri.

Demoniacum hunc, quem descendens de monte dominus sanauit, Marcus quidem surdum mutumque, Mattheus vero lunaticum fuisse commemorat: significat autem eos, de quibus scriptum est: Stultus ut luna mutatur, qui nunquam in eodem statu permanentes, nunc ad hec, nunc ad illa vitia mutati crescunt, atque decrescunt. Qui muti sunt non confitendo fidem: surdi, nec ipsum aliquatenus veritatis audiendo sermonem: spumant autem, cum stultitia tabescunt. Stultorum namque et languentium atque hebetum est, spumas saliuarum ex ore dimittere: strident dentibus, cum iracundie furore flammescunt: arescunt, cum ocio torpente languescunt, et nulla virtutis industria confortati enerviter viuunt. R. Tribulationes. folio 303. ex iij. nocturno dominice. Lectio secunda.

Quod

Quod aũt ait: Et dixi discipulis tuis, vt eycerẽt illum, & nõ potuerũt: latẽter apostolos accusat, cũ impossibilitas curãdi interdũ nõ ad imbecillitatẽ curantiũ, sed ad eorũ q curandi sunt fidẽ referatur, dicẽte dño. Fiat tibi sm fidẽ tuã. Qui rñdens eis, dixit. O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? Non quod tędio superatus sit, mãsuetus ac mitis, q nõ aperuit sicut agnus corã tondẽtes os suũ, nec in verba furoris erupit: sed quo in similitudinẽ medici, si ęgrotum videat cõtra sua pcepta se gerere, dicat, Vsquequo accedã ad domũ tuã? quousq; artis meę perdã industriã: me aliud iubente, & te aliud perpetrãte? ℟. Omni tempore. ex j. noctur. dominicę 302. Lectio tertia.

Et dixit illis: Hoc genus dęmoniorũ in nullo põt exire, nisi in oratione, & ieiunio. Dum docet apostolos, quomodo dęmon nequissimus debeat expelli, omnes instituit ad vitã: vt scilicet nouerimus, grauissima queque vel immundorum spirituum vel hominum tentamenta, ieiunijs, & orationibus esse superanda: irã quoq; dñi, cum in vltionem nostrorum scelerum fuerit accensa, hoc remedio singulari posse placari. Ieiunium autem generale est, nõ solum ab escis, sed a cunctis illecebris abstinere carnalibus, immo ab omnibus vitiorum cõtinere passionibus. Sic & oratio generalis non in verbis solum est, quibus diuinam clemẽtiã inuocamus, verũ etiam in omnibus, quę in obsequium nostri conditoris fidei deuotione gerimus. ℟. Memor. fol. 303. Ad Bñs. Aña. Hoc genus dęmoniorum in nullo potest exire nisi in oratione & ieiunio. Deinde dñr pces vt in psal. 24. Post preces. Oratio.

Misericordię tuę remedijs qs dñe, fragilitas nra subsistat: vt q sua cõditione atterit tua clementia reparet. Per d.

FERIA QVINTA.

De libro Thobię. Lcõ prima.

Vocauit ad se Tobias filium suum: Dixitq; ei: c. 12. Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respõdens Tobias dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignũ poterit esse beneficijs eius? Me duxit & reduxit sanum: pecuniam a Gabelo ipse recepit: vxorem ipse me habere fecit: & dęmonium ab ea ipse cõpescuit: gaudiũ parẽtibus eius fecit: me ipsũ a deuoratiõe piscis eripuit: te quoque videret fecit lumen cęli: & bonis oibus p eũ repleti sumus. Quid illi ad hęc poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum: si forte dignabitur medietatem de omnibus quę allata sunt, sibi assumere.

mere. ℟. Peto dñe. 302. Lec. ij.

Et vocatis eum, pater sci licet & filius, tulerũt eũ in partem: & rogare ceperũt: vt dignaretur dimidiã partẽ oĩũ que attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occulte: Benedicite Deum celi, & corã omnibus viuentibus confitemini ei: q: fecit vobiscum misericordiam suã. Etenim sacramentũ regis abscondere bonũ eũ: opera autem Dei reuelare, & cõfiteri, honorificũ est. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere: qm̃ eleemosyna a morte liberat, & ipsa est que purgat peccã, & facit inuenire misericordiã, & vitam eternam. Qui aũt faciunt peccatum, & iniquitatem, hostes sunt anime sue.

℟. Omni tẽpore. 202. Lec. iij.

Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondã a vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & d relinquebas prandium tuũ, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuã domino, & quia acceptus eras deo, necesse fuit, vt tentatio pbaret te. Et nunc misit me dñs, vt curarem te, & Saram vxorẽ filij tui a demonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus, vnus ex septem qui astam᷑ ante dominum. Cumque hec audissent turbati sunt, & tremẽtes ceciderunt super terrã in faciem suam. Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere.

℟. Memor esto. 303.

FERIA SEXTA.

Quatuor tempoꝝ Septembris. Lcõ sancti euang ꝑm Lucã. c. 7.

In illo tpe: Rogabat Jesũ quidã Phariseus, vt manducaret cũ illo: & ingressus domũ Pharisei discubuit. Et rel.

Homilia S. Gregorij Pape.

Quem Phariseus, de falsa iustitia presumens, nisi Judaicum populum? quẽ peccatrix mulier, ad vestigia dñi veniens, & plorans, nisi conuersam gentilitatẽ designat? Que cum alabastro venit, vnguentum fudit, retro secus pedes domini stetit, lacrymis pedes rigauit, capillis tersit, eosdemque quos infundebat & tergebat pedes, osculari non desiit. Nos ergo, nos illa mulier expressit, si toto corde ad dominũ post peccata redeamus, si eius penitentie luctus imitemur. Quid nãq vnguẽto, nisi bonus odor opinionis, exprimitur? vnde Paulus dicit: Christi bon᷒ odor sumus deo in omni loco.

℟. Sufficiebat. 303. Lec. ij.

Si ergo recta opa agim᷒ qbus opinionis bone odore ecclesiam respergamus: quid in domini corpore nisi vnguentũ fundimus? Sed secus pedes Jesu mulier stetit: cõtra pedes

enim domini stetimus, eū ī pec
catis positi, ei⁹ itineribus reni/
tebamur. Sed, si ad verā pęni
tentiā post peccata ɔuertimur,
iam retro secus pedes astam⁹:
q: eius vestigia sequimur, quē
impugnabamus. Lacrymis mu
lier pedes eius rigat: quod nos
quoque veraciter agimus, si q/
buslibet vltimis membris domi
ni, per compassionis affectū in/
clinamur, si sanctis ei⁹ in tribu
latione compatimur, si eorum
tristitiam nostram putamus.
℟. Benedicite. 303. Lectio iii.

Capillis ergo pedes dñi
tergimus, quando san/
ctis eius quibus ex charitate
compatimur, etiam ex ijs, quę
nobis superfluunt, miseremur:
quatenus sic mens per compas
sionē doleat, vt etiā larga ma
nus affectum doloris ostendat.
Rigat nāq; lacrymis redēpto/
ris pedes, sed capillis non ter/
git, qui vtcūq; proximorum do
lori compatitur, sed tamen eis
ex ijs, quę sibi supfluunt nō mi/
seretur. Plorat & non tergit, q
verba quidem doloris tribuit,
sed non ministrando quę desūt
vim doloris minime abscindit.
Osculatur mulier pedes, quos
tergit: quod nos quoque plene
agimus, si studiose diligimus,
quos ex largitate continemus:
ne grauis nobis sit necessitas
proximi: ne ipsa nobis eius in/
digentia, quę sustentatur, fiat
onerosa: & cū manus necessaria
tribuit, animus a dilectiōe tor
pescat. ℟. Tempus est. 303.

Ad Benedictus. Antiphona.
Mulier quę erat i ciuitate pec
catrix, stans retro secus pedes
domini, lacrymis cępit rigare
pedes eius, & capillis capitis sui
tergebat, & osculabatur pedes
eius, & vnguento vngebat.

Preces vt in Psalte. Oratio.
Presta quęsumus, oīpotēs
Deus: vt obseruationes
sacras annua deuotione reco/
lentes: & corpore tibi placeam⁹
& mente. Per dominum.

SABBATHO.
Quatuor temporum.

Lectio sci euāg. sm Lucā. Le. i. c. 13.
In illo tpe: Dicebat Je/
sus turbis similitudinem
hanc: Arborem fici habebat q/
dam plantatam in vinea sua: &
venit quęrens fructum in illa,
& non inuenit. Et reliqua.

Homilia s. Gregorij Papę.
Dominus, & redemptor
noster per euangeliū suū
aliquando verbis, aliquando
rebus loquitur: aliquando a/
liud verbis, atque aliud re/
bus, aliquando autem hoc ver
bis, quod rebus. Duas ete/
nim res ex euangelio fratres
audistis, ficulneam infructuo/
sam, & mulierem curuam: &
vtrique rei est pietas impensa:
illud autem dixit per similitu/
dinem, istud egit per exhibitio
nem. Sed hoc significat ficul/
nea infructuosa, qđ mulier in/
cli-

clinata: et hoc ficulnea reseruata, quod mulier erecta. ℟. Tribulationes. 303. Lectio secunda.

Quid arbor fici nisi humanam naturam designat? et quid mulier inclinata, nisi eandem naturam significando, denunciat? Que et bene plantata est sicut ficus, et bene creata sicut mulier, sed in culpam propria sponte lapsa, neque fructum seruat operationis, neque statum rectitudinis. Ad peccatum quippe ex voluntate corruens, quia fructum obedientie ferre noluit, statum rectitudinis amisit: que ad Dei similitudinem condita dum in sua dignitate non persistit, quod plantata vel creata fuerat contempsit. Tertio dominus vinee ad ficulneam venit: quia naturam generis humani ante legem, sub lege, sub gratia expectando, admonendo, visitando requisiuit. ℟. Omni. 302. Lectio tertia.

Venit ante legem, quia per naturalem intellectum, quod vnusquisque exemplo sui, qualiter erga proximum agere debuisset innotuit. Venit in lege: quia preceptis docuit. Venit post legem per gratiam, quia pietatis sue presentiam exhibendo monstrauit. Sed tamen in tribus annis fructum se non inuenisse conqueritur: quia quorundam prauorum mentes nec inspirata lex naturalis corrigit, nec precepta erudiunt, nec incarnationis eius miracula conuertunt. Quid vero per cultorem vinee, nisi prepositorum ordo exprimitur: qui dum presunt ecclesie, nimirum dominice vinee curam gerunt. ℟. Memor. 303.

Ad Benedictus. Antiphona. Illuminare domine his, qui in tenebris sedent, et dirige pedes nostros in viam pacis deus Israel.

Preces vt in Psalt. 24. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, qui per continentiam salutarem corporibus mederis, et mentibus: maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt pia ieiunantium deprecatione placatus et presentia nobis subsidia tribuas, et futura. Per dominum.

Sabbatho ante Dominicam quartam Septembris.

Ad Magnificat. Antiphona. Adonai domine deus magne, et mirabilis: qui dedisti salutem in manu femine, exaudi preces seruorum tuorum.

DOMINICA IIII. Septembris.

Incipit liber Judith. Lectio i.

Arphaxad, Rex Medorum, subiugauerat multas gentes imperio suo et ipse edificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis, ex lapidibus quadratis et sectis. Fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, et in latitudine cubitorum triginta: turres vero eius posuit in

in altitudine cubitorum centū: per quadrum vero earum lat⁹ vtrumque vicenorū pedū spa tio tendebatur: posuitque portas eius in altitudine turriū, & gloriabatur quasi potēs i potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarū. ℞. A donai domine Deus magne, & mirabilis, qui dedisti salutē i manu feminę: Exaudi preces seruorū tuorū. ℣. Benedict⁹ es dn̄e, qui non derelinquis presumentes de te, & de sua virtute gloriātes humilias. Exaudi. Le. ij.

Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrim, & Jadason in campo Erioch, regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad oēs qui habitabāt in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gentes, quę sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galileam in cāpo magno Esdrelon, & ad oēs qui erant in Samaria, & trans flumen Jordanem vsq; in Jerusalem, & ad omnem terram Jesse, quousque perueniatur ad terminos Aethiopię. ℞. Tribulationes ciuitatum audiuimus. quas passę sunt, & defecimus: timor, & hebetudo mentis cecidit super nos: & super liberos nostros: ipsi mōtes nolūt recipere fugā nostrā. Dn̄e miserere. ℣. Peccauimus cū patrib⁹ nostris: iniuste egimus: iniquitatē fecimus. Dn̄e. Lectio iij.

Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorū: qui oēs vno aio contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad oēm terrā illam, iurauit per thronū, & regnum suum, quod defenderet se de omnibus his regionibus. Anno decimotertio Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi factū ē verbū in domo Nabuchodonosor regis Assyriorū vt defenderet se. Uocauitq; oēs maiores natu: & oēsq; duces, & bellatores suos, & habuit cū eis mysteriū consilij sui: dixitq; cogitationē suā in eo esse, vt omnem terrā suo subiugaret imperio. ℞. Benedicat te dn̄s in virtute sua, qui per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ore hoium. ℣. Benedictus dn̄s, qui creauit cęlū & terram, quia hodie nomen tuum ita magnificauit. Ut non.

Ex libro s. Ambrosij episcopi, de Elia, & ieiunio. Lectio iiij.

Potentes vinū prohibent bibere: ne, cum biberint, obliuiscant sapiētiā: bibebāt vinum in ebrietate potentes, qui

Holoferni pricipi militię regis Assyriorũ se tradere gestiebāt. sed nõ bibebat fęmina Judith, ieiunans omnibus dieb⁹ viduitatis suę, prętcr festorum dierũ solennitates. His armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitū: sobrij vigore cõsilij abstulit Holofernis caput seruauit pudicitiã, & victoriam reportauit. ℟. Nos alium Deum nescimus, pręter dñm, in quo speramus. Qui nõ despicit nos, nec amouet salutem suam a genere nostro. ℣. Indulgentiã ipsius fusis lacrymis postulemus, & humiliem⁹ illi animas nr̃as. Qui. Lect. v.

Haec enim succincta ieiunio in castris se prętende bat alienis: ille vino sepultus iacebat, vt ictū vulneris sentire non posset: itaq; vnius mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus ebriorum. Esther quoq; pulchrior facta est ieiunio: domin⁹ enim gratiã sobrię mentis augebat. Oẽ genus suū, id est totum populum Judęorum a persecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem sibi faceret esse subiectum. ℟. Dñator dñe celorum & terrę, creator aquarū, rex vniuersę creaturę. Exaudi orationem seruorũ tuorũ. ℣. Tu dñe cui humiliũ semper, & mansuetorũ placuit dpre catio. Exaudi. Lectio sexta.

Itaq; illa, quę triduo ieiunauit continuo, & corpus suum aqua lauit, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autē dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pęnam suę ebrietatis exoluit. Est ergo ieiuniū reconciliationis sacrificiū, virtutis incrementũ, quod fecit et feminas fortiores augmēto gratię. Jeiunium nescit fęneratorē: non sortē fęnoris nouit, non redolet vsuras: etiã ipsis ieiuniū conuiuijs dat gratiam. Dulciores post famem epulę fiunt, quę assiduitate fastidio sunt, & diuturna continuatione vilescunt. Condimentum cibi ieiuniũ est: Quanto auidior appetentia, tãto esca iucundior. ℟. Tu dñe de⁹ qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuum super gentes, quę cogitãt seruis tuis mala: Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutē eorū in virtute tua: cadat robur eorum in iracũdia tua. Et dextera tua glo. vij. ℟. Conforta me. fol. 309. quod sumitur ex historia sequentis dominicę. viij. ℟. Duo Seraphim. 258. Infra hebd. fer. iij. & Sabb. dz ij. & iij. ℟. j. noct. huius Officij.

FERIA SECVNDA.

De libro Judith. Lect. prima.

Filij Israel, q habitabãt in terra Juda, timuerũt valdẽ a facie Holofernis: tremor etiã & horror inuasit sensus eorũ, ne hoc faceret et Jerl'm, & templo domini, qd fecerat cęteris ciuitatib⁹, & templis earũ: & mi- ca. 4.

ferunt in oēȝ Samariā per cir-
cuituȝ vsq; Jericho: ⁊ pręoccu-
pauerunt omnes vertices mon
tium, ⁊ muris circūdederūt vi-
cos suos: ⁊ congregauerunt fru
mēta in pręparationē pugnę.
℟. Adonai dñe. 306. Lect. ij.

Sacerdos etiā Eliachim
scripsit ad vniuersos, qui
erāt cōtra Esdrelon, quę est cō-
tra faciē cāpi magni iuxta Do
thain, ⁊ vniuersos per quos vię
transitus esse poterat, vt obtine
rent ascensus montium, p quos
via esse poterat ad Jerusalem,
⁊ illic custodirent, vbi angustuȝ
iter esse poterat inter montes.
Et fecerunt filij Israel, secūdū
quod constituerat eis sacerdos
domini Eliachiȝ. Et clamauit
omnis populus ad dominum
instantia magna: ⁊ humiliaue-
runt animas suas in ieiunijs, ⁊
orationibus, ipsi ⁊ mulieres eo
rum. ℟. Tribulationes. folio
306. Lectio tertia.

Et induerūt se sacerdotes
cilicijs, ⁊ infantes pstra-
uerunt contra faciē tēpli domi
ni, ⁊ altare domini operuerūt ci
licio. Et clamauerunt ad dñm
Deū Israel vnanimiter, ne da
rent in pdam infantes eoruȝ, ⁊
vxores eorū in diuisionē, ⁊ ciui
tates eorum in exterminium, ⁊
sancta eorum in pollutionem: ⁊
fierent in opprobrium gentib⁹.
Tūc Eliachiȝ sacerdos dñi ma
gnus circuiuit oēȝ Israel, allo
cutusq; est eos, dicens: Scitote
qm̄ exaudiet dñs preces vestras:
si manentes permanseritis in ie
iunijs ⁊ orationibus in conspe-
ctu dñi. ℟. Benedicat. 306.

FERIA TERTIA.

De libro Judith. Lectō prima.

Et factū ē cū audisset hęc
verba Judith vidua, quę
erat filia Merari, filij Idox, fi-
lij Joseph, filij Ozię, filij Elai,
filij Jānor, filij Gedeon, filij Ra
phaim, filij Achitob, filij Mel-
chie, filij Euan, filij Nathanię,
filij Salathiel, filij Simeon, filij
Ruben: ⁊ vir eius Manasses,
qui mortuus est in dieb⁹ messis
hordeaceę: instabat enim super
alligantes manipulos in cam-
po, et venit ęstus sup caput ei⁹,
⁊ mortuus est in Bethulia in
ciuitate sua, ⁊ sepultus est illic
cum patribus suis. Erat au-
tem Judith, relicta eius, vi
dua iam annis tribus, ⁊ mensi
bus sex. ℟. Nos alium. folio
307. Lectio secunda.

Et in superioribus domus
suę fecit sibi secreto cubi
culū: i quo cū puellis suis clau
sa morabat, ⁊ hñs sup lūbos cili
ciū ieiunabat oībus dieb⁹ vitę
suę pter sabbatha, ⁊ neomenias
⁊ festa domus Israel. Erat aūt
elegāti aspectu nimis: cui vir su
us reliquerat diuitias multas, ⁊
familiā copiosā, ac possessiōes
armentis bouȝ, ⁊ gregibus oui
um plenas. Et erat hęc in omni
bus famosissima, quoniaȝ time
bat dñm valde, nec erat qui lo
que

quaeretur de illa verbuz malu3.
℟. Dominator. 307. Lect. iij.

Haec itaq; cu audisset quoniā Ozias promisisset qd trāsacto quinto die traderet ci uitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi: & venerunt ad illam: & dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatē Assyrijs, si intra quinq; dies non venerit vobis adiutorium: Et qui estis vos, qui tentatis dominū? ℟. Domine Deus. 307.

FERIA QVARTA.

De libro Judith. Lcō prima.

c.10. Factū est aūt, cū cessasset clamare ad dñm, surrexit de loco, in quo iacuerat prostrata ad dñm, vocauitq; Abrā suā, & descendēs in domū suaz, abstulit a se ciliciū, & exuit se vestimentis viduitatis suę, & lauit corpus suuz, & vnxit se myrto optimo: & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitraz super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suę: induitq; sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola, & lilia, & inaures, & annulos: & omnibus ornamentis suis ornauit se, cui etiā dominus contulit splēdorem. ℟. Conforta me. folio 309. Lectio secunda.

Factum est autez cum descenderet mōtē circa ortū diei, occurrerūt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eā dicentes: Unū venis: aut quo vadis? Quę respondit. Filia sum Hebręorum: adeo ego fugi a facie eoꝝ, quoniā futurum agnoui, quod dentur vobis in deprędationem, pro eo, quod contemnentes vos, noluerunt vltro tradere seipsos, vt inuenirent misericordiam in conspectu vestro.
℟. Tribulationes. 306. Lc. iij.

Dixeruntque illam ad tabernaculū Holofernis annunciantes eam: cūque intrasset ante faciem eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum satellites eius. Quis cōtemnat populum Hebręorum: qui tam decoras mulieres habent: vt nō pro his merito pugnare contra eos debeamus? Uidens itaque Judith Holofernem sedentem in conopęo, quod erat ex purpura & auro, & smaragdo, & lapidibus preciosis intextum: & cum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super terram. ℟. Benedicat. 206.

FERIA QVINTA.

De libro Judith. Lcō prima. c.12.

Et factū est in quarto die Holofernes fecit cęnā seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchū suū: Vade & suade Hebręā illā, vt sponte ꝯsentiat habitare mecuz: fędū est enim apud Assyrios, si fęmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Judith, & dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominū

meum, et honorificetur ante faciem eius, et manducet cum eo, et bibat vinum in iucunditate. Cui Judith respondit, Que ego sum, vt contradicam domino meo? ℟. Adonai. 306. Lec. ij.

At autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, et conclusit Vagao ostia cubiculi, et abijt. Erant autem omnes fatigati a vino: eratque Judith sola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Dixitque Judith puelle sue, vt staret foris ante cubiculum, et obseruaret: stetitque Judith ante lectum orans cum lacrymis, et labiorum motu in silentio, dicens: Confirma me domine Deus Israel, et respice in hac hora ad opera manuum mearum: vt, sicut promisisti, Jerusalem ciuitatem tuam erigas, et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. ℟. Tribulationes. fol. 306 Lectio tertia.

Et cum hec dixisset, accessit ad columnam, que erat ad caput lectuli eius, et pugionem eius, qui in ea ligatus pendebat: exoluit. Cumque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, et ait: Confirma me domine Deus in hac hora: et percussit bis in ceruicem eius, et abscidit caput eius, et abstulit conopeum eius a columnis, et euoluit corpus eius truncum: et post pusillum exiuit, et tradidit caput Holofernis ancille sue, et iussit vt mitteret illud in peram suam. ℟. Benedicat. 306.

¶ Si hec fuerit vltima hebdomada Septemb. hac nocte ponitur Liber Esther cum sua historia, vt infra in dominica v. huius mensis. Quod si hoc triduo non occurrat fer. in qua possint dici gria: in sabba. fiat Officium de fer. cum com. festi simpl. in ea occurrentis: nisi fuerit festum noue lectionum, quia tunc de feria fit precedenti die.

FERIA SEXTA.

De libro Judith. Lect. prima.

Clamque omnis exercitus decollatum Holofernem audisset, fugit mens, et consilium ab eis: et solo tremore, et metu agitati, fuge presidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo: sed inclinato capite relictis omnibus, euadere festinabant Hebreos, quos armatos super se venire audierant fugientes per vias camporum, et semitas collium. Videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos descenderuntque clangentes tubis, et vlulantes post ipsos. ℟. Nos alium. 207. Lectio ij.

Misit itaque Ozias nuncios per omnes ciuitates, et regiones Israel. Omnis itaque regio, omnisque vrbs electam iuuentutem armatam misit post eos: et persecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum. Reliqui autem, qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum: et predam quam fugientes

gientes Assyrij reliquerāt, abstulerunt, & onustati sunt valde. ℟. Dominator. 307. Lect. iij.

Ioachim aūt summ⁹ Pontifex, de Ierusalē venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. Que cū exisset ad illū, benedixerunt eam oēs vna voce, dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu letitia Israel, tu honorificētia populi nostri: q: fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatē amaueris, & post virum tuū, alterum nescieris: ideo & manus dñi confortauit te, & ideo eris benedicta i eternū. Et dixit omnis populus: fiat, fiat. ℟. Domine Deus. 387.

SABBATHO.

De libro Iudith. Lect. prima.

Et factū est: post hec omnis populus post victoriā venit in Ierusalē adorare dñm: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porro Iudith, vniuersa vasa bellica Holofernis, que dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. ℟. Conforta me. 309. Lectio ij.

Erat autē populus iucundus secundū faciē sāctorum, & per tres menses gaudiū huius victorie celebratum est cum Iudith. Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam: & Iudit magna facta est in Bethulia, & preclarior erat vniuerse terre Israel. Erat etiam virtuti castitas adiūcta: ita vt non cognosceret virū omnibus diebus vite sue, ex quo defunctus est Manasses vir ei⁹. Erat autem diebus festis precedens cū magna gloria. ℟. Tribulationes. 306. Lectio tertia.

Mansit autē in domo viri sui annos centū quinque & dimisit Abram suam liberā: & defuncta est ac sepulta cū viro suo in Bethulia: luxitq; illā omnis populus diebus septē. In omni autem spatio vite ei⁹ non fuit qui perturbaret Isrl, & post mortem eius annis multis. Dies autem victorie huius festiuitatis ab Hebreis i numero sanctorum dierum accipit, & colitur a Iudeis ex illo tempore vsque in presentem diem. ℟. Bñdicat te dominus. 306.

Sabb. ante dñicā v. Septemb. fm superiores rubricas. f. 308.

Ad Magnificat. Antiphona. Dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est, qui possit tue resistere voluntati.

DOMINICA V. Septembris.

Incipit liber Esther. Lectio i.

In diebus Assueri regis, qui regnauit ab India vsq; ad Aethiopiā, super centūviginti septē prouincias, qñ sedit in

i regni sui, Susā ciuitas regni eius exordiū fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grāde cōuiuiū cūctis pricipib⁹ ⁊ pueris suis fortissimis Persarū, ⁊ Medorum inclytis, ⁊ prefectis prouinciarū corā se, vt ostenderet diuitias glorię regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potētię suę, multo tempore, centum videlicet ⁊ octoginta diebus. ℟. Domine mi rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: ⁊ nō est qui possit resistere voluntati tuę: Libera nos propter nomen tuum. ℣. Exaudi orationem nostram, ⁊ cōuerte luctum nostrum in gaudium. Libera. Lectio secunda.

Cumque implerētur dies cōuiuij, inuitauit oēs populum, qui inuentus est in Susan, a maximo vsq₃ ad minimū, ⁊ septem dieb⁹ iussit conuiuiū pręparari in vestibulo horti, ⁊ nemoris, quod regio cultu, ⁊ manu cōsitum erat: ⁊ pendebāt ex oī parte tētoria aerei coloris ⁊ carbasini, ac Hyacinthini, sustētata funib⁹ byssinis, atq₃ purpureis, q eburneis circulis inserti erant, ⁊ columnis marmoreis fulciebātur: lectuli quoq₃ aurei, ⁊ argētei, super pauimentū smaragdino, ⁊ pario stratum lapide, dispositi erāt, qđ mira varietate pictura decorabat. ℟. Conforta me rex, sanctorū principatum tenens. Et da sermonē rectum, ⁊ bene sonantem in os meum. ℣. Dn̄e rex vniuersę potestatis, conuerte consilium eorum super eos. Et. Lectio iii.

Bibebant autem, qui inuitati erant aureis poculis: ⁊ alijs atq₃ alijs vasis cibi inferebantur. Vinum quoq₃, vt magnificentia regia dignū erat, abundans: ⁊ pręcipuum ponebatur: nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendū, sed sicut rex statuerat, pręponens mensis singulos de principib⁹ suis, vt sumeret vnusquisq₃ quod vellet. Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere cōsueuerat. ℟. Spem in alium nunquam habui, pręter quam in te Deus Israel: Qui irasceris, ⁊ propiti⁹ eris: ⁊ omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. ℣. Domine Deus, creator cęli ⁊ terrę, respice ad humilitatem nostram. Qui.

Ex libro officiorum sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Quid Esther regina: nōne vt populum suū periculo exueret, quod erat decorū atque honestuz, morti se obtulit, nec immitis regis trepidauit furorē? Ipse quoq₃ rex Persaruz ferox, atq₃ tumido corde, tm̄ decorum iudicauit, indici insidiaz, quę sibi paratę forent gratiam repręsentare, populumque liberum a seruitute eripere, eruere neci: nec parcere neci eius, qui tam indecora suasisset. Deniq₃ quem

quē secundū a se ac pręcipuum inter oēs amicos haberet cruci tradidit, q̄ dehonestatū se eius fraudulentiis consiliis animaduertisset. ℟. Memento mei dñe de⁹ in bonum. Et ne deleas miserationes meas, quas feci i domo dei mei, ꝛ in cęremoniis eius. ℣. Recordare mei domine deus meus. Et ne. Lectō v.

Ea enim amicitia probabilis, quę honestatē tuetur, pręferenda sane opibus, honoribus, potestatibus, honesta ti vero pręferri nō solet, sed honestatem sequi, qualis fuit Jonathę: qui pro pietate, nec offēsam patris, nec salutis periculum refugiebat: qualis fuit Achimelech, qui pro hospitalis gratię officiis, necem potius sibi, quam proditionē fugientis amici subeundam arbitrabatur. Nihil igitur pręferendum honestati: q̄ tū ne amicitię studio pręterea tur, etiam hoc scriptura admonet. ℟. Tribulationes ciuitatum audiuimus, quas passę sunt, ꝛ defecim⁹: timor, ꝛ hebetudo mētis cecidit sup nos, ꝛ super liberos nr̄os, ipsi montes nolunt recipere fugā nostram. Dñe miserere. ℣. Pec cauimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Domine. Lectio vi.

Sunt enim plerǽq philosophorū quęstiones: utrū amici causa qs quā ꝯtra patriā sentire, necne debeat, vt amico obediat. Utrū oporteat vt fidē deserat dū indulget, atq̧ intendit amici cōmoditatibus. Et scriptura quidem ait. Claua, ꝛ gladius, et sagitta ferrata: sic homo est testimoniū dās falsū aduersus amicum suū. Sed cōsidera, quid astruat. Non testimoniū reprehendit dictum in amicum, sed falsū testimoniū. Quid enim, si Dei causa, quid si patrię cogatur aliquis dicere testimoniū: nunquid pręponderare debet amicitiā religioni? pręponderare charitati ciuiū? ℟. Benedicat te dominus in virtute sua, qui p te ad nihilū redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus dñs, qui creauit cęlum ꝛ terram, q̄ hodie nomen suum ita magnificauit. Ut non defi. vii. ℟. Nos alium deū nescimus, p̄ter dñm, in quo speram⁹: Qui non despicit nos, nec amouet salutem suā a genere nostro. ℣. Indulgentiā ipsius fusis lacrymis postulemus, ꝛ humiliemus illi animas n̄ras. Qui nō desp. viii ℟. Duo Seraphim. 258. vt sup. Quarta feria ꝛ Sabbatho dicitur secundum ꝛ tertium ℟. primi nocturni huius dominicę.

FERIA SECVNDA.

De libro Esther. Lectio prima.

Erat vir Judęus in Susā ciuitate, vocabulo Mardochęus, fili⁹ Jair, filii Semei, filii Cis, de stirpe Jemini, qui transla-

translatus fuerat de Jerusalez eo tempore, quo Jechoniam regem Juda Nabuchodonosor rex Babylonis tra͂stulerat: qui fuit nutritius filię fratris sui Edisse, quę altero nomine vocabatur Esther, ꝛ vtrumq; parentem amiserat, pulchra nimis, ꝛ decora facie: mortuisque patre eius ac matre, Mardochęus sibi eam adoptauit in filiam. ℟. Domine mi. 309. Lec. ij.

Cumq; percrebuisset regis imperium, ꝛ iuxta ma͂datu͂ illi⁹ multę pulchrę virgines adducerent Susa͂, ꝛ Egeo traderent eunucho, Esther quoq; inter cęteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero feminaruz: quę placuit ei, ꝛ inuenit gratiam in conspectu illius: ꝛ pręcepit eunucho, vt accelerret mundum muliebre͂, ꝛ traderet ei partes suas, septem puellas speciosissimas, de domo regis, ꝛ tam ipsam, quam pedisequas eius ornaret atq; excoleret. Quę noluit indicare ei populu͂, ꝛ patriam suam. Mardochęus enim pręceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: q am/bulabat quotidie ante vestibulu͂ dom in qua electę virgines seruaba͂tur, cura͂ agens salutis Esther. ℟. Co͂forta. 309. L. iij.

Voluto aute͂ te͂pore per ordine͂ instabat dies quo Esther filia Abigail fris Mardochęi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quę non quęsiuit muliebrem cultu͂, sed quęcunq; voluit Egeus eunuchus custos virginum, hęc ei ad ornatuz ddit: Erat eniz formosa valde: ꝛ incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa ꝛ amabilis videbat. Ducta est itaq; ad cubiculu͂ regis Assueri, mense decimo, q vocat Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit ea͂ rex plusquam omnes mulieres, habuitq; gratiam ꝛ misericordia͂ cora͂ eo super omnes mulieres, ꝛ posuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare in loco Vasthi. ℟. Spem. 309.

FERIA TERTIA.

De libro Esther. Lectio j.

Post hęc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: ꝛ posuit solium eius super omnes principes, quos habebat: cunctique serui regis: qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, ꝛ adorabant Aman: sic enim pręceperat eis imperator, solus Mardocheus no͂ flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij pręside͂ba͂t: cur pręter cęteros no͂ obseruas mandatum regis? ℟. Memento mei. 310. Lectio secunda.

Cumq; hoc crebrius dicerent, ꝛ ille nollet audire nunciauerunt Ama͂, scire cupie͂tes vtrum perseueraret in sente͂tia: dixerat ei͂ eis, se esse iudęu͂.

ca. 3.

Quod

Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardocheus non flecteret sibi genu, nec se adoraret: iratus est valde, & pro nihilo duxit, i vnũ Mardocheũ mitter̃ man⁹ suas. ℟. Tribulationes. 310. Lec. iij.

Udierat enim, quod esset gẽtis Judeę: magisq; voluit omnem Judęorum, q erant in regno Assueri, pdere nationẽ. Mẽse primo, cuius vocabulũ est Nisan, anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam quę Hebraice dicitur Phur, coram Aman, quo die, & quo mense gens Judęorum deberet interfici: & exiuit mẽsis duodecim⁹, qui vocatur Adar. ℟. Benedicat. folio 310.

FERIA QVARTA.

De libro Esther. Lectio prima

4. ca. Mardocheus scidit vestimenta sua: & indutus est sacco spargens cinerem capiti: & in platea medię ciuitatis, voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens: non enim erat licitũ indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque prouincijs, oppidis, ac locis, ad q̃ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Judęos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressę autem sunt puellę Esther, & eunuchi, nunciauerũt que ei. Quod audiens cõsternata est, & vestem misit, vt ablato sacco indueret eam: quam accipere noluit: accitoq; Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, pręcepit, vt iret ad Mardocheum, & disceret ab eo cur hoc faceret. ℟. Nos alium. 310. Lectio secunda.

Egressusque Athach iuit ad Mardocheum stantẽ in platea ciuitatis ante ostium palatij: qui indicauit ei omnia: quę acciderãt: quomodo Amã promisisset vt i thesauros regis pro Judęorum nece inferret argentum: exemplar quoq; edicti, quod pendebat in Susan, dedit ei: vt reginę ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro pplo suo. Regressusq; Athach, nunciauit Esther omnia, quę Mardocheus dixerat. Quę respondit ei, & iussit, vt diceret Mardocheo: Omnes serui regis, & cunctę, quę sub ditione eius sunt norunt prouincię, qd siue vir, siue mulier, non vocatus interius atrium regis intrauerit, absq; vlla cunctatione statim interficiatur: nisi forte rex auream virgam ad eum tetẽderit p signo clemẽtię, atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regẽ intrare potero, quę triginta iã diebus nõ sum vocata ad eũ? ℟. Conforta. 209. L. iij.

Quod cum audisset Mardocheus, rursum mãdauit

uit Esther, dicens: Ne putes q animam tuam tantum liberes, q: in domo regis es pre cũctis Judeis: si enim nunc silueris, per aliã occasionẽ liberabũtur Judei: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnũ veneris, vt in tali tẽpore parareris? Rursumq; Esther hec Mardocheo verba mãdauit: Uade, & cõgrega oẽs Judeos, quos in Susan reppereris: & orate pro me. Nõ comedatis, & nõ bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cũ ancillis meis similiter ieiunabo: & tunc ingrediar ad regem cõtra legẽ faciẽs nõ vocata, tradensque me morti, & periculo. Juit itaq; Mardocheus, & fecit omnia, que ei Esther preceperat. ℟. Spem in alium. 309.

FERIA QVINTA.

De libro Esther Lectio prima.

ca.5. Die autẽ tertio induta ẽ Esther regalibus vestimẽtis, & stetit in atrio dom⁹ regie, quod erat interius contra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum in consistorio palatij contra hostium domus: cumque vidisset Esther reginã stantem: placuit oculis eius, & extendit contra eam virgã auream, quam tenebat manu. Que accedens osculata est summitatem virge eius. Dixitq; ad eam rex: Quid vis Esther regina? que est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respõdit: Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Amã tecũ ad conuiuium, qd parauit. Statimq; rex, Uocate, inqt, cito Amã: vt Esther obediat volũtati. ℟. Dñe mi rex. 309. Lc. ij.

Egressus est itaq; illo die Amã letus & alacer. Cũque vidisset Mardocheum sedentem ante fores palatij, & nõ solũ non assurexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis sue, indignatus est valde: et dissimulata ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam: & exposuit illis magnitudinem diuitiarũ suarum, filiorumq; turbã, & quãta eũ gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hec ait: Regina quoq; Esther nullum alium vocauit ad conuiuiũ cũ rege pter me: apud quã etiam cras cum rege pransur⁹ sum: & cũ hec omnia habeã, nihil me habere puto, quandiu videro Mardocheum Judeũ sedentem ante fores regias. ℟. Conforta me rex. 309. Lectio iij.

Responderuntq; ei Zares vxor eius, & ceteri amici: Jube parari excelsam trabẽ habẽtẽ altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi vt appendatur super eam Mardocheus: & sic ibis cum rege letus ad conuiuium. Placuit ei cõsiliũ, & iussit excelsam preparari crucem,

crucem: ℟. Spem in. 309.

FERIA SEXTA.

De libro Esther. Lectio prima.

ca.6 Noctem illaz duxit rex in/somnez,iussitq3 sibi afferri historias, z annales prioz tē porū, q cum illo p̄sente legerentur,ventum est ad illum locum vbi scriptum erat,quomodo nunciasset Mardochęus insidias Bagathan z Thares eunuchorum, regē Assuerum iugulare cupientium.Quod cum audisset rex,ait:Quid pro hac fide honoris ac p̄mij Mardochęus consecutus est? Dixerūt ei serui illi⁹,ac ministri. Nihil omnino mercedis accepit.Statimque rex:Quis est, inquit,in atrio? Aman quippe interius atriū dom⁹ regię intrauerat:vt suggereret regi, z iuberet Mardochęum affigi patibulo,quod ei fuerat p̄paratum.Rñderunt pueri: Aman stat in atrio. Dixitq3 rex, Ingrediatur.℟. Memento mei.310. Lectio ij.

Cumq3 esset ingressus, ait illi:Quid debet fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman,z reputans q̄ nullū aliū rex,nisi se,vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit,debet indui vestibus regijs, z imponi super equum, qui de sella regis est, z accipere regium diadema super caput suum : z primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius : z per plateam ciuitatis incedens clamet,z dicat:Sic honorabitur, quęcunq3 voluerit rex honorare. ℟ Tribulationes.310. L.iij.

Dixitque ei rex:Festina,z sumpta stola,z equo, fac vt locutus es Mardochęo Iudęo,qui sedet ante fores palatij: caue, ne quidquam de his, quę locutus es, p̄termittas. Tulit itaque Aman stolam, z equum, indutumque Mardochęum in platea ciuitatis, z impositum equo p̄cedebat, atque clamabat : Hoc honore condignus est, quemcunque rex voluerit honorare. Reuersusque est Mardochęus ad ianuam palatij: z Aman festinauit ire in domum suam,lugens z operto capite: narrauitque Zares vxori suę, z amicis omnia, quę euenissent sibi. ℟. Benedicat. folio 310.

SABBATHO.

De libro Esther. Lectio j.

Intrauit itaq3 rex,z Amā, vt biberent cuz regina:dixitq3 ei rex etiam secunda die, postquā vino incaluerat. Quę est petitio tua Esther,vt detur tibi?z quid vis fieri?etiam si dimidiam partē regni mei petieris,impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inueni gratiā in oculis tuis o rex,z si tibi placet dona mihi animam meam,pro qua rogo, z populum meū,pro quo obsecro. Traditi enim sumus ca.7.

mus ego, ⁊ populus meᵘ, vt cōteramur, iugulemur, ⁊ pereamᵘ: atque vtinã in seruos, ⁊ famulas vēderemur, esset tolerabile malum, ⁊ gemens tacerem: nūc aūt hostis noster est, cuius crudelitas redundat in regem. ℟. Nos alium. 310. Lectio scda.

Respondensq; rex Assuerᵘ ait. Quis est iste, ⁊ cuius potentię vt hęc audeat facere? Dixitq; Esther: Hostis, ⁊ inimicus noster pessimᵘ iste est Amā. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultuʒ regis ac reginę ferre non sustinēs. Rex autem iratus surrexit de loco conuiuij, ⁊ intrauit in hortum arboribus consitum. Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua: intellexit enim a rege sibi paratum malum. ℟. Conforta me. 309. Lec. iij.

Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito ⁊ intrasset conuiuij locuʒ, reppe rit Aman super lectulum corruisse: in quo iacebat Esther: ⁊ ait. Etiam reginam vult opprimere me pręsente, i domo mea? Nec dum verbum de ore regis exierat, ⁊ statim operuerunt faciem eius: dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignuʒ, quod parauerat Mardochęo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochęo, ⁊ Regis ira quieuit. ℟. Spem. 309.

Sabbatho ante dominicā primā Octobris. Ad Mag. Ana.

Adaperiat dñs cor vestrū in lege sua, ⁊ in pceptis suis, ⁊ faciat pacem dominus deus noster.

DOMINICA I. Octobris.

Incipit liber I. Machab. Le. I.

Et factū ē postq̄ percussit Alexā der Philippi, Macedo, q primᵘ regnauit in Grecia, egressᵘ de terra Cethim, Darium regem Persarum ⁊ Medorum: constituit pręlia multa, ⁊ omnium obtinuit munitiones: ⁊ interfecit reges terrę: ⁊ pertransiit vsque ad fines terrę: ⁊ accepit spolia multitudinis gentiū: ⁊ siluit terra in conspectu eius: ⁊ congregauit virtutem ⁊ exercitum fortem nimis: ⁊ exaltatū est ⁊ eleuatum cor eius: ⁊ obtinuit regiones gentium, ⁊ tyrānos: ⁊ facti sūt illi i tributū. Et post hęc decidit in lectuʒ ⁊ cognouit q: moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a iuuētute, ⁊ diuisit illis regnū suuʒ, cuʒ adhuc viueret. ℟. Adaperiat dominus cor vestruʒ in lege sua, ⁊ in preceptis suis, ⁊ faciat pacē i diebus vestris: Concedat vobis

bis salutē, & redimat vos a malis. ℣. Exaudiat dñs orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Concedat. Lectio secunda.

Et regnauit Alexāder annis duodecim, & mortuus est: & obtinuerunt pueri eius regnum vnusquisqꝫ in loco suo. Et imposuerunt sibi oēs diademata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Rome obses: & regnauit in anno cētesimo trigesimo septimo regni Grecorum. ℟. Exaudiat dñs orationes vestras & reconciliet vobis: nec vos deserat in tpe malo, Dñs Deus noster. ℣. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem. Dominus. Lectio iij.

In diebus illis exierūt ex Israel filij iniqꝫ: & suaserūt multis, dicētes, Eamus, & disponamus testamentum cuꝫ gentibus, que circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorū: & destinauerūt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & ddit eis potestatem, vt facerent iustitiam gentium. Et edificauerūt gymnasium in Jerosolymis secundū leges nationū: & fecerūt sibi preputia, & recesserūt a testamento sancto: & iuncti sunt nationibus, & venūdati sunt, vt facerent maluꝫ. ℟. Congregati sunt inimici nostri: & gloriantur in virtute sua. Cōtere fortitudinem illorum dñe: & disperge illos, Ut cognoscant, quia nō est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu deus noster. ℣. Disperde illos in virtute tua, & destrue eos protector noster domine. Ut co.

Ex libro officiorum sancti Ambrosii episcopi. Lectio quarta.

Fortasse aliquos bellica desiros gloria tenet, vt putent solam esse preliareꝫ fortitudinem, & ideo me ad ista deflexisse: quia illa nostris deforet. Quam fortis Jesus Naue, vt vno prelio quinque reges captos sterneret cum populis suis. Deinde cum aduersum Gabaonitas surgeret prelium, & vereretur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis, & fidei clamauit, stet sol: & stetit sol: donec victoria consummaret. Gedeon in trecentis viris, de ingenti populo & acerbo hoste reuexit triumphum. Jonathas adolescens virtutem fecit i magno prelio: ℟. Impetum inimicorum ne timueritis: memores estote quomodo salui facti sunt patres nostri. Et nunc clamemus in celum: & miserebitur nostri deus noster. ℣. Mementote mirabiliuꝫ eius: que fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari rubro. Et nunc. Lec. v.

in altitudine cubitorum centū: per quadrum vero earum lat⁹ vtrumque vicenorum pedū spatio tendebatur: posuitque portas eius in altitudine turrium, & gloriabatur quasi potēs i potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. ℟. Adonai domine Deus magne, & mirabilis, qui dedisti salutē i manu feminę: Exaudi preces seruorū tuorū. ℣. Benedict⁹ es dñe, qui non derelinquis presumentes de te, & de sua virtute gloriātes humilias. Exaudi. Le. ij.

Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum in campo magno qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrim, & Jadason in campo Erioch, regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad oēs qui habitabāt in Cilicia, & Damasco, & Libano, & ad gentes, quę sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galileam in cāpo magno Esdrelon, & ad oēs qui erant in Samaria, & trans flumen Jordanem vsq₃ in Jerusalem, & ad omnem terram Jesse, quousque perueniatur ad terminos Aethiopię. ℟. Tribulationes ciuitatum audiuimus, quas passę sunt, & defecimus: timor, & hebetudo mentis cecidit super nos: & super liberos nostros: ipsi mōtes nolūt recipere fugā nostrā. Dñe miserere. ℣. Peccauimus cū patrib⁹ nostris: iniuste egimus: iniquitatē fecimus. Dñe. Lectio iij.

Ad hos omnes misit nuncios Nabuchodonosor rex Assyriorū: qui oēs vno aio contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad oēm terrā illam, iurauit per thronum, & regnum suum, quod defenderet se de omnibus his regionibus. Anno decimotertio Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi factū ē verbū in domo Nabuchodonosor regis Assyriorū vt defenderet se. Vocauitq₃ oēs maiores natu: & oēsq₃ duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysteriū consilij sui: dixitq₃ cogitationē suā in eo esse, vt omnem terram suo subiugaret imperio. ℟. Benedicat te dñs in virtute sua, q per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ore hoium. ℣. Benedictus dñs, qui creauit cęlū & terram, quia hodie nomen tuum ita magnificauit. Ut non.

Ex libro s. Ambrosij episcopi, de Elia, & ieiunio. Lectio iiij.

Potentes vinū prohibent bibere: ne, cum biberint, obliuiscant sapiētiā: bibebāt vinum in ebrietate potentes, qui

Holoferni pricipi militiæ regis Assyriorũ se tradere gestiebãt, sed nõ bibebat fęmina Judith, ieiunans omnibus dieb⁹ viduitatis suę, preter festorum dierũ solennitates. His armis munita processit, & omnem Assyriorum circumuenit exercitum: sobrij vi gore cõsilij abstulit Holofernis caput seruauit pudicitiam, & victoriam reportauit. ℟. Alios alium Deum nescimus, preter dñm, in quo speramus. Qui nõ despicit nos, nec amouet salutem suam a genere nostro. ℣. Indulgentiã ipsius fusis lacrymis postulemus, & humilem⁹ illi animas nr̃as. Qui. Lect. v.

Haec enim succincta ieiunio in castris se pretendebat alienis: ille vino sepultus iacebat, vt ictum vulneris sentire non posset: itaq; vnius mulieris ieiunium innumeros strauit exercitus ebriorum. Esther quoq; pulchrior facta est ieiunio: domimus enim gratiã sobriç mentis augebat. Oẽ genus suum, id est totum populum Judęorum a persecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem sibi faceret esse subiectum. ℟. Dominator dñe celorum & terrę, creator aquarũ, rex vniuersę creaturę. Exaudi orationem seruorũ tuorũ. ℣. Tu dñe cui humiliũ semper, & mansuetorũ placuit dprecatio. Exaudi. Lectio sexta.

Itaq; illa, quę triduo ieiunauit continuo, & corpus suum aqua lauit, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autem dum se regali iactat conuiuio, inter ipsa vina pęnam suę ebrietatis exoluit. Est ergo ieiunium reconciliationis sacrificium, virtutis incrementũ, quod fecit et fęminas fortiores augmẽto gratię. Jeiunium nescit feneratorẽ: non sortem fęnoris nouit, non redolet vsuras: etiã ipsis ieiunium conuiuijs dat gratiam. Dulciores post famem epulę fiunt, quę assiduitate fastidio sunt, & diuturna continuatione vilescunt. Condimentum cibi ieiuniũ est. Quanto auidior appetentia, tanto esca iucundior. ℟. Dñe de⁹ qui conteris bella ab initio, eleua brachium tuum super gentes, quę cogitãt seruis tuis mala: Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua: cadat robur eorum in iracũdia tua. Et dextera tua glo. vij. ℟. Confortã me. fol. 309. quod sumitur ex historia sequentis dominicę. viij. ℟. Duo Seraphim. 258. Infra hebd. fer. iij. & Sabb. vl ij. & iij. ℟. j. noct. huius Officę.

FERIA SECVNDA.

De libro Judith. Lect. prima.

Filij Israel, q habitabãt in terra Juda, timuerũt valde a facie Holofernis: tremor etiam & horror inuasit sensus eorũ, ne hoc faceret Jerl'm, & templo domini, qd fecerat cęteris ciuitatib⁹, & templis earũ: & mi- ca. 4.

 serunt

ferunt in oēz Samariā per circuitū vsqꝫ Jericho: ⁊ preoccupauerunt omnes vertices montium, ⁊ muris circūdederūt vicos suos: ⁊ congregauerunt frumēta in preparatione pugnę. ℟. Adonai dñe. 306. Lect. ij.

Sacerdos etiā Eliachim scripsit ad vniuersos, qui erāt cōtra Esdrelon, quę est cōtra faciē cāpi magni iuxta Dothain, ⁊ vniuersos per quos vię transitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium, p quos via esse poterat ad Jerusalem, ⁊ illic custodirent, vbi angustuꝫ iter esse poterat inter montes. Et fecerunt filij Israel, secūdū quod constituerat eis sacerdos domini Eliachiꝫ. Et clamauit omnis populus ad dominum instantia magna: ⁊ humiliauerunt animas suas in ieiunijs, ⁊ orationibus, ipsi ⁊ mulieres eorum. ℟. Tribulationes. folio 306. Lectio tertia.

Et induerūt se sacerdotes cilicijs, ⁊ infantes pstrauerunt contra faciē tēpli domini, ⁊ altare domini operuerūt cilicio. Et clamauerunt ad dñm Deū Israel vnanimiter, ne darent in pdam infantes eorū, ⁊ vxores eorū in diuisionē, ⁊ ciuitates eorum in exterminium, ⁊ sancta eorum in pollutionem: ⁊ fierent in opprobrium gentibꝰ. Tūc Eliachiꝫ sacerdos dñi magnus circuiuit oēz Israel, alloquutusqꝫ est eos, dicens: Scitote qm̄ exaudiet dñs preces vestras: si manentes permanseritis in ieiunijs ⁊ orationibus in conspectu dñi. ℟. Benedicat. 306.

FERIA TERTIA.

De libro Judith. Lectō prima.

Et factū ē cū audisset hęc verba Judith vidua, quę erat filia Merari, filij Idor, filij Joseph, filij Ozię, filij Elai, filij Jānor, filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob, filij Melchię, filij Euan, filij Nathanię, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben: ⁊ vir eius Manasses, qui mortuus est in diebꝰ messis hordeaceę: instabat enim super alligantes manipulos in campo, et venit ęstus sup caput eiꝰ, ⁊ mortuus est in Bethulia in ciuitate sua, ⁊ sepultus est illic cum patribus suis. Erat autem Judith, relicta eius, vidua iam annis tribus, ⁊ mensibus sex. ℟. Nos alium. folio 307. Lectio secunda.

Et in superioribus domus suę fecit sibi secreto cubiculū: i quo cū puellis suis clausa morabat, ⁊ hñs sup lūbos ciliciū ieiunabat oibus diebꝰ vitę suę pter sabbatha, ⁊ neomenias ⁊ festa domus Israel. Erat aūt elegāti aspectu nimis: cui vir suus reliquerat diuitias multas, ⁊ familiā copiosā, ac possessiōes armentis bouꝫ, ⁊ gregibus ouium plenas. Et erat hęc in omnibus famosissima, quoniaꝫ timebat dñm valde, nec erat qui lo-

quę

quereretur de illa verbuz malu3.
℟. Dominator. 307. Lect. iij.

Haec itaq3 cu3 audisset quo- nia3 Ozias promisisset q3 trãsacto quinto die traderet ci uitatem, misit ad presbyteros Chabri, et Charmi: et venerunt ad illam: et dixit illis: Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitaté Assy- rys, si intra quinq3 dies non ve- nerit vobis adiutorium? Et qui estis vos, qui tentatis dominu3?
℟. Domine Deus. 307.

FERIA QVARTA.
De libro Judith. Lcõ prima.

c. 10. Factu3 est aut, cu3 cessasset clamare ad dnm, surre- xit de loco, in quo iacuerat pro strata ad dnm, vocauitq3 Abrã suã, et descendés in domu3 sua3, abstulit a se cilicíu3, et exuit se vestimentis viduitatis suę, et la uit corpus suu3, et vnxit se myr- to optimo: et discriminauit cri- men capitis sui, et imposuit mi- tra3 super caput suum, et induit se vestimentis iucunditatis suę: induitq3 sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola, et li- lia, et inaures, et annulos: et omni bus ornamentis suis ornauit se, cui etiã dominus contulit splé- dorem. ℟. Conforta me. folio 309. Lectio secunda.

Factum est autez cum de scenderet mõté circa or- tu3 diei, occurrerũt ei explorato res Assyriorum, et tenuerunt eã dicentes: Vñ venis: aut quo va- dis? Quę respondit. Filia sum Hebręorum: ideo ego fugi a fa cie eorum, quoniã futurum agno- ui, quod detur vobis in depre dationem, pro eo, quod contem nentes vos, noluerunt vltro tra dere seipsos, vt inuenirent mise ricordiam in conspectu vestro.
℟. Tribulationes. 306. Le. iij.

Duxeruntque illam ad ta bernaculu3 Holofernis an nunciantes eam: cu3que intras- set ante faciem eius, statim ca- ptus est in suis oculis Holofer- nes. Dixeruntq3 ad eum satelli tes eius. Quis cõtemnat popu lum Hebręorum: qui tam deco ras mulieres habent: vt nõ pro his merito pugnare contra eos debeamus? Videns itaque Ju dith Holofernem sedentem in conopęo, quod erat ex purpura et auro, et smaragdo, et lapidib[9] preciosis intextum: et cum in fa ciem eius intendisset, adorauit eum, prosternens se super ter- ram. ℟. Benedicat. 206.

FERIA QVINTA.
De libro Judith. Lcõ prima. c. 12.

Et factu3 est in quarto die, Holofernes fecit cęnã ser uis suis, et dixit ad Vagao eunu chu3 suu3: Vade et suade Hebręã illã, vt spõte consentiat habitare mecu3: fędu3 est enim apud Assy rios, si fęmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo tran seat. Tunc introiuit Vagao ad Judith, et dixit: Non vereatur bona puella introire ad dominu3

meum, et honorificetur ante faciem eius, et manducet cum eo, et bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respôdit, Quę ego sum, vt contradicam domino meo? ℟. Adonai. 306. Lec. ij.

Et autem sero factus est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, et conclusit Vagao ostia cubiculi, et abijt. Erât autem omnes fatigati a vino: eratque Iudith sola in cubiculo. Porro Holofernes iacebat in lecto nimia ebrietate sopitus. Dixitque Iudith puellę suę, vt staret foris añ cubiculû, et obseruaret: stetitque Iudith ante lectum orans cum lacrymis, et labiorum motu in silentio, dicês: Confirma me dñe Deus Isr̃l, et respice in hac hora ad opera manuum mearum: vt, sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas, et hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. ℟. Tribulationes. fol. 306 Lectio tertia.

Et cû hęc dixisset, accessit ad columnâ, quę erat ad caput lectuli eius, et pugionem eius, qui in ea ligatus pêdebat: exoluit. Cûque euaginasset illû, apprehendit coma capitis ei⁹, et ait: Côfirma me dñe De⁹ in hac hora: et percussit bis in ceruicê eius, et abscidit caput ei⁹, et abstulit conopęum eius a columnis, et euoluit corp⁹ eius truncum: et post pusillû exiuit, et tradidit caput Holofernis ancillę

suę, et iussit vt mitteret illud in peram suâ. ℟. Benedicat. 306.

¶ Si hęc fuerit vltima hebdomada Septêb. hac nocte ponit̃ Liber Esther cû sua Historia, vt infra in dñica v. huius mêsis. Qd si hoc triduo non occurrat fer. in qua possint dici ℟ia: in sabba. fiat Offm̃ de fer. cû côm. festi simpli. in ea occurrêtis: nisi fuerit festû nouê lectionû, quia tunc de feria fit pręcedenti die.

FERIA SEXTA.

De libro Iudith. Lect. prima.

Umque ois exercitus decollatû Holofernê audisset, fugit mês, et côsiliû ab eis: et solo tremore, et metu agitati, fugę pręsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cû proximo suo: sed iclinato capite relictis omnibus, euadere festinabant Hebręos, quos armatos sup se venire audierant fugientes p vias camporum, et semitas collium. Uidentes itaque filij Israel fugientes, secuti sunt illos descenderunque clangentes tubis, et vlulantes post ipsos. ℟. Nos alium. 207. Lectio ij.

Misit itaque Ozias nûcios p oês ciuitates, et regiones Israel. Ois itaque regio, omnisque vrbs electâ iuuêtutê armatâ misit post eos: et psecuti sunt eos in ore gladij, quousque peruenirent ad extremitatê finiû suorum. Reliqui autem, qui erât in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorum: et prędam quam fugientes

gientes Assyrij reliquerāt, abstulerunt, & onustati sunt valde. ℟. Dominator. 307. Lect. iij.

Ioachim aūt summ⁹ Pontifex, de Jerusalē venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Judith. Que cū exisset ad illū, benedixerunt eam oēs vna voce, dicentes: Tu gloria Jerusalem, tu letitia Israel, tu honorificētia populi nostri: q: fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quod castitatē amaueris, & post virum tuū, alterum nescieris: ideo & manus dñi ꝯfortauit te, & ideo eris benedicta i eternū. Et dixit omnis populus: fiat, fiat. ℟ Domine Deus. 387.

SABBATHO.

De libro Judith. Lect. prima.

Et factū est: post hec omnis populus post victoriā venit in Jerusalē adorare dñm: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porro Judith, vniuersa vasa bellica Holofernis, que dedit illi populus, & conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. ℟. Conforta me. 309. Lectio ij.

Erat autē populus iucundus secundū faciē sāctorum, & per tres menses gaudiū huius victorie celebratum est cum Judith. Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam: & Judit magna facta est in Bethulia, & preclarior erat vniuerse terre Israel. Erat etiam virtuti castitas adiūcta: ita vt non cognosceret virū omnibus diebus vite sue, ex quo defunctus est Manasses vir ei⁹. Erat autem diebus festis procedens cū magna gloria. ℟. Tribulationes. 306. Lectio tertia.

Mansit autē in domo viri sui annos centū quinque & dimisit Abram suam liberā: & defuncta est ac sepulta cū viro suo in Bethulia: luxitq; illā omnis populus diebus septē. In omni autem spatio vite ei⁹ non fuit qui perturbaret Isrl, & post mortem eius annis multis. Dies autem victorie huius festiuitatis ab Hebreis i numero sanctorum dierum accipit, & colitur a Judeis ex illo tempore vsque in presentem diem. ℟. Bñdicat te dominus. 306.

Sabb. ante dñicā v. Septemb. fm superiores rubricas. f. 308.

Ad Magnificat. Antiphona.

Dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est, qui possit tue resistere voluntati.

DOMINICA V.

Septembris.

Incipit liber Esther. Lectio i.

In diebus Assueri regis, qui regnauit ab India vsq; ad Ethiopiā, super cētū viginti septē prouincias, qñ sedit in

i regni sui, Susā ciuitas regni eius exordiū fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grāde cōuiuiū cūctis pricipib⁹ et pueris suis fortissimis Persarū, et Medorum inclytis, et prefectis prouinciarū corā se, vt ostenderet diuitias glorie regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potētie sue, multo tempore, centum videlicet et octoginta diebus. R. Domine mi rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: et nō est qui possit resistere voluntati tue: Libera nos propter nomen tuum. V. Exaudi orationem nostram, et cōuerte luctum nostrum in gaudium. Libera. Lectio secunda.

Cumque implerētur dies cōuiuij, inuitauit oēs populum, qui inuentus est in Susan, a maximo vsq; ad minimū, et septem dieb⁹ iussit conuiuiū preparari in vestibulo horti, et nemoris, quod regio cultu, et manu cōsitum erat: et pendebāt ex oi parte tentoria aerei coloris et carbasini, ac hyacinthini, sustētata funib⁹ byssinis, atq; purpureis, q eburneis circulis iserti erant, et columnis marmoreis fulciebātur: lectuli quoq; aurei, et argētei, super pauimentū smaragdino, et pario stratum lapide, dispositi erāt, qd mira varietate pictura decorabat. R. Conforta me rex, sanctorū principatum tenens. Et da sermonē rectum, et bene sonantem in os meum. V. Dn̄e rex vniuersē potestatis, conuerte consilium eorum super eos. Et. Lectio iij.

Bibebant autem, qui inuitati erant aureis poculis: et alijs atq; alijs vasis cibi inferebantur. Vinum quoq;, vt magnificentia regia dignū erat, abundans: et precipuum ponebatur: nec erat, qui nolentes cogeret ad bibendū, sed sicut rex statuerat, preponens mensis singulos de principib⁹ suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet. Vasthi quoque regina fecit conuiuium feminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere cōsueuerat. R. Spem in alium nunquam habui, preter quam in te Deus Israel: Qui irasceris, et propiti⁹ eris: et omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. V. Domine Deus, creator celi et terre, respice ad humilitatem nostram. Qui.

Ex libro officiorum sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Quid Esther regina: nōne vt populum suum periculo exueret, quod erat decorū atque honestum, morti se obtulit, nec imitis regis trepidauit furorē? Ipse quoq; rex Persarum ferox, atq; tumido corde, tn̄ decorum iudicauit, indici insidiarum, que sibi parate forent gratiam representare, populumque liberum a seruitute eripere, eruere neci: nec parcere neci eius, qui tam indecora suasisset. Deniq; quem

quẽ secundũ a se ac pręcipuum inter oẽs amicos haberet cruci tradidit, q̃ dehonestatũ se eius fraudulentiis consiliys animaduertisset. ℟. Memento mei dñe de⁹ in bonum. Et ne deleas miserationes meas, quas feci i domo dei mei, ꝛ in cęremonijs eius. ℣. Recordare mei domi. ne deus meus. Et ne. Lectõ v.

ca. 2.

Est enim amicitia probabilis, quę honestatẽ tuetur, pręferenda sane opibus, honoribus, potestatibus, honesta ti vero pręferri nõ solet, sed honestatem sequi, qualis fuit Jonathę: qui pro pietate, nec offẽsam patris, nec salutis periculum refugiebat: qualis fuit Achimelech, qui pro hospitalis gratię officijs, necem potius sibi, quam perditionẽ fugientis amici subeundam arbitrabatur. Nihil igitur pręferendum honestati: q̃ tñ ne amicitię studio prętereatur, etiam hoc scriptura admonet. ℟. Tribulationes ciuitatum audiuimus, quas passę sunt, ꝛ defecim⁹: timor, ꝛ hebetudo mẽtis cecidit sup nos, ꝛ super liberos nřos, ipsi montes nolunt recipere fugã nostram. Dñe miserere. ℣. Pec cauimus cum patribus nostris iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Domine. Lectio vi.

Sunt enim plerę philosophorũ quęstiones: vtrũ amici causa q̃squã ɔtra patriã sentire, necne debeat, vt amico obediat. Utrũ oporteat vt fidẽ deserat dũ indulget, atq; intendit amici cõmoditatibus. Et scriptura quidem ait. Claua, ꝛ gladius, et sagitta ferrata: sic homo est testimoniũ dicẽs falsũ aduersus amicum suũ. Sed cõsidera, quid astruat. Non testimoniũ reprehendit dictum in amicum, sed falsũ testimoniũ. Quid enĩ, si Dei causa, quid si patrię cogatur aliquis dicere testimoniũ? nunquid pręponderare debet amicitiã religioni? pręponderare charitati ciuiũ? ℟. Benedicat te dominus in virtute sua, qui p te ad nihilũ redegit inimicos nostros. Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus dñs, qui creauit cęlum ꝛ terram, q̃ hodie nomen suum ita magnificauit. Ut non defi. vij. ℟. Nos alium deũ nescimus, pter dñũ, in quo speram⁹: Qui non despicit nos, nec amouet salutẽ suã a genere nostro. ℣. Indulgentiã ipsius fusis lacrymis postulemus, ꝛ humiliemus illi animas nřas. Qui nõ desp. viij. ℟. Duo Seraphim. 258. vt sup. Quarta feria ꝛ Sabbatho dicitur secundũ ꝛ tertium ℟. primi nocturni huius dominicę.

FERIA SECVNDA.

De libro Esther. Lectio prima.

Erat vir Judęus in Susã ciuitate, vocabulo Mardochęus, fili⁹ Jair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Jemini, qui transla-

ca. 2.

translatus fuerat de Jerusalē eo tempore, quo Jechoniam regem Juda Nabuchodonosor rex Babylonis tråstulerat: qui fuit nutritius filię fratris sui Edissę, quę altero nomine vocabatur Esther, & vtrumq; parentem amiserat, pulchra nimis, & decora facie: mortuisque patre eius ac matre, Mardocheus sibi eam adoptauit in filiam. ℟. Domine mi. 309. Lec. ij.

Cumq; percrebuisset regis imperium, & iuxta mådatū illi⁹ multę pulchrę virgines adducerent Susā, & Egeo traderent eunucho, Esther quoq; inter cęteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fęminarū: quę placuit ei, & inuenit gratiam in conspectu illius: & pręcepit eunucho, vt acceleraret mundum muliebrē, & traderet ei partes suas, septem puellas speciosissimas, de domo regis, & tam ipsam, quam pedisequas eius ornaret atq; excoleret. Quę noluit indicare ei populū, & patriam suam. Mardocheus enim pręceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: q ambulabat quotidie ante vestibulū dom⁹ in qua electę virgines seruabātur, curā agens salutis Esther. ℟. Cōforta. 309. L. iij.

Euoluto autē tēpore per ordinē instabat dies quo Esther filia Abigail fr̄is Mardochei, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quę non quęsiuit muliebrem cultum, sed quęcunq; voluit Egeus eunuchus custos virginum, hęc ei ad ornatū dedit: Erat enī formosa valde: & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbat. Ducta est itaq; ad cubiculū regis Assueri. mense decimo, q vocat Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eā rex plusquam omnes mulieres, habuitq; gratiam & misericordiā corā eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare in loco Vasthi. ℟. Spem. 309.

FERIA TERTIA.

De libro Esther. Lectio j.

Post hęc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi, qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes principes, quos habebat: cunctique serui regis: qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim pręceperat eis imperator, solus Mardocheus nō flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij pręsidebāt: cur pręter cęteros nō obseruas mandatum regis? ℟. Memento mei. 310. Lectio secunda.

Cumq; hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire nunciauerunt Amā, scire cupiētes vtrum perseueraret in sententia: dixerat enī eis, se esse iudęū. Quod

ca. 3.

Quod cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardocheus non flecteret sibi genu, nec se adoraret: iratus est valde, & pro nihilo duxit, i vnũ Mardocheũ mitterẽ man⁹ suas. ℟. Tribulationes. 310. Lec iij.

Udierat enim, quod esset gẽtis Iudeę: magisq; voluit omnem Iudeorum, q erant in regno Assueri, pdere natione. Mẽse primo, cuius vocabulũ est Nisan, anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnam quę Hebraice dicitur Phur, coram Aman, quo die, & quo mense gens Iudeorum deberet interfici: & exiuit mẽsis duodecim⁹, qui vocatur Adar. ℟. Benedicat. folio 310.

FERIA QVARTA.

De libro Esther. Lectio prima

4. ca. Ardocheus scidit vestimenta sua: & indutus est sacco spargens cinerem capiti: & in platea medię ciuitatis, voce magna clamabat, ostendens amaritudinẽ animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens: non enim erat licitũ indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque prouincijs, oppidis, ac locis, ad q̃ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudeos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco, & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressę autem sunt puellę Esther, & eunuchi, nunciauerũt que ei. Quod audiens cõsternata est, & vestem misit, vt ablato sacco indueret eam: quam accipere noluit: accitoq; Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, pręcepit, vt iret ad Mardocheum, & disceret ab eo cur hoc faceret. ℟. Nos alium. 310. Lectio secunda.

Gressusque Athach iuit ad Mardocheum stantẽ in platea ciuitatis ante ostium palatij: qui indicauit ei omnia: quę acciderãt: quomodo Amã promisisset vt i thesauros regis pro Iudeorum nece inferret argentum: exemplar quoq; edicti, quod pendebat in Susan, dedit ei: vt reginę ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro pplo suo. Regressusq; Athach, nunciauit Esther omnia, quę Mardocheus dixerat. Quę respondit ei, & iussit, vt diceret Mardocheo: Omnes serui regis, & cunctę, quę sub ditione eius sunt norunt prouincię, qđ siue vir, siue mulier, non vocatus interius atriũ regis intrauerit, absq; vlla cunctatione statim interficiatur: nisi forte rex auream virgam ad eum tetẽderit p signo clemẽtię, atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regẽ intrare potero, quę triginta iã diebus nõ sũ vocata ad eũ? ℟. Conforta. 209. L. iij.

Uod cum audisset Mardocheus, rursum mãdauit

nit Esther, dicens: Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es pre cunctis Judeis: si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Judei: et tu, et domus patris tui peribitis. Et quis nouit, utrum idcirco ad regnum veneris, ut in tali tempore parareris? Rursumque Esther hec Mardocheo verba mandauit: Vade, et congrega omnes Judeos, quos in Susan repperieris: et orate pro me. Non comedatis, et non bibatis tribus diebus, et tribus noctibus: et ego cum ancillis meis similiter ieiunabo: et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens non vocata, tradensque me morti, et periculo. Juit itaque Mardocheus, et fecit omnia, que ei Esther preceperat. ℟. Spem in alium. 309.

FERIA QVINTA.

De libro Esther Lectio prima.

Die autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, et stetit in atrio domus regie, quod erat interius contra basilicam regis. At ille sedebat super solium suum in consistorio palatii contra hostium domus: cumque vidisset Esther reginam stantem: placuit oculis eius, et extendit contra eam virgam auream, quam tenebat manu. Que accedens osculata est summitatem virge eius. Dixitque ad eam rex: Quid vis Esther regina? que est petitio tua? etiam si dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit: Si regi placet, obsecro ut venias ad me hodie, et Aman tecum ad conuiuium, quod paraui. Statimque rex, Vocate, inquit, cito Aman: ut Esther obediat voluntati. ℟. Domine mi rex. 309. Lectio ii.

Egressus est itaque illo die Aman letus et alacer. Cumque vidisset Mardocheum sedentem ante fores palatii, et non solum non assurexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis sue, indignatus est valde: et dissimulata ira reuersus in domum suam, conuocauit ad se amicos suos, et Zares vxorem suam: et exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, et quanta eum gloria super omnes principes et seruos suos rex eleuasset. Et post hec ait: Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege preter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum: et cum hec omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardocheum Judeum sedentem ante fores regias. ℟. Conforta me rex. 309. Lectio iii.

Responderuntque ei Zares vxor eius, et ceteri amici: Jube parari excelsam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos: et dic mane regi ut appendatur super eam Mardocheus: et sic ibis cum rege letus ad conuiuium. Placuit ei consilium, et iussit excelsam preparari crucem,

crucem: ℟. Spem in. 309.

FERIA SEXTA.

De libro Esther. Lectio prima.

ca. 6 Noctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri historias, et annales priorum temporum, quae cum illo praesente legerentur, ventum est ad illum locum ubi scriptum erat, quomodo nunciasset Mardochaeus insidias Bagathan et Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupientium. Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac praemii Mardochaeus consecutus est? Dixerunt ei servi illius, ac ministri. Nihil omnino mercedis accepit. Statimque rex: Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiae intraverat: ut suggereret regi, et iuberet Mardochaeum affigi patibulo, quod ei fuerat praeparatum. Responderunt pueri: Aman stat in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur. ℟. Memento mei. 310. Lectio ii.

Cumque esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri viro quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in corde suo Aman, et reputans quod nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit: Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regiis, et imponi super equum, qui de sella regis est, et accipere regium diadema super caput suum: et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equum eius: et per plateam civitatis incedens clamet, et dicat: Sic honorabitur, quemcunque voluerit rex honorare. ℟. Tribulationes. 310. L. iii.

Dixitque ei rex: Festina, et sumpta stola, et equo, fac ut locutus es Mardochaeo Iudaeo, qui sedet ante fores palatii: cave, ne quidquam de his, quae locutus es, praetermittas. Tulit itaque Aman stolam, et equum, indutumque Mardochaeum in platea civitatis, et impositum equo praecedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est, quemcunque rex voluerit honorare. Reversusque est Mardochaeus ad ianuam palatii: et Aman festinavit ire in domum suam, lugens et operto capite: narravitque Zares uxori suae, et amicis omnia, quae evenissent sibi. ℟. Benedicat. folio 310.

SABBATHO.

De libro Esther. Lectio i.

Intravit itaque rex, et Aman, ut biberent cum regina: dixitque ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat. Quae est petitio tua Esther, ut detur tibi? et quid vis fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit: Si inveni gratiam in oculis tuis o rex, et si tibi placet dona mihi animam meam, pro qua rogo, et populum meum, pro quo obsecro. Traditi enim sumus ca. 7.

mus ego, et populus meus, ut cō-
teramur, iugulemur, et pereamus:
atque utinam in servos, et famu-
las vēderemur, esset tolerabile
malum, et gemens tacerem: nūc
autem hostis noster est, cuius cru-
delitas redundat in regem. ℟.
Nos alium. 310. Lectio secunda.

RESpondensque rex Assuerus
ait. Quis est iste, et cuius
potentie ut hec audeat facere?
Dixitque Esther: Hostis, et inimi
cus noster pessimus iste est Amā.
Quod ille audiens, illico obstu
puit, vultum regis ac regine fer
re non sustinēs. Rex autem ira
tus surrexit de loco convivii, et
intravit in hortum arboribus
consitum. Aman quoque surre
xit, ut rogaret Esther reginam
pro anima sua: intellexit enim
a rege sibi paratum malum.
℟. Conforta me. 309. Lec. iii.

QUi cum reversus esset de
horto nemoribus consito
et intrasset convivii locum, reppe
rit Aman super lectulum cor-
ruisse: in quo iacebat Esther: et
ait. Etiam reginam vult oppri
mere me presente, in domo mea?
Nec dum verbum de ore regis
exierat, et statim operuerunt fa
ciem eius: dixitque Harbona,
unus de eunuchis, qui stabant
in ministerio regis: En lignum,
quod paraverat Mardocheo,
qui locutus est pro rege, stat in
domo Aman, habens altitudi-
nis quinquaginta cubitos.
Cui dixit rex: Appendite eum
in eo. Suspensus est itaque A-
man in patibulo, quod parave
rat Mardocheo, et Regis ira
quievit. ℟. Spem. 309.

Sabbatho ante dominicā pri-
mā Octobris. Ad Mag. Aña.
Adaperiat dñs cor vestrū in le-
ge sua, et in preceptis suis, et faciat
pacem dominus deus noster.

DOMINICA i.
Octobris.

Incipit liber i. Machab. Lec. i.

ET factū est postquā
percussit Alexā
der Philippi,
Macedo, qui pri
mus regnavit in
Grecia, egressus
de terra Cethim, Darium re-
gem Persarum et Medorum:
constituit prelia multa, et om-
nium obtinuit munitiones: et in
terfecit reges terre: et pertran-
siit usque ad fines terre: et acce-
pit spolia multitudinis gentiū:
et siluit terra in conspectu eius:
et congregavit virtutem et exer
citum fortem nimis: et exaltatū
est et elevatum cor eius: et obti-
nuit regiones gentium, et tyrā-
nos: et facti sūt illi in tributū. Et
post hec decidit in lectum et co-
gnovit quia moreretur. Et voca-
vit pueros suos nobiles, qui se
cum erant nutriti a iuventute, et
divisit illis regnū suum, cum ad-
huc viveret. ℟. Adaperiat do
minus cor vestrū in lege sua, et
in preceptis suis, et faciat pacē
in diebus vestris: Concedat vo-
bis

bis salutē, & redimat vos a ma lis. ℣. Exaudiat dñs orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore ma lo. Concedat. Lectio secunda.

Et regnauit Alexāder an nis duodecim, & mortu⁹ est: & obtinuerunt pueri eius re gnum vnusquisq; in loco suo. Et imposuerunt sibi oēs diade mata post mortem eius, & filij eorum post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in ter ra. Et exijt ex eis radix pecca ti Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Ro me obses: & regnauit in anno cē tesimo trigesimo septimo regni Grecorum. ℟. Exaudiat dñs orationes vestras & reconcilietur vobis: nec vos deserat in tpe malo, Dñs De⁹ noster. ℣. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius volunta tem. Dominus. Lectio iij.

In diebus illis exierūt ex Israel filij iniqui: & suaserūt multis, dicētes, Eam⁹, & dispo namus testamentum cū genti bus, quę circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuene runt nos multa mala. Et bon⁹ visus est sermo in oculis eorū: & destinauerūt aliqui de popu lo, & abierunt ad regem: & dedit eis potestatem, vt facerent iusti tiam gentium. Et ędificauerūt gymnasium in Jerosolymis se cundū leges nationū: & fecerūt sibi pręputia, & recesserūt a testa mento sancto: & iuncti sunt na tionibus, & venūdati sunt, vt fa cerent malū. ℟. Congregati sunt inimici nostri: & gloriantur in virtute sua. Cōtere fortitudi nem illorum dñe: & disperge il los. Ut cognoscant, quia nō est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu deus noster. ℣. Disperde il los in virtute tua, & destrue eos protector noster domine. Ut co.

Ex libro officiorum sancti Am brosij episcopi. Lectio quarta.

Fortasse aliquos bellica deñtros gloria tenet, vt putent solam esse pręliarē forti tudinem, & ideo me ad ista de flexisse: quia illa nostris defo ret. Quam fortis Jesus Naue, vt vno pręlio quinque reges ca ptos sterneret cum populis su is. Deinde cum aduersum Ga baonitas surgeret pręlium, & ve reretur ne nox impediret victo riam, magnitudine mentis, & fi dei clamauit, stet sol: & stetit sol: donec victoria consummaret. Gedeon in trecentis viris, de ingenti populo & acerbo hoste reuexit triumphum. Jonathas adolescens virtutem fecit i ma gno pręlio: ℟. Impetum ini micorum ne timueritis: memo res estote quomodo salui facti sunt patres nostri. Et nunc cla memus in cęlum: & miserebitur nostri deus noster. ℣. Memen tote mirabiliū eius: quę fecit Pharaoni, & exercitui eius in mari rubro. Et nunc. Lec. v.

Quid de Machabeis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei, et pro legitimis suis dolo hostium die lacessiti sabbathi, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora: quam repugnare, ne violarent sabbathum. Itaque omnes leti se obtulerunt morti. Sed Machabei considerantes, quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbatho etiam cum ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorum. Unde postea stimulatus rex Antiochus cum bellum accenderet, per duces suos, Lysiam, Nicanorem, et Gorgiam, ita cum orientalibus suis, et Assyriis attritus est copiis: vt quadraginta, et octo millia in medio campi a tribus millibus prosternerentur. ℟. Congregate sunt gentes in multitudine, vt dimicent contra nos, et ignoramus quid agere debeamus. Domine deus ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. ℣. Tu scis que cogitant in nos, quomodo poterimus subsistere ante faciem illorum, nisi tu adiuues nos. Domine. Lectio. vi.

Virtutem ducis Jude machabei de vno eius milite considerate. Nanque Eleazarus, cum supereminentem ceteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret, arbitratus, quod in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit: et abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestias, atque intrauit sub eam: et subiecto gladio interemit eam: itaque cadens bestia oppressit Eleazarum, atque ita mortuus est. Quanta igitur virtus animi? primo vt mortem non timeret: deinde vt circunfusis legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen, et contempta morte, ferocior, abiecto clypeo vtraque manu vulnerate molem bestie subiret, ac sustineret: post infra ipsam succederet, quo pleniori feriret ictu: cuius ruina inclusus magis, quam oppressus, suo est sepultus triumpho. ℟. Tua est potentia, tuum regnum domine: tu es super omnes gentes. Da pacem domine in diebus nostris. ℣. Creator omnium deus, terribilis, et fortis, iustus, et misericors. Da pacem domine. vii ℟. Refulsit Sol in clypeos aureos, et resplenduerunt montes ab eis. Et fortitudo gentium dissipata est. ℣. Erat enim exercitus magnus valde et fortis: et appropiauit Judas, et exercitus eius in prelio. Et fortitudo. viii. ℟. Duo Seraphim. 258.

Infra hebdomada Feria quarta, et Sabbatho: dr̄ .ii. et iii. ℟. secunde sequentis ferie. ℟. b. hebdomadis Dominice, dicuntur in sequentibus officiis vsque ad dominicam primam Nouembris.

FERIA SECVNDA.

De libro j. Machabeorū. Le. j.

Paratum est regnū in conspectu Antiochi, ⁊ cepit regnare in terra Aegypti, vt regnaret sup duo regna, ⁊ intrauit in Aegyptum in multitudine graui, in curribus, ⁊ elephātis, ⁊ equitib⁹, ⁊ copiosa nauiū multitudine, ⁊ constituit bellū aduersus Ptolemeū rege Aegypti: ⁊ veritus est Ptolemeus a facie eius, ⁊ fugit, ⁊ ceciderūt vulnerati multi. Et comprehēdit ciuitates munitas in terra Aegypti, ⁊ accepit spolia terre Aegypti. ℟. Dixit Judas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, ⁊ vade, libera fratres tuos in Galileam: ego autem ⁊ Jonathas frater tuus ibimus in Galathiin. Sicut fuerit voluntas in celo, sic fiat. ℣. Accingimini filij potentes, ⁊ estote parate: quoniam melius est nobis mori in bello, quam videre mala gentis nostre ⁊ sanctorū. Sicut fuerit. Lectio tertia.

Et conuertit se Antioch⁹ postquaz percussit Aegyptū in centesimo ⁊ quadragesimo tertio anno, ⁊ ascendit ad Israel, ⁊ ascēdit Jerosolymaz i multitudine graui, ⁊ intrauit i sanctificationem cuz superbia, ⁊ accepit altare aureuz, ⁊ cādelabrū luminis, ⁊ vniuersa vasa eius, et mensam propositiōis, et libatoria, ⁊ phialas, ⁊ mortariola aurea, ⁊ velū, et coronas, ⁊ ornamentū aureum, quod i facie templi erat: ⁊ comminuit oīa. ℟. Ornauerūt faciem templi coronis aureis, et dedicauerūt altare domino: Et facta est letitia magna i populo. ℣. In hymnis, ⁊ confessionibus benedicebant dñm. Et fa. Lectio tertia.

Et accepit argentum, et auruz, et vasa concupiscibilia et accepit thesauros occultos, quos inuenit: ⁊ sublatis omnibus abyt in terram suam, ⁊ fecit cedem hominum, ⁊ locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, et in omni loco eorum: et ingemuerunt principes, et seniores, ⁊ iuuenes, et virgines infirmati sunt, et speciositas mulierum immutata est. Oīs maritus sumpsit lamentuz: et que sedebant in toro maritali, lugebant: et commota est terra sup habitantes in ea: ⁊ vniuersa domus Jacob induit confusionē. ℟. In hymnis, et cōfessionib⁹ benedicebant dñz: Qui magna fecit in Israel, et victoriam dedit illi dominus omnipotens. ℣. Ornauerūt faciē templi coronis aureis, et dedicauerunt altare dño. Qui magna.

FERIA TERTIA.

De libro j. Machabeorum. Ca. ij.

In dieb⁹ illis surrexit Mathathias filius Johannis, filij Simeonis, sacerdos ex filijs Joarim ab Jerusalē, ⁊ cōsedit in mōte Modin: ⁊ habebat filios,

ca. 2.

lios quinq; Johannē, q cognominabatur Gaddis: & Simonē q cognominabatur Tassi, & Judā: qui vocabatur Machabeus: & Eleazarum: qui cognominabatur Abaron: & Jonatam, qui cognominabatur Apphus: hi viderunt mala, quę fiebant in populo Juda, & in Jerusalem.

℟. Hic ē fratrū amator, & ppli Israel. Hic est q multū orat p pplo, & vniuersa sancta ciuitate Jerusalē. ℣. Uir iste in populo suo mitissimus apparuit. Hic. L. ij.

Et dixit Mathathias: vę mihi: vt quid natus sum videre contritionem ppli mei, & contritionē ciuitatis sanctę, & sedere illic, cum datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt, templum eius sicut homo ignobilis. Uasa glorię eius captiua abducta sunt, trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicorum. Quę gens non hęreditauit regnum eius, & nō obtinuit spolia eius? ℟. Tu dñe vniuersorum, qui nullam habes indigentiam, voluisti templum tuū fieri in nobis. Conserua domū istam immaculatam in ęternū domine. ℣. Tu elegisti domine domum istam ad inuocandū nomen tuum in ea, vt esset domus orationis, & obsecrationis populo tuo. Conserua. L. iij.

Et sciderunt vestimenta sua Mathathias, & filij eius, & operuerūt se cilicijs, & planxerūt valde, & venerūt illuc, qui missi erant a rege Antiocho, vt cogerent eos qui confugerant ī ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura: & a lege dei discedere. Et multi de populo Israel consentientes, accesserunt ad eum: sed Mathathias, & filij eius constanter steterunt. ℟. Aperi oculos tuos domine, & vide afflictionem nostram: circumdederunt nos gentes ad puniendum nos. Sed tu domine extende brachium tuum, & libera animas nostras. ℣. Affiige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbiam, & custodi partem tuam. Sed tu.

Sia ij. & iij. ferię huius hebdo. repetuntur in alijs secundis, & tertijs ferijs, vsque ad primam dominicam Nouembris.

FERIA QVARTA.

De libro I. Machabeorū. L. i.

Respondit Mathathias & dixit magna voce: Et si oēs gentes regi Antiocho obediunt, vt discedāt vnusquisq; a seruitute legis patrum suorū, & consentiant mādatis eius: ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrū nostrorū: propitius sit nobis Deus. Non est nobis vtile relinquere legem & iustitias dei: non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostrę mandata, vt eamus altera via. ℟. Refulsit. 313. Lect. ij.

ca. 2.

Et

Et vt cessauit loqui verba hęc, accessit quidã Judęus in omnium oculis sacrificare idolis super aram in ciuitate Modin secundum iussum regis: et vidit Mathathias, et doluit, et contremuerunt renes eius, et accensus est furor eius secundum iudicium legis, et insiliens trucidauit eum super aram: sed et virum quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, et aram destruxit, et zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri filio Salomi. ℟. Ornauerũt. 314. Lectio tertia.

Et exclamauit Mathathias voce magna i ciuitate dicens: Ois, qui zelum habet legis, statuens testamẽtũ exeat post me. Et fugit ipse, et filij ei⁹ in montes: et reliquerunt quęcũque habebant in ciuitate. Tũc descenderunt multi quęrẽtes iudicium, et iustitiam in desertuz, et sederunt ibi ipsi, et filij eius, et mulieres eorum, et pecora eorũ quoniam inundauerunt super eos mala. ℟. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro i. Machabeorum. Lc. i.

Et appropinquauerũt dies Mathathię moriẽdi, et dixit filijs suis: Nũc cõfortata est superbia, et castigatio, et tempus euersionis, et ira indignationis. Nũc ergo filij ęmulatores estote legis: et date animas vestras pro testamento patrum vestrorũ. Memẽtote operũ patruz, q̃ fecerunt in gñationibus suis, et accipietis gloriã magnã, et nomen ęternum. Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis, et reputatũ est ei ad iustitiã? Joseph i tempore angustię suę custodiuit mandatum, et factus est dominus Aegypti. Phinees pr̃ nr̃ zelando zelum dei, accepit testamentum sacerdotij ęternı. ℟. Adaperiat. 212. Lec. ij.

Jesus dũ impleuit verbũ, factus est dux in Jsrl̃. Caleb, duz testificat in ecclesia, accepit hr̃ditatẽ. Dauid i sua misericordia, consecutus est sedez regni in secula. Elias dũ zelat zelum legis, receptus est i cęlũ. Ananias, et Azarias, et Misael credentes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberat⁹ ẽ d ore leonũ. Et ita cogitate per generationẽ, et generationẽ: quia oẽs qui sperant in euz, non infirmanť. Et a verbis viri peccãtoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus et vermis ẽ. Hodie extollitur, et cras non inuenietur, qz conuersus est i terram suaz, et cogitatio eius pȳt. ℟. Exaudiat. 313. Lectio iij.

Vos ergo filij cõfortamini, et viriliter agite in lege: qz cũ feceritis q̃ vobis pcepta sunt in lege a dño deo vestro, i ipsa gloriosi eritis. Et ecce Simon frater vester, scio q vir cõsilij est: ipsum audite semper, et ipse erit vobis pater. Et Judas

Machabeus fortis viribus a iuuentute sua, sit vobis princeps militie, et ipse aget bellum ppli. Et adducetis ad vos oes factores legis, et vindicate vindictã populi vestri. Retribuite retributionẽ gentibus, et intendite i preceptum legis. Et benedixit eos, et appositus est ad patres suos. ℟. Congregati. 313.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabeorũ. Lec. j.

ca. 2. Defunctus ẽ Mathathias anno cẽtesimo et quadragesimo sexto, et sepultus est a filijs suis in sepulcro patrũ suorum in Modin, et planxerunt euz oĩs Israel planctu magno. Et surrexit Judas, q vocabat Machabeus, filius eius p eo: et adiuuabant eum oẽs fratres eius, et vniuersi q se coniunxerant patri eius, et preliabãtur prelium Israel cuz letitia. Et dilatauit gloriam populo suo. Et persecutus est iniquos, perscrutans eos, et qui cõturbabant populum suum, eos succendit flãmis, et repulsi sunt inimici eius pre timore eius, et omnes operarij iniquitatis conturbati sunt: et directa est salus in manu ei⁹. ℟. Impetum, 313. Lectio ij.

Et exacerbabat reges multos, et letificabat Jacob i operibus suis: et in seculum memoria eius, et in benedictione. Et perambulabat ciuitates Juda, et perdidit impios ex eis, et auertit iram ab Israel: et nominatus est vsque ad nouissimum terre, et congregauit pereũtes: et congregauit Apollonius gentes, et a Samaria virtutes multam et magnam, ad bellanduz contra Israel: et cognouit Judas, et exijt obuiam illi, et percussit et occidit illum: et ceciderunt vulnerati multi: et reliqui fugerũt: et accepit spolia eorũ, et gladium Apollonij abstulit Judas, et erat pugnans in eo in omnibus diebus. ℟. Congregati sunt. 313. Lectio tertia.

Et cecidit timor Jude: ac fratrũ eius et formido super omnes gẽtes in circuitu eorum: et peruenit ad regem nomen eius, et de prelijs Jude narrabant omnes gentes. Ut audiuit autẽ rex Antiochus sermones istos, iratus est animo, et misit, et cõgregauit exercitũ vniuersi regni sui: castra fortia valde. et aperuit erarium suum, et dedit stipendia exercitui in annum: et mandauit illis, vt essent parati ad omnia. ℟. Tua est poten. 313.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorũ. Le. j.

Et vidit Judas, et fratres eius, q: multiplicata sũt mala: et exercit⁹ applicabat ad fines eorũ, et cognouerũt verba regis, que mandauit populo facere in interitũ, et cõsummatione: et dixerunt vnusquisq; ad proximum suuz. Erigamus deiectionẽ populi nostri, et pugnemus

mus pro populo nostro, et san/
ctis nostris. Et congregatus est
conuentus, vt essent parati in prę
liū. et vt orarent, et peterēt mise/
ricordiā et miserationes. Et Je
rusalē nō habitabatur, sed erat
sicut desertū: nō erat qui ingre/
deretur, et egrederetur de natis
eius: et sanctum cōculcabatur,
et filij alienigenarū erant in ar
ce: ibi erat habitatio gentiū: et
ablata est voluptas a Jacob: et
defecit ibi tibia et cithara. ℟.
Refulsit Sol. 313. **Lectio ij.**

Et cōgregati sunt, et vene
runt in Maspha contra Je
rusalē: quia locus orationis erat
in Maspha ante in Israel. Et ie
iunauerūt illa die, et induerunt
se ciliciis, et cinerē imposuerūt
capiti suo, et disciderunt vesti/
mēta sua, et expanderunt libros
legis, de quibus scrutabantur
gentes similitudinē simulacro/
rū suorū: et attulerunt ornamēta
sacerdotalia, et primitias, et deci
mas, et suscitauerūt Nazareos,
qui impleuerant dies, et clama
uerūt voce magna in cęlū, dicē
tes: Quid faciemus istis, et quo
eos ducemus? et sancta tua con
culcata sunt, et cōtaminata sūt
et sacerdotes tui facti sunt in lu/
ctum, et in humilitatem: et ecce
nationes conuenerunt aduersū
nos, vt nos disperdant: tu scis,
quę cogitant in nos. Quomodo
poterimus subsistere ante faciē
illorum, nisi tu Deus adiuues
nos? ℟. Ornauerunt faciem. fo
lio 314. **Lectio tertia.**

Et tubis exclamauerūt vo
ce magna. Et post hęc cō
stituit Judas duces populi, tri
bunos, et decuriones, et penta/
cōtarchos, et decuriōes, et dixit
his qui ędificabāt domos, et spō/
sabāt vxores, et plātabāt vineas,
et formidolosis, vt redirēt vnus/
quisque in domū suam secundū
legē. Et mouerūt castra, et collo
cauerūt ad austrū Emmaum.
Et ait Judas: Accingimini, et
estote filij potentes: et estote pa/
rati in mane, vt pugnetis aduer/
sus nationes has, quę conuene/
runt aduersus nos, disperdere
nos, et sancta nostra: quoniam
melius est nos mori in bello,
quam videre mala gētis nostrę
et sanctorum. Sicut autem fue/
rit voluntas in cęlo sic fiat. ℟.
In hymnis, et confess. 314.

Ad Magnificat. Antiphona.
Refulsit sol in clypeos aureos,
et resplenduerūt mōtes ab eis:
et fortitudo gentiū dissipata est.

DOMINICA IIII. Octobris.

De libro I. Machabęorū. Lect. I.

Dixit autē Judas
et fratres eius.
Ecce cōtriti sūt
inimici nostri: a/
scendamus nunc
mūdare sctā, et re
nouare. Et congregatus est oīs
exercitus, et ascēderūt in mon/
tem Sion, et viderūt sanctifica/
tionem desertā, et altare pphā/

natum, et portas exustas, et i atrys virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, et pastophoria diruta: et sciderunt vestimenta sua, et planxerunt planctu magno, et imposuerunt cinerem super caput suum, et ceciderunt in faciem super terram, et exclamauerunt tubis signorum, et clamauerunt in celum. ℟. Adaperiat dominus. 312. Lectio secunda.

Tunc ordinauit Judas viros, vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce, donec emundarent sancta: et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege dei: et mundauerunt sancta, et tulerunt lapides contaminationis in locum immundum: et cogitauit de altari holocaustorum, quod prophanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis consilium bonum, vt destruerent illud: ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes: et demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, et responderet de eis. ℟ Exaudiat. 313. Lect. iij.

Et acceperunt lapides integros secundum legem: et edificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius: et edificauerunt sancta, et que intra domum erant intrinsecus, et edem, et atria sanctificauerunt. Et fecerunt vasa sancta noua, et intulerunt candelabrum, et altare incensorum, et mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare, et accenderunt lucernas, que super candelabrum erant, et lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes, et appenderunt velamina, et consummauerunt omnia opera que fecerunt. ℟. Congregati. 313. Ex libro S. Augustini episcopi de ciuitate dei. Lectio quarta.

Posteaquam gens Judea cepit non habere prophetas, proculdubio deterior facta est: eo scilicet tempore, quo se sperabat instaurato templo post captiuitatem, que fuit in Babilonia, futuram esse meliorem: sic quippe intelligebat populus ille carnalis, quod prenunciatum est per Aggeum prophetam, dicentem: Magna erit gloria domus istius nouissime plusquam prime. Quod de nouo testamento dictum esse, paulo superius demonstrauit, vbi ait aperte Christum promittens: Et mouebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus. ℟. Imperium. 313. Lectio v.

Talibus enim electis gentium domus Dei edificatur per testamentum nouum lapidibus viuis, longe gloriosior, quam templum illud fuit, quod a rege Salomone constructum est, et post captiuitatem instauratum. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gens, sed multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus, ipsisque Roma-

manis, ne hanc Aggei prophetiam in illa instauratione tepli opinaretur impletam. Nõ multo enim post aduenicte Alexandro subiugata est: quando, etsi nulla facta est vastatio, quoniã non sunt ausi ei resistere, & ideo placatuз facillime subditi receperunt, nõ erat tamen gloria tãta domus illius, quanta fuit in suorũ regum libera potestate. ℟. Congregate. 313. Lec. vi.

Deinde Ptolomeus Lagi filius, post Alexãdri mortem captiuos inde in Aegyptũ transtulit: quos eius successor Ptolomeus Philadelphus beneuolentissime inde dimisit: per quem factum est, vt septuaginta interpretum scripturas haberemus. Deinde contriti sũt bellis, que in Machabeorũ libris explicantur. Post hec capti a rege Alexandrie Ptolemeo, qui ẽ appellatus Epiphaneo: inde ab Antiocho rege Syrie multis & grauissimis malis ad idola colenda compulsi: tem plumqз ipsum repletum sacrilegiis superstitionibus gentium: quod tamen dux eorũ strenuissimus Judas, qui etiam Machabeus dictus est, Antiochi ducib⁹ pulsis, ab omni illa idolatrie cõtaminatione mundauit. ℟. Tua est potentia. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro i. Machabeo. Lec. i.

Ante matutinuз surrexerũt quita & vicesima die mẽsis noni (hic ẽ mẽsis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni: & obtulerũt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerunt secundum tempus: & secũduз diẽ in qua cõtaminauerũt illud gentes in ipsa renouatuз est in canticis, citharis, & cinyrys, & cymbalis. Et cecidit oĩs populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in celum eum, qui prosperauit eis. ℟. Dixit Judas. 314. Lect. ij.

Et fecerũt dedicationẽ altaris dieb⁹ octo: & obtulerũt holocausta cum letitia, & sacrificium salutaris & laudis. Et ornauerũt faciem templi coronis aureis, & scutulis: & dedicauerunt portas, & pastophoria: & imposuerũt eis ianuas: & facta est letitia in populo magna valde, & auersum est opprobriũ gẽtium. Et statuit Judas, & fratres eius, & vniuersa ecclesia Israel vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus suis ab anno in annum per dies octo, a quinta & vicesima die mẽsis Casleu, cum letitia & gaudio. ℟. Orna uerunt. 314. Lectio tertia.

Et edificauerunt in tẽpore illo montẽ Sion, & per circuituз muros altos, & turres firmas, ne quando venirent gẽtes, & conculcarẽt eum, sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt seruarent eum: & muniuit eum ad custodiendam

Bethsurã, vt haberet populus munitionem contra faciē Idumeę. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro I. Machabeorū. Le. i.

Et factum est vt audierūt gentes in circuitu, quia edificatum est altare, & sanctuarium sicut prius: irateque sunt valde, & cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos, & ceperunt occidere de populo, & persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumea, & eos, q erant in Arabathane, q: circum sedebant Israelitas: & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorū Bean, qui erant populo in laqueū, & in scandalum, insidiantes ei in via: & conclusi sunt ab eo in turrib⁹: & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorū igne cū oib⁹, q in eis erāt. ℟. Hic est fratrum. 314. L. ij.

Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manū fortē, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum: & cōmisit cum eis prelia multa: & contriti sunt in conspectu eorū: & percussit eos, & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus est in Iudeam: et congregate sunt gentes que sunt in Galaad, aduersus Israelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos: et fugerunt in Datheman munitionem. ℟. Tu domine. 314. Lectio tertia.

Et miserūt literas ad Iudā & fratres eius, dicentes: Congregate sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: & parant venire, & occupare munitionē, in quam confugimus, et Timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis: & omnes fratres nostri, qui erant in locis Tubin, interfecti sunt: et captiuas duxerunt vxores eorum, et natos & spolia: et peremerūt illic fere mille viros. ℟. Apert. 314.

FERIA QVARTA.

De libro I. Machabeorū. L. i.

In dieb⁹ quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater ei⁹ in Galilea contra faciem Ptolemaidis, audiuit Iosephus Zacharie filius, & Azarias princeps virtutis, res bene gestas & prelia que facta sunt, & dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen & eamus pugnare aduersus gētes que in circuitu nostro sūt: & precepit his, qui erant in exercitu suo: & abierunt Iamniam. ℟. Refulsit Sol. 313. Lec. ij.

Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiā illis in pugnā: & fugati sūt Iosephus & Azarias vsq; in fines Iudee, & ceciderūt illa die de populo Israel ad duo millia viri: & facta est plaga magna in ppl'o, quia non audierunt Iudam, & fratres

fratres ei⁹, existimātes fortiter se facturos. Ipsi autē non erant de semine virorum illorū, per quos salus facta est in Isrl. ℟. Ornauerunt 314. Lec. tertia.

Et viri Juda magnificati sunt valde in ɔspectu omnis Israel, et gentiū omnium: vbi audiebatur nomen eorum, et cōuenerunt ad eos fausta acclamantes, et exiuit Judas, et fratres eius, et expugnabant filios Esau, in terra, quę ad austrum est: et percussit Chebron et filios eius, et muros eius, et turres succendit igni in circuitu. Et mouit castra vt iret i terram alienigenarum: et perambulabat Samariā. In die illa ceciderūt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dū sine consilio exeunt in pręlium. ℟. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro i. Machabeorum. I.i.

Et rex Antiochus perambulabat superiores regiones, et audiuit esse ciuitatē Elymaidē i Perside nobilissimam, et copiosam i argento, et auro, templumq̄ i ea locuples valde: et illic velamina aurea, et loricę et scuta, quę reliquit Alexander Philippi, rex Macedo, q regnauit prim⁹ i Grecia. Et venit, et q̄rebat capere ciuitatē, et deprędari eam, et nō potuit: quoniā innotuit sermo his, qui erant i ciuitate, et insurrexerūt in pręliū, et fugit inde, et abijt, cum tristitia magna: et reuers⁹ est i Babyloniā. Et venit, qui nūciaret ei i Perside, quia fugata sunt castra, quę erāt in terra Juda, et quia abijt Lysias, cum virtute forti i primis, et fugatus est a facie Judęorum. ℟. Adaperiat. 312. Lectio scda.

Et inualuerūt armis, et viribus, et spolijs multis, q̄ ceperunt de castris, quę exciderunt: et quia diruerunt abominationem, quam ędificauerant super altare: quod erat in Jerusalem: ⁊ sanctificationem, sicut prius: circundederunt muris excelsis: sed et Bethsuraȝ ciuitatem suam. Et factum est vt audiuit rex sermones istos, expauit: et cōmotus est valde: et decidit in lectum, et incidit in lāguorem prę tristitia: quia non factum est ei sicut cogitabat: et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna: et arbitratus est se mori. ℟. Exaudiat. fol. 314.

Lectio tertia.

Et vocauit omnes amicos suos: et dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis: et cōcidi: et corrui corde prę solicitudine: et dixi i corde meo. In quātam tribulationem deueni, et i quos fluctus tristitię: i qua nūc sum: q iucundus eram: et dilectus in potestate mea: nunc vero reminiscor malorum: quę feci in Jerusalem: vnde et abstuli omnia spolia aurea: ⁊ argentea.

tea:que erant in ea:et misi auferre habitantes Judeam sine causa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala ista, et ecce pereo tristitia magna i terra aliena. ℟. Cōgregati.323.

FERIA SEXTA.

De libro j. Machabeorum. L. j.

Anno centesimo quinquagesimo primo exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, et ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimā:et regnauit illic Et sedit Demetrius super sedem regni sui: et venerūt ad eum viri iniqui et impij ex Israel,et Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos,et accusauerunt populum apud regem dicentes: Perdidit Judas et fratres eius omnes amicos tuos,et nos disperdidit de terra nostra:nunc ergo mitte virū cui credis, vt eat. et videat exterminiū oē, quod fecit nobis et regionibus regis,et puniat omnes amicos eius et adiutores eorum. ℟. Impetū.313. Lec.ij.

Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem,q dñabat trans flumen magnū in regno, et fidelem regi:et misit eū vt videret exterminium, quod fecit Judas. Sed et Alcimū impium constituit in sacerdotium:et mādauit ei facere vltionē in filios Israel. Et surrexerunt, et venerunt cū exercitu magno i terrā Juda:et miserunt nuncios: et locuti sunt ad Judam, et ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intenderūt sermonibus eorum:viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno. ℟. Cōgregate sunt.311. L.iij.

Et conuenerunt ad Alcimum et Bacchidem congregatio scribarū requirere q iusta sunt,et primi Assidei, qui erant in filijs Israel,et exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim:Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica:et iurauit illis dicēs: Non inferemus vobis malum: neque amicis vestris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros, et occidit eos in vna die, secundum verbum quod scriptum est. Carnes sanctorum tuorum, et sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Jerusalem, et non erat qui sepeliret. ℟. Tua est potentia.folio 913.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorū. L. j.

Et audiuit Judas nomen Romanorū,quia sunt potentes viribus, et acquiescūt ad omnia que postulantur ab eis:et quicunq accesserunt ad eos,statuerunt cum eis amicitias,et q sunt potentes viribus. Et audierunt prelia eorū,et virtutes bonas,quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerūt eos,et duxerūt sub tributum,et quanta fecerūt in regione Hispanie,et quod in pote/

potestatem redegerūt metalla argenti ꝛ auri, que illic sunt, ꝛ possederunt omnem locum cō-silio suo, ꝛ patiētia: locaq̃, que longe erāt valde ab eis, ꝛ reges qui supervenerant eis ab extremis terre contriverūt, ꝛ percusserunt eos plaga magna: ceteri aūt dant eis tributū omnibus annis. ℟. Refulsit. 313. Le. ij.

ET elegit Judas Eupolemum filium Johannis, filij Jacob et Jasonem filiū Eleazari, et misit eos Romam constituere cum illis amicitiam, ꝛ societatem: et vt auferrent ab eis iugum Grecorum: quia viderunt q̄ in servitutem prementent regnū Israel. Et abierūt Romam viam multam valde, ꝛ introierūt curiā, et dixerūt: Judas Machabeus, et fratres eius, et populus Judeorū miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem, et pacem, et conscribere nos socios, et amicos vestros. Et placuit sermo i conspectu eorum: et hoc rescriptum est, quod rescripserunt in tabulis ereis, et miserunt in Jerusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis, ꝛ societatis. ℟. Ornaverunt. 314. Le. iij.

BEne sit Romanis, ꝛ gēti Judeorū i mari ꝛ i terra in eternū: gladiusq̃ ꝛ hostis procul sit ab eis. Quod si institerit bellum Romanis prius, aut omnibus socijs eorum: in omni dominatione eorum, auxilium feret gens Judeorum, put tēpus dictaverit, corde pleno: et preliantibus non dabunt, neq̃ subministrabūt triticum: arma pecuniam, naves, sicut placuit Romanis: et custodient māndata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem et si gēti Judeorum prius acciderit bellum, adiuvabunt Romani ex animo, prout eis tempus pmiserit. ℟. In hymnis ꝛ cōf. 314.

Sabb. ante dñicam iij. Octob.
Ad Magnificat. Antiphona.

Lugebat autē Judam Israel planctu magno, et dicebat: Quomodo cecidisti potens in plio, qui salvū faciebas populū dñi.

DOMINICA III. Octobris.

De libro j. Machabeorū. Le. j.

INterea, vt audivit Demetri⁹ q̄ cecidit Nicanor ꝛ exercit⁹ eius i prelio, apposuit Bacchidem et Alcimum rursum mittere in Judeam, et dextrum cornu cū illis, et abierunt viam que ducit in Galgala, et castra posuerunt in Masaloth, que est in Arbellis, et occupaverunt eam, ꝛ peremerunt animas hominum multas. In mense primo anni cētesimi et quinquagesimi secūdi, applicuerunt exercitū ad Jerusalem, et surrexerunt et abierunt in Beream viginti millia virorum, et duo millia equitū. ca. 9.

Et

Et Judas posuerat castra i Lai sa, ⁊ tria millia viri electi cū eo Et viderūt multitudinē exercitus, q: multi sunt: ⁊ timuerunt valde: et multi subtraxerunt se de castris: ⁊ non remanserunt ex eis, nisi octingenti viri. ℟. Adaperiat. 12. Lectio ij.

Et vidit Judas φ defluxit exercitus suus, ⁊ bellum perurgebat eum, ⁊ confractus est corde, q: non habebat tempus congregandi eos: ⁊ dissolutus est, ⁊ dixit ys, qui residui erant. Surgamus ⁊ eamus ad aduersarios nostros: si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant euȝ dicētes: Nō poterimus: sed liberemus aīas nr̄as mō, ⁊ reuertamur ad fratres nostros: ⁊ tunc pugnabimus aduersus eos, nos aūt pauci sumus. Et ait Judas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis: ⁊ si appropiauit tēpus nr̄m moriamur in virtute, propter fratres nr̄os, ⁊ nō inferamus crimē glorię nostrę. Et mouit exercitus de castris, ⁊ steterunt illis obuiam: ⁊ diuisi sunt equites, in duas partes, ⁊ fūdibulary, ⁊ sagittary p̄ibāt exercituȝ, ⁊ primi certaminis omnes potētes. ℟. Exaudiat dñs. 313. Lec. iiij.

Bacchides aūt erat i dxtro cornu: ⁊ proximauit legio ex duabus partibus, ⁊ clamabāt tubis. Exclamauerunt aūt, ⁊ ij q erant ex parte Judę etiaȝ ipsi: ⁊ commota est terra a voce exercituum, ⁊ commissum ē p̄lium a mane, vsq3 ad vesperaȝ. Et vidit Judas, φ firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, ⁊ conuenerunt cum ipso omnes constantes corde, ⁊ contrita est dextera pars ab eis ⁊ persecutus est eos vsq3 ad mōtem Azoti: ⁊ qui in sinistro cornu erant, viderunt quod contritum est dextrum cornu, ⁊ secuti sunt post Judam, ⁊ eos qui cum ipso erant, a tergo: ⁊ ingrauatum est prelium, ⁊ ceciderunt vulnerati multi, ex his, ⁊ ex illis: ⁊ Judas cecidit: ⁊ cęteri fugerunt. Et Jonathas, ⁊ Simon tulerunt Judam fratrem suum, ⁊ sepelierunt eum in sepulcro patruȝ suorum in ciuitate Modin, ⁊ fleuerunt euȝ omnis populus Jsrael plāctu magno. ℟. Congregati sunt. 313.

Ex libro Officiorū sancti Ambrosij episcopi. Lectio quarta.

Quia fortitudo non soluȝ secundis rebus, sed etiaȝ aduersis probat, spectemus Judę Machabęi exitum. Js eniȝ post victum Nicanorem, regis Demetry ducē, securior aduersus viginti millia exercitus regis, cum octingentis viris bellū adortus, volentibus his cedere ne multitudine opprimerent gloriosam magis mortē, quam turpeȝ fugaȝ suasit: Ne crimē inquit, nostrę relinquamus glorię. Jtaq3 commisso prelio cum a primo ortu diei in vesperam dimi

dimicaretur, dextrum cornu: in quo validissimam manum adnertit hostium, aggressus, facile auertit: sed dum fugientes sequitur, a tergo vulneri locum prebuit. Itaque gloriosiorem triumphis locum mortis inuenit. ℟. Impetum. fo. 313. Lectio v.

Quid Jonatham fratrem eius atteram? qui cum parua manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus a suis et cum duobus tantum relictus, reparauit bellum, auertit hostem, fugientes suos ad societatem reuocauit triumphi. Habes fortitudinem bellicam, in qua non mediocris honesti ac decori forma est, quod mortem seruituti preferat, ac turpitudini. Quid autem de martyrum dicam passionibus? Et ne longius vagemur num minorem de superbo rege Antiocho Machabei pueri reuexerunt triumphum, quam parentes proprij? siquidem illi armati, isti sine armis vicerunt. ℟. Congregate. Folio 313. Lectio sexta.

Steterit inuicta septem pueorum chooris regijs cicta legionibus, et defecerunt supplicia, cesserunt tortores: non defecerunt martyres: alius corium capitis exutus speciem mutauerat virtutem auxerat. Alius, linguam iussus amputandam promere, respondit: Non solos dominus audit loquentes: qui audiebat Moysen tacentem: plus audit tacitas cogitationes suorum, quam voces omnium. Lingue flagellum times flagellum sanguinis non times? Habet et sanguis vocem suam, qua clamat ad deum. sicut clamauit in Abel. ℟. Tua est potentia. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro i. Machabeorum. Le. i.

Et cogregati sunt omnes amici Jude, et dixerunt Jonathe: Ex quo frater tuus Judas defunctus est, vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos nostros, Bacchidem, et eos qui inimici sunt gentis nostre. Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principem, et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Jonathas tempore illo principatum, et surrexit loco Jude fratris sui. Et cognouit Bacchides, et querebat eum occidere. ℟. Dixit Judas. 314. Lectio secunda. ca.9.

Et cognouit Jonathas, et Simon frater eius, et omnes qui cum eo erant, et fugerunt in desertum Thecue, et consederunt ad aquas lacus Asphar. Et cognouit Bacchides: et die sabbathorum venit ipse, et omnis exercitus eius trans Jordanem, et Jonathas misit fratrem suum ducem populi, et rogauit Nabuthgeos amicos suos, vt commodarent illis apparatum suum: qui erat copiosus, et exierunt filij Jambri ex Madaba, et comprehenderunt Johannem, et omnia, que habe-

habebat, et abierũt habẽtes ea. ℟. Ornauerunt. 314. Lec. iij.

Post hec verba renũciatũ est Jonathe, et Simoni fratri eius, q: filij Jambri, faciunt nuptias magnas, et ducunt sponsã ex Madaba filiã vni⁹ de magnis principib⁹ Chanaan cum ambitione magna, et recordati sunt sanguinis Johãnis fratris sui, et ascenderunt, et abscõderũt se sub tegumẽto mõtis, et eleuauerũt oculos, et viderunt, et ecce tumultus, et apparatus multus: et sponsus processit, et amici eius, et fratres eius obuiam illis cũ tympanis, et musicis, et armis multis: et surrexerunt ad eos ex insidijs, et occiderunt eos. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro ij. Machabeorũ. Le. j.

Et vidit Jonathas: q: tẽpus eum iuuat: et elegit viros, et misit eos Romam statuere, et renouare cũ eis amicitiam: et ad Spartiatas, et ad alia loca misit epistolas ẽm eãdem formam: et abierunt Romam, et intrauerunt curiam, et dixerunt: Jonathas summus sacerdos, et gens Judeorũ miserunt nos, vt renouarem⁹ amicitiam, et societatem ẽm pristinum: et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt reducerẽt eos in terram Juda cum pace. ℟. Hic est. 314. Lec. ij.

Et hoc est exemplũ epistolarũ, quas scripsit Jonathas Spartiatis. Jonathas summus sacerdos, et seniores gẽtis et sacerdotes, et reliquus pp̃ls Judeorum Spartiatis fratrib⁹ salutem. Jampridẽ misse erant epistole ad Oniam summũ sacerdotẽ a Dario, qui regnabat apud vos: qm̃ estis fratres nostri, sicut scriptũ continet, quod subiectũ ẽ: et suscepit Onias virum qui missus fuerat, cũ honore: et accepit epistolas, in quib⁹ significabat̃ de societate, et amicitia. ℟. Tu dñe. 314. Lec. iij.

Nos enim cum nullo horũ indigeremus, habẽtes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem, et amicitiam: ne forte alieni efficiamur a vobis. Multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus, et ceteris quibus oportet, memores sumus vestri, in sacrificijs, que offerimus, et in obseruationibus, sicut fas est, et decet meminisse fratrum. ℟. Aperi oculos. folio 314.

FERIA QVARTA.

De libro j. Machab[...] Le. j.

Et cũ cogitasset Tryphõ regnare Asie, et assumere diadema, et extendere manũ in Antiochum regem, timens ne forte non permitteret eũ Jonathas, si pugnaret aduersus eũ querebat comprehendere eum

ꝛ occidere: ꝛ exurgens abijt in Bethsan, ꝛ exiuit Jonathas ob uiam illi cũ quadraginta mil libus viroꝛũ electoꝛũ in pꝛeliũ ꝛ venit Bethsan: ꝛ vidit Try/phon, quia venit Jonathas cũ exercitu multo, vt extẽderet in eum manus, ꝛ timuit, ꝛ excepit eum cum honoꝛe, ꝛ cõmedauit eũ oibus amicis suis, ꝛ ddit ei munera: ꝛ pꝛecepit exercitibus suis, vt obedirent ei sicut sibi.

℟. Refulsit fol. 313. Lectio ii.

Et dixit Jonathe, quid vexasti vniuersum populũ, cum bellũ nobis non sit? ꝛ nunc remitte eos i domos suas: elige autẽ tibi viros paucos, qui tecum sint, ꝛ veni mecum Ptolemaidam, ꝛ tradam eã tibi: ꝛ reliqua pꝛesidia: ꝛ exercitũ, ꝛ vniuersos pꝛepositos negocij: ꝛ cõuersus abibo: pꝛopterea eñ veni. Et credidit ei, ꝛ fecit sicut dixit: ꝛ dimisit exercitũ, ꝛ abierũt in terram Juda: retinuit autẽ secum tria millia viroꝛũ: ex quibus remisit in Galileã duo millia: mille autẽ venerunt cũ eo.

℟. Oꝛnauerunt 314. Lect. iii.

Ut autem intrauit Ptolemaidã Jonathas, clauserunt poꝛtas ciuitatis Ptolemenses, ꝛ compꝛehenderunt eũ: ꝛ omnes, qui cum eo intrauerant gladio interfecerunt. Et misit Tryphon exercitum, ꝛ equites in Galileam, ꝛ in campum magnũ, vt perderent omnes socios Jonathe. At illi cũ cognouissent, quia compꝛehensus est Jonathas, ꝛ perijt, ꝛ omnes qui cũ eo erant: hoꝛtati sũt semetipsos, ꝛ exierunt pariter i pꝛelium. Et videntes ij, qui insecuti fuerant: quia pꝛo anima res est illis, reuersi sunt, illi autem venerunt oẽs cum pace in terrã Juda, ꝛ planxerunt Jonatham, ꝛ eos qui cum ipso erant valde. ℟. Jn hymnis. 314.

FERIA QVINTA

De libꝛo I. Machabeoꝝ: L. I.

Et audiuit Simon, quod congꝛegauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret i terram Juda, ꝛ attereret eã. Et videns quia in tremoꝛe populꝰ est ꝛ in timoꝛe, ascendit Jerusalem, ꝛ congregauit populum, ꝛ adhoꝛtans dixit: Uos scitis, quanta ego, ꝛ fratres mei, ꝛ domus patris mei, fecimus pꝛo legibus, ꝛ pꝛo sanctis pꝛelia, et angustias quales vidimus: hoꝛum gratia perierunt fratres mei omnes pꝛopter Jsrael, ꝛ relictus sum ego solus. Et nunc non mihi cõtingat parcere anime mee in omni tempoꝛe tribulationis: non enim melioꝛ sum fratribꝰ meis. Uindicabo itaqꝫ gentem meam, ꝛ sancta, natos quoque nostros, ꝛ vxores: q: cõgregate sunt vniuerse gentes cõterere nos inimicitie gratia. ℟. Adaperiat. 312. Lectio. ii.

Et accensus est spiritꝰ populi simul vt audiuit sermones istos: ꝛ respõderunt vo/

ce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Iudę ⁊ Ionathę fratris tui: pugna prelium nostrū: ⁊ omnia, quęcunque nobis dixeris, faciemus. Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit consummare vniuersos muros Ierusalem, ⁊ muniuit eam in gyro. Et misit Ionathā filium Absalomi, ⁊ cum eo exercitum nouum in Ioppen, ⁊ eiectis his qui erant in arce, remāsit illic ipse. Et mouit Triphon a Ptolemaide cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, ⁊ Ionathas cum eo in custodia: Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi.

℟. Exaudiat Dominus. 313.

Lectio tertia.

Et vt cognouit Triphon, quia surrexit Simō loco fratris sui Ionathę, ⁊ q͞2 cōmissurus esset cum eo preliū, misit ad eum legatos dicens: Pro argento, quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negocia quę habuit, detinuimus eū: ⁊ nunc mitte argenti talenta centum, ⁊ duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat a nobis, ⁊ remittemus eū. Et cognouit Simon: quia cum dolo loqueretur secū: iussit tamen dari argentū ⁊ pueros, ne inimicitiā magnā sumeret ad populū Israel, dicentē: quia non misit ei argentū, ⁊ pueros propterea perijt. Et misit pueros, ⁊ centum talenta: ⁊ mentitus est, ⁊ non dimisit Ionathan.

℟. Congregati sunt. 313.

FERIA SEXTA.

De libro I. Machabeorū. Lec. I.

Et auditū est Romę, quia defunctus esset Ionathas ⁊ vsq; in Spartiatas, cōtristati sunt valde. Ut audierunt autē quod Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, ⁊ ipse obtineret oēm regionem, ⁊ ciuitates in ea, scripserunt ad eū in tabulis ęreis, vt renouarent amicitias, ⁊ societatē quā fecerant cum Iuda, ⁊ cū Ionatha, fratribus eius: ⁊ lectę sunt in conspectu Ecclesię in Ierusalem. Et hoc exemplū epistolarum quas Spartiatę miserunt.

℟. Impetum. 313. Lectio ii.

Spartiatorum principes, ⁊ ciuitates, Simoni sacerdoti magno, ⁊ senioribus, ⁊ sacerdotibus, ⁊ reliquo populo Iudęorum, fratribus, salutem. Legati qui missi sunt ad populū nostrū, nunciauerunt nobis de vestra gloria, ⁊ honore, ⁊ lętitia: ⁊ gauisi sumus in introitu eorum: ⁊ scripsimus, quę ab eis erant dicta in consilijs populi, sic: Numenius Antiochi, ⁊ Antipater Iasonis filius, legati Iudęorum venerunt ad nos renouantes nobiscum amicitiam pristinā. Et placuit populo excipere viros gloriose, ⁊ ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo

16.

pulo Spartiatarũ. Exemplum autem horũ scripsimus Simoni, magno sacerdoti. ℟. Congregate sunt. 313. Lectio iij.

Post hec autem misit Simon Numenium Romã, habentem clypeum aureum magnum pondo minarum mille, ad statuendam cum eis societatem. Cum autem audisset populus Romanus sermones istos, dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, et filijs eius? Restituit enim ipse fratres suos, et expugnauit inimicos Israel ab eis: et statuerũt ei libertatem, et descripserunt in tabulis ereis, et posuerunt in titulis in monte Sion. ℟. Tua est potentia. fol. 313.

SABBATHO.

De libro j. Machabeorũ. Le. j.

c.16. Simon autẽ perambulans ciuitates, que erant in regione Judee, et solicitudinẽ gerens earũ descendit in Jericho ipse et Mathathias filius eius, et Judas, anno cẽtesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo: hic est mensis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiuncula, que vocatur Doch, cum dolo quam edificauit: et fecit eis conuiuium magnũ, et abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon, et filij eius surrexit Ptolemeus cum suis, et sumpserũt arma sua, et intrauerunt in conuiuium, et occiderunt eum, et duos filios eius, et quosdam pueros eius: et fecit deceptionem magnã in Israel, et reddidit mala pro bonis. ℟. Refulsit Sol. 313. Lectio ij.

Et scripsit hec Ptolemeus, et misit regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium: et traderet ei regionem, et ciuitates eorum, et tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Johannem: et tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, et daret eis argentum, et aurum, et dona: et alios misit occupare Jerusalem, et montem templi. Et precurrens quidam nunciauit Johanni in Gazara, quia perijt pater eius et fratres eius, et quia misit te quoque interfici. ℟. Ornauerunt faciem templi. 314.

Lectio tertia.

Ut audiuit autẽ, vehementer expauit, et comprehẽdit viros qui venerant perdere eũ, et occidit eos: cognouit enĩ, quia querebant eũ perdere. Et cetera sermonũ Johannis, et bellorũ eius, et bonarum virtutum quibus fortiter gessit, et edificij murorũ, quos extruxit, et rerum gestarum eius: ecce hec scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius: ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum. ℟. In hymnis. fol. 314.

Sabb. ante Dñicam iiij. Octo. Ad Mag. Aña. Exaudiat dñs orationes vestras, et reconciliet vobis, nec vos deserat in tempore malo dominus deus noster.

DOMINICA I. Octobris.

Incipit liber ij. Machab. Le. j.

F Ratrib⁹, q sunt p Aegyptũ, Iude/is salutez dicũt fratres, q sũt in Ierosolymis Iu/dei, & qui i regio/ne Iudeę, & pacem bonam. Be/nefaciat vobis Deus, & memine/rit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Ia/cob, seruorum suorum fideliũ: & det vobis cor omnibus, vt co/latis eum, & faciatis eius volũ/tatez corde magno, & animo vo/lenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in pręceptis suis, & fa/ciat pacem. Exaudiat orationes vestras, et reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore ma/lo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. ℟. Adaperiat Do/minus cor. folio 312.

℟. vt in dñica j. Octob. Lec. ij.

F Acturi igit quinta, & vi/gesima die mẽsis Casleu purificationem templi, necessa/riuz duximus significare vobis: vt & vos quoq; agatis diem sce/nophegię, & diẽ ignis qui datus est, qñ Nehemias ędificato tem/plo & altari, obtulit sacrificia. Naz cũ in Persidẽ ducerẽtur patres nostri, sacerdotes: q tũc cultores dei erãt, acceptũ ignẽ de altari occulte abscõderunt i valle, vbi erat puteus altus, & sic/cus: & in eo contutati sunt eum ita vt omnibus ignotus esset lo/cus. ℟. Exaudiat. 313. Lcõ iij.

C Um autẽ pręteryssent an/ni multi, et placuisset deo vt mitteretur Nehemias a rege Persidis: nepotes sacerdotum illorũ qui absconderãt, misit ad requirendũ ignem: & sicut nar/rauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquã crassaz: & iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacri/ficia, quę imposita erãt, iussit sa/cerdos Nehemias aspgi aqua ipsa, & ligna, quę erant superpo/sita. Vtq; hoc factũ est, & tps affuit quo sol refulsit: qui prius erat in nubilo, accẽsus est ignis magnus, ita vt omnes mirarent/tur. ℟. Congregati. 313.

Ex tractatu s. Iohannis Chry/sostomi super psalmos. Le. iiij.

D Eus auribus nostris audi/uimus, patres nostri an/nunciauerunt nobis opus: quod operatus est in diebus eorum. Hunc psalmum dicit quidam propheta: dicit autem non ex p/sona propria: sed ex psona Ma/chabęorum, narrans & pręd/cens quę futura erant illo tem/pore. Tales enim sunt prophe/tę: omnia tempora percurrunt: pręsentia, pręterita, & futura. Quinam sunt autem hi Ma/chabęi, quidque passi sunt, & quid fecerint necessariuz est pri/mum dicere, vt sint apertiora, quę in argumento dicuntur. Hi enim, cum inuasisset Iude/am Antiochus, qui dictus est

Epipha

Epiphanes, et oia deuastasset, et multos, qui tunc erāt, a patriis institutis resilire coegisset, permanserunt illęsi ab illis tētationibus. ℟. Impetum. 313. L. v.

Et quando graue quidē bellū ingruebat, nec quicquam possent facere qđ prodesset, se abscondebāt: nā hoc quoque fecerunt apostoli: non enim semper apparentes in media irruebāt pericula, sed nōnunquā et fugientes, et latentes secedebant. Postquam autem parum respirarunt, tanquam generosi quidā catuli ex antris exilientes, et e latebris emergentes, statuerūt non se amplius solos seruare, sed etiam alios quoscunque possent: et ciuitatem, et omnem regionem obeuntes, collegerunt quotquot inuenerunt adhuc sanos et integros, et multos etiam qui laborabant, et corrupti erant, in statum pristinū redegerunt, eis persuadentes redire ad legem patriam. ℟. Congregatę. 313. Lect. vi.

Deum enim dicebāt eē benignum, et clementem, nec vnquam adimere salutem, quę proficiscitur ex pęnitentia: hęc autem dicentes habuerūt delectum fortissimorum virorum: Non enim pro vxoribus, liberis, et ancillis, patrięque euersione et captiuitate, sed pro lege et patria republica pugnabāt. Eorū autem dux erat Deus. Cum ergo aciem dirigerēt, et suas aias prodigerent, fundebāt aduersarios non armis fidētes, sed loco oīs armaturę, pugnę causā sufficere ducētes. Ad bellū aūt eūtes, non tragędias excitabāt: nō pęanas canebant, sicut nōnulli faciunt: nō asciuerūt tibicines vt fit in aliis castris: sed dei superni auxilium inuocabant, vt adesset, opem ferret, et manum pręberet, propter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. ℟. Tua est potentia. fol. 313.

FERIA SECVNDA.

De libro ii. Machabęorū. L. i.

Inuenitur autem in descriptionibus Ieremię pphete, quod iussit eos ignē accipere qui transmigrabant, vt significatū est, et vt mandauit transmigratis. Et dedit illis legem ne obliuiscerent pręcepta dñi: et vt nō exerrarent mentibus, videntes simulacra aurea et argētea, et ornamēta eorū. Et alia huiusmodi dicens hortabatur, ne legem amouerēt a corde suo. ℟. Dixit Iudas. 314. Lectio ii.

Erat aūt i ipsa scriptura, quomodo tabernaculū et arcam iussit propheta diuino responso ad se facto comitari secū vsquequo exiit in mōte, in quem Moyses ascēdit, et vidit dei hereditatem. Et veniens ibi Ieremias inuenit locum speluncę: et tabernaculum, et arcam, et altare incensi intulit illuc, et ostium obstruxit. Et accesserunt quidam

 simul

simul qui sequebātur, vt notarent sibi locū, et nō potuerunt inuenire. ℟. Orinauerūt. 314. ℒ. iij.

Vt autem cognouit Ieremias culpās illos, dixit. Quod ignot⁹ erit locus donec congreget Deus congregationem populi, et propitius fiat: et tunc dominus ostendet hęc, et apparebit maiestas domini, et nubes erit, sicut et Moysi manifestabatur, et sicut cum Salomon petijt, vt loc⁹ sanctificaretur magno Deo, manifestabat hęc. Magnifice enim sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis, et consummationis templi. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro ij. Machabeorū. ℒ. i.

Igitur cū sancta ciuitas habitaretur in omni pace: leges etiā adhuc optime custodirentur propter Onię pontificis dispositionē, et pietatem, et animos odio habentes mala: fiebat vt ipsi reges et principes locum summo honore dignū ducerent et téplū maximis muneribus illustrarent, ita vt Seleucus, Asię rex, de redditib⁹ suis pręstaret omnes sumptus ad ministeriuȝ sacrificiorū pertinentes. Simō autem de tribu Beniamin, prępositus templi costitutus contendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. ℟. Hic est fratrum. folio 314.

Lectio secunda.

Sed cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium Tharseę filium, qui eo tempore erat dux Cęlesyrię, et Phęnices: et nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ęrarium Ierosolymis, et communes copias immēsas esse, quę non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile, sub potestate regis cadere vniuersa. Cūque retulisset ad regē Appolloni⁹ de pecunijs, quę delatę erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negocia eius, misit cū mādatis vt pręedictā pecuniā trāsportaret: Statimque Heliodorus iter est agressus, specie quidem quasi per Cęlesyriam, et Phęnicen, ciuitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum perfecturus. ℟. Tu domine. 314. Lectio iij.

Sed cuȝ venisset Ierosolymaȝ, et benignę a summo sacerdote esset acceptus, narrauit de dato indicio pecuniarū: et cuius rei gratia adesset, aperit. Interrogabat autem si vere hęc ita essent. Tum summus sacerdos ostendit deposita esse hęc victualia viduarū, et pupillorum, quędā vero esse Hircani Tobię viri valde eminentis, in his quę detulerat impius Simon: vniuersa autem argenti talenta esse quadringēta, et auri ducēta: decipi vero eos q credidissent loco et téplo, quod per vniuersum mun

mundũ honoratur, pro sui venerationẽ sanctitate, oĩno impossibile esse. ℟. Aperi ocul. 314.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machabęorũ. L. i.

Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus, circa ęrariuȝ pręsens. Sed spiritus oĩpotẽtis Dei magnã fecit suę ostensionis euidentiã, ita vt omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes dei virtute, in dissolutionẽ ⁊ formidinem cõuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus, isque cũ impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autẽ ei sedebat, videbatur arma habere aurea. ℟. Refulsit. 313. Lectio scda

Alij etiã apparuerũt duo iuuenes ṽtute decori, optimi gloria, speciosiq; amictu: q circũsteterunt eum, ⁊ ex vtraq; parte flagellabãt, sine intermissione multis plagis verberãtes. Subito autem Heliodorus cõcidit ĩ terrã, cumq; multa caligine circunfusum rapuerũt, atque in sella gestatoria positum eiecerunt. Et is, qui cũ multis cursoribus, ⁊ satellitibus pr̃dictum ingressus est ęrarium portabatur nullo sibi auxiliũ ferente, manifeste dei cognita virtute: ⁊ ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni spe, ⁊ salute priuatus. ℟. Ornauerunt. 314. Lectio iij.

Considerans autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudęis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem: cumq; summus sacerdos exoraret, ijdem iuuenes eisdeȝ vestib⁹ amicti, astãtes Heliodoro, dixerũt: Onię sacerdoti gratias agerã propter eũ dñs tibi vitã donauit: tu aũt a deo flagellatus nũcia oĩb⁹ magnalia dei ⁊ potestatem. Et his dictis, nõ paruerũt. ℟. In hymnis. 314.

Si hęc hebd. fuerit vlt. Octob. in tribus seq. ferijs leguntur lectio. Dñicę v. ⁊ ij. ⁊ iij. fer. eiusdem hebdo. Quod si finitę ferię v. ⁊ vi. impeditę fuerint, vt non possint in eis boni huiusmodi lectionis: tunc legendę erunt, partim ĩ hac feria quarta, partim Sabbatho sequenti.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machabęorũ. Le. i.

Simon autẽ pr̃dictus pecuniarũ ⁊ patrię delator male loquebat de Onia, tanq; ipse Heliodorum instigasset ad hęc, ⁊ ipse fuisset inuentor malorũ: prouisoremque ciuitatis ac defensorẽ gentis suę ⁊ ęmulatorem legis Dei, audebat insidiatorem regni dicere. Sed cũ inimicitię intantũ procederent vt etiam per quosdã Simonis necessarios homicidia fierent: considerans Onias periculum

contentionis, et Apollonium in sanire, vtpote ducem Celesyriæ, et Phenices, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit, non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. ℟. Adaperiat. 314. Lectio secunda.

Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iasō frater Oniæ summum sacerdotiū adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, et ex redditibus alijs talēta octoginta: super hoc promittebat, et alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, et ephebiam sibi constituere, et eos, qui i Ierosolymis erant Antiochenos scribere. ℟. Exaudiat. 313. Lcō tertia.

Quod cum rex annuisset, et obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cepit: et amotis his, quæ humanitatis causa Iudæis a regibus fuerāt cōstituta, et per Iohannē patrē Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia, et societate functus est legatione legitima, ciuium iura destituens, praua instituta sanciebat. ℟. Congregati. 313.

FERIA SEXTA.

De libro ii. Machabeorū. L. i.

Eodem tempore Antiochus secundam profectionem parauit in Egyptum. Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatē videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes: auratas stolas habentes et hastas, quasi cohortes armatas, et cursus equorum per ordines digestos, et congressiones fieri comminus: et scutorum motus, et galeatorum multitudinem gladijs districtis. et telorum iactus, et aureorum armorum splendorē omnisque generis lori carū. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. ℟. Imperium. 313. Lec. ii.

Sed cū falsus rumor exisset, tanquā vita excessisset Antiochus: assumptis Iasō non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem: et ciuibus ad murum cōuolantibus ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason vero non parcebat in cęde ciuibus suis, nec cogitabat: prosperitatem aduersus cognatos, malum esse maximum: arbitrans hostium et nō ciuiū se trophęa capturū. Et principatū quidem nō obtinuit: finē vero insidiarū suarum confusionem accepit, et profugus iterū abijt in Amanitem. ℟. Cōgregatę. 313. L. iii.

Ad vltimū in exitium sui conclusus ab Areta Arabum

bum tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatē oībus odiosus: vt refuga legum: et execrabilis vt patrię: ⁊ ciuium hostis, in Aegyptū extrusus est: ⁊ q̄ multos de patria sua expulerat: peregre perijt Lacedęmona profectus: quasi ꝓ cognatione ibi refugium habiturus. Et qui insepultos multos abiecerat: ipse ⁊ illamentatus: et insepultus abijcitur: sepultura neq̄ peregrina vsus: neq̄ patrio sepulcro participans. ℟. Tua est potētia. 313.

SABBATHO.

De libro ij. Machabeorū. L. i.

Misit rex Antiochus senē quendā Antiochenum: q̄ compelleret Iudęos vt se trāsferrent a patrijs et Dei legib⁹: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, ⁊ cognominaret Iouis Olympij: et in Garizim, prout erant ij, qui locum inhabitabant: Iouis Hospitalis. Pessima autem: et vniuersis grauis erat malorum incursio: nam templum luxuria ⁊ comessationibus gentium erat plenum, scortantiū cum meretricibus: sacratisque ędib⁹ mulieres se vltro ingerebant, intro ferentes ea, quę nō licebat. ℟. Resulsit. 313. Lectio ij.

Altare etiā plenū erat illicitis: quę legibus ꝓhibebantur: neq̄ autem sabbatha custodiebantur: neq̄ dies solennes patrij seruabantur: nec simpliciter Iudęū se esse quisquā confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: ⁊ cū Liberi sacra celebrarētur: cogebātur hedera coronati. Libero circumire. Decretum autē exijt in proximas gentilium ciuitates suggerentibus Ptolemęis, vt pari modo ⁊ ipsi aduersus Iudęos agerent, vt sacrificarent: eos autem, qui nollēt transire ad instituta gentiū, interficerēt. Erat ergo videre miseriā ℟. Ornauerunt. 314. Lectio iij.

Duę enim mulieres delatę sunt, natos suos circuncidisse: quas, infantibus ad vbera suspensis cum publice per ciuitatem circunduxissent, per muros pręcipitauerunt. Alij vero ad proximos coeuntes speluncas, ⁊ latenter sabbathi diem celebrantes, cum indicati essent Philippo, flammis succensi sunt: eo quod verebantur propter religionem, ⁊ obseruantiā manu, sibimet auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea, quę acciderūt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. ℟. In hymnis. folio 314.

Sabbatho ante dnicam quintam Octob. ſm rubricam. 294

Ad Magnificat. Antiphona. Tua est potentia, tuum regnū dñe, tu es sup omnes gentes, da pacē domine in diebus nostris

Domi-

DOMINICA V. Octobris.

De libro ij. Machabeorū. Lec. j.

Gitur Eleazar⁹, vn⁹ de primorib⁹ scribarū, vir etate prouect⁹ & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam mādu care. At ille gloriosissimam⁹ mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntarie prebat ad suppliciū. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinēs, destinauitnō admittere illicita propter vite amorē. Qui autē, q astabāt, iniqua miseratione cōmoti, propter antiquā viri amicitiā, tollentes eū secreto, rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simularetur manducasse sicut rex imperauerat, de sacrificij carnibus: vt hoc facto a morte liberaretur: & propter veterē viri amicitiā, hāc in eo faciebant humanitatem.

℟. Adaperiat. 312. Lectio ij.

At ille cogitare cepit etatis ac senectutis sue eminentiā dignā, & ingenite nobilitatis canitiē, atq; a puero optime cōuersationis actus, & secundū sancte & a deo cōdite legis constituta, respōdit cito: dicēs premitti se velle in infernum. Non enī etati nostre dignum est, inquit, fingere: vt multi adolescētes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorū transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem & propter modicum corruptibilis vite tēpus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationē mee senectuti conquiram. Nam, etsi in presenti tēpore supplicijs hominum eripiar, sed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedēdo, senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplū forte relinquā, si prompto aio ac fortiter pro grauissimis ac sāctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis, confestim ad suppliciū trahebatur.

℟. Exaudiat. 313. Lectio iij.

Contigit autem septem fratres vna cum matre sua apprehensos, compelli a rege edere contra fas, carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Unus autem ex illis, qui erat primus, sic ait: Quid quęris? & quid vis discere a nobis? Parati sumus mori magis, quam patrias Dei leges preuaricari. Irat⁹ itaq; rex iussit sartagines & ollas eneas succendi quibus statim succensis, iussit ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoq; manus & pedes ei precidi, ceteris eius fratribus, & matre inspicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus esset,

iussit ignem admoueri, et adhuc spirantes torreri in sartagine: in qua cũ diu cruciaret, ceteri vna cũ matre iuicẽ se hortabant mori fortiter. ℟. Cõgregati. 323.

Ser. 5. Greg. Nazianzeni. L. iiij.

Eleazarus primitię eorũ qui hic ante Christũ sũt passi, quemadmodũ post Christum Stephanus. Is vir et sacerdos et senex, canus capillis, canus et prudentia, prius quidem pro populo sacrificabat, et orabat, nunc autem semetipsum hostiam obtulit Deo perfectissimam, ad totius populi expiationem, aptum certaminis initium, ad quod loquens, tacitusque cohortabatur: obtulit autem et filios septem, sue opera disciplinę, hostiam viuentem, sanctam, beneplacitam Deo, omni legali sacrificio splẽdidiorem, et puriorem: que sunt enim filiorũ, ad patrẽ referri ęquissimum, ac iustissimũ est. ℟. Impetum folio. 313. Lectio v.

Ibi tũc generosi, et magnanimi pueri, generosę mřis nobilis proles gloriosi veritatis propugnatores, Antiochi tẽporibus excelsiores, veri Mosaicę legis discipuli, patrię morũ ac rituum obseruatissimi, numerus apud Hebręos laudabilis, et propter septenarię getis mysteriũ venerabilis, vnũ spirantes, vnũ spectãtes: vnũ illud vitę iter sciẽtes, vt mortẽ Dei causa susciperent, non minus animis fratres quam corporibus, inter se mutuę mortis ęmuli. Proh miraculum, tormenta quasi thesauros pręripientes, pro magistra lege pericula subeuntes: quę nõ magis illata formidabant, quã relicta requirebãt, vnum illud veriti ne tyrãnus a pęna desisteret, nequis ipsorum sine corona pręmio discederet, ne inuiti fratres alij ab alijs seiũgerẽt, et ne in eo discrimine supplicia nõ ferẽtes, mala victoria superarẽt. ℟. Cõgregatę. 313. Lec vi.

Erat ibi fortis et generosa mater, puerorum simul ac Dei amans, cuius materna viscera supra naturę consuetudinem dilaniabantur: non enĩ filiorum, qui in tormentis erãt miserabatur, sed timore angebatur, ne non ea sustinerent: neque magis eos qui e vita migrauerant desiderabat, quam precabatur vt reliqui cum illis coniungerentur: de quibus viuis magis, quam de mortuis erat solicita. Horum enim dubium erat certamen, at illorũ secura dissolutio. Atque illos quidem iã Deo adiunxerat: de his vero, quemodo eos deus susciperet, laborabat. O virilem animum in corpore muliebri: o admirabile magni animi incremẽtum. ℟. Tua est potentia. 313.

F. FERIA SECVNDA.

De libro ij. Machabeorũ. L. j.

Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentes deduce/

ducebant ad illudenduz: et cute capitis eius cū capillis abstra cta interrogabant, si manduca ret prius quam toto corpore p membra singula puniretur. At ille rīdens patria voce dixit: Non faciam. Propter quod et iste sequenti loco primi tormen ta suscepit, et in vltimo spiritu constitutus sic ait: Tu quidē sce lestissime in presenti vita nos p dis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus eterne vi te resurrectiōe suscitabit. Post hunc Tertius illuditur, et lin guam postulatus, cito protulit: et manus constanter extendit: et cum fiducia ait: E celo ista pos sideo, sed pter Dei leges nūc hec ipsa despicio: quoniam ab ipso me ea recepturum spero, ita vt rex, et qui cū ipso erāt, mi rarentur adolescentis animum quod tanquam nihilum duce ret cruciatus. ℟. Dixit Judas Simoni. 314. Lco secunda.

Et hoc ita defūcto. Quar tū vexabant similiter tor quentes. Et cū iaz esset ad mor tem, sic ait. Potius est ab homi nibus morti datos spez expecta re a Deo, iteruz ab ipso resusci tandos: tibi eniz resurrectio ad vitam non erit. Et cum admo uissent Quintum, vexabant eū: At ille respiciens in euz dixit: Potestatem inter homines ha bens cum sit corruptibilis, facis qd vis. Noli aūt putare genus nostrū a Deo esse derelictuz: tu aūt patienter sustine, et videbis magnā potestatem ipsius, qua liter te et semen tuuz torquebit. Post hunc ducebant Sextum: . is mori incipiens: sic ait: Noli frustra errare, nos enim pter nosmetipsos hoc patimur, pec cantes in Deum nostrum: et di gna admiratione facta sūt in no bis: tu autē ne existimes tibi im pune futurū quod contra Deū pugnare tentaueris. ℟. Orna uerunt. 314. Lectio tertia.

Supra modū autē mater mirabilis, et bonoruz me moria digna, que percuntes se ptem filios sub vnius diei tēpo re conspiciens, bono animo fe rebat propter spem, quam in Deo habebat: singulos illorum hortabatur voce patria forti ter, et repleta sapientia, et femi nee cogitationi masculinum a nimum inferens, dixit ad eos: Nescio qualiter in vtero meo apparuistis: neque enim ego spi ritum, et animam donaui vobis et vitam: et singulorum membra non ego ipsa compegi: sed enim mūdi creator, qui formauit ho minis natiuitatem, quique om niū inuenit originem, et spiritū vobis iteruz cum misericordia reddet, et vitam, sicut nunc vos metipsos despicitis pter le ges eius. ℟. In hymnis. 314.

FERIA TERTIA.

De libro 2. Machabeorum. c. 7.

Antiochus autē cōtēni se arbitratus, simul et expro brantis

brātis voce despecta, cū adhuc adolescentior superesset, nō solum verbis hortabatur, sed et cū iuramento affirmabat, diuitē se, et beatū facturū, et translatū a patrijs legibus amicum habiturū, et res necessarias ei prebiturum. Sed ad hec cum adolescens nequaquā inclinaretur, vocauit rex matrē, et suadebat ei, vt adolescēti fieret in salutē. Cum autem multis eā verbis esset hortatus, promisit suasurā se filio suo. Itaq; inclinata ad illum, et irridens crudelē tyrannum, ait patria voce: Fili mi miserere mei, que te in vtero nouē mensibus portaui, et lac triēnio dedi, et laui, et in etatem istā perduxi. R. Hic est. 314. Lec. ii.

Peto nate, vt aspicias ad celum, et terram, et ad omnia que in eis sunt: et intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus, et hominū genus: ita fiet vt nō timeas carnificem istum: sed dignus fratribus tuis effect⁹ particeps, suscipe mortem: vt in illa miseratione cum fratib⁹ tuis te recipiā. Cum hec illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinetis? non obedio precepto regis sed precepto legis: que data est nobis per Moysen. Tu vero qui inuētor omnis malitie factus es in Hebreos, non effugies manum Dei. Nos enī pro peccatis nostris hec patimur. Et, si nobis propter increpationem, et correptionem dominus deus noster modicū iratus est, sed iterum reconciliabitur seruis suis. R. Tu domine. 314. Lectio tertia.

Tu autem, o scelleste, et omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in seruos eius inflammatus: nondum enim omnipotentis Dei, et omnia inspicientis iudicium effugisti. Nā fratres mei, modico nunc dolore sustētato sub testamento eterne vite effecti sunt: tu vero iudicio dei iustas superbie tue penas exolues. Ego autem sicut et fratres mei, animam, et corpus meum trado pro patrijs legibus: inuocans Deum maturius gēti nostre propitium fieri, teque cum tormentis et verberibus confiteri: quod ipse est deus solus. In me vero, et in fratribus meis desinet omnipotentis ira, que super omne genus nostrum iuste superducta est. Tunc rex accensus ira, in hūc super omnes crudelius desęuijt, indigne ferens se derisum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in dño cōfidens. Nouissime autem, post filios et mater consumpta est. R. Aperi oculos. 324.

FERIA QVARTA.

De libro ij. Machabeorū. L. i.

Constituit autē Nicanor vt regi tributū: quod Romanis erat dandū: duo millia talētorū de captiuitate Iudeorū suppleret: statimq; ad maritimas

ca. 8.

timas ciuitates misit conuocās ad coemptionē Iudaicorū mā cipiorū, promittens se nonaginta mancipia talēto distracturū non respiciens ad vindictā, quę eum ab omnipotente esset cōsecutura. Iudas autē vbi operit, indicauit ijs, qui secum erant Iudęis Nicanoris aduentū. Ex quibus quidam formidantes, & nō credentes Dei iustitię, in fugaȝ vertebātur: alij vero siquid eis superaret vendebant, simulque dominū deprecabantur, vt eriperet eos ab impio Nicanore. ℟. Refulsit. 313. Lect. ij.

Conuocatis autem Machabeus septem millib⁹, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neq; metuerent iniquam venientiuȝ aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderēt ante oculos habentes contumeliam, quę loco sancto ab his iniuste esset illatam, temque & ludibrio habitę ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum instituta conuulsa. Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul & audacia: nos autem in omnipotēte dño, qui potest & venientes ad uersum nos: et vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus. Admonuit autem eos, & de auxilijs Dei, quę facta sunt erga parentes, & quod sub Sēnacherib centuȝoctogintaquinque millia perierunt. ℟. Ornauerunt. 314. Lectio iij.

His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. Constitui itaq; fratres suos duces vtrique ordini, Simonem, & Iosephum, & Ionathain, subiectis vnicuique millenis & quingentenis. Ad hoc etiam, ab Esdra lecto illis sancto libro, & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente, interfecerunt super nouem millia hominuȝ: maiorem autem partem exercitus Nicanoris, vulneribus debileȝ factam, fugere compulerunt. Pecunijs vero eoruȝ, qui ad emptionem ipsorum venerant, sublatis, ipsos vsquequaq; persecuti sunt: sed reuersi sunt ora conclusi, nam erat ante sabbathuȝ: quam ob causaȝ non perseuerauerunt insequentes. Arma aūt ipsorum & spolia congregantes sabbathum agebant, benedicētes dominum, qui liberauit eos in isto die, misericordię initium stillans in eos. Post sabbathū vero debilibus, & orphanis, & viduis diuiserunt spolia: & residua ipsi cum suis habuere. ℟. In hymnis. 314.

FERIA QVINTA.

De libro ij. Machabeorū. L. j.

Eodem tēpore Antioch⁹ inhoneste reuertebatur ō Perside: intrauerat enim in eā quę dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templuȝ, & ciuitatem

9. ca.

I tez opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugaz versi sunt: et ita contigit, vt Antiochus post fugã turpiter rediret: et cuz venisset circa Ecbatanaz, recognouit que erga Nicanorẽ, et Timotheũ gesta sunt. Elatus autez in ira, arbitrabatur se iniuriã illorum, qui se fugauerant, posse in Judeos retorquere: ideoqz iussit agitari currũ suum, sine intermissione agens iter, celesti euz iudicio perurgente, eo quod ita superbe locutus est se venturuz Jerosolymam, et congeriez sepulchri Judeorũ eam facturum. ℟. Adaperiat. 312. Lectio secunda.

S Ed qui vniuersa conspicit dñs Deus Jsrael, percussit euz insanabili, et inuisibili plaga. Ut enim finiuit hunc ipsum sermonẽ, apprehendit eũ dolor dirus viscerũ, et amara internorũ tormenta: et quidem satis iuste, quippe multis et nouis cruciatibus aliorũ torserat viscera, licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. Sup hoc autẽ superbia repletus, ignẽ spirans aio in Judeos, et precipiens accelerari negociũ, contigit illũ impetu euntez de curru cadere, et graui corporis collisione mẽbra vexari. ℟. Exaudiat. 323. Lectio iij.

I Sqz, qui sibi videbatur et fluctibus maris iperare, supra humanũ modũ superbia repletus, et montiũ altitudines in statera appẽdere: nunc humiliatus ad terrã in gestatorio portabat, manifestã dei virtutẽ in semet ipso cõtestãs: ita vt de corpore ipsi, vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent: odore ẽt illius, et fetore exercitus grauaretur: et qui paulo ante sidera celi contingere se arbitrabat: eũ nemo poterat ꝑpter intolerantiã fetoris portare. ℟. Cõgregati sũt. 313.

FERIA SEXTA.

De libro ij. Machabeorũ. L. j.

M Achabeus autem, et qui cuz eo erant, dño se protegente, templuz quidez, et ciuitatem recepit: aras autez, quas alienigene per plateas extruxerant, itẽque delubra demolitus est, et purgato templo aliud altare fecerunt: et de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post bienniuz, et incensum, et lucernas, et panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogabant dñm prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent: sed et si quando peccassent, vt ab ipso mitius corriperentur: et non barbaris, ac blasphemis hominibus traderentur. Qua die autez templus ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purificationez fieri vicesima quinta mensis, qui fuit Casleu. ℟. Imperiũ. 313. Lectio ij.

A T Timotheus qui prius a Judeis fuerat superatus

puocato exercitu pegrinę multitudinis, ⁊ congregato equitatu Asiano aduenit, quasi armis Iudęa capturus. Machabęus autem, ⁊ qui cum ipso erant ap propinquante illo deprecabant dn̄m, caput terra aspergentes, lumbosq́ꝫ ciliciis pręcincti ad altaris crepidinem prouoluti: vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus, ⁊ aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, ⁊ proximi hostibꝰ effecti, resederunt. ℞. Congregatę. 313. Lectio iij.

P Rimo autem solis ortu; vtrique commiserunt: illi quidem victorię ⁊ prosperitatis sponsorem cuꝫ virtute dn̄m habentes: illi autem ducem belli animum habebant: sed cum vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cęlo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Iudęis pręstantes: ex quibus duo Machabęum medium habentes, armis suis circumseptum, incolumem conseruabant: in aduersarios autem tela, ⁊ fulmina iaciebant, ex quo ⁊ cęcitate confusi: ⁊ repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, ⁊ equites sexcenti. Timotheus vero confugit in Gazaram, pręsidiū munitum, cui pręerat Chereas. ℞. Tua est potentia. 313.

SABBATHO.

De libro ij. Machabęorū. Ca. x.

M Achabęus autem semper confidebat cuꝫ omni spe auxilium sibi a Deo affuturū, ⁊ hortabatur suos ne formidarēt ad aduentū nationū, sed in mente haberēt adiutoria sibi facta de cęlo, ⁊ nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturā victoriaꝫ. Et allocutus eos de lege, ⁊ prophetis, admonens etiam certamina, quę fecerant prius, promptiores constituit eos: ⁊ ita animis eoruꝫ erectis simul ostendebat gentium fallaciā, ⁊ iuramētoruꝫ pręuaricationem. Singulos autem illorum armauit nō clypei, ⁊ hastę munitiōe, sed sermonibus optimis, ⁊ exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lętificauit. ℞. Refulsit. 313. Lect. ij.

c. 15.

E Rat autem huiuscemodi visus. Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonū ⁊ benignum verecundum visu, modestum moribus, ⁊ eloquio decorum, ⁊ qui a puero in virtutibus exercitatus sit, manus ꝓtendentem orare pro omni populo Iudęorum. Post hoc apparuisse ⁊ alium virum ętate: ⁊ gloria mirabilem, ⁊ magni decoris habitudine circa illuꝫ: respondenteꝫ vero Oniaꝫ dixisse. Hic est fratruꝫ amator, ⁊ populi Israel: hic est, q multū orat ꝓ populo, ⁊ vniuersa sancta ciuitate Ieremias propheta Dei:

Extendisse

Extendisse autez Jeremiã dex
teraz, et dedisse Judę gladiũ au
reuz dicẽtez: Accipe sanctũ gla
diũ munus a Deo, in quo deij/
cies aduersarios populi mei Is
rael. R. Ornauerũt. 314. Le.iij.

E Xhortati itaque Judę ser
monibus bonis valde, de
quibus extolli posset impetus, ⁊
animi iuuenum confortari: sta
tuerũt dimicare, ⁊ cõfligere for
titer, vt virtus de negocijs iudi
caret, eo quod ciuitas sancta, ⁊
templum periclitarent: erat eñ
pro vxoribus, et filijs, itemque
pro fratribus: ⁊ cognatis minor
solicitudo: maximus vero et pri
mus pro sanctitate timor erat tẽ
pli: sed et eos qui i ciuitate erãt
nõ minima solicitudo habebat
pro his qui congressuri erant.
R. In hymnis, ⁊ confes. 314.

Sabbatho ante dñicã j. Noue.
Ad Ma. Añ. Vidi dñz sedentẽ
super soliũ excelsũ, ⁊ plena erat
ois terra maiestate ei⁹: et ea q̃
sub ipso erant, replebant tẽplũ.

DOMINICA I. Nouembris.

Incipit liber Ezechielis pro/
phetę. Lectio prima.

E T factũ est i trice/
simo anno, i quar
to mẽse, i quinta
mẽsis: cũ essem in
medio captiuor
iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cęli, ⁊ vidi vi/
siones Dei. In quinta mensis,
(ipse est annus quintus trãsmi
grationis regis Joachin) factũ
est verbuz Domini ad Ezechie
lem filium Buzi, sacerdotem
in terra Chaldęorum secus flu
men Chobar: et facta est super
eum ibi manus Domini. Et vi/
di, et ecce ventus turbinis ve/
niebat ab Aquilone, et nubes
magna, ⁊ ignis inuoluens, et
splendor in circuitu eius: ⁊ de
medio eius quasi species ele/
ctri, idest de medio ignis. R.
V idi Dominum sedentem su
per solium excelsum, ⁊ eleuatũ
⁊ plena erat omnis terra maie
state eius: Et ea, quę sub ipso
erant, replebant templum. V.
Seraphim stabant super illud:
sex alę vni, ⁊ sex alteri. Et ea,
quę. Lectio secunda.

E T in medio eius similitu
do quatuor animaliuz: ⁊
hic aspectus eoruz. Similitudo
hominis i eis, ⁊ quatuor facies
vni, ⁊ quatuor pennę vni, et pe/
des eorũ pedes recti: ⁊ planta
pedis eorum quasi plãta pedis
vituli: ⁊ scintillę, quasi aspect⁹
ęris candentis: et manus ho/
minis sub pennis eorum in qua
tuor partibus: ⁊ facies et pen/
nas p quatuor partes habebãt,
iunctęque erant pennę eorum
alterius ad alterum. Non re/
uertebãtur cum incederent: sed
vnumquodqz ante faciem suaz
gradiebatur. R. Aspice domi
ne de sede sancta tua, ⁊ co/
gita de nobis: inclina Deus
meus aurem tuaz, et audi. Ape

ri oculos tuos, ⁊ vide tribulationē nostrā. ℣. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Joseph. Aperi. Lect. iij.

Similitudo autē vult⁹ eorum facies hois, ⁊ facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies aūt bouis a sinistris ipsorū quatuor, ⁊ facies aquilę desuper ipsorū quatuor. Et facies eorum, ⁊ pennę eorū extentę desuper. Duę pennę singulorum iungebant, ⁊ duę tegebāt corpora eorū. Et vnumquodqꝫ eorū corā facie sua ambulabat. Ubi erat impetus spirit⁹, illuc gradiebantur: nec reuertebant cum ambularent. ℟. Aspice dñe, quia facta est desolata ciuitas plena diuitijs, sedet in tristitia domina gentiū. Non est qui consoletur eam nisi tu De⁹ noster. ℣. Plorans plorauit in noctę ⁊ lacrymę eius in maxillis eius. Non est qui consol.

De expositione s. Gregorij Pape in Ezechielē pphetā. Le. iiij.

Cuius prophetice locutionis est, vt prius personā, tempus, locumqꝫ describat, ⁊ postmodum dicere mysteria pphetię incipiat, quatenus ad veritatem solidius ostendendā ante historię radicem figat, ⁊ post fructus spiritus per signa, ⁊ allegorias proferat. Ezechiel itaque ętatis suę tempus indicat dicens: Et factum est in tricesimo anno, in quarto mense, in quinta mensis. Locum quoque denuncians adiungit: Cum essem in medio captiuorū iuxta flumen Chobar, aperti sunt cęli, ⁊ vidi visiones domini. Tempus etiam insinuat, subdens. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin. Qui vt bene personam indicet, etiam genus narrat, cum subdit: Et factum est verbū Dñi ad Ezechielē filiū Buzi, sacerdotē. ℟. Super muros tuos Jerusalē constitui custodes: Tota die ⁊ nocte non tacebunt laudare nomen Dñi. ℣. Prędicabunt populis fortitudinē meā, ⁊ annunciabunt gentibus gloriam meam. Tota. Lectio v.

Sed prima quęstio nobis oritur, cur is, qui nihil adhuc dixerat, ita exorsus ē dicēs. Et factū est in tricesimo anno. Et, namqꝫ sermo coniunctionis est, ⁊ scimus: quia non coniūgitur sermo subsequēs, nisi sermoni prędenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit? Et factum ē, cum nō sit sermo, cui hoc quod incipit, subiungat. Qua in re intuendum est, quia sicut nos corporalia, sic prophetę sensu spirituali aspiciunt: eisqꝫ ⁊ illa sūt pręsentia, quę nostrę ignorantię absentia videntur. Unde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta sint exterioribus interiora quatenus simul vtraque videant: simulque in eis fiat ⁊ intus verbum quod audiunt, et

foras quod dicunt. ℟. Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos domine, et armis tuę poten tię protege nos semper. Libera domine Deus Israel clamātes ad te. ℣. Erue nos in mirabili bus tuis, et da gloriam nomini tuo. Libera. Lectio vi.

Patet igitur causa, cur qui nihil dixerat, ichoauit di cens: Et factum est in tricesimo anno: quia hoc verbū, quod fo ris protulit, illi verbo, quod in tus audierat, coniunxit. Conti nuauit ergo verba, quę protu lit, visioni intimę, et idcirco in cipit, dicens: Et factum est. Subiunxit enim hoc quod exte rius loqui incboat: acsi et illud foris sit quod intus vidit. Hoc autem, quod dicitur: quia in tricesimo anno spiritū prophe tię acceperit, indicat aliquid nobis considerandū: videlicet: quia iuxta rationis vsū doctri nę sermo nō suppetit, nisi in ęta te perfecta. Unde et ipse domi nus anno duodecimo ętatis suę in medio doctorum in templo sedens, non docens, sed interro gans voluit inueniri. ℟. Susti nuimus pacē, et non venit: quę siuimus bona, et ecce turbatio: cognouimus Domine peccata nostra. Non in perpetuū obli uiscaris nos. ℣. Peccauimus impie gessimus, iniquitatem fecimus Domine in omnem iu stitiam tuam. Non.

vij. ℟. Laudabilis populus, Quem dominus exercituū be nedixit, dicens: opus manuum mearū tu es hereditas mea Is rael. ℣. Beata gens cuius est Dominus Deus, populus ele ctus in hereditatem. Quem.

℟. viij. Duo Seraphim. 258.

¶ Infra hebd. fer. iiij. dr̄ ℟a ibi assignata: i Sabbatho autē dicitur primū ℟. Laudabilis. et scdm̄ et tertiū secūdę seq. ferię. Respōsoria huius Dnicę dr̄ in alijs Dnicis vsq; ad Aduentū.

FERIA SECVNDA.

De Ezechiele propheta. Lec. i.

Et audiui loquentem ad me, et dicentem: Fili ho minis, mitto ego te ad filios Is rael, ad gentes apostatrices, quę recesserunt a me. Ipsi et pa tres eorum pręuaricati sunt pa ctum meū vsque ad diē hunc. Et filij dura facie, et indomabi li corde sunt, ad quos ego mit to te: et dices ad eos: Hęc dicit Dominus Deus, si forte vel ip si audiant, et si forte quiescant: quoniam domus exasperans est: et scient quia propheta fue rit in medio eorum. ℟. Rede mit populum suū, et liberauit eum: et venient et exultabunt in montem Sion: et gaudebunt de bonis Domini super frumento vino, et oleo. Et vltra non esu rient. ℣. Eritque anima eorū quasi hortus irrigans. Et.

Ca. 2.

Lectio secunda.

Tu ergo fili hominis, ne ti meas eos, neq; sermones

eorum metuas, quoniam incre duli, et subuersores sunt tecum, et cũ scorpionibus habitas. Uerba eorũ ne timeas, et vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Loqueris ergo verba mea, ad eos, si forte audiant, et quiescant: quoniam irritatores sunt. ℟. Angustie mihi sunt vndique, et quid eligam ignoro. Melius est mihi incidere in manus hominum: quam derelinquere legem Dei mei. ℣. Si enim hoc egero, non effugiam manus vestras. Melius est. Lectio iij.

Tu autem fili hominis, audi quecunque loquor ad te et noli esse exasperãs sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum, et comede quecunque ego do tibi. Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber: et expandit illum coram me: qui erat scriptus intus: et foris, et scripte erant in eo lamentationes: et carmen, et ve. ℟. Misit Dominus angelum suum, et conclusit ora leonum. Et non contaminauerunt: quia coram eo iniustitia inuenta nõ est in me. ℣. Misit Deus misericordiam suam, et veritatem suam: animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et dixit ad me, Fili hominis, quodcunque inueneris comede, comede volumẽ istud et vadens loquere ad filios Israel. Et aperui os meum, et cibauit me volumine illo. Et dixit ad me. Fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua cõplebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: et factũ est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me. Fili hominis vade ad domũ Israel, et loqueris verba mea ad eos. ℟. A facie furoris tui Deus conturbata est omnis terra. Sed miserere Dñe, et ne facias cõsummationem. ℣. Domine Dominus noster: quam admirabile est nomẽ tuum. Sed. Lectio ij.

Non enim ad populum profundi sermonis, et ignote lingue tu mitteris, ad domum Israel: neque ad populos multos profũdi sermonis, et ignote lingue: quorum non possis audire sermones: et, si ad illos mitteris, ipsi audirent te. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Omnis quippe domus Israel attrita fronte est, et duro corde. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem et vt silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos: neque metuas a facie eorum: quia domus exasperans est. ℟. Ciuitatem istam tu circunda Dñe: et angeli tui custodiant muros eius. Exaudi Domine populum tuum cum misericordia ℣.

℣. Auertatur furor tuus domine, a populo tuo, et a ciuitate sancta tua. Exaudi. Lectio tertia.

Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, et auribus tuis audi. Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, et loqueris ad eos. Hec dicit dominus Deus: si forte audiant, et quiescant. Et assumpsit me spiritus, et audiui post me vocem commotionis magne: Benedicta gloria domini de loco suo: et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram: et vocem rotarum sequentium animalia, et vocem commotionis magne. ℟. Genti peccatrici, populo pleno peccato miserere Domine Deus. ℣. Esto placabilis super nequitiam populi tui. Domine.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et factus est sermo domini ad me dicens: Et tu fili hominis hec dicit dominus Deus terre Israel. Finis venit, venit finis super quatuor plagas terre: nunc finis super te, et immittam furorem meum in te, et iudicabo te iuxta vias tuas, et ponam contra te omnes abominationes tuas, et non parcet oculus meus super te: et non miserebor sed vias tuas ponam super te: et abominationes tue in medio tui erunt: et scietis quia ego dominus. ℟. Indicabo tibi homo, quid sit bonum aut quid dominus requirat a te. Facere iudicium et iustitiam, et solicitum ambulare cum domino tuo. ℣. Spera in domino et fac bonitatem, et inhabita terram. Facere. Gloria propria vt supra repetuntur in alijs hebdo. vsque ad Aduentum. Lect. ij.

Hec dicit dominus Deus: Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit. Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus prope est dies occisionis, et non glorie montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, et complebo furorem meum in te. Et iudicabo te iuxta vias tuas, et imponam tibi omnia scelera tua. Et non parcet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi, et abbominationes tue in medio tui erunt: et scietis, quia ego sum dominus percutiens. ℟. Angustie. 330. vt in secunda feria et Lectio iij.

Ecce dies ecce venit egressa est contritio floruit virga: germinauit superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis, non ex eis et non ex populo, neque ex sonitu eorum, et non erit requies in eis. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit non letetur et qui vendit non lugeat: quia ira super omnem populum eius: quia qui vendit, ad id, quod vendidit, non reuertetur: et ad-

huc in viuentibus vita eorum: ℟. Misit dominus. folio. 330.

FERIA QVINTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum domini. Hec dicit dominus Deus. Ve prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. Quasi vulpes in desertis prophete tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murū pro domo Israel: vt staretis in prelio in die domini. Vident vana, & diuinant mendacium dicentes: Ait dominus: cuȝ dominus nō miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. ℟. Vidi dominū. 323. Lect. secunda.

Nunquid nō visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacē locuti estis? & dicitis, Ait dominus: cuȝ ego nō sim locutus. Propterea hec dicit dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendaciuȝ, ideo ecce ego ad vos, dicit dominus Deus, & erit manus mea super prophetas, q vident vana, & diuinant mendacium: in concilio populi mei nō erunt & in scriptura domus Israel nō scribentur, nec in terrā Israel ingredientur: & scietis qa ego dominus Deus: eo quod deceperint populum meum, dicentes, Pax: & non est pax: & ipse edificabat parietem, illi autem linebant euȝ luto absq; paleis. ℟. Aspice domine de sede sancta tua. fol. 326. Lectio tertia.

Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans: & dabo lapides pregrādes desuper irruentes, & ventum procelle dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quam linistis? Propterea hec dicit dominus Deus. Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grādes in ira, in cōsumptionē. Et destruam parietem, queȝ linistis absque temperamento. ℟. Aspice domine, quia. 329.

FERIA SEXTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et fact⁹ est sermo domini ad me, dicens. Fili hominis, qd fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemoruȝ, que sunt inter ligna syluaruȝ? Nunquid tolletur de ea lignū, vt fiat op⁹, aut fabricabitur de ea paxill⁹, vt dependeat in eo quodcunq; vas? Ecce igni datū est in escā: vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas ei⁹ redacta est in fauillā: nunquid vtile erit ad opus? Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus:

opus:quanto magis,cum illud ignis deuorauerit,& combusserit, nihil ex eo fiet operis? ℟. Super muros. 329. Lcō secunda.

Propterea hec dicit dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna syluarū quod dedi igni ad deuorandū, sic tradam habitatores Jerusalem. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos, & scietis, quia ego dominus, cum posuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam, & desolatam,eo quod preuaricatores extiterint, dicit dominus Deus. ℟. Muro tuo. 330. Lectio iij.

Et factus est sermo domini ad me,dicens. Fili hominis,notas fac Jerusalē abominatiões suas:& dices: Hec dicit dominus Deus Jerusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorrheus, & mater tua Cethea. Et quando nata es, in die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus,& aqua non es lota in salutem,nec sale salita,nec inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his,misertus tui:sed proiecta es super faciē terre in abiectione anime tue in die qua nata es. ℟. Sustinuimus. 330.

SABBATHO.

De Ezechiele propheta. Lec.i.

Et tu assume planctum super principes Jsrael,& dices: Quare mater tua leena inter leones cubauit? in medio leunculorū enutriuit catulos suos? Et eduxit vnum de leunculis suis,leo factus est, & didicit capere predā hominemq; comedere. Et audierunt de eo gentes,& non absq; vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti. Que cū vidisset, quoniam infirmata est, & periit expectatio eius, tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eū, q incedebat inter leones & factus est leo, & didicit predam capere, & homines deuorare: didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius a voce rugitus illius. ℟. Laudabilis. 330. Lectio secunda.

Et conuenerunt aduersus eū gentes vndiq; de prouincijs,& expanderūt super eū rete suum, in vulneribus earū captus est. Et miserunt eum in caueam,in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis:miserūtq; eū in carcere, ne audiretur vox eius vltra sup mōtes Jsrael. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo sup aquā plantata est. Fructus eius, & frōdes eius creuerunt ex aquis multis. Et facte sunt ei virge solide in sceptra dominantium: & exaltata est statura eius inter frondes & vidit altitudinem suā in mul

titudine palmitum suorum. ℟. Angustię. 330. Lectio tertia.

Et euulsa est in ira, in terramq; proiecta: & ventus vrens siccauit fructū eius: marcuerunt, & arefactę sunt virgę roboris eius ignis comedit eā. Et nunc trāsplantata est in desertum, in terra inuia, & sitiēti: & egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comedit, & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctū. ℟. Misit dominus. 330.

Sabb. ante dñicā v. Nouembr. Ad Mag. Añа. Aspice domine, q̄a facta est desolata ciuitas plena diuitijs, sedet in tristitia domina gentiū, non est qui consoletur eā, nisi tu Deus noster.

Si Nouember habeat v. Dñicas, tunc ij. Dñica leguntur sequentes Lectiones de Ezechiele: si vero habeat tantum quatuor, Secunda Dñica legetur liber Danielis positus in iij. dñica, & duabus sequentibus Dominicis Prophete minores.

DOMINICA III Nouembris.

t.21. De Ezechiele propheta. Lec. i.

Et factus ē sermo domini ad me: dicens: Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, et stilla ad sāctuaria, et propheta contra humum Israel: et dices terrę Israel. Hęc dicit dominus deus. Ecce ego ad te, et eijciam gladium meum de vagina sua, et occidam in te iustum et impium. Pro eo autem quod occidi in te iustum, et impium: idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsque ad Aquilonē, vt sciat omnis caro, quia ego dominus eduxi gladium meum de vagina sua irreuocabilem. ℟. Vidi. 329.

¶ Responsoria Dñicę preteritę dicuntur in omnibus Dñicis vsq; ad Aduentum. Lectio ij.

Et tu fili hominis ingemisce in cōtritione lūborū, & in amaritudinibus ingemisce coram eis: cūq; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices: Pro auditu quia venit, et tabescet omne cor, et dissoluentur vniuersę manus, et infirmabitur omnis spiritus, et per cūcta genua fluent aquę: ecce venit: et fiet: ait dñs Deus. Et factus est sermo domini ad me, dicens: Fili hominis propheta, et dices: Hęc dicit dominus Deus. Loquere: Gladius, gladius exacutus est, et limatus: vt cędat victimas, exacutus est: vt splendeat, limatus est: qui moues sceptrum filij mei, succidisti omne lignū. Et dedi eum ad lęuigandum vt teneatur manu, iste exacutus est gladius, et iste limatus est, vt sit in manu interficientis. ℟. Aspice Domine

de sede. 329. **Lectio iiij.**

Clama & vlula fili hominis: quia hic factus est in populo meo, hic in cunctis ducibus Israel qui fugerant, gladio traditi sunt cum populo meo: ideirco plaude super femur, quia probatus est, & hoc, cum sceptrum subuerterit, & non erit: dicit dominus deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magne, qui obstupescere eos fecit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. ℟. Aspice Domine quia. folio 329.

De expositione s. Hieronymi presb. in Ezechielem prophetam. L. iiij.

Quia supra dixerat: Ipsi dicunt de me, nunquid non per parabolas loquitur iste? & apertam populus flagitabat sententiam: ideirco dominus, id quod per metaphoram, siue parabolam, & vt alij vertere, prouerbium est locutus, nunc manifestius loquitur: saltus Mageb, & Daron, & Theman esse Jerusalem, & templum illius Sancta sanctorum, & omnem terram Jude, flammamque: que combustura sit saltum: intelligi gladium deuorantem, qui eductus est de vagina sua, vt interficiat iustum & impium. Hoc est enim lignum viride, & lignum aridum. Unde & dominus: Si in ligno, ait, viridi tanta faciunt, in sicco quid facient?

℟. Super muros. 329. **Le. v.**

Primum dixerat. Uaticinare vel stilla ad Austrum, Africum, & meridiem, & saltum meridianum: Quod quia videbatur obscurum, & dicta prophete populus nesciebat, secundo ponitur manifestius, saltum meridianum esse Jerusalem, & omnes infructuosas arbores, ad quarum radices securis posita sit, intelligi habitatores eius, gladiumque interpretari pro incendio. Tertio iubetur prophete, vt tacentibus illis, & non interrogantibus, cur ista vaticinatus sit, faciat per que interrogetur, & respondeat que dominus locutus est. ℟. Muro tuo. 330. **Le. vi.**

Ingemisce, inquit, eiulare, non leui voce, nec dolore moderato, sed in contritione lumborum: vt gemitus tuus ex imis visceribus, & amaritudine proferatur. Et hoc facies coram eis, vt cum te interrogauerint, cur tanto gemitu conteraris & quid tibi mali acciderit, vt sic ingemiscas: tu eis meo sermone respondeas. Ideirco plango, & dolorem cordis mei dissimulare non valeo: quia auditus, qui semper meis auribus insonuerat, opere completur, & venit imminens, videlicet Babylonij furentis exercitus: qui cum venerit & vallauerit Jerusalem, tunc tabescet omne cor, & dissoluentur vniuerse manus, vt occupante pauore men

tes hominum, nullus audeat repugnare. ℟. Sustinuimus. 330.

FERIA SECUNDA.

De Ezechiele propheta. Lec. i.

Et factū est verbū dñi ad me dicēs: Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra, cum induxero super eam gladium: & tulerit populus terrę virum vnum, de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem: & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annunciauerit populo: audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinę, & non se obseruauerit: veneritq; gladius & tulerit eum: sanguis ipsi⁹ super caput eius erit sonum buccinę audiuit, & non se obseruauit: sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam saluabit. ℟. Redemit. fol. 330. Lectio secunda.

Quod si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina, & populus se non custodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinē autē eius de manu speculatoris requiram. Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: audiens ergo ex ore meo sermonē, annunciabis eis ex me. Si, me dicente ad impium: Impie, morte morieris, non fueris locutus, vt se custodiat impius a via sua: ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requirā. ℟. Angustię. 330. Lectio iij.

Si aūt, annunciante te ad impium, vt a vijs suis cōuertatur, non fuerit conuersus a via sua, ipse in iniquitate sua morietur, porro tu animam tuā liberasti. Tu ergo, fili hominis dic ad domum Israel: Sic locuti estis, dicētes: Iniquitates nostrę & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos, Viuo ego, dicit dominus Deus: nolo mortem impij: sed vt conuertatur impius a via sua: & viuat. Conuertimini, conuertimini a vijs vestris pessimis: & quare moriemini domus Israel? ℟. Misit. folio 330.

FERIA TERTIA.

De Ezechiele propheta. Lec. i.

Et factū est verbū domini ad me, dicēs: Fili hoīs propheta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastorib⁹. Hęc dicit dñs Deus. Vę pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nōne greges a pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis gregem autem meum non pascebatis: quod infirmum fuit nō consolidastis: & quod ęgrotum non sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum

c. 34.

ctum est, non reduxistis: & quod perierat, non quęsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cũ potẽtia. ℟ A facie. 330. Le. ij

Et dispersę sũt oues meę, eo quod non esset pastor: & factę sunt in deuoratione om nium bestiarũ agri, & dispersę sunt. Errauerunt greges mei i cunctis mõtibus, & in vniuerso colle excelso: & super omnem fa ciem terrę dispersi sunt greges mei: & non erat qui requireret, non erat inquam, qui require ret. Propterea pastores audite verbum domini: Viuo ego di cit dominus Deus, quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oues meę in deuora tionem omnium bestiarũ agri, eo quod nõ esset pastor, (neque enim quęsierunt pastores mei gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant) propterea pastores audite verbum domi ni. ℟ Ciuitatem. 330. Le. iij

Hec dicit dominus De⁹: Ecce ego ipse sup pasto res, requiram gregem meũ de manu eorum, et cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregẽ meum, nec pascant amplius pa stores semetipsos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltra eis in escam: quia hec dicit dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas: sicut visitat pa stor gregem suum in die quan do fuerit in medio ouium sua rum dissipatarum, sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus disp sę fuerant in die nubis & caligi nis. ℟ Genti peccatrici. f. 331.

FERIA QVARTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

In vicesimo quinto anno trãsmigrationis nostrę, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me man⁹ do mini: & adduxit me illuc. In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me su per montem excelsum nimis, su per quem erat quasi ędificium ciuitatis vergentis ad austrũ, & introduxit me illuc. ℟ In dicabo homo. folio 331.

Oratio fer. iiij precedentis hebdo Lectio secunda.

Et ecce vir, cuius erat spe cies quasi species ęris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensurę in manu e ius. Stabat aũt in porta, & locu tus est ad me idem vir: Fili ho minis vide oculis tuis, & auri bus tuis audi, & pone cor tuũ in omnia quę ego ostendam ti bi: quia vt ostendantur tibi, ad ductus es huc: annuncia om nia, quę tu vides domui Israel: ℟ Angustię mihi sunt vndi que. fol. 330. Lectio tertia.

Et ecce murus forinsecus in circuitu domus vndi

que, & in manu viri calam⁹ mē surę sex cubitorum, & palmo: & mensus est latitudinem ędificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno: & venit ad portam quę respiciebat viam orientalem, & ascendit per grad⁹ eius: & mensus est limen portę calamo vno latitudinem, id est limē vnū calamo vno latitudine. ℞. Misit dñs. fol. 330

FERIA QVINTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hic, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portę decem cubitorum erat: & latera portę quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et ingressus intrinsecus, mēsus est in frōte portę duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portę septem cubitorum ℞. Vidi dominum. 329. Le. ij.

Et mēsus est longitudinē eius viginti cubitorū, & latitudinē viginti cubitorū ante faciem tēpli. Et dixit ad me: Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem dom⁹ sex cubitorum, & latitudinem lateris quatuor cubitorum, vndiq; per circuitum domus. Latera autem latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminētia quę ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitū, vt continerent, & nō attingerent parietem templi. ℞. Aspice domine re. 329. Lectio tertia.

Et platea erat in rotūdū ascendens sursum per cochleam, & in cęnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, & in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum fundata latera ad mēsuram calami sex cubitorum spatio, & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum, & erat interior domus in lateribus domus ℞. Aspice domine, quia. 329.

FERIA SEXTA.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et duxit me ad portā, quę respiciebat ad viam Orientalem. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei, quasi vox aquarum multarum: & terra splendebat a maiestate eius. Et vidi visionem, secū dum speciem, quam videram quando venit, vt disperderet ciuitatem: & species secundū aspectum, quem videram iuxta fluuium Chobar, & cecidit super faciem meā. Et maiestas domini ingressa est templum per viam portę, quę respiciebat ad orientem: & eleuauit me

me spiritus, et introduxit me in atrium interius: et ecce repleta erat gloria dñi domus. ℟. Super muros tuos. 329. Lectio ij.

Et audiui loquentē ad me de domo: et vir stabat iuxta me: et dixit ad me. Fili hominis, locus solij mei, et locus vestigiorum pedum meorum, vbi habito in medio filiorum Israel in eternum: et non polluent vltra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi et reges eorum in fornicationibus suis: et in ruinis regum suorum et in excelsis. Qui fabricati sunt limē suum iuxta limen meum, et postes suos iuxta postes meos: et murus erat inter me, et eos: et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus: quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. ℟. Muro tuo. 330. Lectio iij.

Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, et ruinas regum suorum a me: et habitabo in medio eorum semper. Tu autem, fili hominis ostende domui Israel templum: et confundantur ab iniquitatibus suis: et metiantur fabricam, et erubescant ex omnibus que fecerunt. Figuram domus et fabrice eius, exitus et introitus, et omnem descriptionem eius: et vniuersa precepta eius: cunctumque ordinem eius: et omnes leges eius ostende eis: et scribes in oculis eorum: vt custodiant omnes descriptiones eius, et precepta illius, et faciant ea. ℟. Sustinuimus pacem. fol. 330.

SABBATHO.

De Ezechiele propheta. Lec. j.

Et conuertit me ad portā domus: et ecce aque egredie- c. 47. bantur subter limen domus ad Orientem. Facies enim domus respiciebat ad Orientem, aque autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiē altaris. Et eduxit me per viam porte Aquilonis, et cōuertit me ad viā foras portam exteriorem, viam que respiciebat ad Oriētem, et ecce aque redundantes a latere dextro. ℟. Laudabilis populus. 330. Lectio ij.

Cum egrederet vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, et mēsus ē mille cubitos: et traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumque mensus est mille, et traduxit me per aquam vsque ad genua: et mensus est mille: et traduxit me per aquam vsque ad renes: et mensus est mille, torrentem, quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aque profundi torrentes, qui non potest transuadari. ℟. Angustie. 330. Lectio iij.

Et dixit ad me. Certe vidisti fili hominū. Et eduxit me: et conuertit ad ripam torrētis. Cumque me cōuertissem, ecce in ripa torrētis ligna multa nimis ex vtraque parte: et ait ad me:

me: Aque iste, que egrediuntur ad tumulos Sabuli orientalis, et descendunt ad plana deserti, intrabunt mare, et exibunt, et sanabuntur aque. Et omnis aia viuens, que serpit quocunque venerit torrens, viuet: et erunt pisces multi satis postquam euenerint illuc aque iste, et sanabuntur, et viuet omnia ad que venerit torrens. R. Misit dominus angelum suu, et conclusit. fol. 330

Sabb. ante Dnica iiij. Nouemb. Ad Magnificat. Antiphona.

Muro tuo inexpugnabili circuncinge nos domine, et armis tue potentie protege nos semper.

DOMINICA III.

Nouembris.

Incipit liber Danielis pph. c. i

Anno tertio regni Joacim, regis Juda venit Nabuchodonosor, rex Babylonis, in Jerusalem, et obsedit eam: et tradidit dominus in manu eius Joacim regem Juda: et partem vasorum domus Dei: et asportauit ea in terram Senaar in domum Dei sui: et vasa intulit in domum thesauri sui. Et ait rex Asphenez, preposito eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, et de semine regio, et tyrannorum pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos omni sapientia, cautos scientia, et doctos disciplina, qui possent stare i palatio regis, vt doceret eos literas, et linguam Chaldeorum. R. Vidi dnm. 329. Lectio ij.

Et constituit ei rex annonam per singulos dies de cibis suis, et de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Jude, Daniel, Ananias, Misael, et Azarias. Et imposuit eis prepositus eunuchorum nomina Danieli Balthassar, Ananie Sidrach, Misaeli Misach, Azarie Abdenago. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: et rogauit eunuchorum prepositum, ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam, et misericordiam in conspectu principis eunuchorum. R. Aspice domine. folio 329.

Lectio tertia.

Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dnm meu rege, qui constituit vobis cibum et potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores pre ceteris adolescentib9 coeuis vestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, que constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem, et Azariam: Tenta nos, obsecro, seruos tuos decem diebus: detur nobis legumina ad vescendum, et aqua ad bibendum, et con

tem

templare vultus nostros, ⁊ vultus puerorũ, qui vescuntur cibo regio: ⁊ sicut videris, facies cum seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi, tẽtauit eos diebus decem: post dies autem decẽ apparuerunt vultus eorũ meliores, ⁊ corpulentiores pręomnibus pueris, qui vescebãtur cibo regio. ℟. Aspice dñe. 329.

De sermone S. Athanasii episcopi, ad Virgines. Lectio iiij.

Si accedãt aliqui, ⁊ dicãt tibi, ne frequẽter ieiunes ne imbecillior fias: ne credas illis, neque auscultes: istos enim inimicus subornat. Reminiscere sanctam scripturam, ꝙ cum tres pueri, ⁊ Daniel, ⁊ alij adolescentuli captiui ducti essent a Nabuchodonosor rege Babylonis: iussumque esset, vt de ipsius mensa regia comederent, ⁊ de vino biberent: Danielem ⁊ tres pueros illos noluisse polluí ex mensa illa, sed dixisse eunucho, qui eos curandos susceperat, Da nobis de seminibus terrę, ⁊ vescemur. Quibus ait eunuchus: Timeo ego regem, qui constituit vobis cibum, ⁊ potum, ne forte facies vestrę appareant regi prę cęteris pueris, qui regia mensa alũtur, ſqualidiores. ⁊ puniat me. ℟. Super muros tuos Ierusalem consti tui custodes. 329. Lect. v.

At illi dixerũt illi: Tẽta seruos tuos dies decẽ, ⁊ da nobis de seminibus: ⁊ dedit eis legumina ad vescendũ, ⁊ aquã ad bibendum, ⁊ introduxit eos ad regem, ⁊ visę sunt formę ipsorum speciosiores, pręter cęteros pueros, qui regię mensę cibis nutriebantur. Vides ne qd faciat ieiunium? morbos sanat destillationes exiccat, dęmones fugat prauas cogitationes expellit, mentez clariorez reddit cor mundum efficit, corpus sanctificat, denique ad thronum Dei hominem sistit. Sed ne putes hęc temere dici, habes huius rei testimonium in euangelijs a Saluatore prolatum. Cũ enim quęsiuissent discipuli, quonam modo immundi spiritus eijcerentur, respõdit dominus: Hoc genus non eijcitur, nisi per orationem, ⁊ ieiunium. ℟. Muro tuo. 330. Lectio vj.

Quisquis igitur ab immũdo spiritu vexatur, certũ habere debet, hoc pharmaco, ieiunio inquam, statim spiritus malos afflictos abscedere, vim ieiunij metuentes. Valde enim dęmones oblectantur crapula, ⁊ ocio corporis. Magna vis in ieiunio, ⁊ magna ⁊ pręclara fiunt per illud: alioqui vnde fieri possit, vt homines tam mirifica pręstent? vt dominus per eos vel signa faciat, vel sanitatez laborantibus donet: nisi plane ob deuotas meditationes, et humilitatez animi, ⁊ conuersationem bonam? Ieiunium enim Angelorum cibus est: ⁊ qui

eo vtitur, ordinis angelici cēsendus est. ℟. Sustinuimus. 330.

FERIA SECUNDA.

De Daniele propheta. Lec. j.

2.ca. Tu rex videbas: et ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna et statura sublimis stabat contra te: et intuitus eius erat terribilis. Huius statue caput ex auro optimo erat: pectus autem et brachia de argento: porro venter, et femora ex ere: tibie autem ferree: pedū quedam pars erat ferrea, quedam autem fictilis: videbas ita donec abscissus est lapis de monte sine manibus, et percussit statuam in pedibus eius ferreis, et fictilibus, et comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, es, argentum, et aurum, et redacta quasi in fauillā estiue aree, que rapta sunt vēto nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mōs magnus, et impleuit vniuersam terram. ℟. Redemit populum. folio 330. Lectio ij.

Hoc est somniū. Interpretationem quoque eius dicemus coram te rex. Tu rex regum es: et Deus celi, regnū, et fortitudinem, et imperium, et gloriā dedit tibi, et omnia, in quibus habitant filij hominū, et bestie agri. Volucres quoque celi dedit in manu tua, et sub ditione tua vniuersa cōstituit. Tu es ergo caput aureū, et post te consurget regnum aliud minus te, argenteum: et regnum tertium aliud ereū: quod imperabit vniuerse terre, et regnum quartū erit velut ferreū. Quomodo ferrum comminuit, et domat omnia: sic comminuet et conteret omnia hec. ℟. Angustie mihi. fol. 330. Lectio iij.

Porro quia vidisti pedum et digitorum partem teste figuli, et partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamē de plantario ferri orietur, secūdum quod vidisti ferrum mistū teste ex luto: et digitos pedum ex parte ferreos, et ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, et ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mistum teste ex luto, commiscebūtur quidem humano semine, sed non adherebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest teste. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus celi regnum, quod in eternum non dissipabitur, et regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, et consumet vniuersa regna hec, et ipsum stabit in eternum. ℟. Misit dominus angelum suum. 330.

FERIA TERTIA.

De Daniele propheta. Lec. j.

Pronunciās Nabuchodonosor rex, ait eis. Uere ne Sidrach, Misach, et Abdenago deos meos non colitis, et statuam aureā, quam cōstitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parati,

rati, quacunq; hora audieritis sonitũ tubę, fistulę, citharę, sambucę, psaltery, & symphonię, omnisq; generis musicorum, prosternite vos, & adorate statuam quam feci: quod si non adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis. Et quis est deus, qui eripiat vos de manu mea? ℟. A facie. 330.

Lectio secunda

Respondentes Sidrach, Misac, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim deus noster quem colimus potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manib⁹ tuis, o rex, liberare. Quod si noluerit, notum sit tibi rex: quia deos tuos non colimus, & statuam aureã, quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago: & præcepit, vt succenderetur fornax septuplum, quam succendi consueuerat. ℟. Ciuitatem istam. 330. Lectio tertia.

Et confestim viri illi, vincti cum braccis suis, & tiaris, calciamentis, & vestib⁹, missi sunt in mediuz fornacis ignis ardentis: nam iussio regis vrgebat. Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, q miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autẽ hi tres, idest, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderũt in medio camino ignis ardentis colligati, & ambulabant in medio flammę laudantes deum, & benedicẽtes dño. ℟. Genti peccatrici. 331.

FERIA QVARTA.

De Daniele propheta. Lect. i.

ca. 4.

Respondit Balthassar, & dixit: Dñe mi, somnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam vidisti sublimem atq; robustam, cuius altitudo pertingit ad cęlum, & aspectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestię agri, & in ramis eius commorantes aues cęli, Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, et peruenit vsque ad cęlum, & potestas tua in terminos vniuersę terrę. ℟. Indicabo tibi homo. 331. Lectio ii.

Quod aũt vidit rex vigilem, & sanctũ descendere de cęlo, & dicere: Succidite arborẽ, et dissipate illam: attamẽ germen radicum eius in terra dimittite: & vinciat ferro, & ęre in herbis foris, & rore cęli cõspergatur, & cum feris sit pabulum eius donec septem tẽpora mutentur super euz: Hęc est interpretatio sentẽtię Altissimi, quę peruenit super dñm meum regem,

gem: Eijcient te ab hominib⁹, ꝛ cũ bestijs ferisq; erit habitatio tua, ꝛ fęnum vt bos comedes: ꝛ rore cęli infunderis. ℟. Angustię. 330. Lectio iij.

Septem quoque tempora mutabuntur super te, donec scias, quod dñetur excelsus super regnum hominum, ꝛ cui cũq; voluerit, det illud. Quod autẽ pręcepit, vt relinqueretur germẽ radicum eius, idest arboris: regnũ tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cęlestem. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi, ꝛ peccata tua eleemosynis redime, ꝛ iniqtates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Oia hęc venerunt super Nabuchodonosor regem. ℟. Misit dominus. 330.

FERIA QVINTA.

De Daniele propheta. Lect. j.

ca. 5. Balthasar rex fecit grãde conuiuium optimatibus suis mille, ꝛ vnusquisq; ẜm suã bibebat ętatem. Pręcepit ergo iam temulentus: vt afferentur vasa aurea, ꝛ argentea, quę asportauerat Nabuchodonosor pater ei⁹ de templo, quod fuit in Jerusalem, vt biberent in eis rex, ꝛ optimates eius, vxoresq; eius ꝛ concubinę. Tunc allata sunt vasa aurea, quę asportauerat de templo, quod fuerat in Jerusalem: ꝛ biberunt in eis rex, ꝛ optimates eius, vxores ꝛ concubinę illius: bibebant vinum, ꝛ laudabant deos suos aureos, ꝛ argenteos, ęreos, ferreos, ligneosque, ꝛ lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis, scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulę regię ꝛ rex aspiciebat articulos manus scribentis: tunc facies regis commutata est, ꝛ cogitationes eius conturbabant eum. ℟. Vidi Dominum. fol. 329.

Lectio secunda.

Introduct⁹ est Daniel coram rege: ad quẽ pręfatus rex ait. Tu es Daniel ð filijs captiuitatis Judę, quem adduxit pater meũ rex de Judęa? audiui de te, quoniam spiritum deorum habeas, ꝛ scientia intelligenti aque ac sapiẽtia ampliores inuentę sunt in te. Et nunc introgressi sunt in ɔspectu meo sapientes Magi, vt scripturã hanc legerent, ꝛ interpretationem eius indicarent mihi: ꝛ nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. Porro ego audiui de te, quod possis obscura interpretari, ꝛ ligata dissoluere: Si ergo vales scripturam legere, ꝛ interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, ꝛ torquem auream circa collũ tuũ habebis, ꝛ tertius i regno meo princeps eris. Ad quę respondens Daniel, ait coram rege: Munera tua sint tibi, ꝛ dona domus tuę alteri da: scripturã autem legam tibi rex, ꝛ inter-

pre

pretationem eius ostendam tibi. ℟. Aspice dñe. 329. Lectio iij.

Haec est autem scriptura, quae digesta est: Mane, Thecel, Phares. Et haec est interpretatio sermonis. Mane, numeravit deus regnum tuum, et cõpleuit illud. Thecel, appensus es in statera, et inventus es minus habens. Phares, divisum est regnum tuum, et datum est Medis et Persis. Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpura, et circundata est torques aurea collo eius, et praedicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldeus: et Darius Medus successit in regnum annos natus sexaginta duos. ℟. Aspice domine. 329.

FERIA SEXTA.

De Daniele propbe. Lectio j.

ca.6. Viri ergo illi curiosius inquirentes invenerũt Danielem orantem, et obsecrantem Deum suum, et accedentes locuti sunt regi super edicto. Rex, nunquid non constituisti, ut omnis homo qui rogaret quemquam de diis, et hominibus, usque ad dies triginta, nisi te rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex ait: Verus est sermo iuxta decretum Medorum, atque Persarum, quod praevaricari non licet. Tunc respondentes dixerunt coram rege. Daniel de filiis captivitatis Iudae, non curavit de lege tua, et de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est, et pro Daniele posuit cor, ut liberaret eum: et usque ad occasum solis laborabat, ut erueret illum. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei. Scito rex, quia lex Medorum atque Persarum est, ut omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. ℟. Super muros. 329. Lectio ij.

Tunc rex praecepit, et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli. Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusque est lapis unus, et positus est super os laci: quem obsignavit rex annulo suo, et annulo optimatũ suorum, nequid fieret contra Danielem. Et abiit rex in domum suam, et dormivit incenatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper et somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquansque lacui Danielem voce lacrymabili inclamavit, et affatus est eum: Daniel, serve Dei viventis, Deus tuus, cui tu servis semper, putas ne valuit te liberare a leonibus? ℟. Muro tuo. 330. Lectio iij.

ET Daniel regi respōdēs ait: Rex in eternuȝ viue: deus meus misit angelum suū: ⁊ conclusit ora leonum, ⁊ non nocuerunt mihi, quia coraȝ eo iustitia inuenta est in me: sed ⁊ coram te rex delictuȝ non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, ⁊ Danielē precepit educi de lacu: eductusq; est Daniel de lacu, ⁊ nulla lesio inuenta est in eo, qꝛ credidit deo suo. Iubente autem rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem, ⁊ in lacum leonum missi sunt ipsi, ⁊ filij, ⁊ vxores eoruȝ: ⁊ nō peruenerūt vsq; ad pauimentum laci, donec arriperēt eos leones: ⁊ oīa ossa eoꝝ cōminuerūt. ℟. Sustinuim⁹. 330.

SABBATHO.

De Daniele propheta: Lec. j.

ca. 9. IN anno primo Darij, filij Assueri, de semine Medorū, qui imperauit super regnuȝ Chaldeorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo domini ad Jeremiam prophetam, vt complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni: ⁊ posui faciem meam ad dominuȝ deū meum rogare, ⁊ deprecari in ieiunijs, sacco, ⁊ cinere: ⁊ oraui dominum Deum meum, ⁊ confessus sum, ⁊ dixi: Obsecro domine deus magne, ⁊ terribilis, custodiens pactum: ⁊ misericordiam diligentibus te, ⁊ custodientibus mandata tua: Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, ⁊ recessimus, ⁊ declinauimus a mandatis tuis, ac iudicijs. ℟. Laudabilis. 330. Lectio ij.

ADhuc me loquēte in oratione ecce vir Gabriel, quem videraȝ in visione a principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificij vespertini, ⁊ docuit me, ⁊ locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, vt docerem te, ⁊ intelligeres. Ab exordio precū tuarum egressus est sermo: ego autem veni, vt indicarem tibi: quia vir desideriorum es: tu autem animaduerte sermonem, ⁊ intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreuiate sūt super populum tuum, ⁊ super vrbem sanctam tuam, vt consummetur preuaricatio, ⁊ fineȝ accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, ⁊ adducatur iustitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et vngatur Sanctus sanctorum. ℟. Angustie. 330. Lectio iij.

SCito ergo, ⁊ animaduerte: ab exitu sermonis vt iterū edificetur Jerusalem, vsq; ad Chr̄m duceȝ hebdomades septem, ⁊ hebdomades sexaginta due erunt, ⁊ rursuȝ edificabitur platea, ⁊ muri in angustia tēporū. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus, ⁊ non erit eius populus,

qui

qui eum negaturus est: & ciuita
tem, & sanctuariũ dissipabit po
pulus cũ duce venturo: & finis
eius vastitas, & post finem belli
statuta desolatio. Confirmabit
autem pactũ multis hebdoma
da vna: et in dimidio hebdoma
dis deficiet hostia, & sacrificiũ:
& erit in templo abominatio de
solationis, & vsq ad cõsumma
tiones, & finem perseuerabit de
solatio. ℟ Misit dñs. fo. 330.

Sabb. ante Dñicã iiij. Nouẽb.
Ad Mag. Añ. Qui celorũ con
tines thronũ, & abyssos intueris
dñe rex regũ, montes põderas,
& terrã palmo cõcludis, exaudi
nos dñe in gemitibus nostris.

DOMINICA IIII. Nouembris.

Incipit liber Osee pphe. Le. j.

Verbũ domini, qđ
factũ est ad Osee
filium Beeri in
diebus Ozie, Jo
athan, Achaz, et
Ezechie regum
Juda, et in diebus Jeroboam
filij Joas regis Isrl. Principiũ
loquendi domini in Osee. Et
dixit dominus ad Osee: Vade
sume tibi vxorẽ fornicationũ,
& fac filios fornicationũ: quia
fornicans fornicabit terra a do
mino. Et abijt, & accepit Go
mer filiam Debelai, & cõcepit,
& peperit ei filium. ℟ Vidi. fo
lio 329. Lectio secunda.

Et dixit dñs ad eũ: Voca
nomẽ eius Jezrahel: quo
niã adhuc modicũ, et visitabo
sanguinẽ Jezrahel super domũ
Jehu, et quiescere faciã regnũ
domus Israel: & in illa die cõte
ram arcũ Israel in valle Jezra
hel. Et concepit adhuc, & peperit
filiam: et dixit ei: Voca nomen
eius, Absque misericordia, quia
non addam vltra misereri do
mui Israel, sed obliuione obli
uiscar eorũ, et domui Juda mi
serebor: & saluabo eos in domi
no deo suo: et non saluabo eos
in arcu, et gladio, et bello, et in
equis, et in equitibus. ℟ Aspi
ce. fol. 329. Lectio tertia.

Et ablactauit eã, que erat
absq misericordia. Et cõ
cepit: et peperit filiũ. Et dixit.
Voca nomẽ eius, Nõ populus
meus: quia vos non populus
meus, et ego non ero vester de
us. Et erit numerus filiorũ Is
rael quasi arena maris, que si
ne mensura est, et non numera
bitur. Et erit in loco vbi dice
tur eis, Non populus meus
vos, dicetur eis. Filij dei viuen
tis. Et cõgregabuntur filij Ju
da, et filij Israel pariter, et po
nent sibimet caput vnum: et a
scendẽt de terra: quia magnus
dies Jezrahel. ℟ Aspice do
mine. folio 329.

Ex libro 5. Augustini episcopi, de ciuitate Dei. Lectio iiij.

Oseas propheta, quãto pro
fundius qđ loquitur, tã
to operosius penetrat. Sed ali
quid inde sumendũ est: et hic ex

nostra promissione ponendum: Et erit, inquit, i loco in quo dictum est eis. Non populus meus vos, vocabuntur et ipsi, Filij Dei vivi. Hoc testimonium propheticum, de vocatione populi gentiu, qui prius non pertinebat ad Deu, etiam apostoli intellexerut. ℟. Super. 329. Lec. v.

Et quia ipse quoque populus gentium spirituali ter est in filijs Abrahe, ac p hoc recte dicitur Israel: propterea sequitur, et dicit: Et congregabuntur filij Juda, et filij Israel in idipsum: et ponet sibimet principatu unum, et ascendent a terra. Hoc si adhuc velimus exponere, eloquij prophetici obtundetur sapor. Recolatur tamen lapis ille angularis, et duo illi parietes, unus ex Judeis, alter ex gentibus: ille nomine filioru Juda, iste nomine filiorum Israel: eidem uni principatui suo in idipsum innitentes: et ascendentes agnoscantur in terra. ℟. Muro tuo. 330. Lectio vi.

Istos autem carnales Israelitas, qui nunc nolunt credere in Christum, postea credituros, idest filios eorum: nam utique isti in suum locum moriendo transibunt, idem prophe ta testatur dicens: Quonia diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Quis non videat, nunc sine istis esse Judeos? ℟. Sustinuimus pacem. folio 330.

FERIA SECUNDA.

De Osee propheta. Lectio I.

Audite verbu domini filij Israel: quia iudiciu dno cum habitatoribus terre. Non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra. Maledictum, et mendacium, et homicidium, furtum, et adulterium inundauerunt, et sanguis sanguine tetigit. Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri: et volucre celi: sed et pisces maris cogregabuntur. ℟. Redemit. 330. Lco ij.

Veruntame unusquisque non iudicet, et no arguat vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, et corruet et propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam: et quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: et oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum et ego. ℟. Angustie. folio 330.

Lectio tertia.

Secundum multitudinem eorum sic peccauerut mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent: et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Et erit sicut populus, sic sacer

sacerdos, z visitabo super eum vias eius, z cogitationes eius reddam ei. Et comedent, z nõ saturabũtur: fornicati sunt, z nõ cessauerunt, quoniam dñm de reliquerunt in non custodiẽdo. ℟. Misit dominus. 330.

FERIA TERTIA.

Incipit Joel propheta. Lec. i.

Verbum domini, quod factum est ad Joel, filium Phatuel. Audi te hoc senes, z au rib⁹ percipite om nes habitatores terrę: si factum est istud in diebus vestris: aut in diebus patrum vestroꝝ. Super hoc filijs vestris narrate, z filij vestri filijs suis, z filij eorum ge nerationi alterę. Residuum eru cę comedit locusta: z residuum locustę comedit bruchus: z resi duum bruchi comedit rubigo. ℟. A facie furoris. 330. Lec. ij.

Expergiscimini ebrij, z fle te, z vlulate omnes q bi bitis vinum in dulcedine: quo niam perijt ab ore vestro. Gens enim ascẽdit super terram meã fortis, z innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis, z mola res ei⁹ vt catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum, z fi cum meã decorticauit, nudans spoliauit eã: z proiecit: albi fa cti sunt rami eius. ℟. Ciuita tem. folio 330. Lectio tertia.

Plange quasi virgo accin cta sacco super virum pu bertatis suę. Perijt sacrificiũ, z libatio de domo domini, lu xerunt sacerdotes ministri dñi: depopulata est regio, luxit hu mus: quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum, confusi sunt a gricolę, vlulauerunt vinitores super frumento z hordeo, quia perijt messis agri. ℟. Genti pec catrici. folio 331.

FERIA QVARTA.

De Joele propheta. Lectio i.

In diebus illis, z in tempo re illo, cuꝫ conuertero ca ptiuitatẽ Juda, z Jerusalẽ, con gregabo omnes gentes, z dedu cam eas in vallem Josaphat, z disceptabo cuꝫ eis ibi super po pulo meo, z hereditate mea Js rael, quos disperserunt in natio nibus, z terram meam diuise runt, z super populum meum miserunt sortem: z posuerunt puerum in prostibulo, z puel lam vendiderunt pro vino, vt biberent. ℟. Indicabo. folio 331. Lectio secunda.

Veruꝫ quid mihi, z vobis Tyrus, z Sidõ, z omnis terminus Palęstinorum: nun quid vltionẽ vos reddetis mihi z si vlciscimini vos cõtra me, ci to velociter reddã vicissitudinẽ vobis super caput vestrum. Ar gentum enim meũ, z aurum tu listis, z desiderabilia mea, z pul cherrima intulistis in delubra vestra: z filios Juda, z filios Je rusalem vendidistis filijs Grę

corũ,vt longe faceretis eos de finibus suis: Ecce ego suscitabo eos ꝺ loco,in quo vẽdidistis eos:et conuertã retributionem vestram in caput vestrum ℟. Angustie.330. Lectio tertia.

Et vendã filios vestros, ⁊ filias vestras in manibus filiorũ Juda:⁊ venundabũt eos Sabeis gẽti lõginque, qa dñs locutus est: Clamate hoc in gẽtibus sanctificate bellũ:suscitate robustos. Accedant,ascendãt oẽs viri bellatores,cõcidite aratra vestra i gladios: et ligones vestros in lãceas. Infirmus dicat. Quia fortis ego sum. Erũpite, ⁊ venite oẽs gentes de circuitu: ⁊ cõgregabimini:ibi occũbere faciet dñs robustos tuos. Consurgant, ⁊ ascẽdãt gentes in vallem Josaphat:q2 ibi sedebo:vt iudicem oẽs gentes in circuitu. ℟. Misit dñs.fol.330.

FERIA QVINTA.

Incipit Amos propheta. Le.j.

Verba Amos, qui fuit in pastoribus Thecue, que vidit super Israel i diebus Ozie regis Juda, et in diebus Jeroboam filij Joas regis Israel,ante duos annos terremotus. Et dixit: Dominus ꝺ Sion rugiet,⁊ de Jerusalẽ dabit vocem suam: et luxerũt speciosa pastorum, ⁊ exiccatus est vertex Carmeli. ℟. Vidi dominum sedentem.329. Lec.ij.

Hec dicit dominus: Super tribus sceleribus Damasci ⁊ super quatuor non conuertam eum:eo quod triturauerit in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael:⁊ deuorabit domos Benadab:et conteram vectem Damasci,⁊ disperdam habitatorẽ de campo idoli,et tenentem sceptrum de domo voluptatis: et trãsferetur populus Syrie Cyrenen,dicit dominus. ℟. Aspice domine de sede.329. Lec.iij.

Hec dicit dñs:Super tribus sceleribus Gaze: et super quatuor nõ conuertã eũ: eo quod transtulerit captiuitatem perfectam,ut concluderet eam in Idumea:et mittã ignem in murum Gaze: et deuorabit edes eius,et disperdam habitatorem de Azoto,⁊ tenentem sceptrum de Ascalone:⁊ conuertã manum meam super Accaron: ⁊ peribunt reliquie Philisthijnorum:dicit dominus deus. ℟ Aspice domine quia.329.

FERIA SEXTA.

Incipit Abdias propheta. L.j.

Visio Abdie:Hec dicit dominus ad Edom. Auditum audiuimus a domino: ⁊ legatum ad gentes misit: Surgite ⁊ consurgamus aduersus eum in prelium. Ecce paruulum dedi te in gentibus: ⁊ contemptibilis tu es valde. Superbia

dia cordis tui extulit te habitã tem in scissuris petrarũ, exaltã tem solium tuũ: qui dicis i cor de tuo: Quis detrahet me i terram? Si exaltatus fueris vt aquila, ꝛ si inter sidera posueris nidũ tuum, inde detraham te dicit dominus. ℟. Super muros. 329.

2. ca.

Lectio ij.

Si fures introissent ad te, si latrones per noctẽ: quomodo cõticuisses? nonne furati essent sufficiẽtia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltẽ racemũ reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerũt abscõdita eius? vsq3 ad terminum emiserunt te: omnes viri fœderis tui illuserũt tibi, inualuerũt aduerſũ te viri pacis tuę: q comedũt tecum, ponent insidias super te: nõ est prudentia in eo. ℟. Muros tuos. 330.

Lectio iij.

Nunquid nõ in die illa, dicit dñs perdam sapientes de Idumęa, ꝛ prudentiam de monte Esau? Et timebũt fortes tui a meridie, vt intereat vir d̃ monte Esau. Propter interfectionem, ꝛ propter iniquitatẽ in fratrem tuũ Iacob operiet te confusio, ꝛ peribis in ęternũ. In die cum stares aduersus eũ, quando capiebant alieni exercitum eius, ꝛ extranei ingrediebantur portas eius, ꝛ super Ierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis. ℟. Sustinuimus. 330.

SABBATHO.

Incipit Ionas propheta. Le. j.

Et factũ ẽ verbũ dñi ad Ionam filiũ Amathi: dicens: surge, ꝛ vade in Niniuẽ ciuitatẽ grandem, ꝛ prędica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis a facie domini, ꝛ descendit i Joppen, ꝛ inuenit nauem euntem in Tharsis: ꝛ dedit naulũ eius, ꝛ descendit in eam: vt iret cum eis in Tharsis a facie Domini. Dominus autem misit ventum magnum in mare, ꝛ facta est tẽpestas magna in mari: ꝛ nauis periclitabatur conteri. ℟. Laudabilis. 330.

Lectio ij.

Et timuerunt nautę, ꝛ clamauerũt viri ad deũ suũ ꝛ miserunt vasa, q̃ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. Et Ionas descendit ad interiora nauis, ꝛ dormiebat sopore graui: ꝛ accessit ad eum gubernator, ꝛ dixit ei: Quid i sopore deprimeris? surge: inuoca deũ tuũ, si forte recogitet Deus de nobis, ꝛ non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum: Venite ꝛ mittamus sortes, ꝛ sciamus, quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes, ꝛ cecidit sors super Ionam. ℟. Angustię. 330.

Lectio iij.

Et dixerũt ad eũ. Indica nobis, cuius causa malũ istud

istud sit nobis: quod est opus tuum? que terra tua? ⁊ quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: Hebreus ego sum. ⁊ dñm deum celi ego timeo: q fecit mare ⁊ aridam. Et timuerunt viri timore magno, ⁊ dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quod a facie dñi fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi ⁊ cessabit mare a nobis? q: mare ibat ⁊ intumescebat super eos. Et dixit ad eos: Tollite me, ⁊ mittite in mare, ⁊ cessabit mare a vobis: scio enim ego, quoniam propter me tempestas hec grandis est super vos. R. Misit dñs. 330.

Sabba. ante dñica v. Noueb.

Ad Mag. Añ. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes: tota die ⁊ nocte non tacebunt laudare nomen domini.

DOMINICA V. Nouembris.

Incipit Michee pphete. L. i.

Verbum domini, quod factum est ad Micheã Morastiten in dieb' Joathan, Achaz ⁊ Ezechie regum Juda, quod venit super Samariam, ⁊ Jerusalem. Audite populi omnes: ⁊ attendat terra, ⁊ plenitudo eius, ⁊ sit dominus Deus vobis in testem dominus de templo sancto suo. Quia ecce dominus egredietur de loco suo, ⁊ descendet, ⁊ calcabit super excelsa terre. R. Vidi dominum. 329. Lectio ij.

Et consumentur montes subtus eum: ⁊ valles scindentur sicut cera a facie ignis, sicut aque, que decurrunt in preceps. In scelere Jacob omne istud, ⁊ in peccatis domus Israel. Quod scelus Jacob? nonne Samaria? ⁊ que excelsa Jude? nonne Jerusalem? Et ponam Samariam, quasi aceruum lapidum in agro, cum plantatur vinea: ⁊ detraham in vallem lapides eius, ⁊ fundamenta eius reuelabo. R. Aspice domine de sede sancta. 329. Lectio iij.

Et omnia sculptilia eius concident: ⁊ omnes mercedes eius comburentur igne: ⁊ omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis cõgregata sunt ⁊ vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plãgam, ⁊ vlulabo: vadam spoliatus ⁊ nudus: faciam planctum velut draconum, ⁊ luctũ quasi struthionum, quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Judam, tetigit portam populi mei vsque ad Jerusalem. Aspice domine, quia. 329.

De sermone sancti Basilij Magni in psalmum trigesimum tertium. Lectio quarta.

Cum te appetitus inuaserit peccandi, velim cogi

tes

tes horribile illud & intolerabile Christi tribunal, in quo presidebit iudex in alto et excelso throno: adstabit autem oĩs creatura ad gloriosum illius cõspectũ ɔtremiscẽs. Adducẽdi etiaz nos sumus singuli, eorum quę in vita gesserimus rationẽ reddituri. Mox illis q multa mala in vita perpetrarint terribiles qdã et deformes assistẽt angeli, igneos vultus preferẽtes, atque ignẽ spirantes, ea re ppositi & voluntatis acerbitatẽ ostẽdẽtes, nocti vultu similes pp̃ter merorem & odiũ in humanũ genus. R. Sup muros. 329. Le. v.

AD hęc cogites profundũ barathrũ, inextricabiles tenebras, & ignẽ carentem splẽdore, vrendi quidem vim habẽtem, sed priuatum lumine, deinde vermium genus venenũ immittens ac carnẽ vorans, inexplebiliter edens, neq; vnquam saturitatem sentiens, intolerabiles dolores contrusione ipsa angens: postremo, quod suppliciorum omnium grauissimũ est opprobrium illud et confusionem sempiternam. Hęc time, et hoc timore instructus, animaz a peccatorum concupiscentiis tanquam freno quodam reprime. R. Muro tuo. 330. Le. vi.

HInc timorẽ dñi se docturũ propheta promisit: docere aut nõ simpliciter pmisit, sed eos q euz audire voluerint: non eos, qui longius prolapsi sunt, sed qui salutem appetẽtes accurrunt, non alienos a pmissionib9, sed ex baptismate filiorũ adoptionis, verbo ipsi conciliatos atq; ɔiunctos. Propterea venite, inquit: hoc est, per bona opera accedite ad me filij, quippe qui per regenerationem filij lucis effici digni facti estis. Audite, qui aures cordis habetis apertas: timorem domini docebo vos, illum scilicet, quez paulo ante oratione nostra descripsimus. R. Sustinuimus. 330.

FERIA SECVNDA.

Incipit Naum propheta. Lec. i.

VNus Niniue. Liber visionis Naum Elcesei. Deus emulator, et vlciscẽs dñs: vlciscẽs dñs, & habens furorem, vlciscens dñs in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dñs patiens & magn9 fortitudine, et mũdãs nõ faciet innocẽtẽ. Dñs in tẽpestate & turbine vię ei9, et nebulę puluis pedũ eius, increpãs mare, et exiccãs illud: & omnia ad desertũ deducens. R. Redemit. 330. Lec. ii.

Diceret saltẽ Phariseus, Non sum sicut multi homines. Quid est ceteri homines nisi omnes preter ipsum? Ego inquit, iustus sum, ceteri peccatores: nõ sum sicut ceteri homines, iniusti, auari, raptores, adulteri. Et ecce tibi ex vicino publicano maiorẽ tumoris occasio: sicut, inqt, publican⁹ iste. Ego enĩ, inqt, solus sũ, iste de ceteris est. Non sum, inquit, talis, qualis iste ꝑ iustitias meas, quibus iniquus nõ sũ. Lec. viij.
Ieiunio bis in sabbatho, decimas do oĩum que possideo. Quid rogauerit Deum, quere in verbis eius, ꝛ nihil inuenies. Ascendit orare, noluit rogare Deum, sed se laudare. Parum est, non Deum rogare, sed se laudare, insuper ꝛ rogãti insultare. Publicanus autẽ de longinquo stabat: ꝛ tamen Deo ipse appropinquabat: cordis conscientia remouebat, pietas applicabat. Publicanus autem de longinquo stabat, sed dominus eum de propinquo attendebat. Lectio nona.
Excelsus enim domin⁹ humilia respicit: excelsos autem, qualis erat ille Pharise⁹, a longe cognoscit. Deus autẽ a longe cognoscit, sed non ignoscit. Adhuc autem audi humilitatem publicani. Parum est: qꝛ de longinquo stabat: nec suos oculos ad celum leuabat: vt aspiceretur, non aspiciebat: premebat conscientia: subleuabat spes. Adhuc audi: Percutiebat pectus suum, penas de se ipso exigebat: propterea dominus cõfitenti parcebat. Percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Ecce quod rogat: quid miraris si dominus ignoscit, quando ipse se agnoscit.
Ad Bñs. Aña. Stãs a lõge publican⁹ nolebat oculos ad celũ leuare: sed percutiebat pectus suum

suum dicẽs: Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Ad Mag. An. Descendit hic iustificatus i domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: ⁊ qui se humiliat exaltabitur.

Dñica xi. post Pentec. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, q abundantia pietatis tuę ⁊ merita supplicũ excedis, ⁊ vota: effunde super nos misericordiam tuam: vt dimittas quę consciẽtia metuit, ⁊ adiicias quod oratio non pręsumit. Per dominum.

Lcõ s. euãg. sm̃ Marcũ. Ca. vii.

ca. 7. In illo tẽpore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilęę, inter medios fines Decapoleos. Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papę.

Quid est, ꝙ creator oĩum deus, cum surdũ, ⁊ mutũ sanare voluisset, i aures illi⁹ suos digitos misit, ⁊ expuẽs linguam eius tetigit? Quid p digitos redemptoris, nisi dona sancti spiritus designãtur? Vñ cuȝ in alio loco eiecisset dęmoniuȝ dixit, Si i digito Dei eiicio dęmonia, peruenit in vos regnum Dei. Qua de re per euangelistam alium dixisse describitur: Si ego in spiritu Dei eiicio dęmonia, igitur peruenit in vos regnum dei. Ex quo vtroq; loco colligitur: quia digitus dei vocatur spiritus. Digitos autẽ in auriculaȝ mittere, est per dona sancti spiritus menteȝ surdi ad obediendum aperire. Lcõ viii.

Quid vero est, ꝙ expuens linguã ei⁹ tetigit? saliua nobis est ex ore redẽptoris accepta sapiẽtia in eloquio diuino: saliua quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapiẽtia, quę ipse est, dũ lingua nostra tãgitur, vox ad pręd icationis verba formatur. Quod suspiciens in cęlũ ingemuit, non quod ipse necessarium gemitum haberet, q dabat quod postulabat: sed nos ad eũ gemere, qui cęlo pręsidet, docuit, vt ⁊ aures nostrę p dona spiritus sancti aperiri, ⁊ lingua per saliuam oris, idest per scientiam diuinę locutionis solui debeat ad verba pręd icationis. Lectio nona.

Qui mox, epheta, idest adaperire, dicitur: ⁊ statim apertę sunt aures eius, ⁊ solutũ est vinculum linguę eius. Qua in re notandum est, quod propter clausas aures dictum est, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum apertę fuerint, ex subsequenti procul dubio etiam linguę eius vinculum soluitur, vt bona, quę ipse fecerit, etiam facienda aliis loquatur. Vnde ⁊ bene additur, Et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, quę loquenda admonet esse facienda.

Ad Bñs. Añs. Dum transiret dñs per medios fines Tyri, surdos fecit audire, et mutos loq. Ad Magnificat. Antiphona. Bene omnia fecit, surdos fecit audire, et mutos loqui.

Dñica xv. post Pente. Oratio.

Omnipotēs ꝛ misericors De⁹ de cui⁹ munere venit, vt tibi a fide lib⁹ tuis digne ꝛ laudabiliter seruiatur: tribue quęsumus nobis: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per.

Lcō s. euāg ſm Lucā. Lect. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi qui vident, quę vos videtis. Dico enī vobis, quod multi prophetę ꝛ reges voluerūt videre, quę vos videtis, et non viderunt. Et reliqua.

Homilia venerab. Bedę pbr.

Non oculi scribarū ꝛ Phariseorum, qui corpus tantum domini videre, sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramenta, de quibus dicitur: Et reuelasti ea paruulis: Beati oculi paruulorum, quibus ꝛ se ꝛ patrem filius reuelare dignatur. Abraham exultauit, vt videret diem Christi, ꝛ vidit, ꝛ gauisus est. Isaias quoque, ꝛ Micheas, et multi alij propherę viderunt gloriā domini: qui ꝛ propterea videntes sunt appellati, sed hi omnes a longe aspicientes, ꝛ salutantes, per speculum ꝛ in enigmate viderunt. Lectio octaua.

Apostoli autem in pręsentiarum habentes dñz, cōuescentesq₃ ei, ꝛ quęcunque voluissent interrogādo discentes, nequaquā per angelos aut varias visionū species opus habebunt doceri. Quos vero Lucas multos prophetas, et reges dicit, Mattheus apertius pphetas, et iustos appellat. Ipsi sunt enim reges magni: q₂ tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regēdo pręesse nouerunt. Lect. ix.

Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans eū, ꝛ dicēs: Magister, quid faciendo vitam ęternam possidebo? Legis peritus: qui de vita ęterna dominum tentans interrogat occasionem, vt reor, tentandi de ipsis domini sermonibus sumpsit, ubi ait. Gaudete autē q̄ nomina vestra scripta sunt in cęlis. Sed ipsa sua tentatione declarat: quā vera sit illa domini pfessio, qua patri loquit: Quod abscondisti hęc a sapientibus, et prudētibus, et reuelasti ea paruulis. Ad Bñs. Añs. Magister quid faciendo vitam ęternā possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Diliges dominū Deum tuum ex toto corde tuo. Alla. Ad Mag. Añs. Homo quidam descēdebat ab Ieru-

Jerusalez in Jericho,ꝛ incidit in latrones,qui etiam despolia nerunt eum, ꝛ plagis impositis abierunt, semiuiuo relicto.

Dñica xiij.post Penteco. Oro.

Omnipotens sempi terne De⁹:da no bis fidei, spei, ꝛ charitatis aug/ mētū:ꝛ vt merea mur assequi, qđ promittis,fac nos amare quod precipis. Per dominum.

Lcō s.euāg.bm Lucā. Le. vij.

c.17. In illo tpe: Cum iret Je/ sus in Jerusalem,trāsibat per mediam Samariam,ꝛ Ga lileam:ꝛ cū ingrederetur quod dam castellum,occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliqua.

Homilia S. Augustini epi.

De decem leprosis, quos dñs ita mundauit cū ait: Jte, ostēdite vos sacerdotibus: queri potest, cur ad sacerdotes eos miserit:vt, cum irent mun/ darentur. Nullum enim eorum quibus corporalia hec beneficia prestitit,inuenitur misisse ad sa cerdotes,nisi leprosos. Nam ꝛ illum a lepra mundauerat, cui dixit: Uade ostende te sacerdo ti,ꝛ offer pro te sacrificiū,quod precepit Moyses in testimoniū illis.Querendum est igitur qd ipsa lepra significet: non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt.Coloris quip pe vitium est, non valetudinis, aut integritatis sensuum atque membrorum. Lectio viij.

Eprosi ergo non absurde intelligi possunt,qui sciē tiam vere fidei non habentes, varias doctrinas profitentur er roris.Non enim abscondunt im peritiam suam,sed pro summa peritia proferunt in lucem,ꝛ ia ctantia sermonis ostētant. Nul la porro falsa doctrina est, que non aliqua vera intermisceat. Uera ergo falsis inordinate per mista in vna disputatione, vel narratione hominis, tanquam in vnius corporis colore appa/ rentia,significant lepram, tan/ quam veris falsisqꝫ colorum fu cis humana corpora variantē, atqꝫ maculantem. Lectio ix.

Hj autem tam vitādi sunt ecclesie:vt,si fieri potest, longi⁹ remoti, magno clamore Christū interpellēt: sicut isti de cē steterunt a longe, ꝛ leuaue/ runt vocem dicentes: Jesu pre/ ceptor miserere nostri. Nam,ꝛ qꝫ preceptorem vocant,quo no mine nescio vtrum quisquā do minum interpellauerit pro me dicina corporali, satis puto si/ gnificare,lepram falsaz esse do ctrinam, quā bonus preceptor absterget. Ad Bñs Aña. Cum transiret Jesus quoddaz castel lum,occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, ꝛ leuauerunt vocem dicentes:Je su preceptor miserere nostri.

Ad Magnificat. Antiphona. Unus autem ex illis,vt vidit qꝫ

mūdatus est regressus est, cū magna voce magnificās Deū, hal.

Dnica xiiij. post Pent. Oratio.

Custodi dn̄e, quęsumus, ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & q2 sine te labitur humana mortalitas tuis semper auxilijs, & abstrahatur a noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per dominum nostrū. Lcō s. euā. sm Mattheū. Lc. vj.

ca. 6. In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duob^{9} dominis seruire. Et rel. Homilia s. Augustini episcopi.

Nemo potest duobus dn̄is seruire. Ad hāc ipsā intētionem referendū est, quod consequenter exponit dicens: Aut enim vnū odio habebit, & alterū diliget: aut alterū patietur, & alterū contemnet. Quę verba diligenter cōsideranda sunt: nā qui sint duo dn̄i, deinceps ostendit cum dicit: Nō potestis Deo seruire & mammonę. Mammona apud Hebręos diuitię appellari dicuntur. Congruit & Punicū nomen: nam lucrū Punice mammon dicitur. Lcō vij.

Sed q seruit mámonę, illi vtique seruit, qui rebus istis terrenis merito suę peruersitatis prępositus, magistratus huius seculi a dn̄o dicitur. Aut enim vnū odio habebit, & alterū diliget homo, idest Deū: aut alterū patietur, & alterum cōtemnet. Patietur enim durum & perniciosum dominum, quisquis seruit mammonę: sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo, & non eum diligit. Quis enim est, qui diligat diabolū? sed tamen patitur. Lect. ix.

Ideo, inqt, dico vobis, non habere solicitudinem aię vestrę quid edatis, neque corpori vestro quid induatis: ne forte quamuis iam superflua nō quęrant, ppter ipsa necessaria cor duplicetur, & ad ipsa cōquirenda nostra detorqueatur intētio cū aliqd quasi misericorditer operamur: idest vt, cū cōsulere alijs videri volumus, nostrum emolumentum ibi potius, quam illius vtilitatem attendamus, & ideo nobis nō videamur peccare, q2 non superflua, sed necessaria sunt quę cōsequi volumus.

Ad Benedictus. Antiphona.

Nolite soliciti esse dicentes, qd manducabimus, aut quid bibemus? scit enim pater vester, qd vobis necesse sit, halleluia.

Ad Mag. aii. Querite primū regnū Dei, & iustitiam eius: & hęc oia adijcientur vobis, hal.

Dnica xv. post Pente. Oratio.

Ecclesiam tuā domine miseratio cōtinuata mundet, & muniat: & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per dominū nostrū.

Lc

Lcõ s. euãg ſm Lucam. Le. vij.

In illo tempore: Ibat Jesus in ciuitatẽ, quę vocat Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Et reli.

Homilia sancti Augustini epi.

De iuuene illo resuscitato gauisa est mater vidua, de hominibus quotidie in spiritu resuscitatis: gaudet mater ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore, illi autem mente. Illius mors visibilis visibiliter plangebatur: illorum mors inuisibilis, nec quęrebatur, nec videbatur. Quęsiuit ille, q nouerat mortuos: ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos venisset, non diceret Apostolus: Surge qui dormis, & exurge a mortuis: & illuminabit te Christus. Lectio viij.

Tres autem mortuos inuenimus a dño resuscitatos visibiliter, millia inuisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitauerit, quis nouit? non enim omnia scripta sunt quę fecit. Johannes hoc dicit: Multa & alia signa fecit Jesus: quę si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Multi sunt ergo alibi suscitati sine dubio fortasse, sed non frustra tres commemorati. Dominus enim noster Jesus Christus ea quę faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi: neque enim tantum miracula propter miracula faciebat, sed vt illa, quę faciebat mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Lect. ix.

Quemadmodũ qui videt literas in codice optime scripto, & non nouit legere laudat quidem antiquarij manum, & admirans apicum pulchritudinem: sed quid sibi velint, quid indicent illi apices, nescit: & est oculis laudator, mente non cognitor: alius autem laudat artificium, & capit intellectum: ille vtique q non solũ videre, quod commune est omnibus, potest, sed etiam legere, quod qui non didicit non potest: ita qui viderunt Christi miracula, & non intellexerunt quid sibi vellent, & quid intelligentibus quodammodo innuerent, mirati sunt tãtum, quia facta sunt: alij vero & facta mirati, & intellectum assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Ad Bñs. Añ.

Ibat Jesus in ciuitatem, quę vocatur Naim: & ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suę.

Ad Mag. Aña. Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.

Dñica xvj. post Pente. Oratio.

Tua nos, quęsumus dñe, gratia semper pręueniat & sequatur: ac bonis operibus iugiter pręstet esse intentos. Per dominum no.

Lec.

Lcō s. euāg. sm Lucam. Le. xiiij.

c. 14. In illo tempore: Cum intrasset Jesus in domuz cuiusdam principis Phariseoruz sabbatho manducare panem: et ipsi obseruabant eum, et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosii episcopi.

Curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animę grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem. Deinde docetur humilitas: dū in illo conuiuio nuptiali appetentia loci superioris arcetur, clementer tamen, vt persuasionis humilitas asperitatē correptionis excluderet: ratio proficeret ad persuasionis affectuz, et correctio emendaret affectū. Huic quasi proximo limine humanitas copulatur: quę ita dominicę sententię diffinitione distinguitur, si in pauperes et debiles conferatur. Nam hospitalem esse remuneraturis, affect⁹ auaritię est. Lectio octaua.

Postremo quasi emeritę militię viro cōtemnendarum stipendiarum facultatum pscribitur: quod neque ille, qui studijs intentus inferioribus, possessiones sibi terrenas coemit, regnum cęlorum possit adipisci, cum dominus dicat, Uende omnia tua, et sequere me: nec ille, qui emit boues: cum Elise⁹ occiderit, et populo diuiserit quos habebat: et ille qui duxit vxorez, cogitet quę mundi sunt non quę Dei: non quo coniugium reprehendatur, sed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: quoniam mulier innupta et virgo cogitat, quę sunt domini: vt sit sancta corpore et spiritu. Lectio nona.

Sed vt in gratiā, vt supra cum viduis, ita nūc etiaz cum coniugibus reuertamur. non refugimus opinionē quam sequunt plerique, vt tria genera hominum a consortio magnę illius cęnę existimemus excludi: Gentiliū, Judęorū, et Hęreticorū. Et ideo apostolus auaritiam dicit esse fugiendam, ne impediti more gentili iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnum Christi peruenire nequeamus. Omnis enim immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hęreditatem in regno Christi, et Dei.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dum intraret Jesus in domuz cuiusdam principis Phariseorum sabbatho, manducare panem: ecce homo quidaz hydropic⁹ erat ante illū: ipse vero apprehensū sanauit cū ac dimisit.

Ad Magnificat. Antiphona.

Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco: vt dicat tibi qui te inuitauit: Amice ascende superius: et erit tibi gloria coram simul discumbentib⁹, halleluia.

Dñica

Dñica xvij. post Pent. Oratio.

Da, q̃s dñe populo tuo diabolica vitare contagia: & te solum deũ pura mẽte sectari. Per dominum.

Lcõ s. euã. sm Mattheũ. L. xxij.

In illo tẽpore: Accesserunt ad Jesum Pharisei, & interrogabat eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister quod est mandatum magnum in lege? Et reliqua.

Hom. s. Johãnis Chrysostomi.

Adducẽis cõfusis: Pharisei rursus aggrediuntur: cumq; quiescere oporteret, decertare volucrũt, & legis peritiã profitentem premittunt, non discere, sed tẽtare cupiẽtes: ac ita interrogant, quodnam primũ mandatum in lege sit. Nam cũ primũ illud sit: Diliges dominum Deũ tuuz: putãtes causas sibi allaturum, ad mandatum hoc corrigenduz, aliquid addẽdo: quoniam Deum se faciebat hoc modo interrogant. Quid igitur Christ⁹? Vt ostendat idcirco ad hec eos deuenisse: quia nulla in eis esset charitas, sed inuidie liuore tabescerẽt: Diliges inquit, dominum Deum tuum: hoc primum & magnum mãdatum est. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Lec. viij.

Quamobrẽ simile est huic? quoniam hoc illud inducit, & ab illo rursus munitur. Quicunq; enim male agit, odio habet lucez, & non venit ad lucem. Et rursus: Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Deinde sequitur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: & iterum: Radix omnium malorũ auaritia est, quã quidam appetentes errauerũt a fide: Et, Qui diligit me, mãdata mea seruabit: quorũ caput & radix est: Diliges dominum Deum tuum: & proximum tuũ: sicut teipsum. Lectio nona.

Si ergo diligere Deuz diligere proximum est: (nã si diligis me, o Petre, inquit: pasce oues meas) si etiaz dilectio proximi, facit vt mãdata custodias, merito ait in his totam legem, & prophetas pendere. Et quemadmodũ in superioribus, cuz de resurrectione interrogaretur, plus docuit quaz tentantes petebant: sic in hoc loco: de primo interrogatus mandato, secundũ etiam, non valde quaz primum inferius sponte attulit secundum eniz est primo simile: Ita occulte insinuauit, odio illos ad querendum incitari: Charitas enim, inquit, non emulatur. Ad Bñdictus. Aña. Magister: quod est mandatuz magnum in lege? Ait illi Jesus: Diliges dominum Deum tuũ: ex toto corde tuo: halleluia.]

Ad Magnificat. Antiphona. Quid vobis videt̃ de Christo? cuius

cuiꝰ filius est? Dicũt ei omnes, Dauid: Dicit eis Jesus. Quomodo Dauid in spiritu vocat eum dñm: dicens. Dixit dñs domino meo, sede a dextris meis.

Dñica xviij. post Pente. Oro.

Dirigat corda nostra, quesumus domine, tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere nõ possumꝰ. Per dominũ nostrum.

Lcõ j. euã. sm matheũ. c. ix.

In illo tpe: Ascẽdẽs Jesus in nauiculã, transfretauit et venit in ciuitatẽ suaz. Et rel.

Homilia s. Petri Chrysologi.

Christuz in humanis actibus diuina gessisse mysteria, et in rebus visibilibus inuisibilia exercuisse negocia, lectio hodierna mõstrauit. Ascendit, inquit, in nauiculam, et trãsfretauit, et venit in ciuitatem suã. Nonne ipse est, qui fugatis fluctibus maris profunda nudauit, vt Israeliticus populus inter stupentes vndas sicco vestigio velut montiuz concaua trãsiret? Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vortices inclinauit, vt iter liquidum humanis gressibus solidum prȩberet obsequium? Lectio octaua.

Et quid est, qꝫ ipse sibi sic maris denegat seruitutẽ, vt breuissimi lacus transitũ sub mercede nautica trãsfretaret. Ascendit, inquit, in nauiculã, et transfretauit. Et quid mirũ fratres? Christus venit suscipere infirmitates nostras, et suas nobis conferre virtutes: humana querere, pstare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tedia, referre sanitates quia medicus, q non infert sanitatem, infirmitatez curare nescit: et qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo nõ potest conferre sanitatem. Lc. ix.

Christus ergo, si in suis mãsisset virtutibus, cõmune cum hominibus nihil haberet: et si non implesset carnis ordinẽ, carnis in illo esset ociosa susceptio. Ascendit, inquit, in nauiculam: et transfretauit, et venit in ciuitatem suam. Creator omnium Deus, post quam se propter nos nostra angustauit in carne, cepit habere humanam patriam: cepit ciuitatis Judaice esse ciuis, parentes habere cepit parentum omnium ipse parens, vt inuitaret amor, attraheret charitas, vinciret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dñatio, metus dispserat, et fecerat eius potestatis extorres.

Ad Benedictus. Antiphona.

Dixit dñs paralytico, confide fili: remittũtur tibi peccata tua.

Ad Magnificat. Antiphona.

Tulit ergo paralyticus lectum suum in quo iacebat, magnificans deum, et omnis plebs, vt vidit, dedit laudem Deo.

Dñica xix. post Pente. Oratio.

Omnipotens et misericors Deus, universa nobis adversantia propitiatus exclude: ut mente et corpore pariter expediti, que tua sunt liberis mentibus exequamur. Per dominum nostrum.

Lectio s. euã. scdm Mattheũ. c. xxij.

In illo tempore: Loquebatur Jesus principibus sacerdotum, et Phariseis in parabolis, dicens: Simile factum est regnũ celorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et rel.

Homilia S. Gregorij Pape.

Sepe iam me dixisse memini: quod plerunque in sancto euangelio regnũ celorum presens ecclesia nominatur: congregatio quippe iustorũ, regnũ celorum dicitur. Quia enim per prophetam dominus dicit: Celum mihi sedes est: Et Salomõ ait: Anima iusti sedes est sapiẽtie. Paulus etiam dicit, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiã: liquido colligere debemus, quia si deus est sapientia, anima autem iusti sedes sapientie: dum celum dicitur sedes Dei, celum ergo est anima iusti. Hinc per psalmistam de sanctis predicatoribus dicitur, Celi enarrant gloriam Dei. Lect. octaua.

Regnum ergo celorum est ecclesia iustorum, quorum corda in terra nil ambiũt, per hoc quod ad superna suspirant, iam in eis dominus quasi in celestibus regnat. Dicatur ergo: Simile est regnum celorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Jam intelligit charitas vestra, quis est iste rex, regis filij pater: ille nimirum, cui psalmista ait, Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis. Qui fecit nuptias filio suo. Tunc enim deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero virginis humane nature coniunxit, quando Deum ante secula fieri voluit hominem in fine seculorum. Lectio nona.

Sed quia ex duabus personis fieri solet ista coniunctio, absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Dei et hominis Redemptoris nostri Jesu Christi, ex duabus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis compositum credi, vt nefas, vitamus. Apertius igitur, atque securius dici potest, quia in hoc pater regi filio nuptias fecit, quando ei, per incarnationis mysterium, sanctam ecclesiam sociauit. Uterus autem genitricis virginis huius sponsi thalamus fuit. Unde et psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus

sus procedens de thalamo suo. Ad Benedictus. Aña. Dicite inuitatis: ecce prandium meuz paraui, venite ad nuptias. Ps. Ad Magnificat. Antiphona. Intrauit aût rex, vt videret discûbentes, et vidit ibi hoiez non vestitû veste nuptiali, et ait illi: Amice quomodo huc intrasti, nô habens vestem nuptialem?

Dñica xx. post Penteco. Oro

Largire qs dñe fidelib⁹ tuis indulgentiã placat⁹: et pacem: vt pariter ab omnibus mundêtur offensis, et secura tibi mête deseruiãt. Per dominum nostrum.

Lcõ s. euãg. sm Iohanê. Le. vij.

In illo tpe: Erat quidã regulus, cuius fili⁹ infirmabatur Capharnaum. Et reliq.

Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio sãcti euãgelij, quã modo fratres audistis, expositione nô indiget: sed ne hãc tacite pteriisse videamur, exhortando potius, quam exponendo in ea aliud loquamur. Hoc aût nobis solûmodo de expositione video esse requirendû, cur is q ad salutem filio petendam venerat, audiuit, Nisi signa et pdigia videritis, nô creditis? Qui enim salutem quęrebat filio, proculdubio credebat: neqz enim ab eo quęreret salutem, quem nô crederet Saluatorê. Quare ergo ei dicitur: Nisi signa, et prodigia videritis non creditis qui ante credidit, quam signuz videret. Lectio viij.

Sed mementote qd petijt et aperte cognoscetis: qa in fide dubitauit. Poposcit nãque vt descenderet, et sanaret filium eius. Corporalez ergo domini pręsentiam quęrebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illum credidit, quem non putauit salutem posse dare, nisi pręsens esset, et corpore. Si enim perfecte credidisset, proculdubio sciret, qa non esset locus, vbi non esset Deus. Lectio ix.

Ex magna ergo parte diffisus est, qui virtuti is honorem non dedit maiestati, sed pręsentię corporali: salutem itaque filio petijt, et tamen in fide dubitauit: quia eum, ad quem venerat, et potentem ad curanduz credidit, et tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed dominus, qui rogatur, vt vadat, quia non deest vbi inuitatur, iudicat solo iussu salutez reddidit, qui voluntate omnia creauit. Ad Bñs Aña Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaû hic cum audisset, quod Iesus veniret in Galilęam, rogabat eum vt sanaret filium eius.

Ad Mag Añ. Cognouit autê pater, qz illa hora erat i qua dixit Iesus: filius tuus viuit: et credidit ipse, et dom⁹ eius tota.

Dñica xxi. post Pentec: Orõ.

Familiam tuam, quesumus domine, continua pietate custodi: vt a cunctis aduersitatibus te protegéte sit libera, et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per dominum nostrum Jesum Christum.

Lectõ s. euã. sm Matth. L. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorũ hoi regi, qui voluit rõné ponere cum seruis suis. Et rel.

Homilia s. Hieronymi presby.

Familiare est Syris, et maxime Palestinis ad oẽz sermoné suum parabolas iungere: vt quod per simplex pceptũ teneri ab auditoribus nõ potest per similitudinem, exemplaque teneatur. Precepit itaqz dominus Petro sub cõparatione regis, et dñi, et serui, qui debitor decem millium talentorũ a domino rogans veniã impetrauerat vt ipse quoqz dimittat cõseruis suis minora peccãtibus. Si eni ille rex et dominus seruo suo debitori decez millia talérorũ tã facile dimisit: quanto magis serui cõseruis suis debent minora dimittere? Lectio octaua.

Quod vt manifestius fiat, dicamus sub exemplo. Si quis nostrum cõmiserit adulteriũ, homicidiũ, sacrilegiũ, maiora crimina: decez millia talétorum rogantibus dimittuntur, si et ipsi dimittant minora peccantibus: sin autem ob factam contumeliaz simus implacabiles, et propter amarũ verbum perpetes habeamus discordias, nonne nobis videmur recte redigẽdi in carcerẽ, et sub exemplo operis nostri hoc agere, vt maiorũ nobis delictorum venia non relaxetur? Lectio nona.

Sic et pater meus celestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisqz fratri suo de cordibus vestris. Formidolosa sententia, si iuxta nostram mentem sententia dei flectitur, atque mutatur: si parua fratribus non dimittimus, magna nobis a deo non dimittentur. Et quia potest vnusquisque dicere: Nihil habeo contra euz, ipse nouit, habet Deum iudicem, nõ mihi curẽ est qd velit agere, ego ignoui ei: Cõfirmat sententiam suam, et oẽm simulationẽ fictẽ pacis euertit, dicẽs. Si non remiseritis vnusquisqz fratri suo de cordibus vestris.

Ad Bñs. Añ. Dixit autẽ dñs seruo: redde quod debes. Procidens autẽ seruus ille rogabat eum dicens, Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi.

Ad Magnificat. Antiphona. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me: nonne ergo oportuit et te misereri cõserui tui, sicut et ego tui misertus sum? halleluia.

Dñica xxij. post Pent. Oratio.

D Eus, refugiũ nostrum: et virtus, adesto pijs ecclesie tue precibus, auctor ipse pietatis et presta: vt quod fideliter petimus, efficaciter cõsequamur. Per dominũ.

Lcõ s. euã. sm Matth. Lec. vij.

In illo tpe: Abeuntes Pharisei consiliũ inierũt: vt caperent Jesuz i sermone. Et rel.

Homilia sancti Hilarij epi.

F Requenter Pharisei cõmouentur, et occasionez insimulandi eũ habere ex preteritis non possunt: cadere enim vitium in gesta eius et dicta non poterat: sed de malitie affectu in omnem se inquisitionez reperiũ de accusationis extendũt. Nam que a seculi vitijs atq superstitionibus humanarũ religionuz vniuersos ad spez regni celestis vocabat. Igitur an violaret seculi potestatem, de proposite interrogationis cditione ptẽtant, an videlicet reddi tributũ Cesari oporteret. Lcõ octaua.

Q Ui interna cogitationuz secreta cognoscẽs (Deus eniz nihil eorũ, que intra hoiez sunt absconsa, non speculatur) afferri sibi denarium iussit, et quesiuit, cuius et inscriptio eẽt, et forma. Pharisei responderũt: Cesaris eam esse. Quibus ait, Cesari reddenda esse que Cesaris sunt: Deo autem reddenda esse, que Dei sunt. O plenaz miraculi responsionem, et perfectã dicti celestis absolutionez. Ita omnia inter contemptum seculi: et contumeliam ledendi Cesaris temperauit, vt curis omnibus, et officijs humanis deuotas Deo mẽtes absolueret, cum Cesari, que eius essent, reddẽda decernit. Lectio nona.

S I enim nihil eius penes nos resederit, conditione reddendi ei que sua sunt nõ tenebimur. Porro autem si reb' illius incumbamus, si iure potestatis eius vtimur, et nos tanquã mercenarios alieni patrimonij procuratione subijcimus: extra querelaz iniurie est, Cesari reddi quod Cesaris est: Deo autez que eius sunt propria reddere nos oportere, corpus, animã, voluntatem. Ab eo enim profecta hec atque aucta retinemus et perinde condignum est, vt ei se in totum reddant, cui debere se recolunt et originem, et profectum. Ad Benedictus. Antiphona. Magister scimus: qr verax es, et viam Dei in veritate doces, halleluia.

Ad Magnificat. Antiphona. Reddite ergo, que sunt Cesaris Cesari, et q̃ sũt Dei, Deo, halle.

¶ Si sequẽs Dñicã fuerit vltima post Pente. eius loco poni xxiij. vt infra, et offm hui' Dñice ponit in Sabbatho pcedenti nõ impedito festo ix. lec. alioqn fer. vi. vel alia sicr nõ impedita.

Dñica xxiij. post Pente. Orõ.

Absolue, q̃sumus dñe, tuorũ delicta populorũ: & a peccatorũ nostrorũ nexibus, quę pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per dom.

Lcõ s. euã. sm Mattẽ. Lec. vij.

In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas: ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est. Et reliq.

Homilia s. Hieronymi presbyt.

Octauum signũ est, in quo princeps suscitari postulat filiã suã, nolẽs de mysterio verę circuncisionis excludi: sed subintrat mulier sanguine fluẽs & octauo sanatur loco, vt principis filia de hoc exclusa numero veniat ad nonũ, iuxta illud qđ in psalmo dicit: Aethiopia pręueniet manus eius Deo: & Cum intrauerit plenitudo gẽtiũ, tũc ois Israel saluus fiet. Lec. viij.

Et ecce mulier, quę sãguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriã vestimẽti eius. In euangelio secundũ Lucam scribitur, q̃ principis filia duodecim annos haberet ętatis. Nota ergo, qđ eo tpe hęc mulier, id est gentium populus cęperit ęgrotare, quo gen⁹ crediderat Judęorum. Nisi enim ex comparatione virtutum, vitium non ostenditur. Lectio nona.

Haec aũt mulier sanguine fluens, nõ in domo, nõ in vrbe accedit ad dñm, quia iuxta legem vrbibus excludebatur, sed in itinere ambulãte domino, vt dum pergit ad aliam, alia curaret: vnde dicunt & apostoli: Vobis quidem prius oportebat pdicare verbũ dei, sed quoniam indignos vos iudicastis salute, transgredimur ad gentes. Ad Bñs. Antiphon.

Dicebat enim intra se: Si tetigero fimbriã vestimentis tantũ, salua ero. Ad Mag. Antipho.

At, Jesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia: fides tua te saluam fecit, alleluia.

¶ Dominicę post Pentecosten nõ possunt esse minus viginti tribus: neque plures viginti octo.

¶ Cũ aũt fuerint plures xxiiij: tũc post vigesimamtertiã Dñicaz ponuntur quę superfuerunt post Epiphaniam hoc ordine.

¶ Si Dominicę post Pentecosten fuerint xxv. Dominica xxiiij. post Pentecosten erit quę est vj. post Epiphaniam f.130.

¶ Si fuerint 26.24. erit q̃ est v. post Epipha. 12 & 25. q̃ est vj.

¶ Si fuerit 27.24 erit iiij. post Epi. f.124. 25. erit v. & 26. erit v.

¶ Si fuerint 28.24. erit iij. post Epiph. 121. xxv. erit iiij. xxvj. erit v. xxvij. erit vj. & vlt. loco sẽp ponit q̃ sequit in ordine xxiiij.

¶ Dominica xxiiij. vel vltima post Pentecosten. Oratio.

Excita, quęsumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequētes, pietatis tuę remedia maiora percipiant. Per dominum.

Lcō s. euāg. s̄m Matth. L: vij.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum videritis abominationem desolationis, quę dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Et reliq.

Homilia s. Hieronymi presby.

Quando ad intelligentiam prouocamur, mysticū monstratur esse quod dictum est. Legimus autē in Daniele hoc modo. In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, & erit in tēplo abominatio desolationum vsq; ad consummationem temporis, & cōsummatio dabit super solitudine. De hoc & apostolus loquit, quod homo iniquitatis, & aduersarius eleuād' sit contra omne, quod dicit Deus aut qd colitur: ita vt audeat stare in tēplo Dei, & ostēdere quod ipse sit Deus: cuius aduētus secundū operationem Satanę destruet eos, & ad Dei solitudinē rediget q se susceperint. L. viij:

Potest autē simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cęsaris, quā Pilatus posuit in templo, aut de Hadriani equestri statua, quę in ipso Sancto sanctorum loco, vsq; in pręsentē diem stetit. Abominatio quoq; secundum veterem scripturam, idolum nuncupatur, & idcirco addit, desolationis, q in desolato tēplo atq; destructo idolum positum sit. Lectio ix.

Abominatio d̄solatiōis intelligi potest omne dogma peruersum: quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est in ecclesia, & se ostendere Deum, debemus fugere de Judęa ad montes, hoc est, dimissa occidente litera, & Judaica prauitate, appropinquare montibus ęternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus: & esse in tecto, & in dogmate, quo non possint ignita diaboli iacula peruenire: nec descendere, & tollere aliquid de domo conuersationis pristinę, nec q̄rere quę retrorsum sunt, sed magis serere i agro spiritualium scripturarū, vt fructus capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quam apostoli habere prohibentur.

Ad Benedictus. Antiphona.

Cum videritis abominationem desolationis, q̄ dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat. Antiphona.

Amen dico vobis, quia nō pręteribit generatio hęc, donec omnia fiant: cęlum & terra transibunt, verba autem mea nō transibunt, dicit dominus.

Finis Proprij de Tempore.

PROPRIVM SANCTORVM.

SANCTI SATVRNINI Martyris Commemoratio.

Ad Vesperas. Antiphona.

Iste sanctus.501. ℣. Gloria & honore coronasti eum. de communi vnius martyris. Oratio:



Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominum nostrum Jesum.

¶ De festis occurrentibus in Aduentu non fit Officium, nisi fuerit festum dupl. vel semidu. quod si venerit in Dominica trans fertur in secundam feriam, simili festo non impeditam.

¶ De simpl. autem fit tantum comme. Idem seruari debet in Quadr. Quatuor Tpibus, & i Vigilijs, vt in rub. generalib⁹ dictum est.

IN VIGILIA S. Andreę Apostoli.

¶ Si hęc vigil. venerit i Aduentu, nihil fit de ea, nisi in Missa.

¶ Si vero nō venerit in Aduen. fit officium de feria, vt dictū est in rubricis generalibus, cū Homilia & Oratione de vigilia, vt infra, & ℟. de Historia currente Dñicę cū precibus ad Laudes, 24. & Horas. quod seruatur & in alijs Vigilijs occurrentibus in Aduen. in Quadragesima, & in Quatuor temporibus.

¶ Si festū S. Andreę celebret feria secūda, d Vigilia fit offm in Sabbatho, & cōmemoratio sancti Saturnini i Dominica.

Lectio s. euāg. sm Johannem. c. 1.

In illo tpe: Stabat Johānes, & ex discipulis eius duo. Et respiciēs Jesū ambulā tē dixit: Ecce agn⁹ dei. Et reli. Homilia sancti Augustini epi.

Quia talis erat Johānes amicus sponsi, non quęrebat gloriam suam, sed testimonium perhibebat veritati: num quid voluit apud se remanere discipulos suos, vt non sequerentur dominū? Magis ipse ostendit discipulis suis quem sequerentur: habebāt enim illum tanquam agnū: & ille, Quid me attenditis? ego non sum agn⁹. Ecce Agnus Dei. De quo & superius dixerat, Ecce agnus Dei. Et qd nobis prodest agn⁹ Dei? Ecce, ait, q tollit peccata mundi. Secuti sūt illum hoc audito duo q erāt cū Johanne. ℟. 2.

Videamus sequētia. Ecce agn⁹ Dei. Hoc Johānes

 Et

Et audierunt eū₃ duo discipuli loquentē: ⁊ secuti sunt Jesum. Non sic illum sequebātur, quasi iam inhererent illi. Nam manifestum est quando illi inheserunt, quia de naui eos vocauit. In his enim duobus erat Andreas, sicut modo audistis. Andreas autem frater Petri erat: ⁊ nouimus in euangelio quod Petrum ⁊ Andream dominus de naui vocauit dicēs: Venite post me, ⁊ faciam vos piscatores hominum: ⁊ ex illo iam inheserunt illi, vt non recederent.

Lectio tertia.

Modo ergo quod illum sequunt isti duo, nō quasi non recessuri sequuntur, sed videre voluerunt vbi habitaret, ⁊ facere quod scriptu₃ est: Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge venire ad illum assidue, ⁊ erudire preceptis eius. Ostendit eis ille, vbi maneret, ⁊ venerunt, ⁊ fuerūt cū illo. Quā beatum diem duxerunt: quam beatam noctem: quis est qui nobis dicat, que audierint illi a domino? Edificemus nosmetipsi in corde nostro, ⁊ faciamus domū, quo veniat ille, ⁊ doceat nos, ⁊ colloquatur nobis. Oratio.

Quesumus, omnipotens Deus: vt beatus Andreas apostolus, cuius preuenimus festiuitatem, tuū pro nobis imploret auxiliu₃: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis etia₃ periculis eruamur. Per dominum nost.

Deinde p cōm. s. Saturni. Añ. Qui odit animam. fol. 904. ℣. Iustus vt palma. de cōmuni vnius mar. Oratio vt supra.

IN FESTO S. ANDREAE

Duplex.

Ad Vespe. Aña. Salue crux. cū res. de Lau. ps. Dixit do. 52 cū res. dominica. ⁊ loco vlt. di ps. Laudate dñ₃ oēs gēt. 54. Cap.



Fratres Corde enim creditur ad iustitia₃, ore aūt cōfessio fit ad salutem: dicit enim scriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundet. Hym. Exultet. 493. ℣. In oēm terram. de cōi apostolorum. Ad Magnificat. Antiphona. Unus ex duobus, qui secuti sūt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri, alla. Oro.

Maiestatem tua₃ dñe suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesie tue beat⁹ Andreas apostolus extitit predicator ⁊ rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum nostrum Jesum.

Ad Matutinum. Inuitatoriū. Regem apostolorum. 493. ps. Venite. Hym. Aeterna Christi. 493. de cōmuni apostolorū. In i. noct. Aña. Vidit dominus Petrū ⁊ Andream, ⁊ vocauit eos. ps. Celi enarrant. fol. 493.

An. Venite post me, dicit dñs, faciã vos fieri piscatores hominum. ps. Benedicam. f. 494. Añ. Relictis retibus suis secuti sunt dñm redemptoré. ps. Eructauit. 494. ℣. In oém terrã exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terrę verba eorum. Deinde dicitur Pater noster. Absolutiones, ꝛ Bñdnes. vt habentur in i. Dñica de Aduẽtu. De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. Lectio prima.

Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniã iustitiam quę ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea. Quę autem ex fide est iustitia: sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in cęlum? idest, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, ꝛ in corde tuo. Hoc est verbũ fidei quod prędicamus: qa si cõfitearis in ore tuo dominum Iesuꝫ, ꝛ in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. ℟. Cum perambularet Dominus iuxta mare secus litus Galilęę, vidit Petruꝫ ꝛ Andream retia mittentes in mare, ꝛ vocauit eos dicens: Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. ℣. Erant enim piscatores, ꝛ ait illis. Venite post. Lectio scda.

Corde enim creditur ad iustitiam. Ore autem cõfessio fit ad salutem: Dicit eniꝫ scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudęi, ꝛ Gręci: nam idem dominus oĩũ diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem nõ crediderunt? Aut quomodo credẽt ei quem nõ audierũt? Quomodo autem audient sine prędicante? Quomodo vero pdicabunt nisi mittantur? Sicut scriptũ est: Quam speciosi pedes euangelizantiũ pacẽ, euãgelizantium bona. ℟. Mox vt vocem dñi prędicantis audiuit beatus Andreas, relictis retibus, quorũ vsu, actuque viuebat, Aeternę vitę secutus est pręmia largientem. ℣. Hic est, qui pro amore Christi pepẽdit in cruce, ꝛ pro lege eius sustinuit passionem. Aeternę vitę. Lectio tertia.

Sed nõ oẽs obediũt euangelio. Isaias enim dicit: Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per verbũ Christi. Sed dico. Nunquid nõ audierunt? Et quidem. In omneꝫ terram exiuit sonus eorũ, ꝛ i fines orbis terrę verba eorũ. Sed dico? Nunquid Israel non cognouit? Prim' Moyses dicit: Ego ad ęmulationem vos adducam

in non gentez, in gentez insipiē
tem in iram vos mittaz. Isaias
autem audet, et dicit: Inuentus
sum a non querentib⁹ me: palā
apparui ys qui me non interro
gabāt. Ad Israel aūt dicit. To
ta die expādi man⁹ meas ad po
pulum non credentem, sed con
tradicentem mihi. ℟. Doctor
bonus et amicus Dei Andreas
ducitur ad crucē: quam a lōge
aspiciens dixit: salue crux: Su
scipe discipulum eius, qui pepē
dit in te magister me⁹ Christus.
℣. Salue crux, que in corpore
Christi dedicata es, et ex mēbris
eius tāquā margaritis ornata.
Suscipe. Gloria. Suscipe.

In secundo nocturno. Antiph.

Dignū sibi dn̄s cōputauit mar
tyrem, quem vocauit apostolū,
dū esset in mari, halle. Ps. Om
nes gen. 495. Ant. Dilexit An
dream dn̄s in odorē suauitatis.
Ps. Exaudi de⁹ depre. 495. Ant.
Biduo viuēs pēdebat in cruce
beatus Andreas pro Christi no
mine, et docebat populum. Ps.
Exaudi Deus orationem. 495.
℣. Constitues eos principes su
per oēm terraz. ℟. Memores
erūt nominis tui domine. Lec. iiij.

Andreas aposto
lus, Bethsaide
natus, qui ē Ga
lilee vicus, fra
ter Petri natu
maior: discipul⁹
Johānis Baptiste, cum euz de
Christo dicentem audisset, Ec
ce agnus Dei: secutus Jesum
fratrem quoqz suum ad eundez
perduxit. Cum postea vna cum
fratre piscaretur in littore Gali
lee, ambo pretereunte Christo
dn̄o añ alios apostolos vocati
illis verbis, Uenite post me, fa
ciā vos fieri piscatores hominum,
nullā interponentes moram, et
relictis retibus secuti sunt euz.
Post cuius passionem, et resur
rectionē Andreas, cum in Scy
thiaz Europe, que ei prouincia
ad Christi fidē disseminandam
obtigerat, venisset, deinde Epi
rum ac Traciam peragrasset,
doctrina et miraculis innume
rabiles homines ad Christum
conuertit. Post Patras Acha
ie profectus, et in ea vrbe pluri
mis ad veritatem euangelicaz
perductis, Aegeā proconsulem,
predicationi euangelice resistē
tez, liberrime increpauit, quod
qui iudex hominum haberi vel
let, Christum deum omnium
iudicem a demonibus elusus
non agnosceret. ℟. Homo dei
ducebatur, vt crucifigerent eū:
populus autem clamabat voce
magna dicens: Innocens eius
sanguis sine causa dānatur. ℣.
Cumque ducerent eum vt cru
cifigeretur, factus est concur
sus populorum clamantium, et
dicentiuz. Innocens. Lec. v.

Tum Aegeas iratus, Desi
ne, inquit Christuz iacta
re, cui similia verba nihil p̄fue
rūt, quo minus a Judeis cruci
fige

figeretur. Andreā vero de Christo nihilominus libere pędicātem, q̄ pro salute humani generis se crucifigenduз obtulisset, impia oratione interpellat, ac demum hortatur, vt sibi cōsulens, diis velit immolare. Cui Andreas: Ego omnipotēti deo: qui vnus & verus est, immolo quotidie non taurorū carnes, nec hircorum sanguinē, sed immaculatū agnum in altari: cuius carnem posteaquā omnis populus credentium manducauerit, Agnus, qui sacrificat⁹ est, integer perseuerat & viu⁹. Quā ob rem ira accensus Aegeas, iubet eum in carcerem detrudi: vnde populus Andream facile liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogās ne se ad optatissimam martyrij coronam properantem impedirent. ℟. O bona crux, quę decorem & pulchritudinem de membris dn̄i suscepisti, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. ℣. Beatus Andreas expansis manibus ad cęluз, orabat dicens: Salua me bona crux. Ut. L. vj.

Ductus paulo post i tribunal pductū, cum Aegeas crucis extollentē mysteria, sibi que suam impietatē exprobrantem, diutius ferre non posset, i crucem tolli, & Christi mortem imitari iussit. Adductus Andreas ad locū martyrij, cum crucem vidisset, lōge exclamare cępit. O bona crux, quę decorem ex membris domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quęsita, & aliquando cupienti animo pręparata, accipe me ab hoīb⁹, & redde me magistro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduum viuus pendens, & Christi fidem pędicare nunquā intermittens, ad eū migrauit, cuius mortis similitudineз concupierat. Quę oīa presbyteri, & diaconi Achaię, qui eius passionē scripserunt, se ita vt cōmemorata sunt audisse, & vidisse testantur. Eius ossa primum, Constantino Imperatore, Constantinopolim, deinde Malphi translata sunt. Caput, Pio secundo Pontifice, Romā allatū in basilica sancti Petri collocatum est. ℟. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, sed contradicentem mihi: Qui ambulant vias nō bonas, sed post peccata sua. ℣. Deus vltionū dn̄s. deus vltionum libere egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionē superbis. Qui. Gloria. Qui. In iij. noct. Ana.

Nō me permittas dn̄e, famulū tuuз a te separari: tempus est vt cōmēdetur terrę corpus meū, & me ad te venire iubeas. Ps. Cōfitebimur. 596. An. Andreas vero rogabat populū, vt nō impediret.

Bibiana virgo Romana, Fausti & Dafrosę martyrū filia, a tenera ętate sic a parentib⁹ imbuta est Christiana religione, vt neq; precibus, neq; terrorib⁹ Iuliani Imperatoris a Iesu Christi cultu deterreri potuerit. Quamobrē plūbatis vsque ad necē cęsa, virginalē palmā martyrij corona decorauit. Cuius corpus cū nefarij Imperatoris iussu proiectum biduo iacuisset inhumatū, a Iohanne presbytero sepulta est quarto Nonas Decembris, prope matris & sororis Demetrię sepulcrum, ad palatium Licinianum.

Die 3. A.

¶ S. Barbarę virginis & martyris commemoratio Ana. & v. & Oro. De⁹ q inter cętera. 523. de communi Virginum.

¶ S. Sabbę abbatis comme. Intercessio. f. 250. de cōmuni confessorum non Pontificum.

S. Nicolai episcopi, & confessoris semid. officiū fit vt i rubricis generalibus de festo semid. oia dicunt de cōi vnius cōfess. pontific. fo. 513. exceptis his, quę hic sunt propria. Oratio.

Deus, qui btm̄ Nicolaū Pontificē tuū innumeris decorasti miraculis tribue quęsum⁹, vt ei⁹ meritis & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominum nostrum.

In primo nocturno legūtur lectiones de Isaia, quę occurrūt per ordinem in officio de tempore: quod & i alijs festis seruatur: quando alię lectiones in primo nocturno nō assignātur. Le. iiij.

Nicolaū illustri loco Patarę in Lycia natum parentes steriles a Deo precibus impetrarunt. Cuius viri sanctitas quanta futura esset, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens sugeret, quarta & sexta feria semel duntaxat, idque vesperi sugebat: quam ieiunij consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adolescens parētib⁹ orbat⁹, facultates suas pauperibus distribuit. Cuius illud insigne est Christianę benignitatis exemplum, quod, cum eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare non posset, earumque pudicitiā prostituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per fenestram tantum pecunię in eius domum iniecit, quantum vni⁹ virginis doti satis esset: quod cum iterum, & tertio fecisset, tres illę virgines honestis viris in matrimonium datę sunt. R. Inueni. 515. Lectio. v.

Cum vero se totū Deo dedisset, in Palestinā profectus est, vt loca sācta viseret, & presens veneraretur. Qua in pere-

peregrinatione nauem conscendens, sereno cęlo, & tranquillo mari, horribilem nautis tempestatem prędixit, moxque ortam, cum essent omnes in summo periculo, orans mirabiliter sedauit. Unde cum domum reuer/sus singularis sanctitatis omnibus documenta prębueret, Dei admonitu Myream, quę Lycia Metropolis erat, venit: quo tempore eius vrbis episcopo mortuo, prouinciales episcopi de successore deligendo consultabant. Itaque in ea deliberatiōe diuinitus admoniti sūt vt eum eligerent, qui Nicolaus nomine postridie mane primus in Ecclesiam ingrederetur. Qua obseruatione adhibita, in Ecclesię ianua deprehēsus est Nicolaus, & summo omnium consensu Myreę episcopus creatur. In episcopatu castitatem, quā semper coluerat, grauitatem orationis assiduitatē, vigilias abstinentiam, liberalitatem, & hospitalitatem, in adhortādo mansuetudinem, in reprehendendo seueritatem perpetuo adhibuit. ℟. Posui adiutorium. 513. Lectio sexta.

Uiduis & orphanis pecunia, consilio, opera nō defuit. Oppressos adeo subleuauit vt etiā tres tribunos, per calumniam a Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam eius miraculorum oratio nibus longissime absenti cōmēdarant, adhuc viuens, cum Imperatori minaciter cum terrenus apparuisset, liberauerit. Cum vero contra edictum Dioclitiani & Maximiani Christianę fidei veritatem Myreę prędicaret, ab Imperatorum satellitibus comprehensus, & longissime abductus, in carcerem coniectus est: vbi fuit vsque ad Constantinum Imperatorem: cuius iussu ex custodia ereptus, Myream redijt, mox ad Nicęnum concilium se contulit: vbi cum trecentis illis decem & octo patribus Arianā hęresim cōdemnauit. Inde reuersus ad episcopatum, non ita multo post instāte morte, suspiciens in cęlum, cum angelos sibi occurrentes intueretur, illo psalmo pronunciato, In te domine speraui, vsque ad eum locum: In manus tuas commendo spiritum meum, in cęlestem patriam migrauit octauo Idus Decembris, anno salutis humanę trecentesimo quadragesimo tertio. ℟. Iste est q ante Deum magnus. 516. In tertio nocturno Homilia in euange. Homo quidā peregre proficiscēs. 516. vt in cōmuni confess. Pontific.

Sancti Ambrosii epi, cōfess. & Ecclesię Doctoris. duplex.

Ad Vesperas. Antiphona. Ecce sacerdos magnus. fol. 515. cum reliq. de cōi cōfess. Pontific. Ad Magnificat. Antiphona. O Doctor optime. 514. Oratio. Deus



Deus, qui populo tuo eternę salutis B. Ambrosium ministrum tribuisti: pręsta,q̄sumus: vt quez doctorē vitę habuim⁹ i terris,itercessorē habeř mereamur i cęlis. Per dominuz nostrum Jesum. ¶ Deinde fit cōmemoratio S. Nicolai, nisi trāsferatur:postea de feria. Ad Matutinū & alias horas omnia de communi confessoris pontificis. folio 514. In j.noct.Lcō. Fidelis sermo. de eodem cōmuni 514. Le.iiij

Ambrosius episcop⁹ Mediolanensis, Ambrosij ciuis Romani filius, patre Gallię prefecto natus est. In huius infantis ore examen apum cōsedisse dicitur: quę res diuinam viri eloquentiam pręmonstrabat. Romę liberalibus disciplinis eruditus est. Post a Probo pręfecto, Ligurię & Aemilię prepositus: vnde postea eiusdem Probi iussu cum potestate Mediolanum venit: vbi mortuo Auxentio, Ariano Episcopo, populus de successore deligēdo dissidebat. Quare Ambrosius ꝓ officij sui munere ecclesiam ingressus, vt commotaz seditionem sedaret, cuz multa de quiete,& tranquillitate reipublicę,ꝑorař dixisset, de repente puero Ambrosiū Episcopum exclamante, vniuersi populi vox erupit, Ambrosium episcopuz deposcentis. ℟. Inueni Dauid. 515. Lectio v.

Recusante illo, & eorum precibus resistente, ardēs populi studium ad Ualentinianum Imperatorem delatum est:cui gratissimum fuit,a se delectos iudices ad sacerdotium postulari. Fuit id etiam Probo pręfecto iucundum,qui Ambrosio proficiscenti, quasi diuinans dixerat. Uade, age non vt iudex, sed vt episcopus. Itaque cum ad populi desiderium Imperatoris voluntas accederet, Ambrosius baptizatus (erat eniz catechumen⁹) sacrisq̧ initiatus,ac seruatis omnibus ex īstituto ecclesię ordinū gradibus,octauo die, q fuit septimo Idus Decēbris, episcopale onus suscepit. Factus epūs catholicam fidem, & disciplinā ecclesiasticā acerrime defendit multosq̧ Arianos & alios hereticos ad fidei veritatē cōuertit in quibus clarissimum Ecclesię lumen sanctum Augustinū Jesu Christo peperit. ℟. Posui adiutorium.515. Lectio sexta

Gratiano Imperatore occiso, ad Maximum eius interfectorē legatus profect⁹ est, eumq̧ pęnitentiam agere recusantem, a fidelium communione remouit: Theodosium Imperatorem ꝓpter cędem Thessalonic

salonicę factam, ingressu Ecclesię prohibuit. Cui cum ille Dauid quoque regem adulterum, & homicidam fuisse, dixisset: respondit Ambrosius: Qui secut⁹ es errantem, sequere penitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam publicam penitentiam humiliter egit. Ergo sanctus episcopus pro Ecclesia Dei maximis laboribus curisque perfunctus, multis libris etiam egregie cōscriptis antequam in morbum incideret, mortis suę diem predixit. Ad quem ęgrotum Honorat⁹ Vercellensis episcopus Dei voce ter admonitus, accurrit: eique sanctum domini corpus prębuit: quo ille sumpto, cōformatis i crucis similitudinē manibus, orans animam Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo octuagesimo. ℟. Iste est q ante Deum. 516. In iij noctur. Hom. in euangel. Vos estis sal terrę. 519. de cōmuni Doctorum

CONCEPTIO
B. Marię virginis, dup.

Omnia pter lectiones primi & secundi nocturni dicūtur, ut i Nati. eiusdem, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis. In primis Vesperis, omnia de Conceptione, cum cōmemoratione sancti Ambrosii. Ad Mag. Antiph. Gloriosę Virginis Marię cōceptionem dignissimam recolamus. 453.

De libro Ecclesiastici. Lectio.



Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnes creaturā. Ego feci in cęlis, vt oriretur lumē indeficiēs, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: & thronus meus in columna nubis: Gyrum cęli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in omni terra steti. Et in omni populo, & in omni gente primatum habui, & omnium excellentium, & humilium corda virtute calcaui, & in his oibus requiem quęsiui, & in hereditate domini morabor. Tūc precepit, & dixit mihi creator omnium, & qui creauit me requieuit i tabernaculo meo, & dixit mihi: In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices. ℟. Hodie concepta est beata virgo.

Responsoria vt in festo Natiuitatis. Lectio secunda

Ab initio & ante sęcla creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in po

pu

pulo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius, & i ple nitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rose in Jericho: Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas: In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris. Et quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, & quasi balsamum non mistum odor meus. R. Beatissime virginis Marie concept. 453. Lect. iii.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris, & gratie. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fruct⁹ honoris, & honestatis. Ego mr̄ pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sancte spei. In me gratia omnis vie & veritatis: in me omnis spes vite & virtutis. Transite ad me omnes q̄ cōcupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim me⁹ super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me nō cōfundetur: et qui operantur in me, nō peccabunt. Qui elucidāt me, vitam eternā habebunt. R. Gloriose virginis Marie cōceptionē. 455

Sermo S. Ambrosii episcopi, ex libro de virginibus Lec. iiii.

Sit vobis tāquā in imagine d̄scripta virginitas, vitaque beate Marie, de qua velut speculo refulget spēs castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius dei matre? Quid splēdidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, que corpus sine corporis cōtagione generauit? R. Cōceptio gloriose virginis Marie. 454 Lec. v.

Nam de ceteris eius virtutibus quid loquar? virgo erat non solum corpore, sed etiā mēte, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectū. Corde humilis, verbis grauis, animi prudēs, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponēs. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrū mentis solita non hominem, sed Deum querere. Non ledere reos, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, equalibus non inuidere, vrgere iactā

tiaz, rationẽ sequi, amare virtutez. ℟. Cũ iucũdi. 454. L. vi.

Quando ista vultu lesit parentes? Quando dissensit propinquis? Quãdo fastidiuit humilẽz? Quãdo derisit, debilẽz? Quãdo vitauit inopem? eos solos solita cętus virorũ inuisere quos misericordia nõ erubesceret, neq3 pręteriret verecũdia: nihil toruũ in oculis, nihil i verbis procax, nihil in actu inuerecundũ. Non gestus solutior: nõ incessus solutior, nõ vox petulãtior: vt ipsa corporis species simulacrũ fuerit mentis, figura pbitatis. ℟. Cõceptio tua. 454

In iij. noct. Dom. in euangeliũ. Liber generationis. fol. 454. vt in Natiu. & nona lcõ sumitur de eadẽ Dom. infra oct. eius lc. quę incipit. I. oram. folio 455.

Die 9. G.

¶ S. Milciadis pp, & m. Orõ. Infirmitatem nostram. fo. 501 vt in cõi martyrum Pontificũ. Sci Damasi pp, & cõf. sem. Orõ.

Exaudi, domine, preces nostras: & interueniente beato Damaso, cõfessore tuo, atque pontifice, indulgentiaz nobis tribue placat°, & pacem. Per dñm. Lectio iiij.

Damasus Hispanus, vir egregi°, & eruditus in scripturis, indicto primo Constantinopolitano concilio, nefariaz Eunomij, & Macedonij here

sim extinxit. Idẽ Ariminensem cõuentũ cõdemnauit, in quo, vt scripsit S. Hieronym°, Valẽtis potissimuz, & Vrsatij fraudibus damnatio Nicenę fidei pclamata fuit: ingemiscẽs orbis terrarum, se Arrianũ esse miratus est. ℟. Inueni Dauid. 515. L. v.

Basilicas duas ędificauit, alteram sancti Laurẽtij nomine, ad theatrum Pompeij, quaz maximis muneribus auxit, eique domos & predia attribuit, alteram via Ardeatina ad Catacumbas. Platoniam etiam vbi corpora sanctorum Petri & Pauli aliquandiu iacuerunt, dedicauit, & exornauit elegantibus versibus. Idemq3 prosa, & versu scripsit librũ d Virginitate multaq3 alia metro edidit. ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio vi.

Poenam talionis cõstituit ijs, qui alteruz falsi criminis accusassent. Instituit, vt in ecclesia psalmi ab alternis canerẽtur, & in fine cuiusque psalmi diceretur, Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Et vt confessio, Missę esset exordium. Eius iussu sanctus Hieronymus diuinę scripturę libros in latinũ cõuertit. Cuz Ecclesiã rexisset annos decẽ & octo, mẽses tres, dies vndecim: & habuisset ordinationes quinq3 mense Decẽbri, quibus creauit pbyteros trigita duos diaconos vndecim, episcopos p diuersa loca sexagita duos, vir

tute, doctrina, ac prudentia clarus, ppe octogenarius, Theodosio seniore imperatore, obdormiuit in dño, et via Ardeatina, vna cū matre, et sorore, sepultus est in basilica, quā ipse edificauerat. Eius reliquię postea trāslatę sunt in Ecclesiā S. Laurētij in Damaso, quā idem Pōtifex ad theatrum Pompeij construxerat. ℟. Iste est qui ante. 516.

In iij. noct. Hom. in euangeliū.

Vigilate. de cōi cōf. pōtif. 118.

Die 12. D.

¶ S. Lucię virg. et mart. dupl.

Ad vesp. añ. Orate scā Lucia. cū rel. de Laud. Psalmi. Cap. Hym. et ver. de cōi virg. fo. 523.

Ad Magnificat Antiphona.

In tua patientia possedisti animam tuam Lucia sponsa Christi: odisti quę in mundo sunt, et coruscas cum angelis: sanguine proprio inimicum vicisti. Oro.



Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatę Lucię virginis, et martyris tuę festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Iesum.

Ad Mat. Inui. Hym. añę psal. et versic. de cōi virg. f. 523

Lcō i. noc. de eplā i. ad Corinth. De virginib'. 524. vt i co. cōi.

℟. Lucia virgo quid a me petis, quod ipsa poteris pręstare continuo matri tuę? Nam et fides tua illi subuenit: et ecce salua est. Quia iucundum Deo in tua virginitate habitaculum pręparasti. ℣. Sicut per me ciuitas Catanensium sublimatur a Christo: ita per te Syracusana ciuitas decorabitur. Quia. ij. ℟. Rogaui dominum meum Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur mei, Et impetraui a dño inducias martyrij mei. ℣. Pro eo, vt me diligeret, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et impe. iij ℟. Grata facta est a dño in certamine, quia apud deū, et apud homines glorificata est: in conspectu principis loquebatur sapientiam. Et dñs oium dilexit eā. ℣. Adiuuabit eam deus vultu suo, Deus in medio eius non commouebitur. Et. Gloria. Et. Ad sequētes lect. dñr ℟ia primi, et secūdi nocturni de communi virginum per ordinem. Lectio iiij.

Lucia virgo syracusana genere et Christiana fide ab infantia nobilis, vna cum matre Eutychia, quę sanguinis fluxu laborabat, Catanā ad venerandum corpus beatę Agathę venit: quę ad eius sepulcrum cum suppliciter orasset, Agathę intercessione, matri sanitatem impetrauit. Statim vero matrem exorauit, vt quam dotem sibi daturā esset, Christi pauperib' tribui pateretur. Vt igitur Syracusas rediit, omnes

omnem pecuniã, quã ex faculta tibus venditis redegerat, paupe ribus distribuit. ℣. Ueni spon/ sa Christi. fol. 524. Lectio v.

Quod vbi rescivisset is, cui eam parentes contra vir ginis volũtatem desponderant, apud Paschasiũ pręfectũ Lu/ ciam, quod Christiana esset, ac cusauit. Quam ille, cuius nec pre cibus, nec minis ad cultum ido lorũ posset perducere, immo tã/ to magis incẽsaz videret ad ce/ lebrandas Christianę fidei lau/ des, quãto magis ipse eaz a sen tentia auertere conabat, Cessa bunt, inquit, verba: cum ventuz erit ad verbera. Cui virgo: dei seruis verba deesse non possunt, quibus a Christo dño dictum est: Cum steteritis ante reges, ꝛ pręsides, nolite cogitare, quo modo aut quid loquamini: da/ bitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiri/ tus sanctus qui loquitur in vo bis. ℟. Diffusa est gratia. 524. Lectio vi.

Quam cum Paschasius in/ terrogasset: Est ne i te spi ritus sanctus? Respõdit: Caste ac pie viuẽtes, templũ sunt spũs sancti. At ille. Iubebo te ad lu panar duci, vt te spiritus sctus deserat. Cui virgo: Si inuitam iusseris violari, castitas mihi du plicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus, Luciam co trahi iussit, vbi eius virginitas violaret: sed diuinit° factũ est, vt firma virgo ita cõsi steret, vt nulla vi de loco dimo ueri posset. Quãobrẽ pfect° cir/ cum ipsaz pice, resina, ac feruẽ/ ti oleo perfusam, ignem accẽdi imperauit. sed cũ ne flãma qui dem eaz lęderet, multis tormẽtis excruciatę guttur gladio trãsfi gi iubet. Quo vulnere accepto Lucia prędicẽs ecclesię trãquil litatẽ q̃ futura erat, Maximia no ꝛ Diocliciano mortuis, vige simo Calẽdas Januarij spm̃ deo reddidit. Cuius corp° Syracu sis sepultũ, deinde Cõstantino/ polim, postremo Venetias trãs/ latum est. ℟. Specie tua. 524. In iij. noc. Hom. in euãgelium: Simile ẽ regnũ cęlorũ thesauro abscondi 628. de cõi scę m. tm̃. Ad Laudes, ꝛ per Horas. Aña.

Orãte sãcta Lucia, appa/ ruit ei beata Agatha, ꝛ cõ solabatur ancillam Christi. Ps. Dñs reg. 8. cũ reliq̃s. Lucia v/ go, quid a me petis, q̃d ipsa po ris pręstare cõtinuo matri tuę? Aña. Per te, Lucia virgo, ciui tas Syracusana decorabitur a a domino Jesu Christo. Aña. Benedico te pater dñi mei Je su Christi, quia per filium tuuz ignis extinct° est a latere meo. Aña. Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid a me petis: quod ipsa poteris pręstare con/ tinuo matri tuę? Cap. Hymn. ꝛ versic. de cõi virginum. Ad Bñs. Aña. Columna eo im/

 mobi/

Excita, quesumus domine, tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propensius exequētes, pietatis tue remedia maiora percipiant. Per dominū.

Lcō j. euāg. sm Matth. L: vij.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Cum videritis abominationem desolationis, que dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Et reliq.

Homilia s. Hieronymi presby.

Quando ad intelligentiā prouocamur, mysticū monstratur esse quod dictū est. Legimus autē in Daniele hoc modo. In dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium, et erit in tēplo abominatio desolationum vsq; ad consummationem temporis, et cōsummatio dabit super solitudine. De hoc et apostolus loquit, quod homo iniquitatis, et aduersarius eleuād᷒ sit contra omne, quod dicit Deus aut qd̄ colitur: ita vt audeat stare in tēplo Dei, et ostēdere quod ipse sit Deus: cuius aduētus secundū operationem Satane destruet eos, et ad Dei solitudinē rediget q se susceperint. L. viij.

Potest autē simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cesaris, quā Pilatus posuit in templo, aut de Hadriani equestri statua, que in ipso Sancto sanctorum loco, vsq; in presentē diem stetit. Abominatio quoq; secundum veterem scripturā, dolum nuncupatur, et idcirco addit, desolationis, q in desolato tēplo atq; destructo idolum positum sit. Lectio ix.

Abominatio dsolatiōis intelligi potest omne dogma peruersum: quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est in ecclesia, et se ostendere Deum, debemus fugere de Judea ad montes, hoc est, dimissa occidente litera, et Judaica prauitate, appropinquare montibus eternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus: et esse in tecto, et in dogmate, quo non possint ignita diaboli iacula peruenire: nec descendere, et tollere aliquid de domo conuersationis pristine, nec q̄rere que retrorsū sunt, sed magis serere i agro spiritualiū scripturarū, vt fructus capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quā apostoli habere prohibentur.

Ad Benedictus. Antiphon.

Cum videritis abominationē desolationis, q dicta est a Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat.

Ad Magnificat. Antiphona.

Amen dico vobis, quia nō preteribit generatio hec, donec omnia fiant: celum et terra transibunt, verba autē mea nō transibunt, dicit dominus.

Finis Proprij de Tempore.

PROPRIVM SANCTORVM.

SANCTI SATVRNINI Martyris Commemoratio.

Ad Vesperas. Antiphona.

Iste sanctus. 501. ℣. Gloria & honore coronasti eum. De communi vnius martyris. Oratio.



Deus, qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalitio perfrui: eius nos tribue meritis adiuuari. Per dominū nostrū Jesum.

¶ De festis occurrentibus in Aduentu non fit Officium, nisi fuerit festum dupl. vel semidū. quod si venerit in Dominica trāsfertur in secundam feriam, simili festo non impeditam.

¶ De simpl. autē fit tm̄ cōme. Idem seruari debet in Quadr. Quatuor Tpibus, & i Vigilijs, vt in rub. generalib⁹ dictū est.

IN VIGILIA S. Andreę Apostoli.

¶ Si hęc vigil. venerit i Aduētu, nihil fit de ea, nisi in Missa.

¶ Si vero nō venerit in Aduē. fit officiū de feria, vt dictū est in rubricis generalibus, cū Homilia & Oratione de vigilia, vt infra, & ℟. de Historia currētis Dñicę cū precibus ad Laudes, 24. & Horas. quod seruatur ēt in alijs Vigilijs occurrentibus in Aduen. in Quadragesima, & in Quatuor temporibus.

¶ Si festū S. Andreę celebrēt feria secūda, de Vigilia fit offm̄ in Sabbatho, & cōmemoratio sancti Saturnini i Dominica.

Lcō. 1. euāg. sm̄ Johannē. c. 1.

In illo tpe: Stabat Johānes, & ex discipulis eius duo. Et respiciēs Jesū ambulātē dixit: Ecce agn⁹ dei. Et rel. Homilia sancti Augustini epi.

Qualis talis erat Johānes amicus sponsi, non quęrebat gloriam suam, sed testimonium perhibebat veritati: numquid voluit apud se remanere discipulos suos, vt non sequerētur dominū? Magis ipse ostendit discipulis suis quem sequerentur: habebāt enim illum tanquam agnū: & ille, Quid me attenditis? ego non sum agn⁹. Ecce Agnus Dei. De quo & superius dixerat, Ecce agnus Dei. Et qd nobis prodest agn⁹ Dei? Ecce, ait, q tollit peccata mundi. Secuti sūt illū hoc audito duo q erāt cū Johanne. ℟. Vidimus sequētia. Ecce agn⁹ Dei. Hoc Johānes.

Et audierunt euz duo discipuli loquentē: ꝛ secuti sunt Jesum. Non sic illum sequebātur, quasi iam inhęrerent illi. Nam manifestum est quando illi inhęserunt, quia de naui eos vocauit. In his enim duobus erat Andreas, sicut modo audistis. Andreas autem frater Petri erāt: ꝛ nouimus in euangelio quod Petrum ꝛ Andream dominus de naui vocauit dicēs: Venite post me, ꝛ faciam vos piscatores hominum: ꝛ ex illo iam inhęserunt illi, vt non recederent.

Lectio tertia.

Modo ergo quod illum sequunt isti duo, nō quasi non recessuri sequuntur, sed videre voluerunt vbi habitaret, ꝛ facere quod scriptuz est: Limen ostiorum eius exterat pes tuus, surge venire ad illum assidue, ꝛ erudire pręceptis eius. Ostendit eis ille, vbi maneret, ꝛ venerunt, ꝛ fuerūt cū illo. Quā beatum diem duxerunt: quam beatam noctem: quis est qui nobis dicat, quę audierint illi a domino? Aedificemus nosmetipsi in corde nostro, ꝛ faciamus domū, quo veniat ille, ꝛ doceat nos, ꝛ colloquatur nobis. Oratio.

Quęsumus, omnipotens Deus: vt beatus Andreas apostolus, cuius pręuenimus festiuitatem, tuū pro nobis imploret auxiliuz: vt a nostris reatibus absoluti: a cunctis etiaz periculis eruamur. Per dominum nost.

Deinde p cōm. s. Saturni. Añ. Qui odit animam. fol. 904. ℣. Justus vt palma. de cōmuni vnius mar. Oratio vt supra.

IN FESTO S. ANDREAE

Duplex.

Ad Vespe. Aña. Salue crux. cū rel. de Lau. ps. Dixit do. 52 cū rel. dnīca. ꝛ loco vlt. di ps. Laudate dñz oēs gēt. 54. Cap.



Fratres Corde enim creditꝰ ad iustitiaz, ore aūt cōfessio fit ad salutem: dicit enim scriptura: Omnis, q credit in illum, non confundet.

Hym. Exultet. 493. ℣. In oēm terram. de cōi apostolorum.

Ad Magnificat. Antiphona. Unus ex duobus, qui secuti sūt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri, halla. Oro.

Maiestatem tuaz dñe suppliciter exoramus: vt sicut Ecclesię tuę beatꝰ Andreas apostolus extitit pędicator ꝛ rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per dominum nostrum Jesum.

Ad Matutinum. Inuitatoriū. Regem apostolorum. 493. ps. Venite. Hym. Aeterna Christi. 493. de cōmuni apostolorū.

In i. noct. Aña. Vidit dominus Petrū ꝛ Andream, ꝛ vocauit eos. ps. Celi enarrant. fol. 493.

Aña.

An. Venite post me, dicit dñs, faciá vos fieri piscatores hominum. ps. Benedicam. f. 494. Ana. Relictis retibus suis secuti sunt dñm redemptorē. ps. Eructauit. 494. ℣. In oēm terrá exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. Deinde dicitur Pater noster. Absolutiones, & Bñdictiones. vt habentur in i. Dñica de Aduētu. De epistola beati Pauli apostoli ad Romanos. Lectio prima.

Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniá iustitiam que ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea. Que autem ex fide est iustitia: sic dicit: Ne dixeris in corde tuo, quis ascendet in celum? idest, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbū fidei quod predicamus: qa si cófitearis in ore tuo dominum Iesum, & in corde tuo credideris quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. ℟. Cum perambularet Dominus iuxta mare secus litus Galilee, vidit Petrū & Andream retia mittentes in mare, & vocauit eos dicens: Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominum. ℣. Erant enim piscatores, & ait illis. Venite post. Lectio scda.

Corde enim creditur ad iustitiam. Ore autem cōfessio fit ad salutem: Dicit enī scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudei, & Greci: nam idem dominus oiū diues in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunque inuocauerit nomen dñi, saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt in quem nō crediderunt? Aut quomodo credēt ei quem nō audierūt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero pdicabunt nisi mittantur? Sicut scriptū est: Quam speciosi pedes euangelizantiū pacē, euāgelizantium bona. ℟. Vox vt vocem dñi predicantis audiuit beatus Andreas, relictis retribus, quorū vsu, actuque viuebat, Aeterne vite secutus est premia largientem. ℣. Hic est, qui pro amore Christi pepēdit in cruce, & pro lege eius sustinuit passionem. Aeterne vite. Lectio tertia.

Sed nō oēs obediūt euangelio. Isaias enim dicit: Dñe, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autē per verbū Christi. Sed dico. Nunquid nō audierunt? Et quidem. In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terre verba eorū. Sed dico? Nunquid Israel non cognouit? Prim° Moyses dicit: Ego ad emulationem vos adducam

in non gentē, in gentē insipiē tem in iram vos mittā. Isaias autem audet, et dicit: Inventus sum a non querentib⁹ me: palā apparui his qui me non interro gabāt. Ad Israel aūt dicit. To ta die expādi man⁹ meas ad po pulum non credentem, sed con tradicentem mihi. ℟. O doctor bonus et amicus dei Andreas ducitur ad crucē: quam a lōge aspiciens dixit: salue crux: Su scipe discipulū eius, qui pepē dit in te magister me⁹ Christus. ℣. Salue crux, que in corpore Christi dedicata es, et ex mēbris eius tāquā margaritis ornata. Suscipe. Gloria. Suscipe.

In secundo nocturno. Antiph.

Dignū sibi dñs cōputauit mar tyrem, quem vocauit apostolū, dū esset in mari, balle. Ps. Om nes gen. 495. Ana. Dilexit An dream dñs in odorē suauitatis. Ps. Exaudi de⁹ depre. 495. Ana. Biduo viuēs pēdebat in cruce beatus Andreas pro Christi no mine, et docebat populum. Ps. Exaudi deus orationem. 495. ℣. Constitues eos principes su per oēm terrā. ℟. Memores erūt nominis tui domine. Lec. iiii.

Andreas aposto lus, Bethsaide natus, qui ē Ga lilee vicus, fra ter Petri natu maior discipul⁹ Johānis Baptiste, cum eū de Christo dicentem audisset, Ec cē agnus dei: secutus Jesum fratrem quoque suum ad eundē perduxit. Cum postea vna cum fratre piscaretur in litore Gali lee, ambo pretereunte Christo dño an alios apostolos vocati illis verbis, Venite post me, fa ciā vos fieri piscatores hoium, nullā interponentes moram, et relictis retibus secuti sunt eū. Post cuius passionem, et resur rectionē Andreas, cum in Scy thiā Europe, que ei provincia ad Christi fidē disseminandam obtigerat, venisset, deinde Epi rum ac Traciam peragrasset, doctrina et miraculis innume rabiles homines ad Christum conuertit. Post Patras Achaie profectus, et in ea vrbe pluri mis ad veritatem euangelicā perductis, Aegeā proconsulem, predicationi euangelice resistē tē, liberrime increpauit, quod qui iudex hominum haberi vel let, Christum deum omnium iudicem a demonibus elusus non agnosceret. ℟. Homo dei ducebatur, vt crucifigerent eū: populus autem clamabat voce magna dicens: Innocens eius sanguis sine causa dānatur. ℣. Cumque ducerent eum vt cru cifigeretur, factus est concur sus populorum clamantium, et dicentiū. Innocens. Lec. v.

Tum Aegeas iratus, Desi ne, inquit Christū iacta re, cui similia verba nihil psue rūt, quo minus a Judeis cruci fige-

figeretur. Andreā vero de Christo nihilominus libere prędicātem, q pro salute humani generis se crucifigendū obtulisset, impia oratione interpellat, ac demum hortatur, vt sibi cōsulens, dijs velit immolare. Cui Andreas: Ego omnipotēti deo: qui vnus & verus est, immolo quotidie non taurorū carnes, nec hircorum sanguinē, sed immaculatū agnum in altari: cuius carnem posteaquā omnis populus credentium manducauerit, Agnus, qui sacrificatus est, integer perseuerat & viuus. Quā ob rem ira accensus Aegeas, iubet eum in carcerem detrudi: vnde populus Andream facile liberasset, nisi ipse sedasset multitudinem, vehementius rogās ne se ad optatissimam martyrij coronam properantem impedirent. ℟. O bona crux, quę decorem & pulchritudinem de membris dñi suscepisti, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, Ut per te me recipiat, qui per te me redemit. ℣. Beatus Andreas: expansis manibus ad cęlū, orabat dicens: Salua me bona crux. Ut. Lec. vi.

Ducitur paulo post i tribunal pductū, cum Aegeas crucis extollentē mysteria, sibi que suam impietatē exprobrantem, diutius ferre non posset, i crucem tolli, & Christi mortem imitari iussit. Adductus Andreas ad locū martyrij, cum crucem vidisset, lōge exclamare cępit. O bona crux, quę decorem ex membris domini suscepisti, diu desiderata, solicite amata, sine intermissione quęsita, & aliquando cupienti animo pręparata, accipe me ab hoibus, & redde me magistro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit. Itaque cruci affixus est: in qua biduum viuus pendens, & Christi fidem pręedicare nunquā intermittens, ad eū migrauit, cuius mortis similitudinē concupierat. Quę oia presbyteri, & diaconi Achaię, qui eius passionē scripserunt, se ita vt cōmemorata sunt audisse, & vidisse testantur. Eius ossa primum, Constantino Imperatore, Constantinopolim, deinde Malphi translata sunt. Caput, Pio secundo Pontifice, Romā allatū in basilica sancti Petri collocatum est. ℟. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, sed contradicentem mihi: Qui ambulant vias nō bonas, sed post peccata sua. ℣. Deus vltionū dñs. deus vltionum libere egit: exaltare qui iudicas terram, redde retributionē superbis. Qui. Gloria. Qui. In iij. noct. Aña.

Nō me permittas dñe, famulū tuū a te separari: tempus est vt cōmedetur terrę corpus meū, & me ad te venire iubeas. ps. Cōfitebimur. 596. An. Andreas vero rogabat populū, vt nō impediret.

diret passionem ipsi⁹. ps. Dominus regn. ex. 596. Aña. Accipe me ab hominibus, ⁊ redde me magistro meo: vt per te me recipiat, qui per te me redemit. halleluia. ps Dominus regna. irasca. 596. ℣. Nimis honorati sunt amici tui deus. ℟. Nimis cõfortatus est principatus eoꝝ. Lcõ s. euã ſm Matthęu. I. viij.

In illo tempore: Ambulãs Jesus iuxta mare Galileę vidit duos fratres, Simonẽ qui vocat Petr⁹, ⁊ Andreaȝ fratrem ei⁹ mittẽtes rete i mare. Et rel. Homilia lacti Gregorij Papę.

Audistis fratres carissimi quod ad vnius iussionis vocem Petrus ⁊ Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de pręmio ęternę retributionis audierant: ⁊ tam, ad vnum domini pręceptumẽ hoc, quod possidere videbantur, obliti sunt. Quanta nos eius miracula videmus? quot flagellis affligimur? quãtis minaruȝ asperitatib⁹ deterremur? ⁊ tamen vocantem sequi cõtemnimus. ℟. Orauit sanctus Andreas, dũ respiceret in cęlũ, ⁊ voce magna clamauit, ⁊ dixit. Tu es Deus meus, quem vidi: ne me patiaris ab impio iudice deponi. Quia virtutem sã crę crucis agnoui. ℣. Tu es magister meus Christus, quem dilexi: quẽ cognoui: quẽ confessus suȝ: tãtũmodo in ista voce exaudi me. Quia virtutem. L. viij.

In cęlo iã sedet, qui de cõuersione nos admonet, iã iugo fidei colla gentium subdidit, iam mundi gloriã strauit, iam ruinis eius crebrescentib⁹, districti sui iudicij propinquantem denunciat diem: ⁊ tamen superba mens nostra, adhuc non vult hoc sponte deserere, quod quotidie perdit inuita. Quid ergo, fratres carissimi, quid in eius iudicio dicturi sumus? qui amore presentis seculi, nec pręceptis flectimur, nec verberibus emendamur. ℟. Videns crucem Andreas exclamauit, dicens. O crux admirabilis, o crux desiderabilis, o crux quę per totuȝ mundũ rutilas. Suscipe discipuluȝ Christi, ac per te me recipiat, qui p te mortẽ me redemit. ℣. O bona crux, quę decorẽ ⁊ pulchritudinẽ ð membris dñi suscepisti. Suscipe. G lo. Suscipe. L. ix.

Sed fortasse aliqs tacitis secum cogitationibus dicat: Ad vocem dominicã vterque iste piscator, quid, aut quãtum dimisit, qui pene nihil habuit? Sed in hac re fratres carissimi, affectum debemus potius pensare, quã censum. Multũ reliqt, qui sibi nihil retinuit multum reliquit, qui quãtum liber parũ, totũ deseruit. Certe nos, ⁊ habita cuȝ amore possidemus, ⁊ ea quę minime habe-

demus ex desiderio quęrimus. Multum ergo Petrus, & Andreas dimisit, quando vterque etiam desideria habēdi reliqt. Ad Laudes, & p Horas. Aña. Salue crux preciosa, suscipe discipulū eius, q pepēdit in te magister meꝰ Christus. ps. Dominus reg. 8. cum rel. Aña. Beatus Andreas orabat dicens: Domine rex ęternę glorię, suscipe me pendentē in patibulo Aña. Andreas Christi famulus, dignꝰ Dei apostolꝰ, germanꝰ Petri, & in passione sociꝰ. Añ. Maximilla, Christo amabilis, tulit corpꝰ apostoli, optimo loco cum aromatibus sepeliuit. Aña. Qui persequebantur iustum demersisti eos domine in inferno: & in ligno crucis dux iusti fuisti. Cap. Fratres, Corde. fol. 355. ℣. Annunciauerunt opera Dei. ℞. Et facta eius intellexerūt. Ad Bñs. Añ. Concede nobis hominē iustū, redde nobis hominem sanctū: ne interficias hominem deo carum, iustū, mansuetū, & pium. Orō vt in i. Vesp. Ad iij. Capit. Fratres. Corde. 355. ℞. bre. In oēm terrā. 497. & Constitues. de cōi apostolorū. Ad vj. Capit.

Non enim est distinctio Iudęi, & Gręci: nam idē dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illū. Omnis enim quicunq inuocauerit nomē domini, saluus erit. ℞. bre. Constitues. 497. & Nimis honorati.

Ad Romani. Capitulum.

Isaias enim dicit: Domine quis credidit auditui nostro? ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. ℣. ix. Nimis honorati. Annū. clauerunt. Ad Vespe. Añ. Salue crux. cum rel. de Laud. psal. Dixit dñs. 52. Laudate pueri. Credidi. In conuertēdo. Dñe pb. vt in q. Vespe. de coi apiorum. Capit. vt supra. Hymnus. Exultet cęl. 493. Annunciauerunt opera Dei. ℞. Et facta eius intellexerunt. Ad Magni. Aña. Cum peruenisset btūs Andreas ad locū, vbi crux parata erat, exclamauit, & dixit: O bona crux, diu desiderata, & iā concupiscenti animo pręparata, securus & gaudēs venio ad te: ita & tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pependit in te.

DECEMBRIS FESTA.

Offm̄ defun. f. die nō impedita.

Die i. f.

S. Bibianę virginis, & mar. Si hoc festū venerit in Aduentu, de eo fit tantum comme. si non venerit Aduent. fit de eo, ordine in rubricis generalibus descripto in rub. de festo simpl. & iij. lectio legit, vt intra. Orō Indulgentiam nobis domine. 523. vt in communi virginum. Lectio secunda.

Bibiana virgo Romana, Fausti & Dafrosę martyrũ filia, a tenera ętate sic a parentib⁹ imbuta est Christiana religione, vt neq; precibus, neq; terrorib⁹ Iuliani Imperatoris a Iesu Christi cultu deterreri potuerit. Quamobrẽ plũbatis vsque ad necẽ cęsa, virginalẽ palmaz martyrij corona decorauit. Cuius corpus cũ nefarij Imperatoris iussu proiectum biduo iacuisset inhumatũ, a Iohanne p̄sbytero sepulta est quarto Nonas Decembris, prope matris & sororis Demetrię sepulcrum, ad palatium Licinianum.

Die 3. D.

¶ S. Barbarę virginis & martyris commemoratio Aña. V. & Orõ. V c⁹ g inter cętera. 523. de communi Virginum.

¶ S. Sabbę abbatis comme. Intercessio. f. 250. de cõmuni confessorum non Pontificum.

S. Nicolai episcopi, & confessoris semid. officiũ fit vt i rubricis generalibus de festo semid. oĩa dicunt de cõi vnius cõfess. pontific. fo. 513. exceptis his, quę hic sunt propria. Oratio.

Deus, qui btm̃ Nicolaũ Pontificẽ tuũ innumeris decorasti miraculis tribue quęsum⁹, vt ei⁹ meritis & p̄cibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominum nostruz.

In primo nocturno legũtur lectiones de Isaia, quę occurrũt per ordinez in officio de tempore: quod & i alijs festis seruatur: quando alię lectiones in primo nocturno nõ assignãtur. Le. iiij.

Nicolaũ illustri loco Pataręin Lycia natum parentes steriles a Deo precibus impetrarunt. Cuius viri sanctitas quanta futura esset, iaz ab icunabulis apparuit. Nam infans, cuz reliquos dies lac nutricis frequens sugeret, quarta & sexta feria semel duntaxat, idque vesperi sugebat: quam ieiunij consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adolescens parẽtib⁹ orbat⁹, facultates suas pauperibus distribuit. Cuius illud insigne est Christianę benignitatis exemplum, quod, cum eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare non posset, earumque pudicitiã prostituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per fenestram tantum pecunię in eius domum iniecit, quantum vni⁹ virginis doti satis esset: quod cum iterum, & tertio fecisset, tres illę virgines honestis viris in matrimonium datę sunt. R. Inueni. 515. Lectio. v.

Vm vero se totũ Deo dedisset, in Palesthinã profectus est, vt loca sãcta viseret, & presens veneraretur. Qua in pere-

peregrinatione nauem conscendens, sereno cęlo, et tranquillo mari, horribilem nautis tempestatem prędixit, moxque orantem, cum essent omnes in summo periculo, orans mirabiliter sedauit. Unde cum domum reuersus singularis sanctitatis omnibus documenta pręberet, Dei admonitu Myream, quę Lyciae Metropolis erat, venit: quo tempore eius vrbis episcopo mortuo, prouinciales episcopi de successore deligendo consultabant. Itaque in ea deliberatiōe diuinitus admonitis sūt vt eum eligerent, qui Nicolaus nomine postridie mane primus in Ecclesiam ingrederetur. Qua obseruatione adhibita, in Ecclesię ianua deprehēsus est Nicolaus, et summo omnium consensu Myreę episcopus creatur. In episcopatu castitatem, quā semper coluerat, grauitatem orationis assiduitatē, vigilias abstinentiam, liberalitatem, et hospitalitatem, in adhortādo mansuetudinem, in reprehendendo seueritatem perpetuo adhibuit. ℟. Posui adiutorium. 513. Lectio sexta.

Viduis et orphanis pecunia, consilio, opera nō defuit. Oppressos adeo subleuauit vt etiā tres tribunos, per calumniam a Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam eius miraculorum oratio nibus longissime absenti commēdarant, adhuc viuens, cum Imperatori minaciter cum terrenis apparuisset, liberauerit. Cum vero contra edictum Dioclitiani et Maximiani Christianę fidei veritatem Myreę prędicaret, ab Imperatorum satellitibus comprehensus, et longissime abductus, in carcerem coniectus est: vbi fuit vsque ad Constantinum Imperatorem: cuius iussu ex custodia ereptus, Myream rediit, mox ad Nicęnum concilium se contulit: vbi cum trecentis illis decem et octo patribus Arianā hęresim cōdemnauit. Inde reuersus ad episcopatum, non ita multo post instāte morte, suspiciens in cęlum, cum angelos sibi occurrentes intueretur, illo psalmo pronunciato, In te domine speraui, vsque ad eum locum: In manus tuas commendo spiritum meum, in cęlestem patriam migrauit octauo Idus Decembris, anno salutis humanę trecentesimo quadragesimo tertio. ℟. Iste est q ante Deum magnus. 516. In tertio nocturno Homilia in euange. Homo quidā peregre proficiscēs. 516. vt in cōmuni confess. Pontific.

¶ Sancti Ambrosij epi, cōfess. et Ecclesię Doctoris. duplex.

Ad Vesperas. Antiphona.

Ecce sacerdos magnus. fol. 515. cum reliq. de cōi cōfess. Pontific. Ad Magnificat. Antiphona. O Doctor optime. 514. Oratio.

Deus



DEus, qui populo tuo ęternę salutis B. Ambrosium ministrum tribuisti: pręsta, quęsumus: vt quem doctorē vitę habuimus in terris, intercessorē habere mereamur in cęlis. Per dominum nostrum Jesum.

¶ Deinde fit cōmemoratio S. Nicolai, nisi trāsferatur: postea de feria. Ad Matutinū & alias horas omnia de communi confessoris pontificis. folio 514. In j. noct. Lcō. Fidelis sermo. de eodem cōmuni 514. Le. iiij.

AMbrosius episcopus Mediolanensis, Ambrosij ciuis Romani filius, patre Gallię prefecto natus est. In huius infantis ore examen apum cōsedisse dicitur: quę res diuinam viri eloquentiam premonstrabat. Romę liberalibus disciplinis eruditus est. Post a Probo prefecto, Ligurię & Aemilię prepositus: vnde postea eiusdem Probi iussu cum potestate Mediolanum venit: vbi mortuo Auxentio, Ariano Episcopo, populus de successore deligēdo dissidebat. Quare Ambrosius pro officij sui munere ecclesiam ingressus, vt commotam seditionem sedaret, cum multa de quiete, & tranquillitate reipublicę, pclare dixisset, de repente puero Ambrosiū Episcopum exclamante, vniuersi populi vox erupit, Ambrosium episcopum deposcentis. ℟. Inueni Dauid. 515. Lectio v.

REcusante illo, & eorum precibus resistente, ardēs populi studium ad Valentinianum Imperatorem delatum est: cui gratissimum fuit, a se delectos indices ad sacerdotium postulari. Fuit id etiam Probo prefecto iucundum, qui Ambrosio proficiscenti, quasi diuinans dixerat. Vade, age non vt iudex, sed vt episcopus. Itaque cum ad populi desiderium Imperatoris voluntas accederet, Ambrosius baptizatus (erat enim catechumenus) sacrisque initiatus, ac seruatis omnibus ex instituto ecclesię ordinū gradibus, octauo die, qui fuit septimo Idus Decēbris, episcopale onus suscepit. Factus eps catholicam fidem, & disciplinā ecclesiasticā acerrime defendit multosque Arianos & alios hereticos ad fidei veritatē cōuertit in quibus clarissimum Ecclesię lumen sanctum Augustinū Jesu Christo peperit. ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio sexta

GRatiano Imperatore occiso, ad Maximum eius interfectorē legatus profectus est, eumque pęnitentiam agere recusantem, a fidelium communione remouit: Theodosium Imperatorem pter cędem Thessaloni

salonicę factam, ingressu Ecclesie prohibuit. Cui cum ille Dauid quoque regem adulterum, et homicidam fuisse, dixisset: respondit Ambrosius: Qui secut[us] es errantem, sequere penitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam publicam penitentiam humiliter egit. Ergo sanctus episcopus pro Ecclesia Dei maximis laboribus curisque perfunctus, multis libris etiam egregie cōscriptis antequam in morbum incideret, mortis suę diem predixit. Ad quem egrotum Honorat[us] Vercellensis episcopus Dei voce ter admonitus, accurrit: eique sanctum domini corpus prębuit: quo ille sumpto, cōformatis i crucis similitudinē manibus, orans animam Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo octuagesimo. ℟. Iste est q ante Deum. 516. In iij noctur. Hom. in euangel. Vos estis sal terrę. 519. de cōmuni Doctorum

CONCEPTIO B. Marię virginis, dup.

Omnia preter lectiones primi et secundi nocturni dicūtur, ut in Nati. eiusdem, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis. In primis Vesperis, omnia de Conceptione, cum cōmemoratione sancti Ambrosii. Ad Mag. Antiph. Gloriosę Virginis Marię cōceptionem dignissimam recolamus. 453.

De libro Ecclesiastici. Lectio.



Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnes creaturā. Ego feci in cęlis, vt oriretur lumē in deficiēs, et sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: et thronus meus in columna nubis: Gyrum cęli circuiui sola, et profundum abyssi penetraui, et in fluctibus maris ambulaui, et in omni terra steti. Et in omni populo, et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium, et humilium corda virtute calcaui, et in his oibus requiem quęsiui, et in hęreditate domini morabor. Tūc pręcepit, et dixit mihi creator omnium, et qui creauit me requieuit i tabernaculo meo, et dixit mihi: In Iacob inhabita, et in Israel hęreditare, et in electis meis mitte radices. ℟. Hodie concepta est beata virgo.

Responsoria vt in festo Natiuitatis. Lectio secunda

Ab initio et ante scl'a creata sum, et vsque ad futurum seculum non desinam, et in habitatione sācta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, et in ciuitate sanctificatā similiter requieui, et in Jerusalem potestas mea. Et radicaui in popu

pulo honorificato, et in partes Dei mei hereditas illius, et in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rose in Jericho: Quasi oliua speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas: In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa, dedit suauitatem odoris. Et quasi storax, et galbanus, et vngula, et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus. ℟. Beatissime virginis Marie concept. 453. Lect. iii.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris, et gratie. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: et flores mei fructus honoris, et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sancte spei. In me gratia omnis vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel, et fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam eternam habebunt. ℟. Gloriose virginis Marie conceptionem. 435

Sermo S. Ambrosii episcopi, ex libro de virginibus. Lec. iiii.

Sit vobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitaque beate Marie, de qua velut speculo refulget species castitatis, et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius dei matre? Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, que corpus sine corporis contagione generauit? ℟. Conceptio gloriose virginis Marie. 454 Lec. v.

Nam de ceteris eius virtutibus quid loquar? virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, que nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponens: Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum querere. Non ledere reos, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, equalibus non inuidere, vrgere iactantiam

tiã, rationẽ sequi, amare virtutẽ. R. Cũ iucũdi. 454. L. vi.

Quando ista vultu lęsit parentes? Quando dissensit propinquis? Quãdo fastidiuit humilẽ? Quãdo derisit debilẽ? Quãdo vitauit inopem? eos solos solita cętus virorũ inuisere quos misericordia nõ erubesceret, neq̃ pręteriret verecũdia: nihil toruũ in oculis, nihil i verbis procar, nihil in actu inuerecundũ. Non gestus solutior: nõ incessus solutior, nõ vox petulãtior: vt ipsa corporis species simulacrũ fuerit mentis, figura probitatis. R. Cõceptio tua. 454

In iij. noct. Hom. in euangeliũ. Liber generationis. fol. 454. vt in Natiu. & nona lcõ sumitur de eadẽ Hom. infra oct. eiusdẽ, quę incipit. I oram. folio 455.

Die 9. B.

S. Milciadis pp. & m. Oro. Infirmitatem nostram. fo. 501 vt in cõi martyrum Pontificũ.

Sci Damasi pp. & cõf. sem. Oro.

Exaudi, domine, preces nostras: & interueniente beato Damaso, confessore tuo, atque pontifice, indulgentiã nobis tribue placat⁹, & pacem. Per dñm. Lectio iiij.

Damasus Hispanus, vir egregi⁹, & eruditus in scripturis, indicto primo Constantinopolitano concilio, nefariã Eunomij, & Macedonij hęresim extinxit. Idẽ Ariminensem cõuentũ cõdemnauit, in quo, vt scripsit S. Hieronym⁹, Valẽtis potissimũ, & Vrsatij fraudibus damnatio Nicenę fidei pclamata fuit: & ingemiscẽs orbis terrarum, se Arrinũ esse miratus est. R. Inueni Dauid. 515. L. v.

Basilicas duas ędificauit, alteram sancti Laurẽtij nomine, ad theatrum Pompeij, quã maximis muneribus auxit, eique domos & prędia attribuit, alterã via Ardeatina ad Catacumbas. Platoniam etiam vbi corpora sanctorum Petri & Pauli aliquandiu iacuerunt, dedicauit, & exornauit elegantibus versibus. Idemq̃ prosa, & versu scripsit librũ d Virginitate mul taq̃ alia metro edidit. R. Posui adiutorium. 515. Lectio vi.

Poenam talionis cõstituit ijs, qui alterũ falsi criminis accusassent. Instituit, vt in ecclesia psalmi ab alternis canerẽtur, & in fine cuiusq̃ psalmi diceretur, Gloria patri, & filio & spiritui sancto. Et vt confessio, Missę esset exordium. Eius iussu sanctus Hieronymus diuinę scripturę libros in latinũ cõuertit. Cũ Ecclesiã rexisset annos decẽ & octo, mẽses tres, dies vndecim: & habuisset ordinationes quinq̃ mense Decẽbri, quibus creauit pbyteros trigita duos diaconos vndecim, episcopos p diuersa loca sexagita duos, vir tu

tute, doctrina, ac prudentia cla/
rus, ꝓpe octogenarius, Theo/
dosio seniore imperatore, obdor/
miuit in dño, ꝛ via Ardeatina,
vna cū matre, ꝛ sorore, sepultus
est in basilica, quā ipse edificaue/
rat. Eius reliquie postea trāsla/
te sunt in Ecclesiā S. Laurētij
in Damaso, quā idem Pōtifex
ad theatrum Pompeij constru/
xerat. ℟. Iste est qui ante. 516.
An iij. noct. Hom. in euangeliū.
Vigilate. de cōi cōf. pōti. 118.

Die 12. C.

¶ S. Lucie virg. ꝛ mart. dupl.
Ad vesp. añ. Orāte scā Lucia.
cū rel. de Laud. Psalmi. Cap.
Hym. ꝛ ver. de cōi virg. fo. 523.
Ad Magnificat Antiphona.
In tua patientia possedisti ani/
mam tuam Lucia sponsa Chri/
sti: odisti que in mundo sunt, ꝛ
coruscas cum angelis: sanguine
proprio inimicum vicisti. Oro.



Exaudi nos deus salu/
taris noster: vt si/
cut de beate Lu/
cie virginis, ꝛ
martyris tue fe/
stiuitate gaude/
mus, ita pie deuo/
tionis erudiamur affectu. Per
dominum nostrum Iesum.
Ad matu. Inui. Hym. ansi psal.
ꝛ versic. noc. de cōi virg. f. 523
Lcō i. noc. de epla i. ad Corinth.
De virginib'. 524. vt i co. cōi.
i. ℟. Lucia virgo quid a me pe/
tis, quod ipsa poteris prestare
continuo matri tue? Nam ꝛ fi/
des tua illi subuenit: ꝛ ecce sal/
uata est: Quia iucundum Deo
in tua virginitate habitaculum
preparasti. ℣. Sicut per me ci/
uitas Catanensium sublimatur
a Christo: ita per te Syracusa/
na ciuitas decorabitur. Quia.
ij. ℟. Rogaui dominum meum
Iesum Christum, vt ignis iste
non dominetur mei, Et impe/
traui a dño inducias martyrij
mei. ℣. Pro eo, vt me diligerēt,
detrahebant mihi: ego autem
orabam. Et impe. iij ℟. Grata
facta est a dño in certamine, quia
apud deū, ꝛ apud homines glo/
rificata est: in conspectu princi/
pis loquebatur sapientiam. Et
dñs oium dilexit eā. ℣. Adiuua/
bit eam deus vultu suo, Deus
in medio eius non commouebi/
tur. Et. Gloria. Et. Ad sequen/
tes lect. dñr ꝑ ia primi, ꝛ secun/
di nocturni de communi virgi/
num per ordinem. Lectio iii.
Lucia virgo syracusana
genere ꝛ Christiana fide
ab infantia nobilis, vna cum
matre Eutychia, que sanguinis
fluxu laborabat, Catanā ad ve/
nerandum corpus beate Aga/
the venit: que ad eius sepul/
crum cum suppliciter orasset,
Agathe intercessione, matri
sanitatem impetrauit. Statim
vero matrem exorāuit, vt quā
dotem sibi datura esset, Chri/
sti pauperib' tribui pateretur.
Vt igitur Syracusas rediit,
omnem

omnem pecuniam, quam ex facultatibus venditis redegerat, pauperibus distribuit. R. Veni sponsa Christi. fol. 524. Lectio v.

Quod vbi rescivisset is, cui eam parentes contra virginis voluntatem desponderant, apud Paschasium prefectum Luciam, quod Christiana esset, accusauit. Quam ille, cum nec precibus, nec minis ad cultum idolorum posset perducere, immo tanto magis incessam videret ad celebrandas Christianę fidei laudes, quanto magis ipse eam a sententia auertere conabatur, Cessabunt, inquit, verba: cum ventum erit ad verbera. Cui virgo: dei seruis verba deesse non possunt, quibus a Christo dño dictum est: Cum steteritis ante reges, et presides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus sanctus qui loquitur in vobis. R. Diffusa est gratia. 524. Lectio vi.

Quam cum Paschasius interrogasset: Est ne in te spiritus sanctus? Respondit: Caste ac pie viuentes, templum sunt spiritus sancti. At ille. Jubebo te ad lupanar duci, vt te spiritus sanctus deserat. Cui virgo: Si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus, Luciam eo trahi iussit, vbi eius virginitas violaretur: sed diuinitus factum est, vt firma virgo ita consisteret, vt nulla vi de loco dimoueri posset. Quamobrem prefectus circum ipsam pice, resina, ac feruenti oleo perfusam, ignem accendi imperauit. sed cum ne flamma quidem eam lęderet, multis tormentis excruciatę guttur gladio transfigi iubet. Quo vulnere accepto Lucia predicens ecclesię tranquillitatem quę futura erat, Maximiano et Diocletiano mortuis, vigesimo Calendas January spiritum deo reddidit. Cuius corpus Syracusis sepultum, deinde Constantinopolim, postremo Venetias translatum est. R. Specie tua. 524. In iii. noc. Dom. in euangelium: Simile est regnum celorum thesauro abscondi. 628. de cōi scē m. nō v.

Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Orante sancta Lucia, apparuit ei beata Agatha, et consolabatur ancillam Christi. Ps. Dñs reg. 8. cū reliq. Lucia virgo, quid a me petis, quod ipsa poteris prestare continuo matri tuę? Aña. Per te, Lucia virgo, ciuitas Syracusana decorabitur a domino Jesu Christo. Aña. Benedico te pater dñi mei Jesu Christi, quia per filium tuum ignis extinctus est a latere meo. Aña. Soror mea Lucia virgo deo deuota, quid a me petis: quod ipsa poteris prestare continuo matri tuę? Cap. Hymn. et versic. de cōi virginum. Ad Bñs. Aña. Columna es immobi-

mobilis Lucia sponsa Christi: qa omnis plebs te expectat: vt accipias coronam vitę, hallel. Ad Horas Añ. de Laud. alia de cōi virg. Ad Vesperas. Añ. Orate scā Lucia. cū rel. vt sup. psal. cap. hym. & ℣. de cōi virg. Ad Mag. Añ. Tanto pondere eā fixit spūs sanctus, vt virgo Christi immobilis permaneret. Die 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. De Vigilia Sancti Thome Apostoli nihil fit, nisi in Missa.

S. Thome Apostoli duplex, omnia de cōmuni Apostolorū exceptis his, que hic sunt ppria. Ad Mag. in vtrisq; Vesperis, & ad Benedictus in Laud. Añ. Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui nō viderunt, & crediderunt, hallelu. Oratio.



Deus, qui nos fumus domine, btī apsī tui Thome solēnitati b⁹ gloriari: vt ei⁹ semp, & patrocinijs sublevemur, & fidem congrua deuotionem sectemur. Per dominum nostrum Jesum.

Domi. pro eius. Adiuuas. Añ. O. folio. 76. In i. noct. Lc. de epla prima ad Corinth. Sic nos existimet homo. 494. de cōi Apostolorū. Lectio ii.

Thomas Aplus, q & Didym⁹, Galileꝰ, post acceptū spiritū sanctū, in multas prouincias profect⁹ est ad predicādū Christi Euangelium. Parthis, Medis, Persis, Brachmanis, Hyrcanis, & Bactris, Christiane fidei, & vite precepta tradidit. Postremo ad Indos se conferens, eos in Christiana religione erudiuit: qui ad extremum, vite, doctrine que sanctitate, & miraculorū magnitudine, cū ceteros omnes sui admiratione ad Jesu Christi amorem commouisset, illius gentis regem idolorū cultorē, magis ad iram accendit: cui⁹ sententia condemnatus, telisq; cōfossus, Calamine apostolat⁹ honorem martyrij corona decorauit. ℟. Vidi coniunctos. 595. In iii. n. & sexta lectio leg... Sermo sancti Gregorij Pape. Scriptū est. vt i cōi apol. 495. Lcō s. euāg. sm Johān. Lc. i.

In illo tempore: Thomas vnus duodecim, qui dicitur Didymus, nō erat cum eis, quādo venit Jesus. Et reliqua. Homilia sancti Gregorij Pape.

Quid, fratres carissimi, qd inter hęc animaduertitis? nunquid casu gestum creditis vt electus ille discipulus tūc deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitās palparet, palpans crederet? Nō hoc casu, sed diuina dispēsatione gestum est. Egit nāq; miro modo diuina clementia, vt discipul⁹ dubitans, dum in magistro suo vul

vulnera palparet carnis, in nobis sanaret vulnera infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidē, quā fides discipulorum credentiū profuit: quia dū ille ad fidē palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidat. ℞. Isti sunt qui viuentes. 597. Lectio viii.

Hic quippe discipulū post resurrectionē suam dubitare permisit dñs, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatem suam Marie sponsum habere voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans, et palpans testis vere resurrectionis: sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginitatis. Palpauit autem, et exclamauit: Dominus meus, et deus meus. Dicit ei Iesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Cum Paulus apostolus dicat, Est autē fides sperandarum substantia rerum, argumētū non apparentiū: profecto liquet quod fides illarū rerū argumentū est, que apparere non possūt: que enim apparet, iam fidē nō habent, sed agnitionem. ℞. Isti sunt viri sancti. 597. Lectio ix.

Dum ergo vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dr, quia vidisti me Thoma, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit, a mortali quippe homine diuinitas videri nō potuit, hominem ergo vidit et Deū confessus est, dicens: Dñs meus, et deus meus. Uidendo ergo credidit, qui considerando verū hominē hunc Deum, quem videre non poterat, exclamauit. Letificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, et crediderunt. In qua nimirū sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostrā operibus sequimur: ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit. Ad Laudes, et alias hor. oīa de cōi apl'orum, exceptis añis ad Bñs, et Magni. et Orone que dñr vt supra.

Die 22. F. Die 23. G.
Die 24. A. Uigil. Natiu. Dñi.
Die 25. B. Natiu. Dñi. dupl.
Die 26. C. Steph. prom. dupl.
Die 27. D. Johan. Euāg. dup.
Die 28. E. Innocentiū m. dup.
Die 29. F. Thome cat. m. semi.
Die 30. G. De dñica infra octa.
Die 31. A. Syluestri pp. et cf. dup.

IANVARII FESTA.

Off. Defunc. i. die non impedita.
Die 1. A. Circumcisio dñi. dup.
Die 2. B. Oct. S. Steph. dup.
Die 3. C. Oct. S. Johan. dup.
Die 4. D. Octa. Innocē. dupl.
Die 5. E. De Uigilia.
Die 6. F. Epiphania dñi dupl.
Die 7. g. 8. a. 9. b. 10. c. de Octa.
C De oct. et cōme. Uirgini pp. et mar. Oro. Infirmitatē. 504.
Die 12. E. De Octaua.
Die 13. F. Octaua Epiph. dup.

Die 14

¶ Sancti Hilarii episcopi, et confessoris, semiduplex. Oratio.

Deus, qui populo tuo eterne salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: presta quesumus, ut quem doctorem vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per dominum nostrum.

¶ Si hoc festum venerit in Dominica, transfertur in vi. feria et commune. cum ix. Lec. S. Felicis fit in Dominica. Commemo. S. Felicis in Pincis. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens Deus: ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum solemnia agimus, et actus imitemur. Per do. Lectio. iiii.

Hilarius, in Aquitania nobili genere natus, doctrina, et eloquentia excelluit. Qui primum in matrimonio, quasimonachi vitam egit. deinde, mortua uxore, propter singulares virtutes Pictavorum Episcopus creatur: quod munus episcopale sic gessit, ut a fidelibus summa laude dum consequeretur. Quo tempore cum terroribus, bonorum spoliatione, exilio, et omni crudelitate Constantius catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent, Hilarius tanquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorem in se concitavit. Itaque multis petitus insidiis tandem dolo Saturnini Arelatensis epi, a synodo Biterensi in Phrygiam relegatus est: ubi et mortuum suscitavit, et libros duodecim scripsit de Trinitate contra Arianos. ℟ Invent Da. ss. Lec. v.

Quadriennio post coacto concilio ad Seleuciam Isaurie urbem ubi disputaretur, An Deo patri filius consubstantialis esset, Constantius Hilarium ab exilio revocavit, interime ob eam causam, quod eius librum Constantinopolim detulisset. Uerum cum Ursatius, et Ualens Ariani episcopi, quos Hilarius scriptis confutarat, presentis eruditionem pertimescerent, Constantio persuaserunt, ut specie honoris eum in suum episcopatum restitueret. Quare Seleuciensi concilio non interfuit: cuius tamen, et Ariminensis concilii scripsit historiam. Tunc Hilarium e prelio hereticorum revertentem ut inquit sanctus Hieronymus, Galliarum ecclesia complexa est: quem ad episcopatum secutus est Martinus: qui postea Turonensi prefuit ecclesie tantumque illo doctore profecit, quantum eius postea sanctitas declaravit. ℟ Posui adiutorium sus. Lec.

Magna deinceps tranquillitate Pictavorum ecclesiam administravit: Galliamque universam adduxit, ut Arianorum impietatem condemnaret. Multos libros scripsit mira eruditione: quo.

quos omnes sanctus Hierony-
mus ad Letam sine vlla erro-
ris suspicione legis posse te-
statur illis verbis: Hilarij li-
bros inoffenso decurrat pede.
Migrauit in cęlum Idib⁹ Ja-
nuarij, Valētiniano, et Valēte
Imperatorib⁹, anno post Chri
stū natū, trecētesimo septuagesi
mo tertio. R. Iste est q an. 519.
Lect. ix. euāg. sēm Matthęū. l. v.

In illo tempore: Dixit Je
sus discipulis suis. Vos
estis sal terrę, qd si sal euanue-
rit, in quo salietur? Et reliqua.
Homilia S. Hilarij episcopi.

Vos estis sal terrę: quod si
sal ifatuatū fuerit: ad ni
hilū valet id quod salietur. Sal
vt arbitror, terrę nullū est: quo-
modo ergo apostolos sal terrę
nuncupauit: sed proprietas est
quęrenda dictorum, quā et apo
stolorum officium, et ipsius salis
natura monstrabit. Sal est in se
vno continens aquę et ignis ele
mentum, et hoc e duob⁹ est vnū.
Hic igitur in omnem vsum hu
mani generis effectus, incorru
ptionem corporibus, quib⁹ fue-
rit aspersus, impertit, et ad oēs
sensum conditi saporis aptissi-
mus est: Apostoli autē sunt rerū
cęlestiū pdicatores, et ęternita
tis velut satores, immortalitatē
omnibus corporib⁹, quib⁹ eorū
sermo aspersus fuerit, conferen
tes. R. Amauit. 517. Lec. viij.

Merito igit sal terrę sunt
nūcupati, p doctrinę vir-
tutem, saliendi modo ęternitati
corpora reseruantes. Sed natu-
ra salis semper eadē est, nec im
mutari vnquam potest: verum
quia cōuersioni homo subiacet
et solus beatus, qui vsque ad
finem in omnibus Dei operi-
bus permanserit, ideo eos
sal terrę nuncupatos monet in
traditę sibi potestatis virtute
persistere, ne infatuati nihil
saliant: et ipsi sensu accepti sa-
poris amisso, viuificare cor-
rupta non possint: et proiecti
de ecclesię promptuarijs,
cum his quos salierint, pe-
dibus incedentium proterāur.
R. Sint lumbi vestri. 517.
¶ Pro sancto Felice. Lec. ix.

Felix Nolan⁹ presbiter, cū
in idola vehemētius inue-
heretur, ab idōlatribus varie ve
xatus in carcerem cōijcitur, vn
de ab angelo nocte educt⁹, quę
rere iussus est Maximianū No
lę episcopū, q cū senio pfect⁹ de
speraret se terre posse supplicia
persequētiū se abdiderat in syl
uā, quo cū Felix Deo duce per
uenisset: sanctum episcopū hu
mi iacentē pene mortuū videt:
quem recreatū, ac sublatū in
humeros, apud fidelem viduā
reficiendum curauit. Sed cum
is iterum idolorū cultores im
pietatis argueret, facto in ipsū
impetu, fugiēs in angusto duo
rum parietum interuallo se oc-
cultauit. Qui aditus cū repen-
te aranearum telis pertext⁹ vi

sus esset, nemini recētis latebrę suspicionē reliquit. Inde igitur euadēs Felix, in ędibus pię mulieris tres menses latuit. Cum vero Dei ecclesia requiescere cępisset, Nolam rediens, multisqȝ ibi vitę exemplis, & doctrinę pręceptis, miraculisqȝ ad Christi fidem conuersis, cōstanter etiam recusato eius vrbis episcopatu, obdormiuit in domino, sepultusqȝ est prope Nolam in loco, quem in Pinci͡s appellabant.

¶ S. Pauli primi Eremitę semid. Aſ. fit de cōi cōf. nō pōt.

Die 15. A

Orō. Deus, qui nos btī Pauli confessoris tui annua. fo. 520. Pro s. Hilario. Aña. Amauit eū dñs. ℣. Elegit eū dñs. Orō. Deus q pplo tuo. vt su. 363 Et fit cōm. s. Mauri abba. Añ. Euge serue. ℣ Justū dedu. 522. Et in Laud. Aña. Similabo. ℣. Amauit eum dñs. Oratio. Intercessio. 520. Lcō quarta.

Paulᵘ eremitarū auctor & magister, apud inferiorē Thebaidē natᵘ, cū quindecim esset annorum, orbatus parentibus, declinādę causa persecutionis Decij & Valeriani, & Deo liberius inseruiēdi, in eremi speluncā se cōtulit: vbi palma ei victū & vestitū prębente, vixit ad centesimū, & decimū tertiū annum: quo tempore ab Antonio nonagenario Dei admonitu inuisitur. Quibᵘ inter se, cū antea nō nossēt ꝓprio noie consalutantibᵘ, & multa de regno dei colloquētibᵘ, coruus q antea semp Paulo dimidiatū panē attulerat, integrū detulit. ℟. Iste est q ante. 520. Lec. v.

Post eorum discessum, Eia, inquit: Paulus, dñs nobis prandium misit, vere pius vere misericors. Sexaginta iam anni sunt cū accipio quotidie dimidij panis fragmentū, nūc ad aduentum tuum, militibus suis Christus duplicauit annonam: Quare cum gratiarum actione ad fontē capientes cibū, vbi tantisper recreati sunt, iterū gratijs de more Deo actis, noctem in diuinis laudibus consumpserunt. Diluculo Paulus de morte, quę sibi instaret, admonens Antonium, hortatur vt pallium quod ab Athanasio acceperat, ad inuoluendum suum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter angelorum choros, inter prophetarum: & apostolorum cętus, Pauli animam in cęlum ascendere. ℟ Amauit eum. 521. Lect. vi.

Cumqȝ ad eiᵘ cellā peruenisset, inuenit genibus cōplicatis, erecta ceruice, extēsisqȝ in altum manibus corpᵘ exanime, quod pallio obuoluēs, hymnosqȝ & psalmos Christiana traditione decātans, cum sarculū, quo terram foderet, nō haberet duo leones ex interiore eremo, rapido cursu ad beati senis corpᵘ

ferun/

ſerūtur: vt facile intelligeretur, eos quo modo poterant, plorātum edere: qui certatim terraꝫ pedibꝰ effodientes: foueaꝫ, quę hominem commode caperet, effecerūt. Qui cum abijſſent, Antonius ſanctum corpus in eum locum intulit, ⁊ iniecta humo tumulum ex Chriſtiano more compoſuit: tunicam vero Pauli, quam in ſportę moduꝫ ex palmę folijs ille ſibi contexuerat, ſecum auferens, eo veſtitu diebꝰ ſolennibus Paſchę, ⁊ Penteco ſtes, quoad vixit, vſus ē. R. Iſte Homo perfecit. fol. 521.

In iij. noc. Hom. in euangeliū. Cōfiteor tibi pr̄. 380. quę habetur paulo infra in feſto s. Matthię. In Veſperis a Cap. fit de S. Marcello cum cōmemoratione s. Pauli Primi Eremitę.

¶ S. Marcelli pape ⁊ mar. or.

Die 16. B

PReces pplī tui, q̄s dn̄e, clemēter exaudi: vt bti Marcelli martyris tui atqꝫ Pōtificis meritis adiuuemur. cuius paſſione lętamur. Per dominum no. Lectio quarta.

MArcellus Romanꝰ a Cōſtātio ⁊ Galerio, vſqꝫ ad Maxētiū pōtificatū geſſit. Cuius hortatu duę matronę Romanę, Priſcilla cęmeteriū ſuis ſumptibꝰ via Salaria ędificandū curauit, Lucina bonorū ſuorū dei ecclēſiā fecit herędē. Viginti quinqꝫ titulos in vrbe inſtituit, quaſi diœceſes quaſdā, ⁊ ad baptiſmū pœnitentiamqꝫ eorū, qui ex infidelibus Chriſtianam religionē ſuſciperent, ⁊ ad martyrū ſepulturā. Quibus rebus ira incenſus Maxentius, Lucina relegata, Marcello grauia ſupplicia minatur, niſi dēpoſito pontificatu, idolis immolaret. R. Honeſtum. 503. Lectio v.

QVi cum inſanas hominis voces negligeret, miſit eū in catabulū, vt beſtiarum, quę publice alebantur, curam ſuſtineret. Vbi Marcellus aſſiduis ieiunijs ⁊ precibus, nouem mēſes vitaꝫ duxit: parochias quas pręſens non poterat, viſitans p epiſtolas. Inde ereptus a clericis, hoſpitio recipitur a beata Lucina: in cuius ędibus Eccleſiam dedicauit, que hodie titulo ſancti Marcelli noiatur: in qua ⁊ Chriani orabant, ⁊ ipſe btūs Marcellus pdicabat. R. Deſiderium. 503. Lectio ſexta.

QVibus cognitis Maxentius, in eam eccleſiam catabuli beſtias transferri, ⁊ a Marcello cuſtodiri iubet, vbi propter loci fęditatem pedore cōfectus, obdormiuit in dn̄o. Cuius corpus ī cęmeterio Priſcillę via Salaria a beata Lucina ſepultum eſt decimoſeptimo Calendas Februarij. Sedit annos quinque, menſes ſex, dies vigintiunum: ſcripſit epiſtolam ad epiſcopos Antiochenę prouincię de primatu

Ro-

BIbiana virgo Romana, Fausti & Dafrosę martyrũ filia, a tenera ętate sic a parentib⁹ imbuta est Christiana religione, vt neque precibus, neque terrorib⁹ Juliani Imperatoris a Jesu Christi cultu deterreri potuerit. Quamobrẽ plũbatis vsque ad necẽ cęsa, virginalẽ palmam martyrij corona decorauit. Cuius corpus cũ nefarij Imperatoris iussu proiectum biduo iacuisset inhumatũ, a Johanne presbytero sepulta est quarto Nonas Decembris, prope matris & sororis Demetrię sepulcrum, ad palatium Licinianum.

Die 3. A.

¶ S. Barbarę virginis & martyris commemoratio Aña. p. 2 Oro. D e⁹ q inter cętera. 523. de communi Virginum.

¶ S. Sabbę abbatis comme. Intercessio. f. 250. de cõmuni confessorum non Pontificum. S. Nicolai episcopi, & confessoris semid. officiũ fit vt i rubricis generalibus de festo semid. oĩa dicunt de cõi vnius cõfess. pontific. fo. 513. exceptis his, quę hic sunt propria. Oratio.

DEus, qui btm̃ Nicolaũ Pontificẽ tuũ innumeris decorasti miraculis tribue quęsum⁹, vt ei⁹ meritis & precibus, a gehennę incendijs liberemur. Per dominum nostrum.

In primo nocturno legũtur lectiones de Isaia, quę occurrũt per ordinem in officio de tempore: quod & i alijs festis seruatur quando alię lectiones in primo nocturno nõ assignãtur. Le. iiij.

NIcolaũ illustri loco Patarę in Lycia natum parentes steriles a Deo precibus impetrarunt. Cuius viri sanctitas quanta futura esset, iam ab incunabulis apparuit. Nam infans, cum reliquos dies lac nutricis frequens sugeret, quarta & sexta feria semel duntaxat, idque vesperi sugebat: quam ieiunij consuetudinem in reliqua vita semper tenuit. Adolescens parẽtib⁹ orbat⁹, facultates suas pauperibus distribuit. Cuius illud insigne est Christianę benignitatis exemplum, quod, cum eius ciuis egens tres filias iam nubiles in matrimonio collocare non posset, earumque pudicitiã prostituere cogitaret, re cognita Nicolaus, noctu per fenestram tantum pecunię in eius domum iniecit, quantum vni⁹ virginis doti satis esset: quod cum iterum, & tertio fecisset, tres illę virgines honestis viris in matrimonium datę sunt. R. Inueni. 515. Lectio. v.

QUm vero se totũ Deo dedisset, in Palestinã profectus est, vt loca sãcta viseret, & pręsens veneraretur. Qua in pere-

peregrinatione nauem conscendens, sereno cęlo, & tranquillo mari, horribilem nautis tempestatem prędixit, moxq; orans, cum essent omnes in summo periculo, orans mirabiliter sedauit. Unde cum domum reuersus singularis sanctitatis omnibus documenta prębaret, Dei admonitu Myream, quę Lyciæ Metropolis erat, venit: quo tempore eius vrbis episcopo mortuo, prouinciales episcopi de successore deligendo consultabant. Itaq; in ea deliberatióe diuinit⁹ admoniti sút vt eum eligerent, qui Nicola⁹ nomine postridie mane primus in Ecclesiã ingrederetur. Qua obseruatione adhibita, in Ecclesię ianua deprehésus est Nicolaus, & summo omnium consensu Myreę episcop⁹ creatur. In episcopatu castitatem, quá semper coluerat, grauitatem orationis assiduitaté, vigilias abstinentiam, liberalitatem, & hospitalitatem, in adhortádo mansuetudinem, in reprehendendo seueritatem perpetuo adhibuit. ℟. Posui adiutorium. 513. Lectio sexta.

Viduis & orphanis pecunia, consilio, opera nó defuit. Oppressos adeo subleuauit vt etiá tres tribunos, per calumniam a Constantino Augusto condemnatos, qui se propter famam eius miraculorum orationibus longissime absenti comédarant, adhuc viuens, cuz Imperatori minaciter cuz terrens apparuisset, liberauerit. Cum vero contra edictuz Dioclitiani & Maximiani Christianę fidei veritatem Myreę prędicaret, ab Imperatorum satellitibus comprehensus, & longissime abductus, in carcerem coniectus est: vbi fuit vsque ad Constantinum Imperatorem: cuius iussu ex custodia ereptus, Myream redyt, mox ad Nicęnum concilium se contulit: vbi cum trecentis illis decem & octo patribus Arianã hęresim cóndemnauit. Inde reuersus ad episcopatum, non ita multo post instáte morte, suspiciens in cęlum, cum angelos sibi occurrentes intueretur, illo psalmo pronunciato, In te domine speraui, vsque ad eum locum: In manus tuas commendo spiritum meum, in cęlestem patriam migrauit octauo Idus Decembris, anno salutis humanę trecentesimo quadragesimo tertio. ℟. Iste est q ante Deuz magnus. 516. In tertio nocturno Homilia in euange. Homo quidá peregre proficiscés. 516. vt in cómuni confess. Pontific.

Sancti Ambrosii epi, cófess. & Ecclesię Doctoris. duplex. Ad Vesperas. Antiphona. Ecce sacerdos magnus. fol. 515. cuz reliq. de cói 9fess. Pontific. Ad Magnificat. Antiphona. O Doctor optime. 514. Oratio. Deus



DEus, qui populo tuo ęternę salutis B. Ambrosium ministrum tribuisti: pręsta, quęsumus: vt quẽ doctorẽ vitę habuim⁹ i terris, itercessorẽ habere mereamur i cęlis. Per dominũ nostrum Jesum.

¶ Deinde fit cõmemoratio S. Nicolai, nisi trãsferatur: postea de feria. Ad Matutinũ & alias horas omnia de communi confessoris pontificis. folio 514. In j. noct. Lcõ. Fidelis sermo. de eodem cõmuni 514. Le. iiij.

AMbrosius episcop⁹ Mediolanensis, Ambrosii ciuis Romani filius, patre Gallię pręfecto natus est. In huius infantis ore examen apum cõsedisse dicitur: quę res diuinam viri eloquentiam pręmonstrabat. Romę liberalibus disciplinis eruditus est. Post a Probo pręfecto, Ligurię & Aemilię prępositus: vnde postea eiusdem Probi iussu cum potestate Mediolanum venit: vbi mortuo Auxentio, Ariano Episcopo, populus de successore deligẽdo dissidebat. Quare Ambrosius ꝓ officii sui munere ecclesiam ingressus, vt commotã seditionem sedaret, cũ multa de quiete, & tranquillitate reipublicę, ꝑclare dixisset, de repente puero Ambrosiũ Episcopum exclamante, vniuersi populi vox erupit, Ambrosium episcopũ deposcentis. ℟. Inueni Dauid. 515. Lectio v.

REcusante illo, & eorum precibus resistente, ardẽs populi studium ad Valentinianum Imperatorem delatum est: cui gratissimum fuit, a se delectos iudices ad sacerdotium postulari. Fuit id etiam Probo pręfecto iucundum, qui Ambrosio proficiscenti, quasi diuinans dixerat. Vade, age non vt iudex, sed vt episcopus. Itaque cum ad populi desiderium Imperatoris voluntas accederet, Ambrosius baptizatus (erat enĩ catechumen⁹) sacrisq; initiatus, ac seruatis omnibus ex istituto ecclesię ordinũ gradibus, octauo die, q fuit septimo Idus Decẽbris, episcopale onus suscepit. Factus eps catholicam fidem, & disciplinã ecclesiasticã acerrime defendit multosq; Arianos & alios hęreticos ad fidei veritatẽ cõuertit in quibus clarissimum Ecclesię lumen sanctum Augustinũ Jesu Christo peperit. ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio sexta

GRatiano Impatore occiso, ad Maximum eius interfectorẽ legatus profect⁹ est, eumq; pęnitentiam agere recusantem, a fidelium communione remouit: Theodosium Imperatorem ꝓpter cędem Thessaloni

salonicę factam, ingressu Ecclesię prohibuit. Cui cum ille Dauid quoq; regem adulterum, ⁊ homicidam fuisse, dixisset: respondit Ambrosius: Qui secutus es errantem, sequere penitentem. Quare Theodosius sibi ab eo impositam publicam penitentiam humiliter egit. Ergo sanctus episcopus pro Ecclesia Dei maximis laboribus curisque perfunctus, multis libris etiam egregie cōscriptis antequam in morbum incideret, mortis suę diem prędixit. Ad quem ęgrotum Honoratus Vercellensis episcopus Dei voce ter admonitus, accurrit: eique sanctum domini corpus prębuit: quo ille sumpto, cōformatis i crucis similitudinē manibus, orans animam Deo reddidit pridie nonas Aprilis, anno post Christum natum trecentesimo octuagesimo. ℟. Iste est q ante Deum. 516. In iij noctur. Hom. in euangel. Vos estis sal terrę. 519. de cōmuni Doctorum

CONCEPTIO

B. Marię virginis, dup.

Omnia pter lectiones primi ⁊ secundi nocturni dicūtur, ut i Nati. eiusdem, mutato nomine Natiuitatis in nomen Conceptionis. In primis Vesperis, omnia de Conceptione, cum commemoratione sancti Ambrosii. Ad Mag. Antiph. Gloriosę Virginis Marię cōceptionem dignissimam recolamus. 453.

De libro Ecclesiastici. Lectio.



Ego ex ore altissimi prodiui primogenita ante omnes creaturā. Ego feci in cęlis, vt oriretur lumē indeficiēs, ⁊ sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habitaui: ⁊ thronus meus in columna nubis. Gyrum cęli circuiui sola, ⁊ profundum abyssi penetraui, ⁊ in fluctibus maris ambulaui, ⁊ in omni terra steti. Et in omni populo, ⁊ in omni gente primatum habui, ⁊ omnium excellentium, ⁊ humilium corda virtute calcaui, ⁊ in his oībus requiem quęsiui, ⁊ in hęreditate domini morabor. Tūc pręcepit, ⁊ dixit mihi creator omnium, ⁊ qui creauit me requieuit i tabernaculo meo, ⁊ dixit mihi: In Iacob inhabita, ⁊ in Israel hęreditare, ⁊ in electis meis mitte radices. ℟. Hodie concepta est beata virgo.

Responsoria vt in festo Natiuitatis. Lectio secunda

Ab initio ⁊ ante scl'a creata sum, ⁊ vsq; ad futurum seculum non desinam, ⁊ in habitatione sācta corā ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, ⁊ in ciuitate sanctificatā similiter requieui, ⁊ in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in po-

pu

pulo honorificato, et in partes Dei mei hęreditas illius, et i plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, et quasi cypressus in monte Sion. Quasi palma exaltata sum in Cades, et quasi plantatio rosę in Iericho: Quasi oliua speciosa in campis, et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas: In plateis sicut cinnamomum et balsamum aromatizãs odorem dedi: quasi myrrha electa, dedit suauitatem odoris. Et quasi storax, et galbanus, et vngula, et gutta, et quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam, et quasi balsamum non mistum odor meus. ℟. Beatissimę virginis Marię concept. 453. Lect. iii.

Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris, et gratię. Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris: et flores mei fruct⁹ honoris, et honestatis. Ego mr̃ pulchrę dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctę spei. In me gratia omnis vię et veritatis: in me omnis spes vitę et virtutis. Transite ad me omnes q̃ cõcupiscitis me, et a generationibus meis implemini. Spiritus enim me⁹ super mel dulcis, et hęreditas mea super mel, et fauum. Memoria mea in generationes seculorum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me nõ cõfundetur: et qui operantur in me, nõ peccabunt. Qui elucidãt me, vitam ęternã habebunt. ℟. Gloriosę virginis Marię cõceptionẽ. 455

Sermo S. Ambrosii episcopi, ex libro de virginibus Lec. iiii.

Sit vobis tãquã in imagine descripta virginitas, vitaque beatę Marię, de qua velut speculo refulget spẽs castitatis, et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor nobilitas est magistri. Quid nobilius dei matre? Quid splẽdidius ea, quam splendor elegit? Quid castius ea, quę corpus sine corporis cõtagione generauit? ℟. Cõceptio gloriosę virginis Marię. 454 Lec. v.

Nam de cęteris eius virtutibus quid loquar? virgo erat non solum corpore, sed etiã mẽte, quę nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectũ. Corde humilis, verbis grauis, animi prudẽs, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum, sed in prece pauperis spem reponẽs. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrũ mentis solita non hominem, sed Deum quęrere. Non lędere reos, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, ęqualibus non inuidere, vrgere iactã

tiã

tias, ratione sequi, amare virtutes. ℟. Cū iucūdi. 454. L. vi.

Quando ista vultu lesit parentes? Quando dissensit propinquis? Quādo fastidiuit humiles? Quādo derisit debilē? Quādo vitauit inopem? eos solos solita cetus virorū inuisere quos misericordia nō erubesceret, neqꝫ preteriret verecūdia: nihil toruū in oculis, nihil i verbis procar, nihil in actu inuerecundū. Non gestus solutior: nō incessus solutior, nō vox petulātior: vt ipsa corporis species simulacrū fuerit mentis, figura ꝓbitatis. ℟. Cōceptio tua. 454

In iij. noct. Dom. in euangelio.

Liber generationis. fol. 454. vt in Matth. et nona lcō sumitur de eadē Dom. infra oct. eius lē. que incipit. Oram. folio 455.

Die 9. D.

¶ S. Milciadis pp, et m. Orō.

Infirmitatem nostram. fo. 501 vt in cōi martyrum Pontificū.

Sci Damasi pp, et cf. sem. Orō.

Exaudi, domine, preces nostras: et interueniente beato Damaso, cōfessore tuo, atque pontifice, indulgentiam nobis tribue placat⁹, et pacem. Per dn̄m. Lectio iiij.

Damasus Hispanus, vir egregi⁹, et eruditus in scripturis, indicto primo Constantinopolitano concilio, nefariam Eunomij, et Macedonij heresim extinxit. Idē Ariminensem cōuentū cōdemnauit, in quo, vt scripsit S. Hieronym⁹, Valētis potissimum, et Vrsatij fraudibus damnatio Nicene fidei ꝓclamata fuit: et ingemiscēs orbis terrarum, se Arrianū esse miratus est. ℟. Inueni Dauid. 515. L. v.

Basilicas duas edificauit, alteram sancti Laurētij nomine, ad theatrum Pompey, quam maximis muneribus auxit, eique domos et predia attribuit, alteram via Ardeatina ad Catacumbas. Platoniam etiam vbi corpora sanctorum Petri et Pauli aliquandiu iacuerunt, dedicauit, et exornauit elegantibus versibus. Idemqꝫ prosa, et versu scripsit librū d̄ Virginitate multaqꝫ alia metro edidit. ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio vi.

Poenam talionis cōstituit ijs, qui alterum falsi criminis accusassent. Instituit, vt in ecclesia psalmi ab alternis canerētur, et in fine cuiusque psalmi diceretur, Gloria patri, et filio et spiritui sancto. Et vt confessio, Misse esset exordium. Eius iussu sanctus Hieronymus diuine scripture libros in latinū cōuertit. Cum Ecclesiā rexisset annos decē et octo, mēses tres, dies vndecim: et habuisset ordinationes quinqꝫ mense Decēbri, quibus creauit ꝓbyteros triginta duos diaconos vndecim, episcopos ꝑ diuersa loca sexaginta duos, vir

tute, doctrina, ac prudentia cla-
rus, prope octogenarius, Theo-
dosio seniore imperatore, obdor-
miuit in dño, et via Ardeatina,
vna cũ matre, et sorore, sepultus
est in basilica, quã ipse edificaue-
rat. Eius reliquię postea trãsla-
tę sunt in Ecclesiã S. Laurẽtij
in Damaso, quã idem Põtifex
ad theatrum Pompeij constru-
xerat. ℟. Iste est qui ante. 516.
In iij. noct. Hom. in euangeliũ.
Vigilate. de cõi cõf. põti. 118.

Die 12. C.

¶ S. Lucię virg. et mart. dupl.
Ad vesp. añ. Orãte scã Lucia.
cũ rel. de Laud. Psalmi. Cap.
Hym. et ver. de cõi virg. fo. 523.
Ad Magnificat Antiphona.

In tua patientia possedisti ani-
mam tuam Lucia sponsa Chri-
sti: odisti quę in mundo sunt, et
coruscas cum angelis: sanguine
proprio inimicum vicisti. Oro.



Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beatę Lucię virginis, et martyris tuę festiuitate gaudemus, ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum Iesum.
Ad Mat. Inui. Hym. añę psal. et versic. noc. de cõi virg. f. 523
Lcõ i. noc. de epla i. ad Corinth.
De virginib⁹. 524. ℟ i ce. cõi.
i. ℟. Lucia virgo quid a me pe-
tis, quod ipsa poteris pręstare
continuo matri tuę? Nam et fi-
de tua illi subuenit: et ecce sal-
uata est: Quia iucundum Deo
in tua virginitate habitaculum
pręparasti. ℣. Sicut per me ci-
uitas Catanensium sublimatur
a Christo, ita per te Syracusa-
na ciuitas decorabitur. Quia.
ii. ℟. Rogaui dominum meum
Iesum Christum, vt ignis iste
non dominetur mei, Et impe-
traui a dño inducias martyrij
mei. ℣ Pro eo, vt me diligerẽt,
detrahebant mihi: ego autem
orabam. Et impe. iij ℟. Grata
facta est a dño in certamine, q:
apud deũ, et apud homines glo
rificata est: in conspectu princi
pis loquebatur sapientiam. Et
dñs oium dilexit eã. ℣ Adiuua
bit eam deus vultu suo, Deus
in medio eius non commouebi
tur. Et. Gloria. Et. Ad seque-
tes lect. dñr ℟ ia primi, et secun
di nocturni de communi virgi
num per ordinem. Lectio iiij.

Lucia virgo Syracusana
genere et Christiana fide
ab infantia nobilis, vna cum
matre Eutychia, quę sanguinis
fluxu laborabat, Catanã ad ve
nerandum corpus beatę Aga-
thę venit: quę ad eius sepul-
crum cum suppliciter orasset,
Agathę intercessione, matri
sanitatem impetrauit. Statim
vero matrem exorauit, vt quam
dotem sibi datura esset, Chri
sti pauperib⁹ tribui pateretur.
Ut igitur Syracusas rediit,
omnes

omnẽ pecuniã, quã ex faculta tibus venditis redegerat, paupe ribus distribuit. ℟. Ueni spon/ sa Christi. fol. 524. Lectio v.

Quod vbi resciuisset is, cui eam parentes contra vir ginis volũtatem desponderant, apud Paschasiũ pręfectũ Lu/ ciam, quod Christiana esset, ac cusauit. Quam ille, cuȝ nec pre cibus, nec minis ad cultum ido lorũ posset perducere, immo tã to magis incẽsaȝ videret ad ce/ lebrandas Christianę fidei lau/ des, quãto magis ipse eaȝ a sen tentia auertere conabat, Cessa bunt, inquit, verba: cũm ventuȝ erit ad verbera. Cui virgo: dei seruis verba deesse non possunt, quibus a Christo dño dictum est: Cum steteritis ante reges, ꝛ pręsides, nolite cogitare, quo modo aut quid loquamini: da/ bitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos estis, qui loquimini, sed spiri/ tus sanctus qui loquitur in vo bis. ℟. Diffusa est gratia. 524.

Lectio vi.

Quam cuȝ Paschasius in/ terrogasset: Est ne i te spi ritus sanctus? Respõdit: Caste ac pie viuẽtes, templũ sunt spũs sancti. At ille. Jubebo te ad lu panar duci, vt te spiritus sanctus deserat. Cui virgo: Si inuitam iusseris violari, castitas mihi du plicabitur ad coronam. Quare Paschasius ira inflammatus, Luciam eo trahi iussit, vbi eius virginitas violaretur: sed diuinit⁹ factũ est, vt firma virgo ita cõsi steret, vt nulla vi de loco dimo ueri posset. Quãobrẽ pfect⁹ cir/ cum ipsaȝ, pice, resina, ac feruẽ/ ti oleo perfusam, ignem accẽdi imperauit. sed cũ ne flãma qui deȝ eaȝ lęderet, multis tormẽtis excruciatę guttur gladio trãsfi gi iubet. Quo vulnere accepto Lucia prędicẽs ecclesię trãquil litatẽ q̃ futura erat, Maximia no ꝛ Diocletiano mortuis, vige simo Calẽdas Januarii spm̃ deo reddidit. Cuius corp⁹ Syracu sis sepultũ, deinde Cõstantino/ polim, postremo Uenetias trãs/ latum est. ℟. Specie tua. 524. In iii. noc. Hom. in euãgelium: Simile ẽ regnũ cęlorũ thesauro abscondi. 628. de cõi scẽ m. nũ. Ad Laudes, ꝛ per Horas. Añ.

O Rãte sãcta Lucia, appa/ ruit ei beata Agatha, ꝛ cõ solabatur ancillam Christi. Ps. Dñs reg. 8. cũ reliq. Lucia v/ go, quid a me petis, q̃d ipsa po ris pręstare cõtinuo matri tuę? Añ. Per te, Lucia virgo, ciui tas Syracusana decorabitur a a domino Jesu Christo. Añ. Benedico te pater dñi mei Je su Christi, quia p. te filium tuuȝ ignis extinct⁹ est a latere meo. Añ. Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid a me petis: quod ipsa poteris pręstare con/ tinuo matri tuę? Cap. Hymn. ꝛ versic. de cõi virginum. Ad Bñs. Añ. Columna ee im/

mobilis Lucia sponsa Christi: qa omnis plebs te expectat: vt accipias coronam vitę, allel. Ad Horas Aña. de Laud. alia. de cõi virg. Ad Vesperas. Aña. Orate scã Lucia. cũ reliq. sup. psal. cap. hym. & V. de cõi virg. Ad Mag. Aña. Tanto ponderere eã fixit spũs sanctus, vt virgo Christi immobilis permaneret.

Die 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

¶ De Vigilia Sancti Thomę Apostoli nihil fit, nisi in Missa.

¶ S. Thomę Apostoli duplex, omnia de cõmuni Apostolorum exceptis his, quę hic sunt ppria. Ad Mag. in vtrisq; Vesperis, & ad Benedictus in Laud. Aña. Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati qui nõ viderunt, & crediderunt, allelu. Ora. 10.



Da, quęsumus domine, btĩ apli tui Thomę solẽnitati b⁹ gloriari: vt ei⁹ semp, & patrocinijs sublleuemur: & fidem congrua deuotionem sectemur. Per dominum nostrum Jesum.

Deinde pro com. Aduentus. Ora. O. folio. 76. In i. noct. Lec. de epis pauli ad Corinth. Sic nos existimet homo. 494. de cõi Apostolorũ. Lectio iiii.

Thomas Apłus, q & Didymus, Galilę⁹, post acceptũ spiritũ sanctũ, in multas prouincias profect⁹ est ad prędicãdũ Christi Euangelium. Parthis, Medis, Persis, Brachmanis, Hyrcanis, & Bactris, Christianę fidei, & vitę pręcepta tradidit. Postremo ad Indos se conferens, eos in Christiana religione erudiuit: qui ad extremum, vitę, doctrinę, que sanctitate, & miraculorũ magnitudine, cũ cęteros omnes sui admiratione ad Jesu Christi amorem commouisset, illius gentis regem idolorũ cultorẽ, magis ad iram accendit: cui⁹ sententia condemnatus, telisq; cõfossus, Calaminę apostolat⁹ honorem martyrij corona decorauit. R. Vidi coniunctos. 595. In iii. n. & sexta lectio ... Sermo sancti Gregorij ... Scriptũ est. vt i cõi ... 495. Lec. 5. euãg. scdm Johan. ...

In illo tempore: Thomas vnus duodecim, qui dicit Didymus, nõ erat cum eis, quãdo venit Jesus. Et reliqua. Homilia sancti Gregorij pape.

Quid, fratres carissimi, qd inter hęc animaduertitis? nunquid casu gestum creditis, vt electus ille discipulus tũc deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitaret, dubitãs palparet, palpans crederet? Nõ hoc casu, sed diuina dispẽsatione gestum est. Egit nãq; miro modo diuina clementia, vt discipul⁹ dubitans, dum in magistro suo vul

vulnera palparet carnis, in nobis sanaret vulnera infidelitatis. Plus enim nobis Thome infidelitas ad fidé, quã fides discipulorum credentiũ pfuit: q: dũ ille ad fidé palpando reducitur, nostra mens omni dubitatione postposita, in fide solidat. ℟. Isti sunt qui viuentes. 597. Lectio viii

Sic quippe discipulũ post resurrectioné suam dubitare permisit dñs, nec tamen in dubitatione deseruit, sicut ante natiuitatem suam Mariã sponsum habere voluit, qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nam ita factus est discipulus dubitans, & palpans testis vere resurrectionis: sicut sponsus matris fuerat custos integerrime virginitatis. Palpauit autem, & exclamauit: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me, Thoma, credidisti. Cum Paulus apostolus dicat, Est auté fides sperandarum substantia rerum, argumentũ non apparentiũ: profecto liquet ꝙ fides illarũ rerũ argumentũ est, q̃ apparere non possũt: q̃ enĩ apparet, iam fidé nõ habent, sed agnitionem. ℟. Isti sunt viri sancti. 597. Lectio ix.

Dum ergo vidit Thomas, dum palpauit, cur ei dr, quia vidisti me Thoma, credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit, a mortali quippe homine diuinitas videri nõ potuit, hominem ergo vidit & Deũ confessus est, dicens: Dñs meus, & deus meus. Uidendo ergo credidit, qui considerando verũ hominé hunc Deum, quem videre non poterat, exclamauit. Letificat valde quod sequitur: Beati qui non viderunt, & crediderunt. In qua nimirũ sententia nos specialiter signati sumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus. Nos signati sumus, sed si fidem nostrã operibus sequimur: ille etenim vere credit, qui exercet operando quod credit. Ad Laudes, & alias hor. oĩa de cõi apl'orum, exceptis añis ad Bñs, & Magni. & Oione que dñr vt supra.

Die 22. F. Die 23. G.
Die 24. A. Uigil. Natiu. Dñi.
Die 25. B. Natiu. Dñi. dupl.
Die 26. C. Steph. prom. dupl.
Die 27. D. Johan. Euãg. dup.
Die 28. E. Innocentiũ m. dup.
Die 29. F. Thome cãt. m. semi.
Die 30. G. De dñica infra octa.
Die 31. A. Sylue. pp. & cõf. dup.

IANVARII FESTA.

Off. Defunc. i. die non ipedita.
Die 1. A. Circuncisio dñi. dup.
Die 2. B. Oct. S. Steph. dup.
Die 3. C. Oct. S. Johan. dup.
Die 4. D. Octa. Innocé. dupl.
Die 5. E. De Uigilia.
Die 6. F. Epiphania dñi dupl.
Die 7. g. 8. a. 9. b. 10. c. de Octa.
C De oct. & cõme. Uigini pp. & mar. Oro. Infirmitaté. son.
Die 12. E. De Octaua.
Die 13. F Octaua Epiph. dup.

Die 14 D.

¶ Sancti Hilarij episcopi, et confessoris, semiduplex. Oratio.

Deus, qui populo tuo eterne salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: presta quesumus, ut quem doctorem vite habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in celis. Per dominum nostrum.

¶ Si hoc festum venerit in Dominica, transfertur in vi. Feriam et comme. cum ix. Lec. S. Felicis fit in Dominica. Commemo. S. Felicis in Pincis. Oratio.

Concede, quesumus, omnipotens Deus: ut ad meliora vitam sanctorum tuorum exempla nos provocent: quatenus quorum solemnia agimus, et actus imitemur. Per do. Lectio iiij.

Hilarius, in Aquitania nobili genere natus, doctrina, et eloquentia excelluit: Qui primum in matrimonio, quasi monachi vitam egit: deinde, mortua uxore, propter singulares virtutes Pictavorum Episcopus creatur: quod munus episcopale sic gessit, ut a fidelibus summam laudem consequeretur. Quo tempore cum terroribus, bonorum spoliatione, exilio, et omni crudelitate Constantius catholicos vexaret, nisi ad Arianas partes transirent, Hilarius tanquam firmissimum murum se Arianis opponens, illorum furorem in se concitavit. Itaque multis petitus insidiis tandem dolo Saturnini Arelatensis episcopi, a synodo Biterensi in Phrygiam relegatus est: ubi et mortuum suscitavit, et libros duodecim scripsit de Trinitate contra Arianos. Inveni Da. 55. Lec. v.

Quadriennio post coacto concilio ad Seleuciam Isaurie urbem ubi disputaretur, An Deo patri filius consubstantialis esset, Constantius Hilarium ab exilio revocavit, in prime ob eam causam, quod ei librum Constantinopolim detulisset. Verum cum Ursatius, et Valens Ariani episcopi, quos Hilarius scriptis confutarat, presentis eruditionem pertimescerent, Constantio persuaserunt, ut specie honoris eum in suum episcopatum restitueret. Quare Seleuciensi concilio non interfuit: cuius tamen, et Ariminensis concilij scripsit historiam. Tunc Hilarium e prelio hereticorum revertentem ut inquit sanctus Hieronymus, Galliarum ecclesia complexa est: quem ad episcopatum secutus est Martinus: qui postea Turonensi prefuit ecclesie tantumque illo doctore profecit, quantum eius postea sanctitas declaravit. Posui adiutorium 515. L. vi.

Magna deinceps tranquillitate Pictavorum ecclesiam administravit: Galliamque universam adduxit, ut Arianorum impietatem condemnaret. Multos libros scripsit mira eruditione: quo-

quos

quos omnes sanctus Hieronymus ad Letam sine vlla erroris suspicione legis posse testatur illis verbis: Hilarij libros inoffenso decurrat pede. Migrauit in cęlum Idibus Januarij, Valentiniano, & Valente Imperatoribus, anno post Christum natum, trecentesimo septuagesimo tertio. ℟ Iste est q an. 519.

Lec. ij. euãg. sm Mattheũ. T. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis sal terrę, qd si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua.

Homilia S. Hilarij episcopi.

Vos estis sal terrę: quod si sal infatuatũ fuerit: ad nihilũ valet id quod salietur. Sal vt arbitror, terrę nullũ est: quomodo ergo apostolos sal terrę nuncupauit? sed proprietas est quęrenda dictorum, quã & apostolorum officium, & ipsius salis natura monstrabit. Sal est in se vno continens aquę & ignis elementum, & hoc e duobus est vnũ. Hic igitur in omnem vsum humani generis effectus, incorruptionem corporibus, quibus fuerit aspersus, impertit, & ad oẽ sensum conditi saporis aptissimus est: Apostoli autẽ sunt rerũ cęlestiũ prędicatores, & ęternitatis velut satores, immortalitatẽ omnibus corporibus, quibus eorũ sermo aspersus fuerit, conferentes. ℟ Amauit. 517. Lec. viij.

Merito igit sal terrę sunt nũcupati, per doctrinę virtutem, saliendi modo ęternitati corpora reseruantes. Sed natura salis semper eadẽ est, nec immutari vnquam potest: verum quia cõuersioni homo subiacet & solus beatus, qui vsque ad finem in omnibus Dei operibus permanserit, ideo eos sal terrę nuncupatos monet in traditę sibi potestatis virtute persistere, ne infatuati nihil saliant: & ipsi sensu accepti saporis amisso, viuificare corrupta non possint: & proiecti de ecclesię promptuarijs, cum ijs quos salierint, pedibus incedentium proterãur. ℟ Sint lumbi vestri. 517.

¶ Pro sancto Felice. Lec. ix.

Felix Nolanus presbiter, cũ in idola vehementius inueheretur, ab infidelibus varie vexatus in carcerem cõijcitur, vnde ab angelo nocte eductus, quęrere iussus est Maximianũ Nolę episcopũ, q cũ senio confectus desperaret se terre posse supplicia persequentiũ se abdiderat in syluã, quo cũ Felix Deo duce peruenisset: sanctum episcopũ humi iacentẽ pene mortuũ videt: quem recreatum, ac sublatum in humeros, apud fidelem viduam reficiendum curauit. Sed cum is iterum idolorum cultores impietatis argueret, facto in ipsũ impetu, fugiẽs in angusto duorum parietum interuallo se occultauit. Qui aditus cũ repente aranearum telis pertextus vi

sus esset, nemini recētis latebrę suspicionē reliquit. Inde igitur euadēs Felix, in ędibus pię mulieris tres menses latuit. Cum vero Dei ecclesia requiescere cępisset, Nolam rediens, multisq; ibi vitę exemplis, et doctrinę pręceptis, miraculisq; ad Christi fidem conuersis, cōstanter etiam recusato eius vrbis episcopatu, obdormiuit in domino, sepultusq; est prope Nolam in loco, quem in Pincis appellabant.

Die 15. I

¶ S. Pauli primi Eremitę semid. Off. fit de cōi cōf. nō pōt. Oro. Deus, qui nos bti Pauli confessoris tui annua. fo. 520. Pro s. Hilario. Aña. Amauit eū dñs. ℣. Elegit eū dñs. Oro. Deus q pplo tuo. vt su. 363 Et fit cōm. s. Mauri abbs. Añ. Euge serue. ℣ Iustū dedu. 522. Et in Laud. Aña. Similabo. ℣. Amauit eum dñs. Oratio. Intercessio. 520. Lcō quarta.

Paulus eremitarum auctor et magister, apud inferiorē Thebaidē natus, cū quindecim esset annorum, orbatus parentibus, declinādę causa persecutionis Decij et Valeriani, et Deo liberius inseruiendi, in eremi speluncā se cōtulit: vbi palma ei victū et vestitū prębente, vixit ad centesimū, et decimū tertiū annum: quo tempore ab Antonio nonagenario Dei admonitu inuisitur. Quib° inter se, cū antea nō nossēt, proprio noie consalutantib°, et multa de regno dei colloquētib°, coruus qui antea semp Paulo dimidiatū panē attulerat, integrū detulit. ℟. Iste est q ante. 520. Lect. v.

Post corui discessum, Eia, inquit: Paulus, dñs nobis prandium misit, vere pius vere misericors. Sexaginta iam anni sunt cū accipio quotidie dimidij panis fragmentū, nūc ad aduentum tuum, militibus suis Christus duplicauit annonam: Quare cum gratiarum actione ad fontē capientes cibū, vbi tātisper recreati sunt, iterū gratijs de more Deo actis, noctem in diuinis laudibus consumpserunt. Diluculo Paulus de morte, quę sibi instaret, admonens Antonium, hortatur vt pallium quod ab Athanasio acceperat, ad inuoluendum suum corpus afferret. Quo ex itinere rediens ille, vidit inter angelorum choros, inter prophetarum: et apostolorum cętus, Pauli animam in cęlum ascendere. ℟ Amauit eum. 521. Lect. vi.

Cumq; ad ei° cellā peruenisset, inuenit genibus cōplicatis, erecta ceruice, extēsisq; in altum manibus corp° exanime, quod pallio obuoluēs, hymnosq; et psalmos Christiana traditione decātans, cum sarculū, quo terram foderet, nō haberet duo leones ex interiore eremo, rapido cursu ad beati senis corp°

ferun-

ferũtur: vt facile intelligeretur, eos quo modo poterant, plora/tum edere: qui certatim terras pedib⁹ effodientes: foueas, quę hominem commode caperet, effecerũt. Qui cum abyssent, Antonius sanctum corpus in eum locum intulit, ⁊ iniecta humo tumulum ex Christiano more composuit: tunicam vero Pauli, quam in sportę modum ex palmę folijs ille sibi contexuerat, secum auferens, eo vestitu dieb⁹ solennibus Paschę, ⁊ Penthecostes, quoad vixit, vsus ē. ℟. Iste Homo perfecit. fol. 521.

In iij. noc. Homil. in euangeliũ. Cõfiteor tibi pr̄. 380. quę habetur paulo infra in festo s. Matthię. In Vesperis a Cap. fit de S. Marcello cum cõmemoratione s. Pauli Primi Eremitę.

¶ S. Marcelli papę ⁊ mar. or.

Die 16. B

PReces ppl̄i tui, q̄s dñe, clemẽter exaudi: vt beati Marcelli martyris tui atq; Põtificis meritis adiuuemur. cuius passione lętamur. Per dominum no. Lectio quarta.

MArcellus Roman⁹ a Cõstãtio ⁊ Galerio, vsq; ad Maxẽtiũ põtificatũ gessit. Cuius hortatu duę matronę Romanę, Priscilla cęmeteriũ suis sumptib⁹ via Salaria ędificandũ curauit, Lucina bonorũ suorũ dei ecclesiã fecit hęredẽ. Viginti quinq; titulos in vrbe instituit, quasi diœceses quasdã, ⁊ ad baptismũ pœnitentiamq; eorũ, qui ex infidelibus Christianam religionẽ susciperent, ⁊ ad martyrũ sepulturã. Quibus rebus ira incensus Maxentius, Lucina relegata, Marcello grauia supplicia minatur, nisi depósito pontificatu, idolis immolaret. ℟. Honestum. 503. Lec. v.

QUi cum insanas hominis voces negligeret, mittitur in catabulũ, vt bestiarum, quę publice alebantur, curam sustineret. Ubi Marcellus assiduis ieiunijs ⁊ precibus, nouem mẽses vitam duxit: parochias quas pręsens non poterat, visitans p epistolas. Inde ereptus a clericis, hospitio recipitur a beata Lucina: in cuius ędibus Ecclesiam dedicauit, quę hodie titulo sancti Marcelli noĩatur: in qua ⁊ Christiani orabant, ⁊ ipse btũs Marcellus pdicabat. ℟. Desiderium. 503. Lectio sexta.

QUibus cognitis Maxentius, in eam ecclesiam catabuli bestias transferri, ⁊ a Marcello custodiri iubet, vbi propter loci fœditatem pedore cõfectus, obdormiuit in dño. Cuius corpus i cęmeterio Priscillę via Salaria a beata Lucina sepultum est decimoseptimo Calendas Februarij. Sedit annos quinque, menses sex, dies viginti unum: scripsit epistolam ad episcopos Antiochenę prouincię de primatu

Ro-

Romane Ecclesie, quam caput Ecclesiarum appellandam demõstrat. Ubi etiam illud scriptum est, nullum Concilium iure celebrari, nisi ex auctoritate Romani Pontificis. Ordinauit mẽse Decembri Rome presbyteros vigintiquinque, diaconos duos, epõs p diuersa loca viginti unũ. ℟. Stola iucundit. 503.

In iij. noctur. Domi. in euange. Siquis vult venire. folio 505.

De communi vnius martyris.

vij. ℟. Corona aurea. f. 504.

viij. ℟. Dñe preuenisti. 504.

¶ S. Antonij abb. dup. Oro. Intercessio. 520. de cõi confessorum non pontificum. Deinde fit cõme. S. Marcelli. Lec. iiij.

Antonius Aegyptius nobilibus et Christianis parentibus natus, quibus adolescẽs orbatus est, cũ ingressus Ecclesiam ex euãgelio audiuisset, si vis pfectus esse, vade et vẽde oĩa q̃ habes et da pauperibus: tãquã ea sibi dicta essent, sic Christo dño obtẽperãdũ existimauit. Itaque vẽdita re familiari, pecuniã oẽm pauperibus distribuit. Quibus solutus impedimentis, celestis vite genus in terris colere instituit. Sed cũ in periculosũ illud certamẽ descẽderet ad fidei presidiũ, quo erat armatus, adhibẽdum sibi putauit subsidiũ reliquarũ virtutũ: quarum tanto studio incensus fuit: vt quemcunque videret aliqua virtutis laude excellentem, illũ imitari studeret. ℟. Iste est qui ante Deum. 20. Lectio quinta.

Nihil igitur continentius, nihil vigilantius erat. Patientia, mansuetudine, misericordia, humilitate, labore, ac studio diuinarum scripturarum superabat omnes. Ab hereticorum, et schismaticorum hominum, maxime Arrianorum congressu, et colloquio sic abhorrebat, vt ne prope quidem ad eos accedendum diceret. Humi iacebat, cum eum necessarius somnus occupasset: Ieiuniũ aũt adeo coluit, vt salẽ tantũmõ ad panẽ adhiberet, sitim aqua extingueret: neque se ante solis occasum cibo, aut potu recreabat: sepe etiã biduũ cibo abstinebat, sepissime in oratione pernoctabat. Cum talis tantusque Dei miles euasisset Antonius, sanctissimũ iuuenẽ hostis humani generis, varijs tẽtationibus aggredit, quas ille ieiunio et oratione vincebat. Nec vero hec quies de sathana triũphus securũ reddebat Antoniũ, q diaboli innumerabiles artes nocẽdi nouerat. ℟. Amauit eũ 521. L. vi.

Itaque cõtulit se in vastissimã Aegypti solitudinem: vbi quotidie ad Christianã pfectionẽ pficiẽs demones (quorum tãto erat acriores impetus, quã to Antonius ad resistendũ fortior euadebat) ita cõtempsit, vt illis exprobraret imbecillitatẽ: ac se-

pe di-

pe discipulos suos excitans ad pugnādū ꝯtra diabolū, docēsq; quib⁹ armis vinceret. Mihi crc dite, dicebat, fratres, ꝑtimescit sathanas piorum vigilias, orationes, ieiunia voluntariā paupertatem: misericordiam, ꝛ humilitatem, maxime vero ardentem amorem in Christum dominum, cuius vnico sanctissime crucis signo debilitatus aufugit. Sic autē dmonib⁹ erat formidolos⁹, vt multi ꝑ Aegyptū ab illis agitati, inuocato nomine Antonij liberarēt: tantaque erat eius fama sanctitatis, vt ꝑ literas se eius orationibus Cōstātinus Magnus ꝛ filij cōmendarent. Qui aliquādo, quintū ꝛ centesimū annū agens, cū innumerabiles sui īstituti imitatores haberet, conuocatis monachis ꝛ ad perfectā Christianę vitę regulā instructis, sanctitate ꝛ miraculis clarus, migrauit ī cęlū decimo sexto Calēdas Februarij. ℟ Iste homo perfecit. 521. In iij. noct. Hom. super euange. Sint lumbi vestri. 521. de communi cōfessoris non pontificis.

Die 18 D ℂ Cathedra Sācti Petri quo Rome primum sedit, duplex. Ad Vesp. Aña. Ecce sacer. 517 cum reliqs de vno ꝯfess. pōt. ꝑe. Dixit dñs. 52. cum rel. loco vlt. ps. Laudate dñm oēs gent. 54. Cap. Ecce sacerd. 513. Hym.

Ecce veniet, dicit domi nus exercituū, et quis po terit cogitare diē aduēt⁹ e⁹ et quis stabit ad videndum eū? Ipse enim quasi ignis conflans et quasi herba fullonum. ℟. br. Adiuuabit cā. 256. ℣. Elegit eā.

Malach. 3.

Ad Nonam. Capitulum.

Et placebit domino sacri ficium Juda, et Jerusalē, sicut dies seculi: et sicut anni an tiqui: dicit dominus omnipo tens. ℟. brc Elegit eam. 526. ℣. Diffusa est. Ad Vesp. aña. Simeon iustus. cum reliq. de Laud. Psal. de festis B. Virgi. Cap. Hym. et vers. vt supra in primis Vesp. Ad Magn. Añ.

Hodie beata virgo Maria puerum Jesum presentauit in téplo, & Simeon repletus spũ sancto accepit eũ in vlnas suas, & benedixit Deũ in eternũ. Oro, vt sup.

¶ S. Blasij epi & mart. Oro.

Deus qui nos beati Blasij, martyris tui, atque pontificis, annua solennitate letificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus, de eiusdé protectione gaudeamus. Per dñm. Lec. iv.

Blasius Sebaste in Capadocia cũ virtutum laude floreret, eiusdé ciuitatis episcopus eligitur: qui quo tempore Diocletianus insatiabilé crudelitatem in Christianos exercebat, se in speluncam abdidit mõtis Argei, vbi tandiu latuit, dum ab Agricolai prefecti militibus venantibus deprehensus, & ad prefectuz ductus, eius iussu coniectus est i vincula. Quo in loco multos egrotos sanauit, qui ad Blasium, eius fama sanctitatis adducti, deferebantur. In illis puer fuit, qui desperata a medicis salute transuersa spina faucibus inherente, animaz agebat. Productus autem ad prefectum Blasius semel, & iterum, cum nec blanditijs, nec minis adduci posset, vt dijs sacrificaret, primum virgis cesus, deinde in equuleo ferreis pectinibus dilaniatus, postremo dempto capite, illustre fidei testimonium Christo domino dedit, tertio Nonas Februarij.

Die 4. F.

¶ S. Agathe virginis & martyris semidup. Ad Vesp. Añ. Quis es tu. 378. cũ reliquis de Laud. psalmi de cõi vnius mar. Cap. Confitebor de cõi virg. & mar. folio 517. Hym. Jesu corona. 523. ℣. Specie tua. vt in cõi virgin. Ad Mag. Añ. Stans beata Agatha in medio carceris; expansis manibus orabat ad dominum: Domine Jesu Christe, magister bone, gratias tibi ágo, q me fecisti uincere torméta carnificũ: iube me dñe ad tuá immarcessibilé gloriam feliciter peruenire. Oratio.



Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiá in sexu fragili victoriam martyrij cõtulisti, concede propitius: ut q beate Agathe virginis & martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Jesum Christum. Ad Matutinum. Inuitatorium Regem virginuz. Hymn' Virginis proles. 523. de communi uir. In primo nocturn. Antiphona. Ingenua sum, & ex spectabili genere, ut omnis parentela mea testatur

statur. Ps. Beatus vir. 2. Ana. Summa ingenuitas ista est, in qua seruitus Christi comproba/tur. Ps. Quare fre. 2. Ana. Ancilla Christi sum, ideo me osten/do seruilē habere personam. Ps. Domine qd. 2. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Inten de, prospere procede, & regna. Lectiones. C ōfitebor tibi. 526 de communi virginū, & mart.

℟. Cum torqueretur beata Agatha in mamilla grauiter, dixit ad iudicem: Impie, crude lis, & dire tyranne, non es con/fusus amputare i fœmina, quod ipse in matre suxisti? ℣. Ego. n. habeo mammillas integras in/tus in anima mea, quas ab in/fantia domino consecraui. Im/pie. ℟. ℟. Agatha lætissime, & glorianter ibat ad carcerem. Et quasi ad epulas inuitata, ago/nē suū domino precibus cōmē/dabat. ℣. Nobilissimis orta na/talibus ab ignobili gaudēs tra hebatur ad carcerem. Et quasi ad epulas. ℟. Quis es tu, q venisti ad me curare vulnera mea? ego sum apl's Christi, nihil in me dubites, ipse me misit ad te. Quē dilexisti mente, & puro corde. ℣. Nā & ego Apl's eius sum, & in nomine eius scias te esse curandam. Quem dilexisti. Gloria. Quem. In .iii. noc. Ana. Agatha sctā dixit: Si feras mi/hi promittis, audito Christi no mine māsuescunt. Ps. Cū inuo/carem. 502. Ana. Si ignem ad/hibeas, rorem mihi salutificū de cęlo Angeli ministrabūt. Ps. Verba mea. 502. Ana. Agatha lętissime, & glorianter ibat ad carcerē, & quasi ad epulas inui/tata, agonē suū dño precibus cō/mendabat. Ps. Dñe dñs noster. 502. ℣. Adiuuabit eā Deus vul tu suo. ℟. Deus in medio eius non cōmouebitur. Lectio .vii.

Agatha virgo, Catanę in Sicilia nobilibus paren tibus nata, cum pari pulchritu dinis, & castitatis laude cōmen daretur, Quintianus, Decio Imperatore, Sicilię pretor, vir ginis amore captus est. Sed cū tentata modis oībus eius pudi citia, Agathā in suā sententiā perducere non posset, Christia/nę superstitionis nomine com/prehensam Aphrodisię cuidam infami mulieri, deprauandam tradit. Quę Aphrodisię consue/tudine cum de constantia colē/dę Christianę fidei, & seruandę virginitatis remoueri non pos/set, nunciat illa Quintiano, se in Agatha operā perdere. Qua re ille ad se virginem adduci iu bet: &, Nonne, inquit, te pudet, nobili genere natam, humilem, & seruilem Christianorū vitam agere? Cui Agatha: Multo prestantior est Christiana humi litas & seruitus regum opibus ac superbia. ℟. ℣. Ego autem adiuta a domino perseuerabo in confessione eius, qui me sal uam fecit. Et consolatus est me.

me. ℣. Gratias tibi ago domi-ne Jesu Christe, qui misisti ad me apostolū tuū curare vulne-ra mea. Et consolatus. Lec. v.

Quamobrem iratus ptor hanc ei optionem dat, ve lit ne potius venerari deos, an vim tormentorum subire. At il-la cōstās in fide, primū colaphis cęsa mittitur in carcerem: vn-de postridie educta, cum in sen tentia permaneret, admotis cā-dentib⁹ laminis in equuleo tor quetur: tum ei mammilla ab-scinditur: quo in vulnere Quin tianū appellans virgo: Crude-lis, inquit, tyranne, nō te pudet amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? Mox coniecta in vincula, sequenti nocte a se-ne quodam, qui se Christi apo stolum esse dicebat, sanata est. Rursum euocata a prętore, et in Christi confessione perseuerās, in acutis testulis, et candentib⁹ carbonibus ei subiectis voluta-tur. ℟. Ipse me curauit qui per apostolum Petrum in cu-stodia me confortauit, pro eo, qd iussa sum suspendi in equu-leo. Propter fidem castitatis adiuua me domine deus meus in tortura mammillarum mea-rum. ℣. Ipse me dignatus est ab omni plaga curare, et mam-millam meam meo pectori re-stituere. Propter. Lec. vi.

Quo tempore ingēti terrę motu vrbs tota contre-muit, ac duo parietes corruen-tes, Siluinum, et Falconium, in-timos prętoris familiares op-presserūt. Quare vehemēter cō mota ciuitate, veritus populi tumultū Quintianus Agathā semineczuā, clam reduci impe rat in carcerē. Quę sic deū pre-cata: domine, qui me custodisti ab infantia, qui abstulisti a me amorem seculi, qui me carnifi cū tormentis superiorem pręsti tisti, accipe animā meā: Ea in oratione migrauit in cęlū No nis Februarij: cui⁹ corp⁹ a Chri stianis sepelitur. ℟. Vidisti do mine, et expectasti agonē, meū quo mō pugnaui i stadio: sz qa nolui obedire mandatis princi pū, Jussa sum in mammilla tor queri. ℣. Propter veritatem, et mansuetudinē, et iustitiam. Jus sa. Gloria. Jussa. In tertio no. ctur. Antiphona. Nisi diligen ter pfeceris corpus meū a car nificibus attrectari, non potest aīa mea in paradisum dñi cum palma intrare martyrij. ps. In dño cōfi.4. Aña. Vidisti dñe a-gonē meū, quomodo pugnaui in stadio, sed quia nolui obedi re mandatis principū, iussa sū in mammilla torqueri. ps. Do mine qs habitabit.4. aña. Pro pter fidem castitatis iussa sum suspendi in equuleo: adiuua me dñe Deus meus in tortura mā-millarū mearū. ps. Conserua me dñe.5. ℣. Elegit eam Deus et pręelegit eam. ℟. In taber-naculo suo habitare facit eam.

Lectio. euāg. sm̄ Matth. XIX.

In illo tēpore: Accesserūt ad Jesum Pharisei, tentātes eum, et dicentes: Si licet homini dimittere vxorē suā quacunque ex causa? Et reliqua.

Homi. s. Johan. Chrysostomi.

Dominus noster, quibus ad perpetuā hortari virginitatem arduum, atque durum videbatur, necessitate legis in cupiditatem virginitatis impellit. Posse autem nos perpetuā seruare continentiam ostendit dicēs. Sunt eunuchi, q ex ventre matris ita nati sunt, et qui ab hominibus facti sunt, et qui seipsos castrauerunt ꝓpter regnū cęlorum: His omnibus ad optandā eligēdāq; virginitatē inducit. R. Beata Agatha ingressa carcerē expādit manus suas ad Deū, et dixit: Domine qui me fecisti vincere tormēta carnificū. Jube me ad tuā misericordiā puenire. V. Domine, q me creasti, et tulisti a me amorē seculi, qui corpus meum a pollutione separasti. Jube. Le. vij.

Possibile namq; id esse hominib' hoc fere modo cōfirmat. Cogita tecum, si aut a natura eunuchus esses, aut iniuria hominum sic effectus: qd faceres, cum et huiusmodi voluptate careres, et nullam caredo mercedē cōsequereris? Gratias igitur Deo agas, qa magna ꝑmia, rutilantesq; coronas habebis, si ita viues, quemadmodū sine aliquo illi premiorimo vero multo facilius, tutius, atq; iucūdius: tum quia spe retributionis corroborariis, tum quia cōscientia virtutis gaudes. R. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exhibui, sed habeo dominum Jesum Christum. Qui solo sermone restaurat vniuersa. V. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, et mamillam meā meo pectori restituere, ipsū inuoco Deū viuū. Qui. Glo. Qui solo. [illegible]

Cum ergo de ijs eunuchis dixerit, qui nisi etiā ipsi mente se cōtineant, frustra et in cassum tales sunt, ac de ijs q ꝟ cęlos nanciscatur, se continent, subiunxit rursus dicēs: Qui potest capere capiat. Ita magis animat atque incēdit, vel qa magnitudinem virtutis ostendit, vel quia inestimabili misericordia sua noluit rem in necessitatem legis concludere: et ad hec possibile id esse monstrat, vt eli gendi cupiditas crescere possit. Ad [illegible]

Quis es tu, q venisti ad me curare vulnera mea? Ego sum apostolus Christi: nihil in me dubites filia. V. Dñs reg. 8 cū r. [illegible] Medicinam carnalem corpori meo nunquā exhibui, sed habeo dñm Jesum Christum, qui solo sermone restaurat vniuersa. [illegible] Gratias tibi ago dñe Jesu Christe, quia memor es mei: et misisti ad me apostolum

lum tuum curare vulnera mea. Rñ. Benedico te pater domini mei Jesu Christi: quia per apostolum tuum mammillam meam meo pectori restituisti. Rñ. Qui me dignatus est ab omni plaga curare, & mammillam meam meo pectori restituere, ipsum invoco deum vivum. Cap. Confitebor. 527. Hymn. Jesu coro. 523. V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R. Propterea benedixit te Deus in eternum. Ad Ben. Añ. Paganorum multitudo fugiens ad sepulcrum virginis, tulerunt velum eius contra ignem, ut comprobaret dominus, quod a periculis incendij, meritis beate Agathe martyris sue, eos liberaret. Ad [illegible] ut supra. ad iij. capitu. Confitebor. 527. Ad vj. capit. Liberasti. 519. Ad ix. capitu. Laudabit. omnia de communi [illegible] mulierum cum suis [illegible] bre. [illegible] 529. Ad Vesp. añ. Quis es tu. [illegible] ut in Lau. ps. Dixit 512 [illegible] rel. de ferica loco vl. ps. Lauda Jerlm. 60. ad M. aña. Stans beata Aga. ut in j. vesp. 377.

¶ S. Dorothee virginis & martyris. Oratio. Indulgen. 529. de communi virginum. Lect. iij.

Dorothea virgo ex Cesarea Cappadocie, propter Christi confessionem ab Apricio prefecto comprehensa, Christe, & Callište, sororibus, que a fide defecerant, tradita est, ut eam a proposito removerent. Sed contra factum est, nam eas Dorothea ad cultum Christiane religionis reduxit, propter quam etiam martyrium susceperunt. Quare virgo equuleo diu torta, & palmis cesis, ad extremum capitis damnata, duplicatam virginitatis & martyrij palmam accepit.

Die 7. L. Die 8. D.

¶ S. Apollonie vg. & m. Ora. Deus qui inter cetera. f. 513. de communi virginum. Lc. iij.

Apollonia, virgo Alexandrina, Decio Imperatore: cum ingravescente iam etate, ad idola sisteretur, ut eis venerationem adhiberet, illis contemptis, Jesum Christum, verum Deum, colendum esse predicabat. Quamobrem omnes ei contusi sunt, & evulsi dentes: ac nisi Christum detestata, deos coleret, accenso rogo, combusturos vivam minati sunt impij carnifices: quibus illa se quamvis mortem pro Jesu Christi fide subituram, respondit. Itaque comprehensa, ut combureretur, cum paulisper, quasi deliberans quid agendum esset, stetisset ex illorum manibus elapsa, alacris se in ignem sibi paratum iniecit: unde brevi consumpto corpore, purissimus spiritus in celum ad sempiternam martyrij coronam evolavit quinto Idus Februarij.

Die 4 D

Die 10. F. 11. G. 12. A. 13. B.

S. Valentini presb. & m. Oratio.

PResta, quesumus omnipotens deus: ut qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus, eius intercessionibus liberemur. Per do. Lect. iij. Sermo. Triumphalis. 502. de com. unius m.

Die 15 D

¶ S.S. mar. Faustini, & Iovit. Oratio. Deus qui nos annua. 509. De com. plur. martyrum. Le. iij.

FAustinus, & Iovita, Brixiani, nobiles, in multis Italie urbibus, quo vincti fuiere Traiani persecutione ducebant, acerbissima supplicia perpessi, fortes in Christiane fidei cõfessione pstiterũt. Nam Brixie diu vinculis constricti, feris etiam obiecti, in ignemque iniecti, & a bestijs, & a flãma integri & incolumes servati sunt: inde vero ijsdem catenis colligati Mediolanum venerunt: ubi eorum fides tẽtata, exquisitissimis tormentis, tanquam igne aurum, in cruciatibus magis enituit. Postea Romã missi, ab Euaristo Põtifice confirmati, ibi quoque crudelissime torquẽtur. Denique perducti Neapolim, in ea etiam urbe varie cruciati, vinctis manib[us] pedibusque, in mare demergunt, unde per angelos mirabiliter erepti sunt. Quare multos, & cõstantia in tormentis, & miraculorũ virtute, ad Christi fidẽ cõuerterunt. Postremo reducti Brixiã initio suscepti ab Adriano Imperij, securi pcussi, illustrẽ martyrij coronã acceperũt.

Die 16 G

Die 16. E 17. F

¶ S. Simeonis epi. & m. Ora. Infirmitatem. 501. de commu ni unius mar. Pontif. Lec. iij.

SImeõ filius Cleophe, post Iacobũ prim[us] Ierosolymis ordinatus eps Traiano Imperatore apud Atticũ cõsularẽ est accusat[us], qd Christianus eẽt & Christi ppinquus. Cõprehendebantur enim oẽs eo tempore, quicunque ex genere David orti essent. Quare multis cruciatus tormẽtis, eodem passionis genere, quod salvator noster subierat, afficitur, mirantibus omnibus quod homo etate confectus (erat enim centum viginti annorum) acerbissimos crucis dolores fortiter, constanterque pateretur.

Die 21 D

Die 19. A. 20. B. 21. C.

¶ Cathedra S. Petri Antiochie. dup. Fiat [illegible] Cathedra Rom. 366. [illegible] quarto loco [illegible] Sermo s. [illegible]

INstitutio solẽnitatis hodierne a senior[ibus] nris cathedre nomẽ accepit, iõ q[uod] prim[us] aposto

apostolorū Petrus hodie episco
patus cathedram suscepisse re-
feratur. Recte igitur ecclesie
natalem sedis illius colūt, quā
apostolus pro ecclesiarum salu-
te suscepit, dicente dño, Tu es
Petrus, & super hanc petram
edificabo ecclesiam meam. ℟.
Tu es pastor. 167. Lectio v.

Petrum itaq; fundamentū
ecclesie dñs nominauit, &
ideo digne fundamentum hoc
Ecclesia colit, supra quod ec-
clesiastici edificij altitudo con-
surgit. Unde conuenienter psal
mus, qui lectus est, dicit: Exal-
tent eum in ecclesia plebis, & in
cathedra seniorum laudent eū.
Benedictus deus qui exaltari
in ecclesia hoc precepit, quia di
gnum est vt fundamentum hoc
i Ecclesia honoretur, per quod
in celum ascenditur. ℟. Ego
pro te. 367. Lectio sexta.

Quod natalis ergo Cathe
dre hodie colitur, sacer-
dotale honorat officium. Sibi
hoc Ecclesie inuicē prestāt, q̄
tāto necesse plus habet Eccle-
sia dignitatis, quanto sacerdo-
tale officium plus honoris. Cū
solennitatē hanc Ecclesijs me-
rito religiosa obseruatio intro-
duxerit, miror cur apud quol-
dā infideles, hodie tā pniciosus
error increuerit, vt super tumu
los defunctorū, cibos & vina cō
ferant, quasi egresse de corpori-
b⁹ anime, carnales cibos requi-
rant. ℟. Petre, amas me. 367.

Nona lect. erit de hom. ferie, si
hoc festum venerit in xl. alioqui
dicitur que est ix. in festo Apo-
stolorum Petri & Pauli. 419.

¶ In vigilia Sancti Matthie
apostoli. Si nō venerit in Qua-
dragesima tres lectiones legun
tur de Hom. in euangelium.

Die 23 E

Hoc est preceptum meum. 597.
vt in communi Apostolorum.
Si aūt venerit in Quadr. nihil
fit de vigilia nisi i Missa. Oro.
Da quesumus. 493. de com-
muni in vigilia Apostolorum.
Quando currit bisextus non
celebratur 24. die, sed 25. Et
hoc quarto quoque anno.

¶ Sancti Matthie Apostoli.
duplex. Oratio.

Die 24 F

Deus, qui beatum
Matthiam apo-
stolorum tuorū
collegio socia-
sti: tribue quesu
mus: vt eius in-
teruentione, tue circa nos pie-
tatis semper viscera sentiam⁹.
Per dominum nostrum Jesum
Christum filium tuum, &c.

De Actibus Apostolorum. Lec. ca. I.

In diebus illis, Exurgens
Petrus in medio fratrum
dixit, (erat aūt turba hominū
simul fere centum viginti) Ui-
ri fratres, oportet impleri scri-
pturam, quam predixit spiritus
sanct⁹ per os Dauid de Juda,
qui fuit dux eorum qui cōpre-
henderunt Jesum, qui cōnume
ratus erat in nobis, & sortitus

est sorte ministerij hu⁹. Et hic q dē possedit agrū d̄ mercede iniquitatis, ⁊ suspēsus crepuit me di⁹, ⁊ diffusa sūt oīa viscera ei⁹

R. Ecce ego mitto. 494. Le. ij.

Et notū factū est oībus habitātib⁹ Jerlm, ita vt appellaretur ager ille lingua eoꝝ Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptuꝫ est enī in libro psalmorū. Fiat cōmoratio eorū deserta, ⁊ nō sit qui inhabitet i ea: ⁊ episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscū sunt congregati in omni tēpore, quo intrauit ⁊ exiuit inter nos dn̄s Jesus, incipiēs a baptismate Johannis vsq ad diē qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ei⁹ nobiscum fieri vnum ex istis.

R. Tollite iugum. 495. Le. iij.

Et statuerūt duos, Joseph q vocabatur Barsabas, qui cognominatus est iustus, ⁊ Matthiam. Et orātes dixerūt, Tu dn̄e qui corda nosti oium, ostēde quē elegeris ex his duobus vnū accidere locū ministerij huius, ⁊ aplatus, de quo p̄uaricat⁹ est Judas, vt abiret in locū suū. Et dederunt sortes eis, ⁊ cecidit sors super Matthiaꝫ: ⁊ annumeratus est cum vndecim aplis. R. Dum steteritis. 495.

In ij. noc. Lcō. R ūdamēta. 508 vt in cōi aplor. In iij. nocturn. Lcō s. euāg. s̄m Matthe. c. xj.

In illo tpe Rn̄dēs Je⁹ dixit: Cōfiteor tibi pr̄ dn̄e cęli, ⁊ terrę, q: abscōdisti hęc a sapientibus, ⁊ prudētibus, ⁊ reuelasti ea paruulis. Et reliqua

Homilia sancti Augustini epi.

Venite, ingt, ad me oēs, q laboratis. Quare eni oēs laboramus, nisi q: sumus mortales, fragiles, infirmi, lutea vasa portantes, q̄ faciūt inuicē angustias? Sed si angustant vasa carnis, dilatētur spatia charitatis. Quid ergo dicit, Venite omnes q laboratis, nisi vt nō laboretis? Deniq p̄missio eius in promptu est, qm̄ laborantes vocauit. Querēt forte, qua mercede vocati sunt. Ego vos, ingt reficiam. Tollite iugū meū sup vos, ⁊ discite a me, non mundū fabricare, non cuncta visibilia ⁊ inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, ⁊ mortuos suscitare, sed qm̄ mitis sū ⁊ humilis corde. R. Isti sunt, qui vi. 497. Lectio vij.

Magnus eē vis? a minimo incipe. Cogitas magnaꝫ fabricā cōstruere celsitudinis? de fundamento prius cogita humilitatis. Et quātā qsq vult, ⁊ disponit supimponere molem ędificij, quanto erit maius ędificiū, tāto altius fodit fundamentum. Et fabrica qdē cū cōstruitur, in suprema cōsurgit: qui autem fodit fundamentū, ad ima deprimitur. Ergo ⁊ fabrica añ celsitudinē humiliat, ⁊ fastigiū post humiliationē erigitur. R. Isti sunt viri sancti. 497. L. ix.

Quod

Quod est fastigiũ cõstruende fabricę quã molimur? quo peruenturũ est cacumẽ ędificij? Cito dico, vsq; ad cõspectũ dei. Uideris, quã excelsum est, quãta res est conspicere Deum. Qui desiderat, & qđ dico, & qđ audit, intelligit. Promittit̃ nobis cõspectus dei, veri dei, summi Dei. Hoc enim bonum est videntem videre. Nam qui colũt falsos Deos, facile illos vidẽt, sed eos vident, qui oculos habent, & non vident. Nobis autẽ promittitur visio Dei viuentis, & videntis. Tu autem.

Si hoc festum venerit in Quadragesima, nona lectio legitur de Homilia ferię occurrentis. Ad Laudes, & alias Horas omnia de communi apostolorum.

Die 25. G. 26. A. 27. B. 28. C.

FESTA MARTII.

Offi. defunctorũ extra xl. die primo die nõ impedita: in Quadrag. vero ij fe. psal. Gradu. iiij. fe. psalmi Penitentia. fer. vi. die 1. D. 2. E. 3. F. 4. G. 5. A. 6. B

D le 7. C

C S. Thomę de Aquino. cõf. dup. Ad Mag. añ. O doctor optime. 520 de cõi cõf nõ põt. Oro

Deus, qui ecclesiã tuã bti Thomę cõfessoris tui mira eruditione clarificas, & sacta operatione fęcũdas: da nobis quęsumus, & quę docuit intellectu cõspicere, & quę egit imitatione complere. Per dominum nostrum.

Deinde fit comem. de feria, si fit Quadrag. postea cõme. sanctarum martyr. Perpetuę & Felicitatis. In Vespe. & Laud. aña.

Istarum est enim regnum cęlorum, quę contempserunt vitã mundi, & peruenerũt ad pręmia regni, & lauerũt stolas suas in sanguine agni. ℣. Gloria, & honore coronasti eas Domine. ℟. Et cõstituisti eas sup opera manuum tuarum. Oratio.

Da nobis, quęsumus, Domine, sanctarum martyrum tuarum Perpetuę, & Felicitatis, palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequẽtemus obsequijs. Per dominum nostrum, &c.

In primo noct. Lectões: Sapiẽtiam. vt in cõi doct. 519. l. iiij.

Thomas, Landulpho Comite Aquinate, & Theodora Neapolitana, nobilibus parentibus, natus, Aquino a Corrado Imperatore vastato, quintum annum agens, monachis sancti Benedicti Casinatibus custodiendus traditur. Inde Neapolim studiorum causa missus, iam adolescens fratrum prędicatorum ordinem suscepit. Sed matre ac fratribus id indigne ferentib⁹, Lutetiam Parisiorum mittitur: quem fratres in itinere per vim raptum in arcem castri sancti Johannis

per

perducit, vbi varie exagitatus, vt sanctum propositũ mutaret, mulierem etiam que ad labefactandã eius cõstantiam introducta fuerat, titione fugauit. Mox beatus iuuenis flexis genibus, ante signuz crucis orãs, ibiq; somno correptus p quietẽ sentire visus est, sibi ab angelis cõstringi lumbos: quo ex tẽpore omni postea libidinis sensu caruit. Sororibus, q, vt cum a pio cõsilio remoueret, in castrũ venerant, persuasit, vt contemptis curis secularibus, ad exercitationẽ celestis vite se cõferrẽt. R. Iste est qui ante. 520. L. v.

Amissus e castro per fenestram, Neapolim reducitur, inde Romaz, postea Parisium a fratre Johanne Theutonico, ordinis Predicatorũ Generali magistro ductus, Alberto Magno doctore, philosophie ac theologie operã dedit. Vigintiquinq; annos natus Magister est appellatus, publiceq; philosophos, ac theologos summa cũ laude est interpretatus. Nunq̃ se lectioni aut scriptioni dedit, nisi post orationẽ. In difficultatibus locorũ sacre scripture, ad orationẽ ieiunium adhibebat. Quinetiam sodali suo fratri Reginaldo dicere solebat: quicquid sciret, non tã studio aut labore suo peperisse, quam diuinitus traditum accepisse. Neapoli cum ad imaginem crucifixi vehementius oraret, hanc vocem audiuit: Bene scripsisti de me Thoma: quã ergo mercedez accipies? Cui ille Non aliã dñe, nisi teipsum. R. Amauit eum dñs. 521. Lec. vi.

Nullum fuit scriptorũ genus, in quibus nõ esset diligentissime versatus. Collationes patrũ assidue peruolutabat: nec tamen a predicatione diuini verbi desistebat: quod cuz faceret per octauam Pasche, in basilica sancti Petri mulierez, que eius fimbriam tetigerat, a fluxu sanguinis liberauit. Scripta eius, & multitudine, & varietate, & facilitate explicandi res difficiles, adeo excellunt, vt ob eam causam etiam, nomen doctoris angelici iure sit adeptus. Ab Urbano quarto Romã vocatus, adduci nõ potuit, vt honores acciperet. Archiepiscopatum Neapolitanũ ẽt deferente Clemente quarto Põtifice recusauit. Missus a Gregorio decimo ad conciliũ Lugdunẽse, in monasterio Fosse noue in morbum incidit, vbi egrotus Cãtica cãticorũ explanauit. Ibi dẽ obyt quinquagenarius, anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, nonis Martij. Miraculis & viuus & mortuus floruit. A Johãne vigesimosecũdo in sctõrũ numeruz relatus ẽ, anno millesimo trecẽtesimo vigesimo tertio: cuius corpus postea Urbano quinto Sũmo Põtifice Tolosaz trãslatus est. R. Iste

℟. Iste homo perfecit. fol. 521. In iij. noct. Homil. in euange. Uos estis sal terre. f. 519. de cōi Doct. nona lec. uel de Dom. fer. currentis nisi venerit extra xl.

Die 8. D.

¶ SS. xl. marty. semid. Oro.

Presta quesumus omnipotens Deus: vt qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessio ne sentiamus. Per dominum. In j. noc. lec. De epla ad Rom. Fratres, Debitores sum⁹. 509. de cōi plur. mar. Lect. quarta.

Rege Licinio, et agricolao prefecto, ad Sebastē Armenie vrbē quadraginta militū fides in Jesum Christū, et fortitudo i cruciatib⁹ pferēdis enituit. Qui sepi⁹ in horribilē carcerem detrusi, vinculisqȝ cōstricti cum ipsorū ora fuissent cōtusa lapidibus, i stagnū gelidissimū coniecti sunt. Una aūt erat omnium oratio. Quadraginta i stagnum ingressi sum⁹, quadraginta itē vūe corona donemur, ne vna q dē huic numero desit. Est in honore hic numer⁹, quē tu quadraginta dierū ieiunio decorasti: p quē diuina lex ingressa est in orbe terrarū: Elias quadraginta dierū i ieiunio Deum querens, eius visionem cōsecutus est. Et hec quidem illorū erat oratio. ℟. Sancti tui dñe. 510. Lec. v.

Ceteris aūt custodibus somno deditis, sol⁹ vigilabat ianitor, qui et illos orātes et luce circunfusos, et solutā glaciem, et quosdam e celo descendentes angelos tanquā a rege missos, qui coronas triginta nouem militibus distribuerēt, intuens, ita secum loquebatur. Quadraginta hi sunt, quadragesimi corōna vbi est? Que dum cogitaret, vnus ex illo numero cui animus ad frigus ferendū defecerat, in proximum tepefactum balneū desiliens, Sanctos illos summo dolore affecit. Uerū deus illorū preces irritas esse nō est passus, nā rei euentum admiratus ianitor, mox custodibus e somno excitatis, detractisqȝ sibi vestibus, ac se Christianū esse clara voce pfessus, in iecit in stagnū. Postridie mane cū Prefecti satellites ianitorē quoqȝ Christianū eē cognouissent tractis oībus ad litus, bacillis comminuta eorum crura fregerunt, ℟. Uerba. 519. Lectio vi.

In eo supplicio mortui sūt oēs, preter Melitonē, natu minimū. Quē cū presens mater eius, fractis cruribus, adhuc viuentem vidisset, sic cohortata est: Fili paulisper sustine, ecce Christus ad ianuā stat adiuuās te. Cum vero reliquorū corpora plaustris imponi cerneret, vt in rogum inferrent, ac filiū suū relinqui: qꝫ speraret impia turba puerū si vixisset, ad idolorū cultum

tum reuocari posse: ipso in hu/ meros sublato, sacra mater ve/ icula martyrũ corporib⁹ onu/ sta strenue prosequebatur: i cu/ius amplexu Meliton spiritũ Deo reddidit, eiusq; corpus in eũdẽ illũ cęterorũ martyrũ ro/ gũ pia mater iniecit: vt q fide, & virtute cõiunctissimi fuerãt, fu/ neris ẽt societate copulati, vna in cęlũ peruenirent. Cõbustis il/ lis eorũ reliquię preciosę in pro/ fluentẽ, cũ mirabiliter in vnum confluxissent locũ, saluę & inte/ gre repertę, honorifico sepulcro cõditę sũt. ℟. Tãq; auiũ. 511. In iii. noct. Homilia in euang. Descẽdens Iesus de mõte. 513 de communi plurimorũ martyrũ.

Die 10. F. Die 11. G.

¶ S. Gregorij papę & co[illegible] & ec/ clesię doc. dup. Ad [illegible] Ant. O doctor optime, Ecclesię. 514. de communi confess. pon[illegible] o.o.



Deus, qui animę famuli tui Gregorij ęterne beatitudinis pmia contulisti: cõcede propitius, vt qui peccatorũ nostrorum pondere premimur, eius apud te precibus subleuemur. Per dominum nostrum. [illegible] sapientiã omnium 519. [illegible]

Gregorius magn⁹ Romanus, Gordiani senatoris filius, adolescens philosophię operã dedit, & pretorio officio functus, patre mortuo, sex mo/ nasteria in Sicilia ędificauit. Romę septimũ sancti Andreę nomine in eius ędibus, prope Basilicam Sanctorum Iohannis & Pauli, ad cliuum Scauri, vbi Hilarione ac Maximiano magistris Monachi vitam professus, postea Abbas fuit. A Benedicto Pontifice diaco/ nus Cardinalis creatur: nec multo post a Pelagio, Benedicti successore Constantinopolim ad Tiberium Constantinum Imperatorem legat⁹ mittitur: apud quem memorabi/ le etiam illud effecit, quod Eutychium Patriarcham, qui scripserat contra veram, ac irrefragabilem corporũ resurrectionem, ita conuicit, vt eius librum Imperator in ignem iniceret. Quare Eutychius, paulo post cum in morbum incidisset, instante morte, pellem manus suę tenebat multis presentibus dicens: Confiteor, quia omnes in hac carne resurgemus. ℟. Inueni Dauid 515.

Lectio quinta.

Romam rediens Pelagio pestilentia sublato, summo omnium consensu Pontifex eligitur, quem honorem ne acciperet, quandiu potuit recusauit: nam alieno vestitu in spelunca delituit, vbi deprehensus indicio ignee columnę, ad sanctum Petrum consecratur. In Pontifica/ tu

tu multa successoribus doctrinę ac sanctitatis exempla reliquit. Peregrinos quotidie ad mēsā adhibebat: in quibus, & angelū & dominum angelorum peregrini facie accepit. Pauperes & vrbanos & externos, quorum numerū descriptum habebat, benigne sustentabat. Catholicam fidem multis locis labefactatā restituit: Nam Donatistas in Africa, Arianos in Hispania repressit: Agnoitas Alexandria eiecit: Pallium Syagrio Augustudunensi episcopo dare noluit, nisi Neophytos hereticos expelleret ex Gallia: Gothos heresim Arianam relinquere coegit. Missis in Britanniam doctis, & sanctis viris Augustino & alijs Monachis, insulam ad Jesu Christi fidem cōuertit: vera Beda presbytero, Anglię vocatus Apostolus. Johannis patriarchę Constantinopolitani audaciam fregit, qui sibi vniuersalis Ecclesię episcopi nomen arrogabat: Mauricium Imperatorem eos, qui milites fuissent, Monachos fieri prohibentem, a sententia deterruit. ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio sexta.

Ecclesiā ornauit sctissimis institutis, & legibus. Apud sanctum Petrum coacta synodo multa cōstituit: in ijs, vt in missa Kyrie eleison nouies repetere tur: vt extra id tēpus, quod cōtinetur Septuagesima, & Pascha, Alleluia diceretur: vt adderetur in Canone, Diesque nostros in tua pace disponas. Litanias. Stationes, Ecclesiasticum offi͞n auxit. Quatuor concilijs, Niceno, Cōstātinopolitano, Ephesino, Calcedonensi, tanquā quatuor euangelijs honorem haberi voluit: Episcopos quinto quoq͂ anno semel Romā venire iussit. Multos libros confecit, quos cum dictaret, testatur Petrus Diaconus, se spūm sanctum in columbę specie in eius capite sępe vidisse. Admirabilia sunt, q̄ dixit, fecit, scripsit, decreuit, presertim infirma semper & egra valetudine. Qui deniq͂ multis editis miraculis, pōtificatus anno decimo tertio, ac mēse sexto, quarto idus Martij, q dies festus a Grecis etiā propter insignē huius pōtificis sapientiā ac sanctitatē, ꝑpetuo honore celebratur, ad cęlestem beatitudinem euocatus est. Cuius corpus sepultū est in basilica sācti Petri prope Secretarium. ℟. Iste est qui ante Deum. 519. Lectio s. euang. s[ecundum] Matth. c. v.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Vos estis sal terrę: quod si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliqua. Homilia S. Gregorij Papę.

Considerandū nobis ē fratres carissimi, vt q vna ea deq͂ exhortationis voce nō sufficit simul cūctos admonere, studeat singulos in quantū valet instruere, priuatis locutionibus ędificare,

ficare. Debemus namq; pensare quod a dño sanctis dicitur apostolis, ⁊ p apostolos nobis, Vos estis sal terrę. Si igit̃ sal sumus, condire mentes fideliũ debemus. Vos igitur qui pastores, estis pensate, q̃a aialia Dei pascitis: d̃ qbus pfecto aialib⁹ a Deo per psalmistã dicitur, Animalia tua habitabunt in ea. Et sępe videmus, quod petra salis brutis animalibus anteponitur vt ex eadẽ salis petra lambere debeãt, ⁊ meliorari. Quasi ergo iter bruta animalia petra salis debet esse sacerdos in populis. Curare namq; sacerdoti necesse est quę singulis dicat, vnumquemque qualiter moneat: vt quisquis sacerdoti iungit̃, quasi e salis tactu ęternę vitę sapore condiatur. R. Amauit eum. 517. Lectio di rebus.

Sal etenim nõ sum⁹, si cor da audiẽtiũ nõ cõdimus, quod cõdimẽtũ ille proximo veraciter impedit, q pdicationis verbũ non subtrahit Sed tunc alijs vere recta pdicamus, si dicta rebus, ⁊ exẽplis ostẽdimus. Multũ autẽ puto, fratres carissimi, ab alijs maius preiudiciũ, quã a sacerdotib⁹ tolerat deus: quando eos, quos ad aliorum correptionem posuit, dare de se exẽpla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui cõpescere peccata debuimus: nulla animarum lucra quęrimus, ad nostra quotidie studia vacamus: terrena cõcupiscim⁹, humanã gloriã intẽta mẽte captam⁹. Et q̃a eo ipso quo cęteris plati sumus, ad agenda quęlibet maiorẽ licentiã habemus, susceptę benedictionis ministeriũ vertimus ad ambitionis argumẽtũ: Dei causas relinquimus: ad terrena negocia vacamus: locũ sanctitatis accipimus, ⁊ terrenis actibus implicamur. R. Sint lumbi vestri. 517.

Lcõ. ix. vt d̃ [illegible] ferie [illegible].

Die 13. B. 14. C. 15. D. 16. E 17. F. 18. G.

¶ S. Joseph. cõfess. dup. [illegible] Die 19. A



Sanctissime genitricis tuę spõsi, q̃sum⁹ domine, meritis adiuuemur: vt qd possibilitas nostra nõ obtinet, ei⁹ nobis intercessione donet̃. Qui v. In j nocturno. [illegible] Justus si morte. 520. [illegible] festiuum non pontificum.

Ser. Bernardi abbatis [illegible].

Quis ⁊ qualis homo fuerit beat⁹ Joseph conyce ex ea appellatione: qua, licet dispensatoria, meruit honorari a Deo, vt pr̃ Dei dictus ⁊ credit⁹ sit: conyce ⁊ ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubites interpretari: ⁊ memẽto magni illius quondam patriarchę venditi in Aegypto: ⁊ scito ipsius

kus istum non solū vocabulum fuisse sortitum, sed ꝛ castimoniā fuisse adeptum, innocentiā assecutū ꝛ gratiā. ℟. Iste est qui ante Deum. 520. Lectio v.

Si quidem ille Joseph fraterna ex inuidia vēditus ꝛ ductus in Aegyptū, Christi venditionem prefigurauit. Iste Joseph, Herodianam inuidiā fugiens, Christum in Aegypto portauit. Ille domino suo fidē seruās, domine noluit cōmisceri: iste dominā suā dñi sui matrē, virginem agnoscens, ꝛ ipse continens fideliter custodiuit. Illi data ē itelligētia in mysterys somniorū: isti datū ē cōsciū fieri, atq; participē celestium sacramētorū. ℟. Amauit. 521. L. vi.

Ille frumenta seruauit, nō sibi, sed omni populo: iste panē viuum e celo seruandū ac cepit tam sibi quam toti mūdo. Non est dubiū, quin bonus, ꝛ fidelis homo fuerit iste Joseph, cui mater desponsata est saluatoris, Fidelis, inquā, seruus, ꝛ prudēs, quē cōstituit dñs sue matris solatiū, sue carnis nutritiū, solū deniq; in terris magni consily coadiutorem fidelissimum. ℟. Iste homo perfecit. fol. 521. [illegible] Homilia in euā. Cum esset desponsata. fol. 85. vt in vigilia [illegible] domini.

Die 20. B.

[illegible] b. sup. di. In tercessio. f. 510. 3 cōi cōf. nō po.

Die 21. C [illegible]

Laudem' viros gloriosos. 517. vt in cōi cōf. pont. Lectio. iiij

Benedictus Nursie nobili genere ortus, Rome liberalibus disciplinis eruditus, vt totum se Jesu Christo daret, ad eū locū q Sublacus dicitur, in altissimā speluncā penetrauit. In qua sic per trienniū delituit, vt vn' id sciret Romanus monachus, quo ad vite necessitatem ministro vtebatur. Dum igit ei quodam die ardentes ad libidinē faces a diabolo subycerentur, se in veprib' tādiu volutauit, dū lacerato corpore, voluptatis sensus dolore opprimeretur. Sed iā erumpente ex illis latebris fama eius sanctitatis, quidam monachi, se illi istituēdos tradiderunt, quorū viuendi licentia, cū eius obiurgationes ferre nō posset, venenū in potione dare cōstituunt. Uerū poculū ei prebentibus, crucis signo vas confregit, ac relicto monasterio in solitudinem se recepit. ℟. Iste ℟. est qui ante. 520. Lc. v.

Sed cū multi ad eum quotidie discipuli cōuenirēt, duodeci monasteria edificauit eaq; sanctissimis legibus cōmuniuit. Postea Cassinū migrauit, vbi simulacrum Apollinis, qui adhuc ibi colebatur, cōminuit, arā euertit, ꝛ lucos succēdit, ibiq; sācti Martini sacellū, ꝛ san-

& sancti Johannis ediculam ex/
truxit, oppidanos autem, & inco
las Christianis preceptis im/
buit. Quare augebatur in dies
magis diuina gratia Benedi/
ctus, vt etiam prophetico spiri
tu ventura prędiceret. Quod
vbi accepit Totila Gothorum
rex, exploraturus an re ita esset,
spatharium suum regis ornatu
& comitatu pręmittit: qui se re/
gem simularet. Quem vt ille vi
dit, Depone, inquit, fili, depone
quod geris: nam tuum non est.
Totilę vero prędixit aduentum
eius in Vrbem, maris trāsmis
sionem, & post decem annos mor/
tem. ℟. Amauit. 512. [illegible]

Qui aliquot mensibus an/
teq̄ e vita migraret prę/
monuit discipulos quo die esset
moriturus: ac sepulcrum, i quo
suū corpus cōdi vellet, sex dieb⁹
anteq̄ eo iferret, aperiri iussit,
sextoq̄ die deferri voluit in ec/
clesiā, vbi sūpta eucharistia, sub
latis in cęlum oculis, orans inter
manus discipulorū efflauit ani
mam: quā duo monachi euntem
in cęlū viderunt, pallio ornatam
preciosissimo, circū eam fulgēti/
bus lampadibus: & clarissima &
grauissima specie virū stantē su
pra caput ipsius dicentē audie/
rūt, Hęc est via qua dilect⁹ do
mini Benedictus in cęlum ascē
dit. ℟. Iste homo perfecit. 521
[illegible]
Ecce nos rel. 496. [illegible]

Die 22. D 23. E 24. F

ANNVNCIATIO
B. Marię vir. dupl.

¶ Si hoc festū venerit in maio
ri hebd. vel infra octa. Paschę,
trāsfert post oct. & in fine Ant.
rum, ℣sic. & ℟. additur Alla.
quod fit in omnibus festis, quę
celebrantur tēpore Paschali.
Ad Vesp. Aña. Missus ē Ga
briel angelus. 386. [illegible]
Psal. de Beata virg. [illegible]



Ecce vir
go cōci
piet, & pariet
filiū, & vocabi
tur nomē eius
Emmanuel:
butyrū & mel
comedet, vt
sciat reprobare malū, & eligere bonū. [illegible]
Aue maris. 540. Aue Maria
gratia plena. ℟. Dñs tecum.
[illegible]
Spiritus sanctus in te descēdet
Maria, & virtus Altissimi obū/
brabit tibi. [illegible]

Deus, qui de beatę Marię
virginis vtero verbum
tuum, angelo nunciante,
carnem suscipere voluisti: pre
sta supplicibus tuis, vt qui
vere eam genitricem Dei cre
dimus, eius apud te interces/
sionibus adiuuemur. Per eun.
[illegible] Aue Maria
gratia plena: Dominus tecum.
Ps. Venite. 1. [illegible] Quem
terra. 540. [illegible] Benedicta tu.
Ps. Domine dominus no. 541.

cum rel. Aiis z psal. vt in offi paruo s. Ma. in ii. Noc. ℣. Specie tua, z pulchritudine tua. ℟. Intende, psPere pcede, z regna. De Ysaia propheta. Lectio j.

ca. 7. ET adiecit dñs loqui ad Achaz, dicens. Pete tibi signum a dño Deo tuo in pfundum inferni siue in excelsum supra. Et dixit Achaz: Nõ petã, z non tentabo dñm. Et dixit: Audite ergo domus Dauid. Numquid parum vobis est, molestos esse hoibus, quia molesti estis z Deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signũ. Ecce virgo concipiet, z pariet filiũ, z vocabitur nomẽ eius Emmanuel. Butyrum z mel comedet, vt sciat reprobare malum, z eligere bonũ. ℟. Missus ẽ Gabriel angelus ad Mariam virginez desponsatã Joseph, nuncians ei verbũ, z expauescit virgo d lumine. Ne timeas Maria, inuenisti gratiã apud dñm. Ecce cõcipies z paries, z vocabitur altissimi filius. ℣. Dabit ei dñs Deus sedem Dauid pris eius, z regnabit in domo Jacob in eternuz. Ecce. Lectio secũda

ET egredietur virga d radice Jesse, z flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus dñi spũs sapientie z intellectus, spũs cõsilij z fortitudinis, spũs scientie z pietatis: z replebit eum spũs timoris Dñi. Non sm visionez oculorum iudicabit, neq3 sm auditum auriu3 arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, z arguet in equitate pro mansuetis terre, z percutiet terram virga oris sui, z spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulũ lumborum eius: z fides cinctoriu3 renum eius. ℟. Aue Maria gratia plena, dñs tecum: Spiritus sanctus superueniet in te, z virtus altissimi obũbrabit tibi: quod enĩ ex te nascetur sanctum, vocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet istud, qm̃ virum nõ cognosco? Et rñdẽs angelus dixit ei. Spiritus. L. iij.

LAetabitur deserta, z inuia, z exultabit solitudo, z florebit quasi lilium. Germinans germinabit, z exultabit letabunda z laudans. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, z Saron: ipsi videbũt gloriam dñi, z decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas, z genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, Confortamini, z nolite timere: Ecce Deus vester vltionem adducet retributionis: deus ipse veniet, z saluabit vos. Tunc aperientur oculi cecorum, z aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: z aperta erit lingua mutorum: quia scisse sunt in deserto aque, z torrentes in solitudine. Et que erat arida, erit in stagnum, z sitiens in fontes aquarũ. ℟. Suscipe verbũ

virgo Maria, quod tibi a dño per angelū transmissuz est: cōcipies, ꝛ paries deū pariter ꝛ hominē. Ut bñdicta dicaris inter oēs mulieres. ℟. Paries quidē filiū, ꝛ virginitatis nō patieris detrimētum, efficieris grauida, ꝛ eris mater semper intacta. Ut. Glo. Ut. In ij. noct. Aña. Specie tua. ps. Eructauit. 542. ℣. Adiuuabit eā deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.

Sermo s. Leonis Papę. L. iiij.

Deus ops, ꝛ clemēs, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia est, statiz vt nos diabolica malignitas veneno suę mortificauit inuidię, pdestinata renouandis mortalibus suę pietatis remedia, inter ipsa mūdi primordia psignauit, denūciās serpenti futurū semē mulieris, quod noxij capitis elationē sua virtute cōtereret, Christū, s. in carne venturū, Deū hominēq3 signans, qui natus ex virgine, violatorē humanę propaginis incorrupta natiuitate dānnaret. ℟. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filiū, dicit dñs. Et vocabitur nomen eius admirabilis deus fortis. ℣. Super soliū Dauid, ꝛ super regnum eius sedebit in ęternuz. Et. Lectio v.

Nam q2 gloriabatur diabolus, sua fraude deceptum hominē diuinis caruisse muneribus, ꝛ immortalitatis dote nudatū, durā mortis subijsse sententiaz, seq3 in malis suis quodā de preuaricatoris cōsortio inuenisse solatiū: Deum quoq3 iustę seueritatis exigente rōne, erga hoiem quē in tanto honore condiderat, antiquā mutasse sententiam: Opus fuit, dilectissimi, secreti dispensatione cōsilij, vt incōmutabilis Deus, cuius voluntas non pōt sua benignitate priuari, pumā pietatis suę dispositionē sacro occultiore cōpleret: ꝛ homo diabolicę iniquitatis versutia actus in culpam, contra dei propositū nō periret ℟. Egredietur virga de radice Iesse: ꝛ flos de radice eius ascendet. Et erit iustitia cingulū lumborū eius: ꝛ fides cinctorium renum eius. ℣. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię, ꝛ intellectus, spiritus consilij ꝛ fortitudinis. Et. Lectio vi.

Aduenientibus ergo tpibus, dilectissimi, q̄ redēptioni hoīuz fuerāt pstituta, ingredit hęc infirma Jesus Xps, dñs noster, de cęlesti sede descēdens, ꝛ a paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus: nouo ordine quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incōprehēsibilis, voluit cōprehendi: ante tpa manens, esse cępit ex tpe: vniuersitatis dñs seruilē formā obūbrata maiestatis sue dignitate suscepit: ipassibilis deus nō

dedignatus

dedignatus est homo esse passi/bilis, & immortalis mortis legi bus subiacere. R. Sancta & im maculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio. Quia quem cęli capere nõ poterant, non gremio cõtulisti. V. Bene dicta tu in mulieribus, & bene/dictus fructus ventris tui. Qr. O lo. Qr. In iij. noc. Aã. Gau/de Maria virgo. Ps. Cantate. 542. Aã. Dignare me laudare te. Aã. Angelus dñi nunciauit Marię, & cõcepit de Spũ scõ. V. Elegit eã Deus, & prẽelegit eã. R. In tabernaculo suo ha bitare facit eam. Homilia in euang. Missus est 78. quę hi in fer. iiij. Quatuor tẽpo. de Ad/uentu. vij. R. Congratulamini mihi oẽs qui diligitis dñm, q cum essẽ paruula placui altis/simo: Et de meis visceribus ge nui Deum & hominẽ. V. Bea tã me dicent oẽs generationes, quia ancillã humilem respexit De⁹. Et de . iij. R. Gaude Ma ria virgo, cunctas hęreses sola interemisti: q Gabrielis archã/geli dictis credidisti. Dũ virgo Deum, & hoiem genuisti, & post partũ virgo inuiolata permã/sisti. V. Beata es quę credidi/sti, q perfecta sunt ea quę di/cta sunt tibi a dño. Dum vir. Ad Laudes & per Horas. Aña.

Missus est Gabriel ange/lus ad Mariã virginẽ desponsatã Joseph. Ps. Dñs re gnauit. 8. cum rel. Aña. Aue Maria gratia plena, dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus. Aã. Ne timeas Maria, inuenisti gra tiam apud dñm: ecce cõcipies, & paries filium. Aña. Dabit ei dñs sedem Dauid patris eius, & regnabit in ęternum. Aã. Ec ce ancilla dñi, fiat mihi sm ver bum tuũ. Cap. Ecce virgo cõ/cipiet. Hym. O gloriosa dña: 544. V. Aue Maria gratia ple na. R. Dñs tecum. Ad Bñs. Aã. Quomodo fiet istud ange/le Dei, qm virum non cogno/sco? Audi Maria virgo: Spũs sanctus superueniet in te, & vir tus altissimi obumbrabit tibi. Ad iij. Cap. Ecce virgo cõcip. vt su. R. bi. Specie tua. 526. & Adiuuabit eã. de cõmuni vir.

Ad Sextam. Capitulum.

Dabit illi dominus Deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Jacob in ęternum, & regni eius non erit finis. R. breuiter. Adiuuabit. 526. & Elegit. Lu. 1

Ad Nonam. Capitulum.

Egredietur virga de radi ce Jesse, & flos de radice eius ascẽdet, & requiescet super eum spiritus dñi. R. bi. Elegit eam. 526. Diffusa est gratia. In ij. vesp. omnia vt in j. vespe. Ad Mag. Aã. Gabriel ange/lus locutus est Marię dicens: Aue gratia plena, Dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Isa. 11.

Die 26. A. 27. B. 28. C. 29. D. 30. E. 31. f.

FESTA APRILIS.

Offi[illegible]. Desume. nō vi tpe Pasc.
Die 1.G.2.A.3.4.5.6.7.8.9.10.
S. Leonis pp. ꝛ cf. du. Oro.
Gaudi q̃s. 514. de cōi cf. pō.
In j. noct. legit epła j. B. Petri apostoli. Petrus Apłus. 216.
q̃ hi dnica v. post Pascha. Lxiij

Leo primus Etruscus eo tempore pręfuit ecclesię, cum rex Hunnorum Attila, cognomēto Flagellum Dei, Italiã inuadens, Aquileiam triennij obsidione captã diripuit, ꝛ incendit: vnde cū Romam ardenti furore raperetur: iamq; copias, vbi Mincius in Padū influit, traijcere pararet, occurrit ei Leo malorū Italię impendētiũ misericordia permot⁹: cuius diuina eloquentia persuasū est Attilę vt regrederetur. Qui interrogat⁹ a suis, quid esset quod p̃ter cōsuetudinem, tã humiliter Romani Pontificis iperata faceret, respondit, se astantem quendã aliū illo loquente, sacerdotali habitu, veritū esse; sibi strictoq; gladio minitantem mortē, nisi Leoni obtemperaret. Quare in Pannoniam reuersus est. Inueni Dauid. 515. L. v.

Leo autē Romę singulari omniū letitia exceptus paulo post inuadēti vrbē Genserico, eadẽ eloquētię vi, ꝛ sanctitatis opinione psuasit, vt ab incendio, ignominijs, ꝛ cędibus abstineret. Sed cū ecclesiam a multis heresib⁹ oppugnari, maximeq; a Nestorianis, ꝛ Eutychianis exagitari videret, totū se ad eaz purgandã, ꝛ in fide catholica confirmandaz cōtulit. Quare concilium Chalcedonense indicit, vbi sexcentis triginta coactis epis, Nestorius, Euthychiusq; cōdemnati sunt, ꝛ Dioscori fracta supbia: eiusque concilij decreta sua auctoritate confirmauit. R. Posui adiutorium. 515. Lectio vi.

His actis sanctus Pontifex se ad reficiēdas, ꝛ ędificandas ecclesias cōuertit. Cuius suasu Demetria, pia fęmina, sancti Stephani Ecclesiaz construxit in suo fundo, via Latina, tertio ab vrbe miliario: ipse via Appia sub noie sancti Cornelij alterā condidit. Multas pręterea ꝛ sacras ędes, ꝛ sacra earum vasa restituit. In tribus basilicis, Petri, Pauli, ꝛ Cōstantiniana, cameras extruxit. Aedificauit monasteriuz vicinum basilicę sancti Petri: sepulcris apłorum custodes adhibuit, quos cubicularios appellauit. Statuit, vt i actione mysterij diceret, Sãctū sacrificiū, immaculatã hostiã. Sanxit ne monacha benedictū capitis velamē reciperet, nisi quadraginta annorū uirginitatez probasset. His ꝛ alijs p̃clare gestis: cũ multa sãcte ꝛ luculẽter scripsisset

ſet, tertio Idus Aprilis obdormuit in dño: ſedit in põtificatu annos vigintiunũ, menſez vnũ, dies tredeci. ℟. Iſte ẽ q an. 516

Lcõ 9. euãg. ſm Matth. c. xvi.

c. 16. In illo tpe: Venit Jeſus i partes Ceſaree Philippi, & iterrogabat diſcipulos ſuos dicens. Quem dicũt homines eſſe filiuz hominis: Et reliqua.

Homilia Sãcti Leonis Pape.

Cum, ſicut euangelica lectiõe referatũ, eſt iterrogaſſet dñs diſcipulos, quẽ ipm multis diuerſa opinantib', crederent: rñdiſſetqȝ beatus Petrus dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui: dñs ait: Beatus es Simon Bar Jona, q: caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cęlis eſt: & ego dico tibi, q: tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ędificabo eccleſiã meam, & portę inferi non pręualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cęlorũ: & quodcunqȝ ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcunqȝ ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cęlis. Manet ergo expoſitio veritatis, & beatus Petrus in accepta petrę fortitudine perſeuerans, ſuſceptã Eccleſię gubernacula nõ reliqt. ℟. Amauit. 517. L. viij.

In vniuerſa nãqȝ eccleſia, Tu es Chriſtus filius Dei viui, quotidie Petrus dicit: & oĩs lingua, quę cõfitetur dñm, magiſterio huius vocis imbuitur. Hęc fides diabolũ vincit, & captiuorum eius vincula diſſoluit. Hęc erutos mũdo iſerit cęlo: & portę inferi aduerſus eã pręualere non poſſunt. Tanta enim diuinitus ſoliditate munita eſt, vt eam neque hęretica vnqȝ corrumpere prauitas, nec pagana potuerit ſuperare perfidia. His itaqȝ modis dilectiſſimi, rõnabili obſequio celebrat hodierna feſtiuitas: vt in perſona humilitatis meę ille intelligatur, ille honoret, i quo & omniuz paſtorum ſolicitudo cum cõmendatarũ ſibi omnium cuſtodia perſeuerat, & cuius ẽt dignitas in idigno hęrede nõ deficit. ℟. Sint lumbi. 517. Lc. ix.

Cum ergo cohortationes noſtras auribus veſtrę ſanctitatis adhibemus, ipſum vobis cuius vice fungimur, loqui credite: quia & illius vos affectu monemus, & non aliud vobis, quã qđ docuit prędicamus: obſecrantes, vt ſuccincti lũbos mẽtis veſtrę, caſtam & ſobriam vitã in timore Dei ducatis. Corona mea, ſicut apſus ait, & gaudiũ vos eſtis: ſi fides veſtra, q̃ ab initio euãgelij, & in vniuerſo mundo prędicata eſt, in dilectione & ſanctitate permanſerit. Nã licet oẽm Eccleſiã, quę in toto eſt orbe terrarũ, cunctis oporteat florere virtutibus, vos tamen pręcipue inter cęteros populos decet meritis pietatis excellere, quos in ipſa apoſto-

apostolice petre arce fundatos, dñs noster Jesus Christus cuz oibus redemit, et beatus apostolus Petrus pre oibus erudiuit.

Die 12. D. Die 13. E

¶ Sanctorum martyrũ Tiburtii, Ualeriani, et maximi. Oro.

Presta quesumus omnipotens Deus: vt qui sanctorũ martyrum tuorũ Tiburtii, Ualeriani, et Maximi solẽnia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per dñm. Lec. ij.

Die 15. B. 16. C. 17. D. 18. E

S. Pudentianę virg. Oro.

Die 19. F — Exaudi. 523. de cōi virg. L. iij.

Pudētiana virgo Pudentis Romani filia, parentibus orbata, cum admirabili pietate Christianā religionem coleret, vna cum sorore Praxede pecuniam ex vendito patrimonio redactā, pauperibus distribuit, seq; ieiunijs & orationib⁹ dedit. Cuius etiam opera tota eius familia, in qua erāt nonaginta sex hoīes a Pio Pontifice baptizata est. Quod autē ab Antonio Pio Imperatore sancitū erat, ne Christiani publice sacrificia facerēt: Pius pōtifex in ędib⁹ Pudētianę cum Christianis sacra celebrabat. Quib⁹ illa benigne acceptis, q̄ ad vitā necessaria essent, suppeditabat. Itaq; i bio Christianę pietatis officijs migrauit e vita, & in sepulchro patris ad cœmeteriū Priscillę, via Salaria sepulta ē quartodecimo calēdas Junij.

Die 20. G. 21. b. 22. a. 23. b. 24. d

S. Urbani pp & mart. Oro.

Die 25. E — DA q̄s, omnipotēs Deus: vt q beati Urbani martyris tui atq; Pōtificis solēnia colimus, ei⁹ apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum. Lectio iiij.

Urban⁹ Romanus Aurelio Antonino Imperatore, doctrina & vitę sāctitate multos ad Christū fidē conuertit: i illis Ualerianū beatę Cęcilię spōsū, & Tiburtiū Ualeriani fratrem, qui postea martyriū forti animo subierūt. Hic de bonis ecclę attributis scripsit his verbis

verbis. Ipse res fidelium q̄ dn̄o offeruntur, non debent in alijs vsib⁹ quā ecclesiasticis, ⁊ Christianorū fratrū vel indigentiū cōuerti, quia vota sunt fideliū, ⁊ precia peccatorū, ac patrimonia pauperū. Sedit annos octo, menses vndecim, dies duodecim, ac martyrio coronatus, sepult⁹ est i cemeterio Pretextati octauo Calēdas Junij. Ordinationib⁹ quinq; habitis mēse Decēbri, creauit epos octo, presbyteros nouem, diaconos quinque.

Die 26. f

ℭ S. Eleutherij Pape, ⁊ mar. Oratio. Infirmitatem. f. 501. de cōi vnius mart. Pōt. L. iij.

Eleutherius, Nicopoli in Grecia natus, Aniceti pontificis diaconus, Commodo Imperatore prefuit ecclesie. Huic initio pontificatus, supplices litere venerūt a Lucio Britanorū rege, vt se ac suos in Christianorū numerū reciperet. Quamobrem Fugatiū, ⁊ Damianum, doctos ⁊ pios viros, misit in Britanniā, p quos rex, ⁊ reliq fidē susciperent. Hoc Pontifice Ireneus Policarpi discipulus Romā veniēs, ab eo benigne acceptus est. Quo tēpore summa pace, ⁊ quiete fruebat ecclesia dei: ac per totum orbē terrarū, maxime Rome, fides ppagabatur. Vixit Eleutherius in pōtificatu annos vndecim, mēses tres, dies duos. Hic fecit ordinationes tres mēse Decēbri: qb⁹ creauit p diuersa loca epos vndecim, presbyteros duodecim, diaconos octo: sepultus est in Vaticano.

Die 27 G

ℭ S. Johānis Pape ⁊ marty. Oro. Deus, q nos beati. 501. de cōi vnius mar. Pōtifi. L. ij.

Johānes Etruscus Justino seniore Imperatore rexit Ecclesiā: ad quem profectus est Constantinopolim auxilij causa, qd Theodoricus rex hereticus divexabat Italiā: cuius etiā iter Deus miraculis illustrauit. Nam cū ei nobilis vir ad Corinthū equū, quo eius vxor mansueto vtebatur, itineris causa cōmodasset: factum est, vt dn̄o postea remissus equus, ita ferox euaderet, vt fremitu, ⁊ totius corporis agitatione, semper deinceps dominā expulerit, tanq̄ indignaretur mulierē recipere, ex quo sedisset in eo Jesu Christi Vicarius. Quamobrem illi equum Pontifici donauerunt. Sed illud maius miraculum, quod Constantinopoli in aditu porte Auree, inspectante frequentissimo populo, qui vna cū Imperatore Pōtifici honoris causa occurrerat, ceco lumen restituit: Ad cuius pedes prostratus etiam Imperator, eum veneratus est. R. Domine preuenisti. folio. 504.

de communi vnius mar. L. iij.

Rebus cũ Imperatore cõpositis, Romã rediit: statimq; epistolam scripsit ad omnes Italię episcopos, iubẽs eos Arianorum ecclesias ad catholicum ritum consecrare, illud subiungens: Quia et nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quã pro regis Theodorici causa, quascunq; illis in partibus eorũ ecclesias reperire potuimus, catholicas eas consecrauimus. Quod iniquissimo animo ferens Theodoricus, dolo accersitũ Pontificem in carcerẽ cõiecit: vbi squallore inediaq; afflictus, paucis diebus cessit e vita, cũ sedisset annos duos, menses nouẽ, dies decẽ et septẽ, ordinatis eo tpe epis gn decij. Paulo post moritur Theodoricus, quem quidã eremita, vt scribit sanctus Gregorius, vidit inter Johannẽ Põtificẽ, et Symmachũ Patriciũ, quẽ idem occiderat, demergi in ignem Lyparitanũ: vt videlicet illi, quibus mortẽ attulerat, tã quam iudices essent eius interitus. Johannis corpus Rauenna Romam portatum est, et in basilica sancti Petri sepultũ. Die 28. A. Die 29. B.

Die 30. C ¶ S. Felicis Papę, et m. Oro. Infirmitatẽ. 501. de cõi. L. iij.

Felix Roman⁹, patre Cõstantino, Aurelio Imperatore pfuit ecclę. Instituit, vt missa supra memorias et sepulcra martyrũ celebraret. Qui cũ mẽse Decembri habuisset ordinatiões duas; et creasset episcopos qnq;, presbyteros nouem, diaconos quinque, martyrio coronat⁹, via Aurelia sepelitur in basilica, quã a se ędificatã dedicarat. Vixit in Pontificatu annos quatuor, menses tres, dies quindecim.

Die 31 D ¶ S. Petronillę virg. Oratio. Exaudi nos nos Deus, f. 523. de communi vnius virginis.

Lectio secunda.

Petronilla sancti Petri filia, virgo forma corporis eximia, sed animi pulchritudine multo prestantior fuit: quę ęgrota cũ esset, a beato Petro quęsitũ est, cur, q alienos sanaret, filię suę sanitatem nõ restitueret? respondit: quia sic expedit ei. Verũtamen vt nemini de sua potestate dubitandi locum relinqueret, eã surgere iussit e lecto, et cõuiuis ministrare. Quę paulo post in eundem morbũ recidens, ex eo cum aliquando conualuisset, eius fama commotus, ne visã quidẽ Flaccus Comes adamauit, enixeq; cõtendit, vt sibi daretur in matrimonium. Lc. iiij.

Petronilla autẽ intelligẽs virginitati suę, quã Jesu Chro dicarat, ab aeterni nobu mani generis hoste parari insidias,

dias, sumpto sibi tridui spatio ad deliberandum, totum illud tempus in ieiunijs, & oratione consumpsit, assidue petens a celesti sponso, ne sancto proposito suo vim afferri pateretur. Itaque subuenit die tertio virgini deus: nam eam diuini sponsi amore flagrantem, vbi eucharistiam sumpsisset, ad celestes nuptias euocauit. Cuius corpus in via Ardeatina sepultũ, postea a Paulo primo pontifice in basilicam principis apostolorum translatum est.

IN FESTA IVNII.

Offm̃ Defunc. f. die nõ imped.

Die 1. E.

Die 1. E.

Sanctorũ Marcellini, Petri, atq; Erasmi martyrũ. Oro.

DEus, q nos annua beatorũ martyrũ tuorũ Marcellini, Petri, atq; Erasmi solẽnitate letificas, pñta q̃s vt quorũ gaudem⁹ meritis, puocemur exẽplis. Per. Le. ij.

PEtrus Exorcista, Diocletiano Imperatore Rome a Sereno iudice propter Christiane fidei confessionem missus in carcerẽ, Paulinã Artemij qui carceri preerat filiam, a demone agitatam liberauit. Quo facto & parentes puelle cum tota familia, & vicinos qui ad rei nouitatem concurrerant, Jesu Christo cõciliatos, ad Marcellinũ presbyterũ adduxit, a quo omnes baptizati sũt. Quod vbi resciuit Serenus, Petrum & Marcellinum ad se vocatos asperius accusat, & ad verborũ acerbitatẽ, minas, ac terrores adiunxit, nisi Christo renũciẽt. Cui cum Marcellinus Christiana libertate responderet, pugnis contusum, & a Petro seiunctũ, nudũ includit in carcerem, stratum vitri fragmentis sine cibo, ac sine lumine. Petrum item constringi imperat arctissimis vinculis. Sed cum vtrique ex tormentis fides & animus cresceret, constanti confessione, & abscisso capite, illustre testimonium Jesu Christo dederunt. Lectio tertia.

ERasmus episcopus, ĩsdẽ Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano, in Cãpania plũbatis, & fustibus cesus, resina quoq; sulphure, plumbo liquefacto, & feruenti pice, cera, oleoq; perfusus, inde tamen integer & inuiolat⁹ euasit. Quo miraculo, multi se ad Christi fidẽ conuertunt. Verum is iterum detrusus in carcerem, constrict⁹ ferreis grauissimisq; vinculis, inde ab angelo mirabiliter ereptus est. Deinde a Maximiano varijs affectus supplicijs, tunicaq; erea candenti indutus, illa etiam tormenta, diuina virtute superauit, atq; in Campaniam profectus, plurimis & in fide confirmatis, & ad fidem cõuersis, insignem martyrij

tyrij palmam adeptus est.
Die 3.G.4. A.5.b. 6.c. 7.d. 8.e.

Die 9.f

¶ SS. Primi, & Feliciani martyrum. Oratio.

FAc nos, quęsumus domine, sanctorū martyrum tuorū Primi, & Feliciani semper festa sectari: quorū suffragijs protectionis tuę dona sentiamus. Per dominum. Lect. ij.

PRimus & Felicianus fratres accusati Christianę religionis apud Diocletianū & Maximianū, in vincula conijciunt: quibus soluti, inde eripiuntur ab angelo. Mox ad prętorē adducti, cum Christianā fidē acerrime tuerentur, alter ab altero distracti sunt: ac primū varie tentata est cōstantia Feliciani: sed cum suasores impietatis se posse quicquam verbis proficere desperarent, affixis stipiti manibus eius & pedibus, ipsum sine cibo & potu inde triduum pendentem reliquerunt. Postridie eius diei, prętor vocatū ad se Primū sic affatur. Vides quāto sit prudentior quā tu frater tuus: qui obsecutus Imperatoribus, apud ipsos est honoratus: quem si tu quoque imitari volueris, particeps eris eius honoris & gratię. R. Hęc est vera fraternitas. 512. Lectio iij.

QUi Primus, Quid factū sit fratri meo, cognoui ex angelo: Utinam quemadmodū sum cum eo voluntate coniunctissimus, sic ab eodem ne martyrio disiungar. Quo dicto excāduit prętor, & ad cęteros cruciatus. quibus Primū affecit, presente iam Feliciano, liquatū igne plumbum in os eius iussit infundi. Mox vtrunque perduci imperat in theatrum, in eosque immitti duos leones: qui prostrati ad eorum genua, capite, & cauda ipsis blandiebantur. Ad id spectaculum cum amplius duodecim millia hominū conuenissent, quingenti cū suis familijs Christianā religionem suscepe runt. Quibus rebus permotus prętor, eos securi percuti iussit.

Die 10.G.

S. Barnabę apli. dup. Oratio

Die 11.A

DEus, qui nos beati Barnabę Apostoli tui meritis, & intercessione lętificas: concede propitius: vt qui tua per eū beneficia poscimus, dono tuę gratię consequamur. Per. Lec. iiij.

BArnabas Leuites Cyprius genere, qui & Joseph, cum Paulo in numerum apostolorū adscriptus est ad prędicandum Jesu Christi euangeliū. Is, agro vendito quē habebat, redactam ex eo pecuniā attulit apostolis. Missus autē Antiochiam prędicationis causa, cū ibi multos ad Christi dñi fidem conuersos eē cōperisset, incredibiliter lętatus, eos hortabatur, vt in Chri

ni

sti fide permaneret: Qua cohortatione multum proficiebat, quod ab oibus vir bonus, et spiritu sancto plenus habebatur. Lect. v.

Profect⁹ inde Tharsum, vt quæreret Paulū, cū eo Antiochiaȝ venit, in eius vrbis ecclesia annum cōmorati, Christianę fidei et vitę illis hominib⁹ precepta dederunt: vbi etiam Jesu Christi cultores primum Christiani sunt appellati. Discipuli autem Pauli et Barnabę, suis facultatibus Christianos qui in Judea erant, sustentabāt, eo mittentes pecuniam, per Paulum, et Barnabam. Qui perfuncti illo charitatis officio, adhibito Johanne, cui cognomen erat Marcus redierunt Antiochiam. L. vj.

Um autem Antiochię in ecclesia cū cęteris pphetis, et doctorib⁹ Paulus et Barnabas, in ieiunio, et oratione dn̄o deseruirent: dixit Spūs sāctus: Segregate mihi Saulū, et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes, imponentesq; eis manus, dimiserūt illos. Itaq; Seleuciā venerunt, inde in Cyprum: ac multas pterea vrbes regionesq; predicātes euangeliuȝ summa cum audientium vtilitate, peragrarūt: Postermo Barnabas digressus a Paulo, vna cuȝ Johāne, q cognominatus est Marcus, nauigauit in Cypruȝ: ibiq; circiter septimū Neronis ānuȝ tertio idus Junij ad apostolici muneris laudem martyrij coronaȝ adiunxit. Cuius corpus Zenone Imperatore repertū est i insula Cypro, ad cuius pectus erat euāgeliuȝ Matthęi, Barnabę manu conscriptum.

In iij. noc. Hom. in euangeliuȝ. Hoc est pce. 467. de cōi aplorum.

C SS. Basilidis. Cyrini, Naboris. et Nazarij mart. Oratio.

Dic xij. B

Anctorū tuorum Basilidis, Cyrini Naboris atq; Nazarij, quęsum⁹ domine, natalitia nobis votiua resplendeant: et quod illis contulit excellentia sempiterna fructibus nostrę deuotionis accrescat. Per dn̄m. Lectio. ij.

Asilides, Cyrin⁹, Nabor et Nazari⁹ Romani milites, nobiles genere, et ṽtute illustres, Christiana religione susscepta, cū Christū dei filiū Diocletiano Imperatore pdicarēt, ab Aurelio prefecto Vrbis cōprehensi, et vt dijs sacra facerēt admoniti, eius iussa cōtemnentes, missi sunt in carcerē. Quibus orantib⁹ iis, cuȝ subito clarissima lux oborta omniuȝ oculis qui ibidem essent, carcerem collustrasset, illo celesti splēdore cōmotus Marcellus custodię pposítus multiq; alij, Christo domino crediderunt. Lectio iij.

Ex postea e carcere emissi ab Imperatore Maximiano

milano, cuz eius etiaz neglecto imperio, vnum Christum deum & dominum in ore haberent, scorpionibus cruciati, iterum conijciuntur in vincula: unde septimo die educti, & ante pedes Imperatoris constituti, persliterunt in irrisione inanium deorum, Jesum Christu deum constantissime confitentes. Quamobrem damnati, securi feriuntur. Quorum corpora feris obiecta, nec ab illis tacta, a christianis honorifice sepulta sunt.

Die 13. C.

C S. Basilij Magni epi, & cf. dup. Ad Mag. An. O doctor optime. 514. de cōi vni⁹ cf. pōt. Oro. Exaudi. 514. L cō iiij.

Die 14 D

Basilius, nobilis Cappadox, Athenis vna cum Gregorio Naziazeno, eius amicissimo secularibus literis, deinde in monasterio sacris mirabiliter eruditus: eum breui cursum fecit ad oem doctrine & morū excellētiā, vt idem Magni cognomen inuenerit. Ita digressus a Gregorio, cum ad predicandū Jesu Christi euāgelium in Pontū accersitus esset, eam prouinciā a Christianis institutis aberrantē, ad viā salutis reuocauit: mox ab Eusebio Cesaree epo, ad erudiēdaz eā ciuitatē adiutor adhibetur: in cuius locū postea successit. Is filiuz patri consubstātialē esse imprimis defendit: ac Valētem Imperatorem, sibi iratū miraculis adeo flexit: vt incūbentem ad voluntatez eijciēdi ipsum i exiliū, a sententia discedere coegerit. R. Inueni David. 515. Lectio quinta.

Nam & Valētis sella i qua factur⁹ decretum de eijciendo e ciuitate Basilio, sedere volebat, cōfracta ē: & tribus eo calamis adhibitis ad scribendam exilij legem, nullū eorum reddidit atramentum: & cum nihilominus in proposito scribendi impium decretū persisteret: ipsius dextera, dissolutis neruis tota cōtremuit. His commotus Valens chartam vtraque manu conscidit. Ea autē nocte; que ad deliberandum Basilio data est, Valentis vxor intimis est cruciata doloribus, & vnicus filius in grauem morbū incidit. Quibus ille perteritus, iniquitatē suaz recognoscens, Basiliuz accersit: quo psente puer cepit cōualescere: verū vocatis a Valēte ad visendū puerū hereticis, paulo post moritur. R. Posui adiutorium. 515. Lectio sexta.

Abstinentia, & cōtinentia fuit admirabili: vna tunica ptētus erat, in ieiunio seruādo diligentissimus, in oratione assiduus, in qua sepe totā noctē cōsumebat. Virginitatem perpetuo coluit. Primus duriorez illum antiquorum monachorū ritum,

ritus ad meliorem formā rede git, magis q religioni cōgruen tem. Multa pclare scripsit: ac nemo, teste Gregorio Nazianzeno, sacre Scripture libros ve rius aut vberius explicauit. Obijt Calendis Januarij, cuz tantuz spiritu viuēs, preter ossa et pellem nulla preterea corporis parte constare videretur

c.14. ℟. Iste est qui ante. 516.

Lcō s. euāg. sm Lucā. Lcō vij.

In illo tpe: Dixit Jes⁹ turbis: Siquis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et vxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, nō potest meus esse discipulus. Et reliqua.

Homilia S. Basilij Episcopi.

Perfecta renunciatio i eo consistit, siquis id assecutus fuerit, vt de vita sua ne minimuz quidem affectus sit, quā uis habeat mortis responsum. Porro huiusmodi renunciatio initiuz sumit ab alienatione rerum externarum, veluti possessionū, inanis glorie, consuetudinis vite superioris, ad res inutiles affectionis, quemadmodum suo exēplo ostēderūt nobis sancti dñi discipuli Jacobus et Johānes relicto pre Zebedeo, ipsoq na uigio, de quo tota illoruz vict⁹ ratio pendebat: Mattheus vero, qñ e telonio ipse surrexit, et dñm secutus est. ℟. Amauit eum. 517. Lectio octaua

Q Uāquam, quod dico qd aut rationibus a nobis inuentis, aut sanctorum virorum exēplis attinet confirmare? cū ipsa domini uerba in medium liceat afferre, ijsq ipsis religiosam ac deum timentē animaz magnopere cōmouere, quibus ille palam, ac citro controuersiam testificans dicit: Sic igitur quicunq ex vobis nō renūciat omnibus que possidet, nō potest meus esse discipulus. Et alio i loco, cū post oblatā cōditionē illam, Si vis perfect⁹ esse, verba illa subiecisset, Uade, vēde q habes, et da pauperib⁹: post illud adiecit, Ueni, seqre me. ℟. Sint lūbi. 517. L. ix.

Est igit, queadmodū docuimus renūciatio nihil aliud quā vinculoz terrene huius ac tēporalis cōuersationis solutio: que dum nos anxijs, et humanam vitam comitātibus negocijs subducit, prōptiores et magis idoneos reddit ineunde vie ad Dei cōtemplationē. Eiusmodi renūciatio citra vll⁹ ipedimēti morā, subsidio est nobis nō mediocri ad parādā possessionem, vsumq rerū preciosissimarū, nempe super aurū et lapidem preciosum multum.

¶ Sanctorum Uiti, Modesti atq Crescentie martyrū. Orō.

Da Ecclesie tue, quesumus domine, sāctis tuis, Uito, Modesto atq Crescētia intercedentibus

cedentibus, superbe nõ sapere, sed tibi placita humilitate pficere: vt proterua despiciens, q̃cunq; matura sunt, libera exerceat charitate. Per dñz. L. iiij.

Vitus admodũ puer, insciõ patre baptizatus est: qđ cũ ille resciuisset, nihil pternisit, quo filium a Christiana religione remoueret. Qua i volũtate permanentẽ Valeriano iudici verberibus castigandũ tradidit. Sed nihilominus in sñia persistens, patri redditus est. Sed dũ eum pater grauius punire cogitat, Vitus angeli monitu, comitib⁹ Modesto & Crescentia eius educatoribus, migratur in alienas terras, ibiq; cũ sanctitatis laudẽ adeptus est, vt eius fama ad Dioclitianum perlata, ipsũ Imperator accerseret, vt filiam suam a dęmone vexatam liberaret: qua liberata, cũ ei amplissimis pręmys ingratus Imperator, vt deos coleret persuadere nõ potuisset, vna cum Modesto, & Crescentia vinculis constrictũ misit in carcerem. Lect. vj.

Quos vbi cõstantiores esse comperit: demitti iubet in ingens vas liquato plumbo feruenti resina, ac pice plenũ: in quo, cũ triũ Hebręorũ puerorũ more diuinos hymnos canerent, inde erepti, leoni obyciuntur: qui prosternens se, eorũ pedes lambebat. Quare inflãmatus ira Imperator, quod multitudinẽ videbat miraculo cõmoueri, eos in catasta sterni iubet, & ita cędi eorum mẽbra, atque ossa diuelli. Quo tpe, tonitrua, fulgura, magniq; terręmotus fuere, quibus templa deorũ corruerũt, & multi oppressi sũt. Eorum reliquias Florentia nobilis fęmina vnguentis conditas honorifice sepeliuit.

Die 16. f. Die 17. G

¶ Sanctorũ Marci, & Marcelliani martyrum. Oratio. Die 18. A

Presta, q̃s omnipotens Deus: vt qui sanctorũ tuorũ Marci & Marcelliani natalitia colimus, a cũctis malis imminentibus, eorũ intercessionibus liberemur. Per dom. ij. N. Hec est vera fraternitas. 521. Lectio iij.

Marcus & Marcellianus fratres Romani, propter Christianam fidem a Fabiano duce comprehensi, ad stipitem alligati sunt, pedibus clauis cõfixis. Ad quos cũ ita loqueret Judex, Resipiscite miseri, & vos ipsos ab his cruciatibus eripite: rñderunt. Nunq; tam iucunde epulati sumus, quam hęc libẽter Jesu Christi causa perferimus: in cuius amore nũc fixi esse cępimus: vtinam tandiu nos hęc pati sinat, quãdiu hoc corruptibili corpore vestiti erimus. Qui diẽ noctemq; in tormentis diuinas laudes canẽtes

deniq3 telis trãsfixi, ad marty/ rij gloriã puenerũt. Quorũ cor pa via Ardeatina sepulta sunt.

¶ Sanctorũ Geruasij,& Protasij martyrum: Oratio.

Die 19 B

Deus, qui nos an nua sanctorum martyrum tuo/ rum Geruasij & Protasij solenni tate letificas, cõ cede propitius: vt quorum gau demus meritis, accendamur exemplis. Per dñm. Lec. ij.

Geruasius & Protasi⁹, Vi/ talis & Valerie filij, quo/ rũ pi Rauenne, mater Medio lani in Neronis psecutione pro Chri dñi fide martyriũ subie/ runt, distributo pauperib⁹ pri/ monio, domesticos seruos liber tate donarunt. Quo facto gẽti liũ sacerdotes immane i illos conceptum odium habebant. Quare cu3 Astasius Comes in bellum proficisci vellet, banc occasionem perdendi pios fra/ tres se nactos esse putauerunt. R. Hec est vera fraternit. 512. de cõmuni mart. Lec. iij.

Itaq3 Astasio persuadent, se a dijs admonitos esse, nullo mõ eu3 in bello victore3 futurũ, nisi Geruasio & Prota/ sio coactis Christum negare, eosdẽ ad sacra dijs faciẽda cõ/ pelleret. Quod cum illi detesta rentur: Astasius iperauit, Ger/ uasium tãdiu cedi, dum inter verbera expiraret: Protasium fustibus cõtusum securi percu ti iubet. Quorum corpora Phi lippus cla3 sustulit, & i suis edi bus sepeliuit: q̃ postea S. Am/ brosius Dei monitu inuẽta, in loco sacro, & insigni collocãda curauit. Passi sunt Mediolani decimotertio Calendas Julij.

¶ S. Syluerij pp & m. Oratio. Infirmitatẽ. 501 de cõi. L. ij.

Siluerius Cam/ panus post Aga/ pitum proxime pontifex creatus est: cuius doctri/ na & sãctitas elu xit in insectandis hereticis, & cõstantis animi magnitudo per specta est i tuẽdo iudicio Aga/ piti. Nã Anthemiũ: quẽ q̃ Eu/ tychianã heresim defendebat, Agapitus ab episcopatu Con/ stantinopolitano deposuerat, cum ab Augusta sepissime ro/ gatus esset, restituere noluit. R. Dñe preueni. 504. L. iij.

Quamobre3 irata mulier mandat Bellisario, vt Silueriũ mittat in exiliũ. Qui exulauit in insula Pontia: vn/ de his verbis scripsit ad Ama/ torẽ epm: Sustentor pane tri/ bulationis, & aqua angustie, nec tamen dimisi, aut dimitto officium meum. Quod re ipsa probauit. Nam ibi coacto con/ cilio multorum episcoporum, quedam constituit, que ad inte gritatem fidei catholice, & ad restituenda3 ecclesiasticã disci/ pli/

20 C

plinam pertinebant. Ubi breui incommodis, erumnisq confectus, obdormiuit in dño duodecimo Calen. Julij. Cuius sepulchrū multis miraculis illustratū fuit, cū menses decē & septem ecclesię prefuisset. Tu autem.

Die 22. D.

¶ S. Paulini epis. & cōf. Oro. O a, fo. 514. de cōi cōf. põt. l. ij.

12. E

PAulinus, Nolę episcopus, eruditus studijs humanitatis, doctus & diuinis literis, multa eleganter, & ornate scripsit versibus & soluta oratione. Huius viri charitas pręcipue celebratur, quod vastata a Uandalis Campania, omnē facultatem ne relictis quidem sibi rebus ad vitam necessarijs, in alendos pauperes & captiuos redimendos contulerit. Quo tpe, vt scribit Augustinus, ex opulentissimo diuite, volūtate pauperrimus & copiosissime sāctus, captus a barbaris sic deū precabatur. Dñe ne excrucier propter aurum & argētum: vbi enim sint omnia mea, tu scis. Ab eo cum posceret vidua, vt filium sibi redimeret, consumptis rebus omnibus in officio pietatis, se ipsū pro illo in seruitutem tradidit. Lectio iij.

IGitur in Africā ductus a dño, qui erat regis gener, eius hortum colendū suscepit. Uerū cū prophetię dono Regis mortē ipsi dño prędixisset: & rex in somnis Paulinū sedentem mediū inter duos iudices, sibiq de manibus eripientem flagellū vidisset, tantus vir cognitus, honorificētissime dimissus est, cōdonatis ei oibus suis ciuibus, qui captiui fuerant. Nolam reuersus ad episcopale officium, cum verbo & exemplo oēs ad pietatem Christianam inflammaret, laterū dolore correptus, cubiculum in quo iacebat terremotu contremuit, ac paulo post aiam Deo reddidit.

¶ In vigil. s. Johā. Baptistę. Lec. s. euange. sm Lucā. Lec. j.

Die 23. F ca. 1.

FUit in dieb⁹ Herodis regis Judeę, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illi⁹ de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Et reliqua.

Omelia s. Ambrosij episcopi.

DOcet nos scriptura diuina, nō solū mores in ijs q prędicabiles sunt, sed et parentes oportere laudari: vt veluti tranmissa immaculatę puritatis hereditas in ijs, quos volumus laudare, pręcellat. Quę enim alia intētio hoc loco sancti euangelistę, nisi vt sanctus Johannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere passionis? Sic et sancti Samuel mater Anna laudatur, sic Isaac parentibus nobili-

nobilitatē pietatis accepit, quā posteris dereliquit. Sacerdos itaq̄ Zacharias nō solū sacerdos, sed ēt de vice Abia, i. nobilis inter superiores semine. L. iii.

Et vxor, inquit, eius de filiabus Aaron. Non solū igitur a parentibus, sed etiam a maioribus, sancti Johannis nobilitas propagatur: nō secularī potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis: tales enim maiores hūc debuit prenunciūs Christi, vt nō repēte conceptam, sed a maioribus acceptam, & ipso infusam iure nature, & predicare fidē dñici videretur aduentus. Erant, inquit, ambo iusti ante Deū, incedentes in oībus mandatis, & iustificationibus dñi sine querela. Quid ad hoc referunt, qui peccatis solatia pferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse nō posse? Et vtūtur versiculo, quia scriptum est in Job, Nemo mundus a sorde, neque infans, nec si vnius diei vita sit in terra. Lectio tertia.

Quibus respōdendū est, prius vt, quid sit hominē sine peccato esse, definiāt, vtrū nunq̄ oino peccasse, an desijsse peccare. Si enim hoc putant sine peccato esse, desijsse peccare: & ipse consentio. Oēs enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Si autem, qui veterē errorem correxit, & in eam se vite trans formauerit qualitatem, vt temperet a peccato, negant abstinere delictis: nō possumus in eorum conuenire sententiā, cū legamus, q: sic dñs dilexit Ecclesiam: vt exhibeat sibi ipse gloriosam, & nō habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Oratio.

Presta, q̄s, oīps deus: vt familia tua per viā salutis incedat, & beati Johannis precursoris hortamenta sectando, ad eum, quem predixit, secura perueniat, dñm nostrū Jesum Christum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate &c.

¶ In natiuitate S. Johannis Baptiste. dupl. Ad vesp. Aña.



Ipse preibit ante illū i spiritu, & virtute Elie, parare dño plebem perfectā. Ps. Dixit dñs. f. 52. cū reī de Dominica, & loco vlt. dicitur Laudate dñm omnes. 54. Aña. Johannes est nomen eius, vinū & siceram non bibet, & multi in Natiuitate eius gaudebūt. Aña. Ex vtero senectutis, & sterili Johannes natus est precursor dñi. Aña. Iste puer magnus coram domino: nā & manus eius cum ipso est. Antiphona. Nazareus vocabitur puer iste: vinum, & siceram non bibet, & omne

omne immundũ non manducabit ex ventro matris sue. Cap.

Audite insule, et attendite populi de longe. Dominus ab utero vocavit me: de ventre matris mee recordatus est nominis mei.

℟ Deo gratias. Hymnus.

Ut queant laxis resonare fibris.
Mira gestorũ famuli tuorum.
Solve polluti labij reatum
Sancte Johannes.
Nuncius celso veniẽs Olympo
Te patri magnum fore nasciturum.
Nomen, et vite seriem gerende
Ordine promit.
Ille promissi dubius superni
Perdidit prompte modulos loquele:
Sed reformasti genitus peremptę
Organa vocis.
Ventris obstruso recubãs cubili.
Senseras regem thalamo manentem.
Hinc parẽs nati meritis uterque
Abdita pandit.
Gloria patri, genitęque proli,
Et tibi compar utriusque semper
Spũs alme, deus unus, omni
Tempore secli. Amen.

℣ Fuit homo missus deo.
℟ Cui nomẽ erat Johannes.
Ad Mag. Aña. Ingresso Zacharia templum domini, apparuit ei Gabriel Angelus stãs a dextris altaris incẽsi. Oratio.

Deus, qui presentẽ diẽ honorabilẽ nobis in beati Johãnis Nativitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiam gaudiorum: et omnium fidelium mentes dirige in viam salutis eterne. Per dñm. Ad Matut. Invit. Regem precursoris dominum, Venite adoremus. psal. Venite. Hymnus.

Antra deserti teneris sub annis
Civiũ turmas fugiens petisti:
Ne levi saltem maculare vitã,
Famine posses.
Prebuit hirtũ tegumẽ camel⁹
Artubus sacris, strophium bidentes,
Cui latex haustũ, sociata pastũ
Mella locustis.
Ceteri tantum cecinere vatũ
Corde presago iubar affuturum:
Tu quidem mundi scelus auferentem
Indice prodis.
Non fuit vasti spatiũ per orbis,
Sanctior quisquam genitus Johanne.
Qui nefas secli meruit lavãtẽ,
Tingere lymphis.
Gloria patri, genitęque. vt supra.
In j. no. Aña. Priusquã te formarem in utero novi te: et antequã progredereris, sanctificavi te. Ps. Beatus vir: 2. Aña. Ad omnia que mittam te, dicit dñs, ibis ne timeas: et que mandavero tibi, loqueris ad eos.

Ps. Quare frem. 2. Aña. Ne timeas a facie eorũ: quia ego tecũ sũ dicit dñs. Ps. Dñe qd 2. ℣. Fuit homo missus a Deo. ℟. Cui nomen erat Johãnes.

Incipit Jeremias proph. Le. i.

Verba Jeremię filij Helcię, de sacerdotib⁹ q fuerunt in Anatot, in terra Beniamin. Quod factũ est verbũ dñi ad eũ in diebus Josię filij Amõ regis Juda, i tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Joachim filij Josię regis Juda, vsq ad cõsummationez vndecimi anni Sedechię filij Josię regis Juda, vsque ad transmigrationẽ Jerusalem in mense quinto. Et factũ est verbũ dñi ad me dicens: Priusq̃ te formarem in vtero, noui te: et anteq̃ exires de vulua, sanctificaui te: et prophetam in gentibus dedi te. ℟. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Johãnes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, et pararet dño plebem perfectam. ℣. Erat Johannes in deserto pdicãs baptismũ penitẽtię. Hic venit. Le. ij.

Et dixi, A, a, a, dñe De⁹, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere, Quia puer sũ: qm ad oia, quę mittaz te ibis, et vniuersa, quęcunq mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: quia tecum ego suz, vt eruam te, dicit dñs. Et misit dñs manum suam, et tetigit os meum, et dixit ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gẽtes, et super regna: vt euellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et edifices, et plantes. ℟. Elisabeth Zacharię magnum viruz genuit, Joannez Baptistã pcursorem domini, Qui viaz domino pręparauit in eremo. ℣. Fuit homo missus a Deo, cui nomẽ erat Johãnes. Qui. Le. iij.

Tu ergo accinge lumbos tuos, et surge: et loquere ad eos omnia, quę ego pręcipio tibi. Ne formides a facię eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum ęreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus eius, et sacerdotibus, et omni populo terrę. Et bellabunt aduersum te: et non pręualebunt, quia ego tecum sum, ait dominus, vt liberẽ te. ℟. Priusquam te formarẽ in vtero noui te: et antequam exires de ventre, sanctificaui te: Et pphetã in gẽtibus dedi te. ℣. Uir dilect⁹ a Deo, et hominibus honoratus est. Et.

In ij. noc. Añ. Misit dominus manum suam: et tetigit os meũ: et prophetam i gentibus dedit me dominus. Ps. Cum inuocarez exo. Añ. Ecce dedi verba mea i ore tuo: ecce ꝯstitui te super

per gentes & regna. Re. Verba mea. 502. An. Dns ab utero vocauit me, de vẽtre matris mee recordatus est nois mei. psal. Dñe dñs noster. 502. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior. ℟. Johanne Baptista.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Post illud sacrosanctũ dñi natalis diẽ, nullius hoĩs natiuitatẽ legimus celebrari nisi solius Johannis Baptiste. In alijs sãctis & electis dei nouimus illum diem coli: quo illos post cõsummationẽ laborũ & deuictũ triũphatumq; mundũ, in perpetuas eternitates p̃sens hec vita parturijt. In alijs consummata vltimi diei merita celebrãtur. In hoc ẽt prima die ipsa Johannis initia consecrant: pro hac absq; dubio causa, quia per hunc dñs aduentũ suũ, ne subito insperatũ hoĩes non agnoscerent, voluit esse testatũ. Johannes aũt figura fuit veteris testamenti, & in se p̃tulit formã legis, & ideo p̃nũciauit Saluatorẽ, sicut lex gratiã p̃cucurrit. ℟. Descendit angelus dñi ad Zachariam dicens: Accipe puerũ in senectute tua. Et habebit nomen Johannes Baptista. ℣. Iste puer magnus coram domino, nam & manus eius cum ipso est. Et. Lec. v.

Quod aũt nondum natus de secreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iã testis est veritatis: hoc est intelligendũ, quod latens sub velamine & carne litere, & redẽptorem mundo spiritu p̃dicauit, & nobis dñm deum nostrum de quodam legis vtero proclamauit. Ergo qa Judei errauerunt a ventre, i. a lege, que Christo grauida erat, errauerunt a ventre, locuti sunt falsa: ideo hic venit in testimoniũ, vt testimoniũ perhiberet de lumine: ℟. Hic est p̃cursor dilectus, & lucerna lucens ante dñm: Ipse est enĩ Johannes, qui viã dño p̃parauit in eremo: sed & agnũ dei demonstrauit, & illuminauit mentes hominum. ℣. Ipse p̃ibit ante illum in spiritu & virtute Elie. Ipse. Lec. vi.

Quod autẽ Johannes in carcere constitutus ad Christũ discipulos suos destinauit, lex ad euãgelia trãsmisit: que lex iuxta typum Johannis, quasi ignorantie clauso carcere, in obscuro & in occulto iacebat: & Judaice cecitatis sensus intra literam tenebatur inclusus. De hoc beatus euangelista proloquitur, Ille erat lucerna ardens, & lucens, i. spiritus sancti igne succẽsus, vt mũdo ignorantie nocte possessio lumen salutis ostenderet, & quasi inter densissimas delictorum tenebras, splendidissimum iustitie solem, lucis sue radio demõstraret, de seipso dicens: Ego vox clamantis in deserto. ℟. Innuebant patri eius,

 quem

quem vellet vocari eū: et postulans pugillarem scripsit dicēs: Johannes est nomen eius. ℣. Apertū est os Zacharie, et prophetauit dicens Johannes est.
In iij. noc. Añ. Posuit os meum dñs quasi gladium acutum: sub vmbra manus sue protexit me. Ps. Domine quis habitabit. 4. Aña. Formans me ex vtero seruū sibi dñs, dixit: Dedi te in lucē gentiū, vt sis salus mea vsq; ad extremum terre. Ps. Dñe in virtute. 7. Aña. Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt dñm Deum tuū, qui elegit te. Ps. Benedicam dñm. ℣. Elisabeth Zacharie magnū virū genuit. ℟. Johannē Baptistā precursorem dñi.
Lcō S. Euāg. scdm Lucā. L. vij.
Elisabeth impletū est tempus pariendi, et peperit filium: Et audierunt vicini, et cognati eius, quia magnificauit dñs misericordiam suam cum illa, et congratulabantur ei. Et reliqua.
Homil. S. Ambrosij episcopi.
Peperit filium Elisabeth, cōgratulabantur vicini. Habet sanctorum editio letitiā plurimorum, q: cōe est bonum. Justitia enim cōis est virtus: et ideo in ortu iusti, future vite insigne premittitur, et gratia secuture virtutis exultatione vicinorum prefigurante signatur. Pulchre autē tempus, quo fuit in vtero propheta describitur, ne Marie presentia taceatur: sed tempus siletur infantie, eo q presentia dñi, matris in vtero roboratur, q infantie impedimenta nesciuit. Et ideo in euāgelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, et oraculum, exultatione in vtero, et vocem in deserto. ℟. Precursor dñi venit, de quo ipse testatur: Nullus maior inter natos mulierum Johāne Baptista. ℣. Hic est enim propheta, et plusquā propheta, de quo saluator ait. Nullus.
Lectio octaua.
Neq; enim vllam infantie sensit etatem, qui supra naturam, supra etatem in vtero situs matris, a mensura perfecte cepit etatis plenitudinis Christi. Mire sanctus euangelista premittendum putauit, q plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putarunt, vt aduertas matri non nomen alicuius displicuisse de generis, sed id ei sancto infusum spiritu, qd ab angelo añ Zacharie fuerat prenunciatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filij nequiuit vxori, sed per prophetiā didicit Elisabeth quod nō didicerat a marito. ℟. Gabriel angelus apparuit Zacharie, dicēs. Nascetur tibi filius, nomen eius Johannes vocabitur: Et multi i Natiuitate eius gaudebunt. ℣. Erit enim magnus coram domino: vinum, et siceram non bibet. Et multi. Lectio ix.
Johan-

IOhannes, inquit, est nomen eius: hoc est, nō ei nos nomen imponimus, qui iaz a deo nomen accepit. Habet vocabulum suū, quod agnouimus, nō quod elegimus. Hāt hoc merita sanctorū, vt a Deo nomē accipiant. Sic Jacob Israel dr̄, quia Deuz vidit: sic dn̄s noster Jesus nominatus est, antequaz natus: cui nō angelus, sed pater nomen imposuit. Vides angelos, quę audierint, nō quę vsurpauerint, nunciare: Nec mireris, si nomen mulier, quod non audiuit, asseruit: quādo Spiritus ei sanctus, q angelo mādauerat, reuelauit. Te Deum. 8.

Ad Laudes, & p Horas. Añ. ELisabeth Zacharię magnum virum genuit: Johannem Baptistam pręcursorem domini. ps. Dn̄s regn. 8. cum reliq. Añ. Innuebant patri eius, quez vellet vocari eū: & scripsit, dicens: Johannes est nomen eius. Añ. Johānes vocabitur nomen eius: & in Natiuitate eius multi gaudebunt. Añ. Inter natos mulierū non surrexit maior Johāne Baptista. Añ. Tu puer, propheta altissimi vocaberis: pręibis ante dn̄m parare vias eius. Capit. Audite insulę 403. Hymnus.

O Nimis fęlix, meritique celsi,
Nesciēs labem, niuei pudoris,
Pręporens martyr, eremique cultor,
Maxime vatum.

Serta ter denis alios coronāt
Aucta crementis, duplicata quosdam,
Tria cēteno cumulata fructu
Te sacer ornant.

Nunc potens nostri meritis opimis,
Pectoris duros lapides repelle,
Asperum planans iter, & reflexos
Dirige calles.

Vt pi⁹ mūdi sator, & redēptor,
Mentib⁹ pulsa liuione puris,
Rite dignet veniens sacratos
Ponere gressus.

Laudibus ciues celebrant superni.
Te deus simplex, pariterque trine:
Supplices at nos veniam pręcamur:
Parce redemptis. Amen.

℣. Iste puer magnus corā dn̄o. ℟. Nā & man⁹ eius cū ipso est. Ad Bñs. Añ. Apertum est os Zacharię, & prophetauit dicēs: Benedictus Deus Israel. Ad iii. Cap. Audite insulę 403. ℟. Fuit homo Missus a deo. ℣. Cui nomē erat Johānes. Missus. Glo. Fuit. ℣. Inter natos mulierum non surrexit maior. ℟. Johāne Baptista. Ad vi. cap. ET nūc hęc dicit dn̄s, formās me ex vtero seruū sibi: Dedi te in lucē gētiū, vt sis salus mea vsq; ad extremū terrę. ℟. Inter natos mulierz, Nō surrexit

surrexit maior. ℣. Johāne Baptista. Nō. Glo. Inter. ℟. Elisabeth Zacharie magnum viruȝ genuit. ℟ Johāne Baptistaȝ precursorem dñi. Ad ix. Cap.

Esa. 49. Reges videbūt, ⁊ cōsurgēt principes, ⁊ adorabunt dñm deum tuum, ⁊ sanctuȝ Israel. q elegit te. ℟. Elisabeth Zacharie Magnum viruȝ genuit. ℣. Johānem Baptistaȝ, precursorem dñi. Magnū. Gloria. Elisabeth. ℣. Iste puer magnus corā dño. ℟. Naȝ ⁊ manus eius cum ipso est. Ad vesp. An. Elisabeth. cum reliquis de Laudibus. Psalmi, Capitulū, ⁊ Hym. vt in primis vesp. ℣. Iste puer magnus corā dñō. ℟. Nā ⁊ manus eius cum ipso est. Ad Mag. An. Puer, q natus est nobis, plusq̄ȝ propheta est: hic est eñi de quo Saluator ait: Inter natos mulierū nō surrexit maior Johāne Baptista.

SECVNDA DIE.

Die 25. Ju. infra oct. Nat. S. Johā. Bap. Sermo s. Augustini episcopi. Lectio quarta.

Natale ȝ S. Johānis fratres carissimi, hodie celebramus, qd̄ nulli vnq̄ȝ sanctorū legimus fuisse concessum, solius enim dñi, ⁊ beati Johannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur ⁊ colitur. Hic enim sterilis peperit, illū virgo cōcepit. In Elisabeth sterilitas vincitur, in beata Maria cōceptionis cōsuetudo mutat. Elisabeth virum cognoscēdo, filiuȝ genuit: Maria angelo credidit, ⁊ cōcepit. Hominē cōcepit Elisabeth, hoieȝ ⁊ Maria: sed Elisabeth solum hoiem, Maria deum ⁊ hominem. ℟. Descendit. 404. L. v.

Magnus igitur Johānes, cuius magnitudini etiaȝ Saluator testimoniū perhibet dicens: Non surrexit inter natos mulierū maior Johāne Baptista: precellit ceteros, eminet vniuersis, antecellit prophetas, supergredit patriarchas: ⁊ q̄squis de muliere natus est, inferior est Johāne. Dicet fortasse aliquis. Si inter natos mulierū Johānes maior est, maior est Saluatore. Absit. Johānes eñi natus mulieris, Chrūs aūt virginis natus est: ille corruptibilis vteri finibus effusus est, iste impolluti virginis flore pgenit⁹. ℟. Hic est pcursor. 404. L. vi.

Si ergo intelligimus mysterium, fratres mei, Johānes homo est, Christus deus est: humilietur homo, vt exaltetur Deus, s̄m illud quod de domino ipse Johannes dixit: Illū oportet crescere, me autem minui. Ut humiliaretur homo, natus est Johannes, quo incipiunt decrescere dies: vt exaltet deus, eo die natus est Christus, quo icipiūt crescere dies. Magnum sacramentum, fratres

tres carissimi: ideo celebramus natalem Johannis; sicut et Christi: quia ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio: nisi humilitatis nostre? sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostre. ℟. Innuebant patri. fol. 404.

Hom. S. Ambrosij epi. Lec. vij.

Johánes est, inquit, nomẽ eius: Nõ poterat Elisabeth dñi ignorare prenũciũ, que prophetauerat Christum. Et bene additur: Quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc noĩe: vt intelligas nomen nõ gñis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: sed quia incredulitas eius affatũ eripuerat et auditum: quod voce non poterat, manu et literis est locutus. ℟. Precursor dñi 404. L. viij.

Scripsit aũt dicens: Johãnes est nomẽ eius. Et hic nomẽ nõ imponitur, sed astruitur. Meritoque cõtinuo resoluta est lingua eius: quia quã vinxerat incredulitas, fides soluit. Credamus et nos igitur, vt loquamur: vt in lingua nostra, q̃ icredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. ℟. Gabriel angelus. 404. Lectio ix.

Scribamus spiritu mysteria, si volum⁹ loq. Scribamus prenũciũ Christi nõ in tabulis lapideis, sed i tabulis cordis carnalibus. Etenim q Johãnem loquitur, Christũ prophetat. Loquamur Johãnẽ, loquamur et Christũ, vt nostrum quoque os possit aperiri, quod i sacerdote tanto, irrationalis modo pecudis, frena nutãtis fidei coercebant. Tu autẽ domine.

¶ SS. m. Johannis et Pauli, semid. A capitulo fit de festo, et omnia dñr de cõi plur. marty. f. 508. exceptis his que hic sunt propria. Quod si festum hoc venerit in dominica, transfertur in seq. diem. Ad M. Antipho.
26 B

Astiterunt iusti ante dñm, et ab inuicem non sunt separati: calicem domini biberunt, et amici dei appellati sunt. Oratio.

Quesumus omnipotens deus: vt nos geminata letitia hodierne festiuitatis excipiat, que de beatorum Johannis et Pauli glorificatione procedit: quos eadem fides, et passio, vere fecit esse germanos. Per dñm. Deinde fit commemoratio de oct. S. Johannis. Ad Matutinũ. In j. noc. lec. de epla ad Rom. Fratres, debitores. 509. vt in cõi plur. marty. ℟. Isti sunt duo viri misericordie, qui assistunt ante dñm, Dñatorẽ vniuerse terre. ℣. Isti sunt due oliue, et duo candelabra lucentia ante dominum. Dominatorem. ij. ℟. Vidi coniũctos viros habentes splẽdidas vestes, et angelus domini locutus est ad me dicens: Isti sunt viri sancti facti amici Dei. ℣.

Vidi

Vidi angelū Dei fortē, volantē per mediū cęlū, voce magna clamantem & dicentē. Isti sunt. iij. ℟. Tradiderūt. 510. cū rel. p ordinē de cōi plu. mar. L. iiij.

Iohānes & Paulus fratres Romani, cū facultatib[9] a Constantia Constantini filia cui pie fideliterq; seruierant, si bi relictis Christi pauperes a/ lerēt, a Juliano apostata in nu merum familiariū suorum in uitati, libere negauerunt, se apud eum esse velle, qui a Je/ su Christo defecisset. Quibus ille ad deliberandum decem dies pręfinit. vt nisi ad eam di em ei adhęrere, & Joui sacrifi care constituerint, sibi morien/ dum esse certo sciant. ℟. San cti tui domine. 510. Lectio v.

Illi itra id tēpus reliqua sua bona distribuerūt pau peribus, quo expeditiores ad dñm migrare possent, & plures iuuare, a quib[9] in ęterna taber nacula reciperentur. Die deci ma, Terentianus prętorię co/ hortis pręfectus ad eos missus cum allata Jouis effigie, vt eā venerarentur, Imperatoris mā datum eis exponit: vt nisi Joui cultū adhibeant, moriant. Qui vt erant orantes, responderūt se pro Christi fide, quem Deū mente, & ore venerabantur, nō dubitanter mortem subituros. ℟. Vespera. 510. Lectio vj.

At Terētianus verit[9], ne, si publice interficerētur, populus commoueretur, domi vbi tunc erant abscisis eorum capitibus, sexto calendas Julij secreto eos sepeliendos cura uit, rumoremque sparsit, Johā nē & Paulum in exiliū eiectos esse. Verum eorum mors a spi ritibus immundis, qui multo/ rum corpora vexabant peruul gata est: in quibus Terentiani filius & ipse oppressus a dęmo/ ne, ad sepulcrum martyrum pductus, liberatus est. Quo mi raculo, & is in Christum cre/ didit & eius pater Terētianus a quo etiam horum beatorum martyrū vita scripta esse dicit ℟. Tanquam aurum. fol. 511. Lectio vij. euāg. sm Lucā. lxvij. 12. c.

In illo tempore: Dixit Je sus discipulis suis: Atten dite a fermento Pharisęorum, quod est hypocrisis. Et reliq. Homilia venerab. Bede pbri.

De hoc fermento Aposto lus pręcepit: Itaque epu lemur nō i fermēto veteri: neq; in fermēto malitię & nequitię, sed in azymis sinceritatis & ve ritatis. Nam sicut modicū fer mētū totā farinę, cui inijcitur, massam corrūpit, vniuersamq; mox cōspersionē sui sapore com maculat: sic nimirū simulatio cuius semel animum imbuerit tota virtutum sinceritate & veri tate fraudabit. Est ergo sensus: Attendite ne ęmulemini simu latores, q; ueniet profecto tem pus, in quo uestra uirtus oibus & co

& eorũ reueletur hypocrisis. R. Propter testim. 512. Lec. viij.

VErũ quod sequitur: Omnia que in tenebris dixistis, i lumine dicentur: non solũ in futuro qñ cuncta cordium abscõdita proferentur ad lucem, sed & in presenti tpe põt congruenter accipi: qm que inter tenebras quondam pressurarum, carcerumque umbras, vel locuti, vel passi sunt Apostoli, nunc, clarificata per orbem ecclesia, lectis eorum actibus publice predicãtur. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus. Si persecutores sanctorum, occisis corporibus, non habẽt amplius quid contra illos agant: ergo superuacua furunt insania, qui mortua martyrũ membra, feris, auibusq; discerpẽda proijciunt: cum nequaquã omnipotentie dei, quin ea resuscitando viuificet, obsistere possint. R. Hec est vera fraternitas. 512. Lectio nona.

DUo aũt sunt genera persecutorũ, vnũ palã seuientium, alterũ ficte, fraudulẽterq; blandientiũ. Cõtra vtrũq; nos munire atq; instituere volens saluator, & supra ab hypocrisi Phariseorum attẽdere, & hic a carnificũ cede precipit non timere: q: videlicet post mortẽ nec horũ crudelitas, nec illorũ valeat simulatio durare. Nõne quinque passeres dipondio veneunt? Si minutissima, inquit, animalia, & q̃ quolibet per aera feruntur volatilia, Deus obliuisci non põt, vos qui ad imaginẽ facti estis creatoris, non debetis terreri ab his q occidunt corpus: q: q irrationabilia aialia gubernat, rõnabilia curare non desinit. Tu autem domine. Ad Laudes, & per horas.

Antiphona.

PAulus & Johannes dixerunt Juliano: nos vnũ in Deum colimus, q fecit celũ & terrã. Ps. Dñs reg. & cũ rel. an. Paulus & Johãnes dixerunt Terentiano: si tuus dña est Julianus, habeto pacem cũ illo: nobis alius non est nisi dñs Jesus Christus. Aña. Johannes & Paulus agnoscentes tyrannidem Juliani, facultates suas pauperibus erogare ceperunt. Aña. Sãcti Spũs & aie iustorũ, hymnum dicite deo, h al. Aña. Johannes & Paulus dixerunt ad Gallicanũ, fac votũ deo celi: & eris victor melius quã fuisti. Ad Bñs. Añ. Isti sunt sancti, q p Chri amore minas hominũ cõtempserũt, sancti martyres i regno celorũ exultãt cũ angelis. O quã pciosa est mors sanctorũ, q assidue assistũt ante dñm, & ab inuicẽ nõ sũt separati. Oio vt su. & cõme. s. Johãnis. In ij. Vesp. Aña. Paulus & Johannes. vt supra Psal. de cõi plur. mart. Ad Mag. Aña. Isti sunt due oliue, & duo cãdelabra lucẽtia ante dñm: habent pote-

potestatem claudere celum nubibus, et aperire portas eius, quia in iure eorum claues celi facte sunt.. Di. vt su. Quesumus ops
Deinde fit com. de oct. s. Joha.

QVARTA DIE infra octa. Nat. s. Joha. Bap. Sermo s. Basilij magni i psalmum vigesimu octauu. Le. iiij.

Vox domini sup aquas. Qualis vox, super quas aquas? Velut prophetiam accipiamus, quod dictu est. Memineris Johannis, qui interrogatus a Judeis, Quis es tu? quod rnsum dabimus ijs, qui miserunt nos? respondit. Ego vox clamantis in deserto. Igitur vox dni est Johannes. Angelus a Deo missus ante facie dni, vt pararet dno plebem perfectam. Hec igitur vox super aquas, erat sup Jordane, i quo baptizabat predicas penitetie baptismu, et non solu Jordane, sed et in Enon prope Salem, quia aque multe erant illic. R. Descendit angelus. 404. Le. v.

Igitur vox dni sup aquas, Johanes est super baptisma. Illic etiam Deus maiestatis intonuit Venit enim vox de celo dicens: Hic est filius meus dilectus, i quo mihi coplacui. Tunc et dns super aquas multas dignatus est descendere in baptisma Johannis, vt coplerет omne iustitiam, que in lege est. Vox dni in virtute: Aufert enim debilitates populi per penitentie baptismum, per ipsum baptizas in aqua ad penitetia. In virtute est vox dices: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnu celorum, et facite fructus dignos penitentia. R. Hic est precursor. 404. Lec. vi.

Vox dni confringentis cedros. Potest dici, quod parans dno populu perfectum, claras impietates, et contra cognitione Dei exaltatas cofringens, ac coterens, obliqua faciebat recta. Qui enim oem collem, ac mote humiliat, hic erat qui confringebat cedros, et dno accessum adequabat, per hoc quod ad penitentiam inducebat altu, et elatum, et superbu cor. Unde eius preparationem suscipiens dns, suo aduentu confringit oppositas potetias, cedros Libani figurate dictas. Oportet enim dominum regnare, donec ponat inimicos sub pedes suos. R. Innuebant patri eius. 404.
De hom. s. Ambrosij epi. L. vij.

Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, et prophetabat dicens. Vide quam bonus deus, et facilis indulgere peccatis: non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus prophetat. Hec enim gratia Dei maxima, quod eum qui negauerat cofitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius

scius delictorũ ꝓmia diuina de/
speret. Nouit dñs mutare sentẽ
tiã, si tu noueris emendare deli
ctũ. ℟. Precursor. 404. L. viij.

ET tu puer, ꝓpheta altissi
mi vocaberis. Pulchre,
cũ de dño propheraret, ad ꝓphe
tam sua verba cõuertit, vt hoc
quoq; esse beneficium dñi desi/
gnaret: ne cum publice enume
raret sua, quasi igratus tacuis/
se que acceperat beneficia vi/
deretur, q̃ agnoscebat in filio.
Sed fortasse aliqui quasi irra/
tionabilẽ mentis excessum pu/
tent, quod octo dierũ alloquit
infantem. Uerum si teneamus,
intelligemus profecto quod po
tuit vocẽ patris natus audire,
qui Marie salutationem ante/
quam nasceretur, audiuit. ℟.
Gabriel angelus. 404. Lec. ix.

SCiebat profecto alias es
se aureo prophete, que
spiritu Dei, non corporis etate,
referantur. Habebat intelligen
di sensum, qui exultandi hẽbat
affectũ. Simul illud aduerte,
quam paucis Elisabeth, quaz
multis Zacharias prophetet:
vterq; sancto repletus spiritu
loquebatur: sed disciplina ser
uatur: vt mulier discere magis
que diuina sunt studeat, quam
docere. Tu autem.

¶ Come. S. Christine vg. & mar. Oro. Indulgentiā. 523. & cōi. In vig. s. Jacobi apli. Tres lec. de Hom. in euāg. Hoc est pcepti. 497. de cōi Apl'or. Oratio.

Da, quesumus omnipotēs Deus: vt beati Jacobi apostoli tui, quam preuenimus, veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum. &c.

Deinde fit come. S. Christine. ¶ S. Jacobi Apli. dup. Oia de cōi Aplo. pter lcōnes. Oro

Dic: 25. C

Esto domine plebi tue sanctificator & custos: vt apostoli tui Jacobi munita presidijs, & conuersatiōe tibi placeat, & secura mēte deseruiat. Per dominū nost.

In primo nocturno de epistol. prima ad Corinthios lcōnes. Sic nos existimet homo. 494. de cōi Apostolorū. Lectio iiij

Jacobus Zebedei fili⁹, Johannis Apostoli german⁹ frater, Galileus, inter primos Apostolos vocatus cum fratre, relictis patre, ac retibus secutus est Dominum, & ambo ab ipso Jesu Boanerges, idest tonitrui filij sunt appellati. Js vnus fuit ex tribus apostolis, quos Saluator maxime dilexit & testes esse voluit sue trāsfigurationis, & interesse miraculo, cum archisynagogi filiā a mortuis excitauit, & adesse cū secessit in montem Oliueti patrem oraturus, antequam a Judeis comprehenderetur. ℟ Vidi coniunctos. 595. Lectio v

Verum Jacobus post Jesu Christi ascensũ i cęlũ, in Judea, & Samaria prędicãs eius diuinitatẽ, plurimos, i quibus Hermogenẽ hereticũ, ad Christianam fidem conuertit. Mox peragrata Hispania, ibique predicato euangelio rediit Jerosolymã. Sed Claudio Imperatore Herodes ad regnũ elatus, vt a Judeis gratiã iniret, Jacobum libere Jesum Christum Deum confitentem, capitis condemnauit. Quem cũ is, qui eum duxerat ad tribunal, fortiter martyriũ subeuntẽ vidisset, statim se, & ipse Christianum esse professus est. ℟ Beati estis. 496. Lectio sexta.

Ad supplicium cum raperentur, periit ille a Jacobo veniam: quẽ Jacob' osculatus, Pax, inquit, tibi sit. Itaq; vterq; est securi percussus, cum paulo ante Jacobus paralyticũ sanasset. Corpus eius postea Compostellã translatũ est, vbi summa celebritate colitur, due nimbus eo religionis, & voti cã ex toto terrarũ orbe peregrinis. Memoria ipsius Natalis hodierno die, q Trãslationis dies est, ab ecclesia celebratur, cũ ipse Calendis Aprilis prim' apostolorũ Jerosolymis profuso sãguine testimoniũ Jesu Christo dederit. ℟ Isti sũt triũph. 496

Lco s. euãg. sz Mattheũ. c. xx.

In illo tẽpore: Accessit ad Jesuz mater filiorũ Zebedei, cũ filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Et reliqua.

Homilia s. Johãnis Chrysost.

Non turbetur quisquã, si adeo imperfectos dicim' apostolos fuisse: nondũ enĩ mysteriũ crucis erat consumatũ nondũ gratia spiritus in corda ipsorum infusa. Quare si studia virtutis ipsorum discere cupis, quales post datam grãz spirit' fuerint considera, & videbis omnem ab illis turbationẽ animi fuisse superatam. Hac enim de causa eorũ modo imperfectio reuelatur, vt aperte percipere possis, quales subito per gratiaz effecti fuerũt. Quod agitur nihil spiritale querebãt, nec de cęlesti regno quicquã cogitabant, perspicuum est. Sed verba quoque petitionis ipsorũ audiam'. Volumus, inquiunt, vt qdcunque petierimus, facias nobis. Ad quod Christus, Quid vultis? respondet, non ignorans, certe, sed vt illi respõdere compulsi, vlcus sub aperiant, quod sanare Christus intendebat. ℟ Isti sunt, qui viuentes. 597.

Lectio octaua.

Illi vero, quoniã humano more corã oibus erubescebãt dicere, seorsũ ab aliis discipulis Christũ accipientes, interrogauerũt. Preuenerũt enĩ, vt remotis arbitris, tuti' loquerẽtur. Volebãt aũt, vt ego conjicio, quoniã super duodecim sedes sessuros discipulos audierũt prima-

primatū huius consessus īpetrare: ꝛ p̄poni quidē se ceteris, p̄ter quā Petro, sciebāt: Petruȝ vero sibi p̄ferri formidantes, dicere ausi sunt: Dic vt vnus a dextris, alter a sinistris sedeat: ita vrgebāt dicētes, Dic. Quid igit̄ ipse? vt significaret eos nihil petere spiritale, sed nec scire quidem quid postulent, nō eniȝ petere auderēt, si scirēt: Nescitis, ait, qd petatis: nescitis quaȝ magnū hoc sit: quā mirabile, ac ipsas superiores excedēs v̄tutes. ℟. Isti sunt viri. 497. Lec. ix.

Et adiecit: Potestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum? ꝛ baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Perpendis, quomodo statim ab hac cupiditate ipsos remouit, contraria eis differēs? Nā vos, inquit, de honoribus, ꝛ coronis cogitatis: ego vero de luctamine, atq; sudore dissero. Nō p̄miorū hoc tempus est, nec illa gloria mea modo apparebit: sed bella, pericula, ꝛ necē p̄sens ptinet vita. Perspice aūt qualiter ipso interrogationis modo, ꝛ hortat̄, ꝛ allicit. Nō enim dixit, Potestisne vestrū effundere sanguinē? sed, quonam pacto potestis bibere calicē? Deinde alliciēs, inquit. Quē ego bibiturus suȝ, vt communicatione laborū, cū ipso promptiores redderētur. In fine Laudum tantum fit cōmemo. S. Christophori marty. Oratio.

Presta, q̄s ops De', vt 9. 505. de communi vnius martyri

Die 26. D.

¶ S. Pantaleonis mar. Or. Presta q̄s ops deus vt in. 501. de communi vnius mart. L. ii

Pantaleon Nicomediēsis, nobilis medicus, ab Hermolao presbytero ad Iesu Christi fidē erudit̄, baptizatus ē: q mox p̄ri Eustorgio p̄suasit, vt Christianus fieret. Quā cū Nicomedię postea Christi dn̄i fidē libere p̄dicaret, ꝛ ad eius doctrinaȝ omnes cohortaretur, Diocletiano Imperatore equuleo tortus, ꝛ admotis ad eius corpus laminis candentibus, cruciatus est. Quam tormentorum viȝ ęquo, ꝛ forti animo ferens, ad extremum securi percussus, martyrij coronam adeptus est.

Die 27. C

¶ Sanctorum martyrū Nazarij, Celsi, Victorij ac Innocētij Papę, ꝛ confess. semid. Or.

Sanctorum tuorū nos, dn̄e, Nazarij Celsi, Victoris, ꝛ Innocētij confessio btā cōitat ꝛ fragilitati nr̄ę subsidiū dignāter exoret.

Die 28. F

Nazari', a btō Lino Papa baptizatus, cum in Galliā profectus esset, ibi Celsum puerum, a se Christianis p̄ceptis prius instructū baptizauit

qui vna Treuerim euntes, Neronis persecutione i mare vterque deijcitur, vnde mirabiliter euaserunt. Postea Mediolanū venientes ibi primū Christi fidē disseminarunt: qui cū sāctis martyribus Geruasio & Protasio in carcerem inclusis inseruirēt, ab Annalino pfecto, constātissime Christū Deum confitentes capite plectuntur: quorum corpora extra portā Romanā sepulta suntq̄ cū diu latuissent, Dei monitu a beato Ambrosio conspersa recenti sanguine sūt inuenta, tāq̄ si paulo ante martyriū passi essent: vnde in Urbē translata, honorifico sepulcro contecta sunt. Santi tui domine. 510. Lectio quarta.

Victor in Africa nat⁹, Seuero Imperatore rexit ecclesiā. Instituit vt sacrū Pascha die Dñico celebraret, qui ritus vt postea in mores induceretur, habita sunt multis in locis cōcilia: & in Nicena deniq̄ prima synodo sancitum est, vt Paschę dies festus post quartā decimā Lunā ageret, ne Christiani Judęos imitari viderentur. Statuit, vt quauis aqua, modo naturali, si necessitas cogeret, quicūq; baptizari posset. Theodulū Coriariū Vicentinū docentem Christū tantummodo hominē fuisse: eiecit ex ecclesia. Scripsit de questione Paschę: & alia quędā opuscula. Creauit duabus ordinationibus mense Decēbri, episcopos duodecim, presbyteros quatuor, diaconos septē, martyrio coronat⁹ sepelit in Uaticano quinto Calendas Augusti. Sedit annos decem, menses duos, dies decem. Verbera carnificū. 510. Lectio v.

Innocentius Albanensis sancti Hieronymi, & Augustini etate floruit, de quo ille ad Demetriadē virginem. Sācti Innocētij, qui apostolicę cathedrę, & beatę memorię Anastasij successor & filius est, teneas fidem: nec peregrinam, quāuis tibi prudēs callidaq̄ videaris, doctrinam recipias. Ei⁹ sāctitatem Basilius magnus in epistolis ad eum scriptis admiratur. Quem etiam tanquā iustum Lot subtractū Dei prouidentia ad Rauennam seruatū fuisse scribit Orosius, ne Romani populi videret excidium. Is Pelagio & Celestino damnatis contra eorum heresiē decretū fecit, vt qui ex Christiana muliere natus esset, per baptismū renasci deberet: & vt sabbatho ob memoriā Christi dñi sepulturę, ieiuniū seruaretur. Sedit annos quindecim, mēses duos, dies viginti. Quatuor ordinationibus mense Decembri creauit episcopos per loca quinquaginta quatuor, presbyteros triginta, diaconos tredecim. Sepultus est in cemeterio ad Ursum pileatum.

R. Tanquā aurum. fo. 511.

In iij. noc. Hom. in euãg. Cu3 audieritis. 512. de cõi plur. m̃. Die 29. G C S. Marthe virg. semi. Oro. Exaudi nos. 523. de cõi virg. Cõme. SS. m̃. Felicis, Simplicij Faustini, z Beatricis. Oro.

Presta, quesumus dñe: vt sicut populus Christianus martyrum tuorũ Felicis, Symplicij, Faustini, z Beatricis tẽporali solẽnitate cõgaudet, ita perfruatur eterna, z quod votis celebrat, cõprehendat affectu. Per do.

℟. j. Ueni electa mea. fol. 524.
℟. ij. Diffusa est gratia. 524.
℟. iij. Specie tua. 524. Le. iiij.

Martha, nobilib⁹ z copiosis parentibus nata, sed Christi dñi hospitio clarior, post eius ascẽsu3 in celũ cũ fratre, sorore, z Marcella pedisequa, ac Maximino, vno ex septuaginta duobus discipulis Chri dñi, qui totam illã domũ baptizauerat, multisque alijs Christianis comprehensa a Judeis, in naue3 sine velo ac remigio imponitur, vastissimoq3 mari ad certissimũ naufragiũ committitur, sed nauis, deo gubernante: saluis omnibus Massilia3 appulsa est. ℟. Propter veritatem. 525. Lectio quinta.

Eo miraculo, z horum predicatione, primum Massilienses, mox Aquenses, ac finitime gẽtes i Christu3 crediderũt. Lazarus q3 Massiliensiũ, z Maximinus Aquensiũ ep̃s creatur: Magdalena vero assueta orõni z pedibus dñi, vt optima parte contemplande celestis beatitudinis, quã elegerat, frueretur, i vastã altissimi montis spelũca3 se contulit, vbi triginta annos vixit ab omni hominum cõsuetudine diiũcta, quotidieq3 per id tempus ad audiendas celestium laudes in altũ ab angelis elata. ℟. Dilexisti. 425. Le. vj.

Martha aũt mirabili vite sãctitate z charitate omniũ Massiliensium animis i sui amorẽ z admirationem adducetis, in locum a viris remotissimum cu3 aliquot honestissimis feminis se recepit, vbi summa cum laude pietatis z prudentie diu vixit: ac demum morte sua multo ante predicta, miraculis clara migrauit ad dñm quarto Calendas Augusti. Cuius corpus apud Tarascum magnam habet venerationem. ℟. Offerentur. 525.

Lcõ s. euãg. s̃m Lucã. Le. vij.

In illo tpe: Intrauit Jes⁹ in quoddã castellũ. z mulier quedam Martha noie excepit illũ i domũ suã. Et reliq. c. 10.

Homilia sancti Augustini epi.

Uerba domini nostri Jesu Christi, que mõ ex euangelio recitata sũt, admonẽt nos esse vnũ aliquid quo tẽdamus, qñ in huius seculi multitudine laboramus. Tendimus autem ad

adhuc peregrinantes, nõdum manentes: adhuc in via, nondum in patria: adhuc desiderãdo, nondũ fruendo. Tamen tendamus, et sine pigritia et sine intermissione tẽdamus, vt aliquãdo peruenire valeamus. Martha et Maria duę sorores erãt, ambę nõ solũ carne, sed etiã religione germanę: ambę dño cohęserũt, ambę domino in carne p̃senti cõcorditer seruierunt. ℞. Hęc est virgo. 525. L. viij.

Suscepit eum Martha sicut solẽt suscipi peregrini, sed tñ suscepit famula dominum, ęgra Saluatorẽ, creatura creatorẽ. Suscepit aũt spiritu pascenda, in carne pascendum. Voluit enim dominus formam serui accipere, et accepta forma serui in illa pasci a seruis, dignatione nõ conditione. Nam et ista dignatio fuit, se prębere pascẽdũ. Habebat carnẽ, in qua esuriret quidẽ et sitiret: sed nescitis quia in eremo esurienti angeli ministrabãt? Ergo quod pasci voluit, pascenti pręstitit. Quid autem mirum, si et de sancto Elia pręstitit viduę, quẽ prius coruo ministrãte pascebat? Nunquid pascẽdo defecerat, qñ ad viduã mittebat? Non, sed religiosã viduã per obsequiũ exhibitum seruo suo, benedicere disponebat. ℞. Media nocte. 525. Lectio ix.

Sic ergo susceptꝰ est dñs tãquã hospes, qui in sua propria venit, et sui eum non receperunt: sed quotquot receperunt eum, dedit eis potestatẽ filios Dei fieri, adoptãs seruos, et liberos faciẽs, redimẽs captiuos, et faciens cohęredes. Nequis tñ vestrum forsitan dicat, O beati qui Christũ suscipere in domum propriã meruerũt: Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es quãdo iam dominum non vides in carne: nõ tibi abstulit istam dignationem: cum vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hęc de domino pascendo, pascẽnte in spiritu, pauca pro tempore dixerimus.

Die 30.

¶ Sanctorum Abdon et Sennen martyrum. Oratio.

Deus, qui sanctis tuis Abdõ et Sennẽ ad hanc gloriã veniendi copiosum munus gratię cõtulisti: da famulis tuis suorũ veniam peccatorum: vt sanctorum tuorum intercedentibus meritis, ab omnibus mereamur aduersitatibus liberari. Per dominum nostrum. Lectio tertia.

Abdon et Sennẽ Persę, Decio Imperatore, ad Cordubam Persarũ accusati qđ corpora Christianorũ q̃ inhumata proiiciebantur, in suo pdio sepelissent, iussu Imperatoris comprehenduntur, et dijs iubentur sacrificare. Quod cũ facere

facere negligerēt, & Jesū Christum Deum constantissime prędicarent, traditos in arctā custodiam, Romā postea rediēs Decius vinctos duxit in triūpho. Qui cum in vrbe ad simulacra attracti essent, ea detestati cōspuerūt. Quamobrē vrsis, ac leonibus obiecti sunt, quos ferę nō audebāt attigere. Qua re gladijs trucidati, colligatis pedibus, tracti sunt ante Solis simulacrum: quorum corpora, clā inde asportata, Quirinus diaconus sepeliuit i suis ędib⁹.

Die 31. G

AVGVSTI FESTA.

Offīn defunc. s. die nō īpedita.

Die 1. E — S. Petri ad vincula. dupl.

Ad Vesperas. Antiphona.

Herodes rex. 427. cū reliquis de Laudib⁹. ps. Dixit dñs. 52. cuz reliq. loco vltimo dicitur. Laudate dominū omnes gentes. folio. 54. Capitulum.

Act. c. 12. Misit Herodes rex manus vt affligeret quosdam de ecclesia: occidit aūt Jacobū, fratrē Johānis gladio: videns autez quia placeret Judęis, apposuit vt apprehenderet & Petruz. Hymnus.

Petrus beatus catenatuz laqueos,
Christo iubente, rupit mirabilr,
Custos ouilis & doctor ecclę,
Pastorq; gregis conseruator ouium
Arcet luporū truculētā rabiē.
Gloria Deo p immēsa secula,
Sit tibi nate dec⁹, & imperiū,
Honor, potestas, sāctoq; spūi:
Sit trinitati salus indiuidua
Per infinita sclorū scla. Amē.

℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petrā ędificabo Ecclesiā meam. Ad Magnificat. Ana. Tu es pastor ouium, princeps Apostolorum: tibi traditę sunt claues regni cęlorum. Oratio.

Deus, qui beatum Petrū apostolum a vinculis absolutū illęsum abire fecisti, nostrorū, qs, absolue vincula peccatorū: & omnia mala a nobis propitiatus exclude. Per dñm. Deinde fit commemoratio sancti Pauli, vt supra i Cathedra Romana. Sancte Paule. 366 Postea Sanctorum martyruz Machabeor. Aña. Istorū. 509. ℣. Letamini. 509. Oratio.

Aeterna nos dñe martyrū tuorum corona lętificet: quę & fidei nostrę prębeat incrementa virtutum, & multiplici nos suffragio consoletur. Per dominuz. Ad Matu. Inui. Regē apłoruz dñz, Venite adoremus. ps. Venite. Hym. Quod cunq; vinclis. vt su. in Cath: Rom. 366. Añę, psal. & ℣. noct. dñr de cōi Apłorum. 493. De Actibus Apostolorum. L. j.

c. 12. Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de eccla. Occidit autē Jacobum

bū fratrē Johānis gladio. Videns aūt quia placeret Judeis apposuit vt apprehēderet & Petrum. Erant autē dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerē: tradēs qua tuor quaternionibus militū custodiendū, volens post Pascha producere eū populo. Et Petrus quidē seruabat in carcere: orō aūt fiebat sine intermissione ab ecclia ad Deū p eo. ℟. Simon Petre. 409. Gratia dñi p ordinem vt in festo sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Lectio ij.

Cum autem producturus eum esset Herodes, i ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus dñi astitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris: percussoqꝫ latere Petri, excitauit eum dicēs: Surge velociter. Et ceciderunt catenę d manibus eius. Dixit autem angelus ad eū, Precingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi vestimentum tuū, & sequere me. ℟. Si diligis. 409. Lec. iij.

Et exiens sequebatur eū, & nesciebat qa verū ē qđ fiebat per angelū: existimabat autem se visū videre. Trāseuntes autem primam, & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quę ducit ad ciuitatē, quę vltro aperta est eis. Et exeūtes, processerunt vicum vnū, & cōtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio vere, quia misit dñs angelum suū, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judeorum. ℟. Tu es Petrus. 409. Lec. iiij.

Theodosio Imperatore, cū Eudoxia eius vxor Jerosolymam soluēdi voti causa venisset: ibi multis est affecta muneribus, prę ceteris insigne donum accepit ferreę catenę auro, gemmisqꝫ ornatę, quam illā esse affirmabāt qua Petrus apostolus ab Herode vinctus fuerat: Eudoxia, catenam pie venerata, eam postea Romam pontifici maximo detulit. Qui vicissim illi monstrauit alteram catenam, qua Nerone Imperatore idem apostolus constrictus fuerat. ℟. Domine si tu es. 409. Lectio quinta.

Cum igitur Pōtifex Romanam catenam cū ea, quę Jerosolymis allata fuerat, contulisset: factum est, vt illę inter se sic connecterētur, vt non due, sed vna catena ab eodē artifice confecta esse videretur. Quo miraculo tantus honor sacris illis vinculis haberi cępit, vt propterea hoc nomine sācti Petri ad vincula Ecclesia dedicata sit in Exquilys, eiusqꝫ memorię dies festus institut Calendis Augusti. ℟. Surge Petre. folio 410. Lectio sexta.

Quo

Quo ex tpe honos, qui eo die Augusto Cesari tribui solitus erat, Petri vinculis haberi cepit, Que tacta, egros sanabant, et demones eyciebant. Quo in genere, anno salutis humane nongentesimo, accidit, vt quidam Comes, Othonis Imperatoris familiaris, occupatus ab immundo spiritu, se ipsum dentibus dilaniaret. Quare is iussu Imperatoris ad Johannem Pontificem ducitur: qui vt sacra catena Comitis collum attigit, erumpens nefarius spiritus, hominem liberum reliquit, ac deinceps in vrbe sanctorum vinculorum religio propagata est. R. Tu es pastor. 410. In iij. noct. ur. Dom. in euangelium. Venit Jesus i partes Cesaree. 410. vt i natal. Aplor. Petri et Pau. Pro Sanctis Machabeis, nisi hoc festum veniat in Dnica.

Ser. S. Gregorij Nazianzeni. L. ix.

Quidnam Machabei? Horum enim dies festus presenti frequentia celebrat. Qui etsi apud multos non sunt i honore, quod illud certame post Christu no susceperunt: tamen digni sunt qui ab omnibus honorentur, qa pro patrijs legibus et institutis, fortes constantesqz se prebuerut. Nam qui ante Christi passionem subiere martyriu, quid post Christum in persecutione, eiusqz p nobis obite mortis imitatione facturi fuissent: Quorum enim nullo proposito exeplo, talis tataqz virtus fuit, an no y exeplum illud intuetes fortius in certame descedisset? Quinetiaz mystica queda, et occulta ratio mihi quide atqz omnibus Dei amatorib[9] valde probabilis est, neminez eorum, qui ante Christi Aduentum martyrio consummati sunt, id sine fide in Chrm, consequi potuisse. Ad Laudes, et per Horas. Ana.

Herodes rex apposuit vt apprehenderet et Petrum: que cu apprehedisset, misit i carcerem, voles post Pascha pducere eum populo. ps. Dns reg. fo. 8. cu rel. Ana. Petrus quide seruabat in carcere, oratio aut fiebat sine itermissione ab ecclesia ad Deu pro eo. Ana. Dixit angelus ad Petrum: circunda tibi vestimentum tuuz, et sequere me. Ana. Misit dominus angelum suum: et liberauit me de manu Herodis, halleluiah. Ana. Tu es Petrus, et sup hac petra edificabo ecclesiam mea. Cap. Misit Herodes rex. Hy[9]. Jam bone pastor. 367. vt in Cathedra Romana. V. Tu es Petrus. R. Et super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

Ad Bns. Ana. Quodcunqz ligaueris super terram, erit ligatum et in celis: et quodcunqz solueris super terram, erit solutu et in celis, dicit dominus Simoni Petro.

Et fit comemor. S. Pauli. 366. et SS. Machabeorum marty.

Ad iij. Cap. Visit herodes
¶ Ad vj. ꝛ ix. Capitula dicunt-ur in Natali eiusdez. fol. 411.
R. bre. de cōi Apłoꝝ. fol. 497.
Ad Vesperas. Antiphona.
herodes rex apposuit. cū reliq. psal. de aplis. 497. Hy. Petrus beatus. 426. V. Tu es Petrus. vt in I. Vesper. Ad Mag. An.
Solue iubente Deo terrarum Petre catenas, Qui facis vt pateant cęlestia regna beatis.
Deinde pro sācto Samulo. 366.
¶ Postea fit cōmemoratio S. Stephani Papę ꝛ mart. Oro.

Die 2. D

Deus, qui nos beati Stephani martyris tui atqꝫ pontificis annua solēnitate lętificas, ꝛ cōcede propitius: vt cui' natalitia colimus, de eiusdem etiaz protectione gaudeamus. Per dominuz. Lectio secūda.

Stephan' Romanus pōtificatum gessit Valeriano ꝛ Gallieno Imperatorib'. Instituit vt sacerdotes, ꝛ diaconi nusquā sacris vestib', nisi i ecclesia vterent. Fuit vir doctrina ꝛ pietate singulari, multosqꝫ ad Christū cōuertit: in ijs Olympiū tribunū cū vxore Exuperia, ꝛ filio Theodoto, itē Nemesium tribunum cū tota familia, oculis Lucillę eius filię restitutis. Qui oēs Iesu Christi martyres fuerūt. Sed vehemētius iā ingrauescēte persecutiōe Imperatoꝝ, Stephanus cōuocato clero, ad martyrium suos hortabatur, in cryptisqꝫ martyrū assidue missas, ꝛ concilia celebrabat. L. iij

Qui cū aliquando raptus esset ab infidelibus ad tēplū Martis, vt ei sacrificaret, libere negauit se dęmonib' eū honorem velle tribuere: q vni deo deberet. Quib' in verbis Martis statua terręmotu cōcidit, templumqꝫ cōtremuit. Quare oibus aufugientib', q Stephanū tenebāt, Pōtifex ad suos reuertit in cęmeteriū Lucinę, quos diuinis pceptis instruēs, sacramēto corporis Christi cōmunicauit. ibiqꝫ dū missarū solēnia pficit, aduenictibus iterū Imperatoꝝ satellitib', ei i sua sede caput abscidit. Corp' cū eadē sede ꝯspersa martyris sāguine, a clericis sepultū est i cęmeterio Callisti, quarto Nonas Augusti. Vixit in pōtificatu annos septem, mēses quinqꝫ, dies duos. Habuit ordinōnes duas mēse Decēbri, qbus creauit episcopos tres, pbyteros sex, diaconos quinqꝫ. Tu autem dñe.
¶ In Inuentione S. Stephani protomartyris. semi duplex.

Die 3. E

Ad Vesperas. Antiphona.
Lapidauerūt. 89. vt in Laud. eius festi. ps. Dixit domin'. 52. cū rel. de Dñica, ꝛ loco vlt. dī ps. Laudate dñz omnes gē. 54.
Cap. Stephanus autē. fol. 90.
Hymn. Deus tuoꝝ militū. 501. de cōi vnius m. V. Gloria ꝛ honore

noꝛe. Ad Magnificat. Aña. Stephanus aũt plenus gratia ꝛ fortitudine faciebat signa magna in populo. Oratio.

DA, nobis, q̃ sum⁹ dñe imitari qđ colimus: vt discamus ꝛ inimicos diligere: qui eius Inuentionem celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Jesum Christum filium tuũ. Qui te.

Ad Matut. Inui. Hym. Aña, psal. ꝛ ℣. noc. de cõi vni⁹ m̃r. 50 I. Lectiões j. noc. de Act. aplo. vt in octa. festi. Dura ceruice. f. 01. cum ℟ys ibi signatis. Lc iiij.

SAnctorum corpora Stephani protomartyris, Gamalielis, Nicodemi, ꝛ Abibonis, q̃ diu in obscuro ac sordido loco iacuerant, Honorio Imperatore, Luciano presbytero diuinitus admonito, inuẽta sunt prope Jerosolymã. Cui Gamaliel cum in somnis apparuisset graui quadã ꝛ preclara senis specie, locum iacentium corporum commõstrauit, imperãs vt Johannem Jerosolymitanũ antistitẽ adiret, ageretq̃ cum eo, vt honestius illa corpora sepelirent. ℟. Lapidabãt. 89. Lc. v.

QUibus auditis Jerosolymorum antistes, finitimarum vrbiũ epis, presbyterisq̃ conuocatis, ad locũ pergit, fodi iubet, defossos quatuor loculos inuenit, vnde suauissimus odor efflabat. Cuius rei fama commota, magna hoium multitudo eo cõuenit: multiq̃ ex varijs morbis egroti ac debiles, sani ꝛ integri domũ redierũt. Sacra autem corpora, summa celebritate in sanctã Ecclesiã Siõ illata sũt. Et sub Theodosio iuniore corpus S. Stephani Cõstantinopolim, inde Romã Pelagio primo sũmo põtifice trãslatũ i agro Verano, i sepulcro sctĩ Laurẽtij martyris collocatũ est. ℟. Impetũ fecerũt. 89.

Ex libro Sancti Augustin. episcopi de ciuitate dei. Lectio vj.

AD aquas Tibilitanas episcopo afferẽte Proiecto reliquias gloriosissimi martyris Stephani ad eius memoriam veniebat magne multitudinis cõcursus ꝛ occursus. Ibi ceca mulier, vt ad episcopum portantem pignora sacra duceretur, orauit, flores quos ferebat dedit: recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus, qui aderant, preibat exultans, viam carpens, ꝛ vie ducem vlterius non requirẽs.

Memorati memoriam martyris, que posita est in castello Synicensi quod Hypponensi colonie vicinum est, eiusdem loci Lucillius episcopus, populo precedente atque sequente, portabat: fistula, cuius molestia iam diu laborauerat, ꝛ familiarissimi sui medici,

dici,q eã secaret,operiebat manus, illius pię sarcinę vectatione,vbi sãctã attigit reliquias, repẽte sanata est. ℞. Impy.89.

In iij.noct.Hom. in euãgelium.

Dicebat Jes⁹ turbis:Ecce ego mitto ad vos.89.vt in eius festo cũ suis ℣ys. Ad Laud. ⁊ p Horas oia vt in eius festo. fol.89.

Die 4 5

¶ S.Dominici ɔfess.dup.Oro.

Deus, q ecclesiam tuã beati Dñici cõfessoris tui illuminare dignatus es meritis,⁊ doctrinis: cõcede,vt eius intercessione tẽporalibus nõ destituatur auxiliis,⁊ spiritualibus semp pficiat incremẽtis. Per do. L.iiij.

Dominicus Calarogę in Hispania, ex nobili Gusmanorũ familia nat⁹,Palẽtię liberalibus disciplinis ⁊ theodogię operã dedit: quo in studio cũ plurimũ pfecisset,pri⁹ Oxomensis ecclesię canonicus regularis,deide ordinis fratrũ Prędicatorũ.auctor fuit Huius mater grauida sibi visa est i quiete ɔtinere in aluo catulũ ore pręferẽtẽ facẽ,qui editus in lucẽ,orbẽ terrarũ incẽderet. Quo somnio significabatur, fore vt splendore sanctitatis,ac doctrinę,gẽtes ad Christianam pietatem inflammarentur.Veritatẽ exitus cõprobauit,id enim ⁊ pręstitit per se, ⁊ per sui ordinis socios deinceps est consecutus. ℞.

Iste est qui ante.250. Lectõ. v.

Huius aũt ingeniũ,ac virtu⁹ maxime enituit i euertẽdis hęreticis, qui perniciosis erroribus Tolosates peruertere conabãtur. Quo in negocio septẽ consumpsit annos. Postea Romã venit ad Lateranense ɔciliũ cũ episcopo Tolosano, vt ordo,quẽ instituerat, ab Innocentio tertio ɔfirmaretur. Quę res dum in deliberatione versatur,Dominicus hortatu pontificis ad suos reuertitur, vt sibi regulam deligeret. Romam rediens ab Honorio tertio q proximus Innocentio successit,cõfirmationẽ ordinis Prędicatorũ impetrat. Romę autem duo istituit monasteria, alterũ virorum,mulierũ alterũ. Tres etiã mortuos ad vitã reuocauit multaq alia edidit miracula,qbus ordo pdicatorũ mirifice ppagari cępit. ℞. Amauit. 521. L.vj.

Verum cũ eius opa vbiq terrarũ monasteria iam ędificarentur,innumerabilesq homines religiosam, acpiã vitam instituerent, Bononię anno Christi ducẽtesimo vigesimo tertio supra millesimũ, in febrem incidit: ex qua cum se moriturũ intelligeret,ɔuocatis fratrib⁹, ⁊ alumnis suę disciplinę,eos ad innocentiã,⁊ integritatẽ,cohortatus est. Postremo charitatẽ, humilitatem, paupertatem,tãquam certum patrimoniũ eis testamẽto reliquit: fratribusq

orãtib⁹ in illis verbis, Subueni te sctī dei, occurrite angeli, ob dormiuit in dño Nomis Augusti: quē postea Gregorius nonus Pontifex retulit in sãctoꝝ numerũ. ℟. Iste homo perfe. 521. In iij. noct. hom. in euãg. Sint lumbi vestri pręcincti. fol. 521. de cõi confessoris no pontificis.

Die 5.

℄ S. Marię ad Niues. dupl.

Ad Vesperas Antiphona.

Dum esset rex. 540. cum reliq. Psal. Aucti de s. Maria Cap. Ab initio. 540. Hym. Aue maris. 540. ℣. Dignare me lauda re te virgo sacrata. ℟. Da mihi virtutē cõtra hostes tuos. Ad Mag. Añ. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fęmineo sexu: sentiant omnes tuũ iuuamē quicunque celebrant tuam sanctam festiuitatem. Oratio.

Concede nos famulos tuos, quęsumus dñe Deus, perpetua mētis ꝛ corpis sanitate gaudere, ꝛ gloriosa beatę Marię semp virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, ꝛ ęterna perfrui lętitia. Per dominum nostrum. Deinde fit cõm. s. Donci ꝯfesso. Ad Matutinũ. Inuitatorium. Sancta Maria Dei genetrix virgo, Intercede pro nobis. ps. Venite. Hymnus. Quē terra. Añę. ꝛ Psal. noc. vt ĩ Offõ paruo B. Marię 541. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua. ℟. Intende, pspere procede, ꝛ regna. De Parabolis Salomonis. l. j.

c. 8

Ego sapientia habito in cõsilio, ꝛ eruditis intersũ cogitationibus. Timor dñi odit malũ: arrogentiã, ꝛ superbiã, ꝛ viam prauam. ꝛ os bilingue detestor. Meum est consiliū ꝛ equitas: mea est prudētia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, ꝛ legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, ꝛ potētes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo: ꝛ q mane vigilauerint ad me, inuenient me. ℟. Sancta ꝛ immaculata. 543. vt in offo paruo s. Marię. L. ij.

Mecũ sunt diuitię, ꝛ gloria, opes supbę, ꝛ iustitia. Melior est fructus meus auro ꝛ lapide ꝑcioso, ꝛ gemina mea argento electo. In vijs iustitię ambulo, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligētes me, ꝛ thesauros eorum replcã. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quicq̃ facere a principio: ab ęterno ordinata sum, ꝛ ex antiquis ante quam terra fieret. Nōdū erãt abyssi, ꝛ ego iam concepta erã. Necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole constiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. ℟. Congratulamini mihi oẽs q diliti

diligitis dominū: quia cū essem paruula, placui altissimo. Et de meis visceribus genui Deū, et hoiem. ℣. Beatā me dicent oēs generationes, quia ancillam humilē respexit De⁹: Et meis. Lectio tertia

Beatus homō, qui audit me, et q vigilat ad fores meas quotidie, et obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, et hauriet salutē a dño: qui aūt in me peccauerit, lędet animā suā. Oēs, qui me oderūt, diligūt mortē. Sapiētia ędificauit sibi domū: excidit columnas septem: immolauit victimas suas: miscuit vinum, et proposuit mēsam suā: misit ancillas suas, vt vocarēt ad arcē, et ad męnia ciuitatis: Siquis est paruulus, veniat ad me: et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, et bibite vinum, qđ miscui vobis. ℟. Beata es virgo. f. 543. Alia. Specie tua. ℣. Eructauit. cū re. 542. ℣. Adiuuabit eam. Lectio. iiij.

Liberio sūmo Pontifice, Johānes Patricius Roman⁹, et vxor pari nobilitate, cū liberos nō suscepissēt, quos bonorū hędes relinquerēt, suā hęreditatē sanctissimę virgini dei matri vouerunt, ab ea sūmis precibus assidue petentes, vt in qđ piū opus eā pecuniaȝ potissimum erogari vellet, aliquo modo significaret. Quorū preces, et vota ex animo facta, beata vgo Maria benigne audiēs, miraculo cōprobauit. ℟. Sicut cedr⁹ exaltata suȝ in Libano, et sicut cypressus in monte Sion, quasi myrrha electa, Dedi suauitatē odoris. ℣. Et sicut cinnamomū, et balsamū aromatizās. Dedi. Lectio. quinta.

Nonis igit Augusti, quo tēpore i vrbe maximi calores esse solēt, noctu nix partē collis Exquilini cōtexit. Qua nocte Dei mater separatim Johannem et cōiugē in somnis admonuit, vt quē locū niue cōspersuȝ viderēt in eo ecclesiā ędificarēt, quę Marię virginis nomine dedicaret, sic enim ita velle ab ipsis heredes instituit. Quod Johānes ad Liberium pōtificē detulit, qui idem per somniū sibi ptigisse affirmauit. ℟. Que est ista quę processit sicut sol, et formosa tanquā Jerusalē: Viderunt eam filię Sion, et beatā dixerunt, et reginę laudauerunt eaȝ. ℣. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, et lilia conuallium. Viderunt. Lectio sexta.

Clare solenni sacerdotuȝ et populi supplicatione ad collē venit niue coopertū, et in eo locū ecclesię designauit, q Johānis, et vxoris pecunia extructa ē: postea a Syxto tertio restituta, varijs nominibus primū est appellata, basilica Liberij, Sancta Maria ad pręsepe: sed

sed cum multę iam essent in urbe Ecclesię sub nomine sanctę Marię virginis: ut quę basilica novitate miraculi ac dignitate cęteris eiusdem nominis basilicis praestaret, vocabuli etiam excellentia significaretur, Ecclesia sanctę Marię maioris dicta est, cuius dedicationis memoria, ex nive quę hodierno die mirabiliter cecidit, anniversaria celebritate colitur. ℟. Ornatam monilibus filiam Jerusalem dominus concupivit. Et videntes eam filię Sion beatissimam prędicaverunt, dicentes. Unguentum effusum nomen tuum. ℣. Astitit regina a dextris tuis, in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et. Gloria. Et. Aña. Gaude Maria. ps. Cantate. cum rel. 54. ℣. Elegit eam Deus.

Lco. s. euāg. fm Lucam. L. vij.

f. ii. In illo tempore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit. Et reliq.

Hom. venerabilis Bedę pbr.

Magnę devotionis et fidei hęc mulier ostenditur, quę Scribis, et Phariseis dominum tentantibus, simul et blasphemantibus, tanta eius incarnationem prę omnibus sinceritate cognoscit, tanta fiducia confitetur, ut et presentium procerum calumniam: et futurorum confundat hereticorum perfidiam. Si enim caro verbi Dei secundum carnem nascentis a carne virginis matris pro nunciaretur extranea: sine causa venter qui eum portasset et ubera quę lactassent beatificarentur. ℟. Felix namque es. 544.

vt in offo paruo s. Marię. f. viij.

Qua enim consequentia eius lacte credatur nutritus, cuius semine negatur esse conceptus, cum ex unius eiusdemque fontis origine, secundum physicos, uterque liquor emanare probetur: Nisi forte putanda est virgo sementinam suę carnis materiam nutriendo in carne dei filio suggerere potuisse, incarnando autem quasi maiori et inusitato miraculo minime potuisse. Sed huic opinioni obstat apostolus dicens: Quia misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. ℟. Beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi dominus magna, qui potens est, et sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. L. ix.

Neque enim audiendi sunt qui legendum putant, natum ex muliere, factum sub lege sed factum ex muliere: quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliunde, sed materna traxit ex carne: aliogn nec vere filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine. Et nos igitur his contra Eutychen dictis extollamus vocem cum Ecclesia catholica, cuius hęc mulier typum gessit:

gessit: extollamus et mentem de medio turbatu(m), dicamusque Salvatori: Beatus venter qui te portavit, et ubera que suxisti. Vere enim beata parens, que sicut quidam ait, Enixa est puerpera regem. Qui celum terramque regit per secula.

Ad Laudes, et per Horas. Añs. Dũ eẽt rex. 540. cum rel. Cap. Ab initio. 540. Hym O glorio sa vo. 244. ℣. Diffusa est gra. Ad Bñs. Añ. Beata es Maria que credidisti: perficient in te, que dicta sunt tibi a dño, hal. Ad iij. Cap Ab initio. fol. 540. ℟. br. e. dñr de cõi virg fo. 526. Ad vj. Cap. Et sic in Siõ. 538. Ad Nonã. Ca. In plateis. 538.

¶ In festo Trãsfigurationis domini nostri Jesu Christi. dupl. In primis Vesperis. Antipho. Assũpsit Jesus. 432. cũ rel. de Laud. ps. Dixit dñs. fol. 52. cũ rel. de dñica. loco ult. ps. Laudate dñm oẽs gentes. 54. Cap.

Philip. 3.



Salvatorẽ expectamus dñz nr̃uz Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostre, cõfiguratum corpori claritatis sue. Hymnus.

Quicũque Christum queritis, Oculos in altuz tollite: Illic licebit visere Signum perennis glorie.

Illustre quiddam cernimus Quod nesciat finem pati, Sublime, celsuz, interminuz, Antiquius celo et chao.

Hic ille rex est gentium Populique rex Judaici, Promissus Abrahe patri, Eiusque in evum semini.

Nunc, et prophetis testibus, Iisdemque signatoribus, Testatur, et pater iubet Ipsum audire, et credere.

Gloria tibi domine, Qui apparuisti hodie, Cum patre, et sancto spiritu, In sempiterna secula. Amen.

Sic terminatur Hym. per omnes horas. ℣. Gloriosus apparuisti in conspectu domini. ℟. Propterea decorẽ induit te dñs. Ad Magnificat. Antiphona. Christus Jesus splẽdor patris, et figura substantie eius, portãs omnia vbo virtutis sue, purgationẽ pctõrum faciens, in monte excelso gloriosus apparere hodie dignatus est. Oratio.

Deus, qui fidei sacramenta in unigeniti tui gloriosa Trãsfiguratione patruz testimonio roborasti, et adoptionẽ filiorũ perfectã voce delapsa in nube lucida mirabilr̃ presignasti: cõcede propitius, ut ipsius regis glorie nos coheredes efficias, et eiusdem glorie tribuas esse consortes. Per eundẽ dominum no.

Pro commemoratione sanctę Marię ad Niues. Antiphona. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillã humilẽ respexit Deus. ℣. Dignare me laudare te virgo sacrata. ℟. Da mihi vtutẽ cõtra hostes tuos. Oro. Cõcede. vt su. 429. Deinde fit cõm. ss. m. Syxti, Felicissimi, & Agapiti. Oro. Deus q nos cõce. 509. de cõi plu. m. Ad Mat. Inuit. Summũ regẽ glorię, Christuz adoremus. ps. Venite. Hym. Quicũqz. vt su: In j. noc. Aña. Paulominus ab Angelis minorat⁹, glia & honore coronat⁹ est, & cstitutus sup opera manuũ dei. ps. Dñe dñs noster. 3. Aña. Reuelauit dñs cõdensa, & in tẽplo eius oẽs dicẽt gliaz. ps. Afferte dño. 19. An. Speciosus forma prę filijs hominũ: diffusa est gra i labijs tuis. ps Eructauit. 27. ℣. Gloriosus apparuisti i cõspectu domini. ℟ Propterea decorem induit te dominus.

De epistola secunda beati Petri Apostoli. Lectio prima.

Fratres, magis satagite, vt per bona opera certaz vestrã vocationẽ & electionẽ faciatis: hęc enim facientes, non peccabitis aliquãdo. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in ęternũ regnum domini, & Saluatoris nri Jesu Christi. Propter quod incipiã vos semper commonere de his, & quidẽ scientes: & confirmatos vos in pręsenti veritate. Justuz autem arbitror, quandiu sum i hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione, certus quod velox est depositio tabernaculi mei, secũdum quod & dominus noster Jesus Christus significauit mihi. ℟. Surge illuminare Jerusalẽ: quia venit lumẽ tuũ: Et gloria domini super te orta est. ℣. Et ambulabunt gentes i lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Et. Lectio ij.

Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum: vt horum memoriam faciatis. Non eniz doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis domini nostri Jesu Christi virtutem, & pręsentiaz, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim a Deo patre honorem & gloriaz, voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. ℟. In splendẽti nube spiritus sanctus visus est: paterna vox audita est: Hic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui, ipsum audite. ℣. Apparuit nubes obumbrãs, & vox patris intonuit. Hic. Lec. iij

Et hanc voceз nos audiuimus de celo allatam, cũ essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmioreз propheticum sermoneз, cui benefacitis attendentes, quasi lucernę lu/

lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturae propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines. ℟. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, Ut filij Dei nominemur, et simus. ℣ Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ut. Gloria. Ut.

In ij. noct. Antiphona. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Ps. Notus in Judea. 37. Antiphona. Melior est dies una in atrijs tuis super millia. Ps. Quam dilecta tabernacula. 41. Antiphona. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Ps. Fundamenta. 42. ℣. Gloria et honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Sermo S. Leonis Papae. l. iiij.

Aperit dominus coram electis testibus gloriam suam, et communem illam cum ceteris corporis formam tanto splendore clarificat, ut et facies eius solis fulgori similis, et vestitus candori niuium esset equalis. In qua transfiguratione, illud quidem principaliter agebatur, ut de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur: nec conturbaret eorum fidem voluntarie humilitas passionis, quibus reuelata esset absconditae excellentia dignitatis. Sed non minore prudentia spes Ecclesiae sanctae fundabatur: ut totum Christi corpus agnosceret, quali esset commutatione donandum, ut eius sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite praefulsisset. ℟. Inebriati sunt ab vbertate domus tue: Et torrente voluptatis tue potasti eos. ℣ Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Et. Lectio v.

Confirmandis vero apostolis, et ad omnem scientiam prouehendis, alia quoque in illo miraculo accessit instructio. Moyses enim et Elias, lex scilicet, et prophete apparuerunt cum domino loquentes: ut verissime in illa quinque virorum presentia compleretur quod dictum est: In duobus, vel tribus testibus stat omne verbum. Quid est stabilius, quid firmius verbo: in cuius predicatione veteris et noui testamenti concinit tuba, et cum euangelica doctrina antiquarum protestationum instrumenta concurrunt: adstipulantur enim sibi inuicem vtriusque federis pagine, et quem sub velamine mysteriorum precedentia promiserant signa, manifestum atque perspicuum presentis glorie splendor ostendit. ℟. Preceptor, bonum est nos hic esse, Faciamus hic tria tabernacula,

nacula, tibi vnū, Moysi vnū, & Elię vnū. ℣. Non enim sciebat quid diceret. Faciamus. L. vi.

Is ergo sacramētorū reuelationibus Petrus apostolus incitatus, mundana spernēs, & terrena fastidiēs, in ęternorū desideriū, quodā mētis rapiebatur excessu: & gaudio totius visionis impletus, ibi cū Jesu optabat habitare, vbi manifesta eius gloria lętabatur. Unde & ait: Domine, bonū est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, Moysi vnū, & Elię vnū. Sed huic suggestioni dñs non respondit, significans, non quidem improbum, sed inordinatum esse quod cuperet: cum saluari mundus, nisi Christi morte, non posset: & exemplo dñi in hoc laudaretur credētiū fides: vt, licet nō oporteret de beatitudinis promissionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tētationes huius vitę prius nobis tolerantiā postulandā esse, quā gloriā. ℟. Ministratio mortis literis deformata, in lapidib⁹ fuit in gloria, ita vt nō possent intēdere filij Israel in faciē Moysi, pp gloriā vultus eius, quę euacuat: Multo magis ministratio spirit⁹, quę manet, erit i gl'ia. ℣. Amplioris enī glorię Christ⁹ prę Moyse dignus est habitus, quāto ampliorē honorē hēt domo qui fabricauit eā. Multo. G. Mul.

In tertio noctur. Antiphona. Thabor & Hermon in nomine tuo exultabūt, tuū brachiū cū potētia. ps. Misericordias domini. 42. Aña. Lux orta est iusto, & rectis corde lętitia. ps. Dominus regnauit, exul. 44. Aña. Confessionem & decorē induit, amictus lumine sicut vestimento. ps. Benedic. y. 47. ℣. Magna ē gloria ei⁹ in salutari tuo. ℟. Gloriā & magnum decorem impones super eum.

Lcō s. euāg. sc̄d Matthęū. c. xvij.

In illo tēpore: Assumpsit Jesus Petrū, & Jacobū, & Johānē fratrē ei⁹, & duxit eos in mōtē excelsum seorsum, & trāsfigurat⁹ ē ante eos. Et reliqua.

Homi. s. Johānis Chrysostomi.

Quoniā multa de periculis, multa de passione suā, multa de morte, & de cęde discipulorū locutus est dominus: & aspera cōplura, atq; ardua eis iniunxit: quę omnia, cū presentem vitam sequerentur, imminere iam atque incumbere videbantur: bona vero, quę pollicebatur, longiore spe erāt expectanda: vt puta quia seruarent animam suam, si perderent eam: quia in gloria patris sui venturus sit, & pręmia redditurus: vt visu etiam certiores faceret quantū capere possint gloriā suam, cū qua venturus est, in presenti vita ipsis ostendere, & iam visuros pollicetur, ne aut lug, aut dñi mor

tem

te dolcant, et maxime Petrus. R. Vocauit nos Deus vocatione sua sancta, secundū gratiam suā q̄ manifestata est nunc, Per illuminationē Saluatoris nr̄i Jesu Christi. V. Qui destruxit mortē, illuminauit autem vitā, in corruptionem. Per. Le. viij.

Et vide, quid agit cū de regno, et de gehēna disseruerit. Quādo enim dixit, Qui inuenit animam suam perdet eam: et quicunq; perdet eā gratia mei, inueniet ipsam, et quia vnicuique secunduз opera sua reddet: et regnū et gehennaз designauit. Cum igitur de vtrisq; disseruerit, et regnū quidem vt oculis ceruatur concedit, gehēnam autem minime: quoniā rudioribus atque ineptioribus illud necessarium erat: probis vero, et iā pspicacibus, satis fuit a melioribus confirmari. R. Deus qui fecit de tenebris lumen splendescere, illuxit in cordibus nostris, Ad illuminationē scientie claritatis Dei in facie Jesu Christi. V. Exortū est i tenebris lumē rectis corde, misericors, et miserator, et iust⁹. At.

Pro sactis martyribus Sexto, Felicissimo, et Agapito. Le. ix

Sixtus secūdus, Atheniēsis, ex philosopho Christi discipulus, in persecutiōe Decij apud Ualerianuз accusat⁹, quod publice Christuз predicaret, cōprehensus, trahitur in tēpluз Martis, proposita ei capitali pęna, nisi illi simulacro sacrificaret. Qua impietate constantissime recusata, cū ad martyrium duceretur, occurrenti sancto Laurentio, et dolenter in hunc modū interroganti, Quo pgrederis sine filio pater? quo sacerdos optime sine ministro properas? Respondit: Non ego te desero fili: maiora te manent pro Christi fide certamina, post triduum me sequeris, sacerdotē leuita: interea, siquid in thesauris habes, pauperibus distribue. Eodem igitur die vna cuз sex diaconis, Felicissimo, Agapito, Januario, Magno, Innocentio: Stephano, interfectus, in cęmeterio Calisti sepultus est octauo Idus Augusti, diaconi vero in cęmeterio Pretextati. Sedit annos duos, meses decē, dies viginti. Quo tempore habuit ordinationes duas mense Decembri, creatis presbyteris quatuor, diaconis septem, episcopis p diuersa loca duobus. Tu aūt. Te Deum.

Ad Laudes, et per Horas. Ant.

Assumpsit Jesus Petrū, et Jacobum et Johanneз fratrem eius, et duxit eos i mōtē excelsuз seorsuз, et trāsfiguratus est ante eos. Ps. Dn̄s reg. 8. cum rel. An. Resplenduit facies eius sicut sol, vestimēta autem ei⁹ facta sūt alba sicut nix, has. An. Et ecce apparuerunt eis Moyses et Elias loquentes cū Jesu. Ana. Respondēs autem

Petrus dixit ad Jesum, domi/ne bonū est nos hic esse. Ad huc eo loquente, ecce nubes lu/cida obūbrauit eos. Cap. Sal/uatorē expectamus. Hymnus.
Amor Jesu dulcissime,
Quādo cor nr̄m visitas,
Pellis mentis caliginem,
Et nos reples dulcedine.
Quam felix est quem satias
Consors paternę dexterę,
Tu vere lumen patrię
Quod omnē sensum superat.
Splendor paternę glorię,
Incomprehensa bonitas,
Amoris tui copiam
Da nobis per presentiam.
Gloria tibi domine
Qui apparuisti hodie,
Cum patre et sancto spiritu,
In sempiterna secula. Amen.
℣. Corona aurea sup caput ei⁹.
℟. Expressa signo sctitatis, glo/rię et honoris. Ad Bn̄dictus aña.
Et ecce vox de nube dicēs: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite, halleluiah. Ad tertiam hym.
Aña. Christe fili Dei viui Miserere nobis. Qui apparui sti hodie. Miserere. Aña in Cap. Saluatorē. 430. R̄. br. Glorio/sus apparuisti in conspectu do/mini, Halleluiah. hal. ℣. Pro/pterea decorem induit te domi nus. Halleluiah. Gloria, et ho nore coronasti eum domine, ha lelu. ℣. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, halleluiah.

Ad Sextam. Capitulum.

Nos oēs reuelata facie glo riam dn̄i speculātes in eā dem imaginem trāsformamur a claritate i claritatē, tāquā a dn̄i spū. R̄. br. Glīa et honore coronasti eū dn̄e, Halelu, halelu. ℣. Et cōstituisti eū sup opa ma nuū tuarū, Halelu. ℣. Magna est gloria ei⁹ in salutari tuo, ha leluiah. R̄. Gloriam et magnū decorē impones sup eū, halelu. ℣

2/ Cor. 3.

Ad Nonam. Capitulum.

Sustulit me in spiritu in montē magnū, et altū, et ostendit mihi ciuitatem sanctā Jerusalē descendentē de cęlo, a Deo habētē claritatē Dei, et lu cerna eius est agn⁹. R̄. br. Ma gna est gloria eius in salutari tuo, Halelu, hal. ℣. Gloriam et magnū decorem impones sup eum. Halelu. ℣. Corona aurea super caput eius, halelu. R̄. Ex pressa signo sanctitatis, glīę, et honoris, hal. In ij. Vesp. aña. Assumpsit Jesus. Ps. Dixit dom. 52. Confitebor tibi ps. Laudate dn̄m oēs gentes. f. 24. Cap. Saluatorē. In ij. Vesp. Capitulum. 430. Ad Magnif. aña. Et audien tes discipuli, ceciderūt in faciē suā, et timuerunt valde, et acces sit Jesus, et tetigit eos, dixitque eis: surgite et nolite timere, hal.
℣. Oratio. Dominus vobiscum. Ora.

apo. 21.

Deus tuorūm glīa sa/cerdotū, presta que/sumus: vt scti mar/tyris tui, et epi Do/nati,

nati, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per dominū nostrum. Lectio tertia.

DOnatus, parentibus propter Jesu Christi fidē iussu Juliani Imperatoris interfectis, Aretium in Etruriaz cū Hilariano monacho ex fuga se contulit, cuius etiam vrbis episcopus creatus est. Ubi cum a Quadratiano Augustali prefecto vterq; idola venerari iuberetur, negātibus illis se tam nefarium scelus cōmissuros, Hilarianus in oculis Quadratiani tādiu fustibus cęsus est, dū efflaret animam. Donatus vehemēter z ipse cruciatus, securi percussus est. Quorum corpora a Christianis prope eam vrbē honorifice sepulta sunt. Tu autez.

Die 8. E

SS. martyrū Cyriaci, Largi, z Smaragdi. semidu. Oro.

DEus, qui nos annua sctōz martyrū tuorū Cyriaci, Largi, z Smaragdi solennitate letificas: ɔcede propitius: vt quoz natalitia colim⁹: virtutē quoq; passiōis imitemur. Per do. L. iiij.

CYriacus diaconus cū Sisinio, Largo, z Smaragdo diutius inclusus in carcere: multa edidit miracula, in quib⁹ Artemiā Diocletiani filiā p̄cibus a demone liberauit: missusq; ad Saporem Persarum regem, Jobiā etiā eius filiam a nefario spū eripuit. Rege vero eius patre cū quadringentis ac triginta alijs baptizatis Romā redijt: vbi Maximiani Imperatoris iussu comprehensus, catenis vinctus, ante rhedā suā trahitur, z post dies quatuor e carcere educt⁹, pice liquata perfusus, z in catasta extensus, demū cum Largo, z Smaragdo, alijsque triginta securi percussus ē via Salaria ad Hortos Salustianos. Quorum corpora in eadem via septimo Calendas Aprilis sepulta a Johāne presbytero, post sexto Jdus Augustas Marcello Pontifice z Lucina nobili fęmina linteis velis inuoluta, z preciosis vnguentis condita, in ipsius Lucinę predium, via Ostiensi septimo ab vrbe lapide translata sunt. R. Santi tui domine. 510. Lectio v. z vj. Sermo S. Joannis Chrysost. Sermo est. fol. 513. de cō. pluri. martyrū. In tertio Nocturno. Lec. [illegible] Marc. [illegible]

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Eūtes in mundum vniuersum, predicate euangelium omni creaturę. Et reliq.

c. 16

Homilia sancti Gregorij Pape.

POst omnis creaturę nomine omnis natio gētium designari: ante eni; dictū fuerat. Jn viam gentium ne abieritis: nunc autem dicitur: Predicate omni creaturę, vt scilicet prius a Judęa apostolorū repulsa predica/

dicatio, tūc nobis in adiutoriū
fieret, cū hanc illa ad damna-
tionis suę testimonium superba
repulisset: sed cuȝ discipulos ad
prędicanduȝ veritas mittit: qd
aliud in mundo facit, nisi gra-
na seminis spargit, & pauca gra
na mittit in semine: vt multarū
messium fruges recipiat ex no-
stra fide? ℟. Propter testamen
tum. 412. Lectio octaua.

NEq; enim in vniuerso mū
do tāta fideliū messis exur
geret, si de manu domini super
rationalē terrā illa electa gra-
na prędicantium nō venissent.
Sequit: Qui crediderit & bapti
zatus fuerit, saluus erit: q vero
non crediderit, cōdemnabitur.
Fortasse vnusquisq; apud semet
ipsum dicat: Ego iam credidi,
saluus ero. Verū dicit si fidem
operibus teneat: vera enim fi-
des est, quę in hoc quod verbis
dicit, moribus non cōtradicit.
Hinc est eniȝ q de quibusdam
falsis fidelibus Paulus dicit:
Qui confitentur se nosse Deuȝ,
factis autem negant. ℟. San-
cti mei. 512. Lectio nona.

SIgna auteȝ eos q credi-
turi sūt: hęc sequentur. In
noīe meo dęmonia eiicient, lin-
guis loquentur nouis, serpētes
tollēt: & si mortiferū quid bibe
rint, nō eis nocebit: super ęgros
man' imponēt, & bene habebūt.
Nūquid nā fratres mei, qa ista
signa nō facitis, minime credi-
tis? Sed hęc necessaria in exor-
dio Ecclesię fuerunt. Ut enim
ad fidē cresceret multitudo cre
dentium, miraculis fuerat nu-
trienda. Quia & nos cum arbu-
sta plantamus, tandiu eis aquā
infundimus, quousque ea i ter-
ra iam coaluisse videamus: at
si semel radicem fixerint: irriga
tio cessabit: hinc est enim, quod
Paulus dicit: Linguę in signuȝ
sunt non fidelibus, sed infideli-
bus. Tu autem domine.

Cōme. S. Romani mar. Oro.
PRęsta qs ops deus vt q. 501.
de communi vnius martyris.

¶ In vigilia S. Laurentij mar
tyris. Homilia in euangelium.
Si quis vult venire. fol. 505. Die 9. D
de cōi vnius martyris. Oro.

ADesto dñe sup-
plicatiōib' nrīs
& intercessione
beati Laurētij
martyris tui,
cui' pūenim' fe
stiuitatē, ppetuā nobis miaȝ be
nignus impende. Per dominū.
Deinde fit cōm. S. Romani, m.

¶ In festo S. Laurētij m. dupl. Die 10. E
Ad Vesp. Aña. Laurēti' ingres-
sus est. cum rel. de Laud. ps.
Dixit dñs. 52. In fi. ps. Lauda-
te dñm oēs gentes. 54. Cap.

FRatres, Qui par
ce seminat, par-
ce & metet: & qui 2. Cor. 9.
seminat in bene-
dictionibus, de
benedictionibus
& metet. Hymn. Deus tuorū

militū.501. ℟. Gloria ꝛ honore coronasti eū dñe. ℣. Et ↄstitui sti eū super opera manuū tuarꝫ. Ad Magnificat. Antiphona.

Leuita Laurentius bonū opus operatus est, q per signū crucis cecos illuminauit, ꝛ thesauros ecclesie dedit pauperib⁹. Oro.

Da nobis, quesumus omnipotens De⁹, vitiorꝫ nrōꝝ flammas extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormētoꝝ suoꝝ incēdia superare. Per do. Ad Matutinum. Inuitatorium.

Beatus Laurētius Chri martyr triumphat coronatus in celis. Uenite adorem⁹ dñm. ps. Uenite. Hym. De⁹ tuorum militum.501. De co[mmuni] vni[us] mar[tyris]. In j.noc. Aña. Quo pgrederis sine filio pater? quo sacerdos sācte sine ministro properas? ps. Beatus vir.2. Aña. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos iam expendi, quos tradidisti mihi. ps. Quare fremuerunt.2. Aña. Nō ego te desero fili, neqꝫ d̄relinquo sed maiora tibi debentur pro Christi fide certamina. psalm⁹. Domine qd multiplica.2. ℣. Gloria ꝛ honore coronasti eum domine. ℟. Et constituisti eum super opera manuum tuarum. De libro Ecclesiastici. Lec. i.

eccl. c.51.

Confitebor tibi domine rex, ꝛ collaudabo te Deū Saluatorē meū. Confitebor nomini tuo, quoniā adiutor, ꝛ protector factus es mihi, ꝛ liberasti corpus meū a perditione, a laqueo lingue iniquę, ꝛ a labijs operātiū mendaciū, ꝛ in conspectu astantiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinem misericordię nominis tui, a rugientibus pręparatis ad escā de manibus querentiū aīaꝫ meā, ꝛ de portis tribulationuꝫ, quę circūdederūt me. A pressura flammę, quę circūdedit me: ꝛ in medio ignis non suꝫ ęstuatus. De altitudine ventris inferi, ꝛ a lingua cōquinata, ꝛ a verbo mēdacij, ꝛ a rege iniquo, ꝛ a lingua iniusta. ℟. Leuita Laurentius bonū op⁹ operatus est: qui p signū crucis cecos illuminauit: Et thesauros ecclesię dedit pauperibus. ℣. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Et. Lectio secunda.

Laudabit vsqꝫ ad morteꝫ anima mea dominum, ꝛ vita mea appropinquans erat i inferno deorsum. Circundederunt me vndiqꝫ, ꝛ nō erat q adiuuaret: respiciens erā ad adiutorium hominū, ꝛ nō erat. Memorat⁹ suꝫ misericordię tuę domine, ꝛ cooperationis tuę, q a seculo sunt: quoniā eruis sustinētes te domine, ꝛ liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terrā habitationem meam. ꝛ pro morte defluēte deprecat⁹ suꝫ. ℟. [Pa]ter me⁹ noli timere, quia

Die 20.A

quia ego tecum sū, dicit dñs, Si transieris per ignē flamma nō nocebit tibi, & odor ignis nō erit in te. ℣. Liberabo te de manu pessimorū, & eruam te de manu fortium. Si. Lectio tertia.

Inuocaui dominū patrē dñi mei, vt non derelinqt me i die tribulationis meę, & in tpe superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuū assidue, & collaudabo illud in confessione & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea cōfitebor, & laudem dicā tibi, & benedicā nomini domini. ℟. Strinxerunt corporis membra posita super craticulā, ministrantibus prunas insultat leuita Christi. Beate Laurēti martyr Christi intercede p nobis. ℣. Mea nox obscurum nō habet, sed oīa in luce clarescūt. Beate. Gloria Beate.

In secundo nocturno. Aña. Beatus Laurentius orabat dicēs: dñe Jesu Christe, Deus de Deo, miserere mihi seruo tuo. Ps. Cum inuo. sor. Aña. Dixit Romanus ad btm̄ Laurentiū: video ante te iuuenē pulcherrimū, festina me baptizare. Ps. Verba mea. sor. Aña. Beatus Laurentius dixit: mea nox obscurū non habet, sed omnia in luce clarescūt. Ps. Domine dominus noster. sor. ℣. Posuisti domine super caput eius. ℟. Coronam de lapide pretioso.

Sermo S. Leonis Papę. Lectio iiij.

Cum furor gentilium potestatum in electissima quęque Christi mēbra sęuiret, ac pcipue eos, qui ordinis erant sacerdotalis impeteret: i Leuitā Laurentium, qui non solum ministerio sacramentorum, sed ēt dispensatione Ecclesiasticę substantię eminebat, impius persecutor efferbuit, duplicem sibi pdam de vnius viri comprehensione promittens, quem si fecisset sacrę pecunię traditorem, faceret etiam verę religionis exortem. Armatur itaq; gemina face homo pecunię cupidus, & veritatis inimicus: auaritia, vt rapiat aurum: impietate, vt auferat Christum. postulat sibi ab immaculato sacrarij pręsule opes ecclesiasticas, quibus auidissimus inhiabat, inferri. Cui Leuita castissimus vbi eas repositas haberet ostendens: numerosissimos sanctorum pauperū obtulit greges, in quorum victu, atq; vestitu inamissibiles prodiderat facultates: quę tanto integrius erant saluę, quanto sanctius probabantur expensę. ℟. Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueueras. ℣. Quid ergo in me displicuit paternitati tuę? nunquid degenerē me probasti? experire, vtrum idoneum ministrum elegeris, cui com

cómisisti dominici sanguinis di spensationé. Tu nunquã. ℟. v.

Fremit ergo predo frustra tus, et in odiũ religionis, que talem diuitiarũ vsum in stituisset, ardescens, direptio nem thesauri potioris aggredi tur, apud quem nullam dena riorũ substãtiam reperisset, vt illud depositũ quo sacratius e rat diues, auferret. Renũciare Christo Laurentiũ iubet, et soli dissimam illam Leuitici animi fortitudinem diris parat vrge re supliciis. Quorum vbi prima nil obtinent, vehementiora suc cedunt. Laceros artus, et mul ta verberum sectione cõscissos, subiecto precipit igne torreri, vt per cratem ferream que iam de feruore cõtinuo vim in se ha beret vrendi, conuersorum al terna mutatione membrorũ fie ret cruciatus vehementior, et pena ductior. ℟. Noli me de relinquere pater sancte: quia thesauros tuos iam expendi. Non ego te desero fili, neque de relinquo: sed maiora tibi de bentur pro fide Christi certami na. ℣. Nos quasi senes leuio ris pugne cursum recipimus: te autem quasi iuuenem manet gloriosior de tyranno trium phus: post triduum me seque ris sacerdotem leuita. Non ego te.

Lectio sexta.

Nihil obtines, nihil profi cis seua crudelitas. Sub tra itur tormentis tuis mate ria mortalis, et Laurentio in ce los abeunte, tu deficis flammis tuis. Superari charitas Chri sti flãma nõ potuit. segnior fuit ignis, qui foris vssit, quam qui intus accendit. Seuisti per secu tor in martyré, seuisti et auxisti palmã, dũ aggeras penã. Nam quid non ad victorie gloriam ingenium tuũ repperit, quando in honoré trãsierũt triumphi et instrumenta supplicii. Gaudea mus igitur dilectissimi gaudio spiritali, et felicissimo incliti vi ri fine gloriemur in dño, qui est mirabilis in sanctis suis, in qui bus nobis et presidium cõstituit, et exemplũ: atque ita per vniuer sum mundum clarificauit glo riam suam, vt a solis ortu vsque ad occasum, leuiticorum lumi num coruscante fulgore, quam clarificata est Jerosolyma Ste phano, tam illustris fieret Ro ma Laurétio. ℟. [illegible]catus Lau rentius clamauit, et dixit, Deũ meum colo, et illi soli seruio. Et ideo non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obscurum non ha bet, sed omnia in luce clarescũt Et ideo. Glo. Et. In iii. noct. Aña. Strinxerunt corporis mé bra posita super craticulam: su bycientibus prunas insultat le uita Christi. Aña. Domine quis habitabit. 4. Aña. Igne me exa minasti, et non est inuenta in me iniquitas. ps. Exaudi domi ne iusti. 5. Aña. [illegible] In terrogatus te dominum con

fessus

fessus sum, afflatus gratias ago. ℟. Domine in virtute. 7. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriã ꝛ magnũ decorem impones super eum.

Lcō. s. euãg. ſm Johannē. c. xij.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis. Amen amē dico vobis: Nisi granũ frumenti cadēs in terrã mortuũ fuerit, ipsum solũ manet. Et reliqua.

Homilia Sācti Augustini epi.

Ipse dominus Jesus erat granũ mortificãdũ ꝛ multiplicãdũ: Mortificãdũ in infidelitate Judeorum: multiplicãdum in fide populorũ. Jam vero exhortãs nos ad passionis sue sectanda vestigia, Qui amat, inquit, aiam suam, perdet eam. Quod duobus modis potest intelligi, Qui amat, perdet: idest, si amas perdes: si cupis vitã tenere cũ Christo, noli mortem timere pro Christo. Jtē alio modo: Qui amat animã suam perdet eã. Noli amare, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in eterna vita. ℟. In craticula te Deum non negaui. Et ad ignem applicatus te dominũ Jesum Christũ confessus sũ. ℣. Probasti dñe cor meũ, ꝛ visitasti nocte. Et. Lectio viij.

Hoc aũt quod posterius dixi, magis videtur habere euãgelicus sensus: Sequitur. n. Et qui odit animã suã in hoc mundo, in vitam eternam custodit eã. Ergo, quod supra dictũ est, qui amat (subintelligitur in hoc mundo) ipse vtiq; perdet: qui autē odit, (vtiq; in hoc mũdo) in vitã eternam ipse custodit eam. Magna ꝛ mira sententia, quemadmodũ sit hominis in animã suam amor vt pereat, odium ne pereat: Si male amaueris, tunc odisti: Si bene oderis tunc amasti. Felices, qui oderunt custodiendo: nec perdãt amando. ℟. O Hyppolyte, si credideris in dominum Jesum Christum. Et thesauros tibi ostendo, ꝛ vitam eternam promitto. ℣. Beatus Laurentius Hippolyto dixit, Si credideris in dominum Jesum Christum. Et. Glo. Et. Lectio. ix.

Sed vide, ne tibi subrepat, vt te ipsum velis interimere, sic intelligendo, q̄ debes in hoc mundo odisse animam tuã. Hinc enim quidam maligni atque peruersi homines, ꝛ in semetipsos crudeliores, ꝛ sceleratiores homicide, flammis se donant, a quis se prefocant, precipitio se collidunt, ꝛ pereunt. Hoc Christus nō docuit, immo etiam sibi precipitium diabolo suggerēti respondit, Vade satana, scriptum est enim, Non tentabis dñm Deũ tuũ. Petro autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deũ: Cũ esses iunior, cingebas te, ꝛ ambulabas quo volebas: cum autem senueris, alter cinget te, ꝛ ducet quo tu non vis. Ubi satis ex

tis expressit, non a seipso, sed ab alio debere occidi, qui vestigia sequitur Christi. Tu autē do. Ad Laudes, & p Horas. Aia.

Laurentius ingressus est martyr, & confessus é nomen dñi Jesu Christi. Dñs reg. 8. Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis cęcos illuminauit. Aia. Adhesit aia mea post te, q: caro mea igne cremata est pro te Deus meus. Aia. Misit dñs angelū suū, & liberauit me de medio ignis, & nō sū estuatus: Aia. Beatus Laurētius orabat dicēs, Gratias tibi ago domine, quia ianuas tuas ingredi merui. Cap. Fres, Qui parce. 434. Hym. Martyr Dei. 504. ℣. Dispersit ddit pauperibus. ℟. Justitia eius manet in seculum seculi.

Ad Bñd. Aia. In craticula te deū nō negaui: & ad ignē applicatus te Christū cōfessus sum: probasti cor meū, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.

Ad Tertiam. Capit. Fratres, Qui parce. 434. Glozia, & bo. 504. Posuisti.

Ad Sextam. Capitulum.

Unusquisq3 prout destinauit in corde suo, nō ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem diligit de⁹. ℟. bre. Posuisti domine. 505. ℣ Magna.

Ad Nonam. Capitulum.

Potens est aūt deus oēm grāz abundare facere in vobis: vt in omnibus semp oēm sufficientiā habētes, abūdetis ī oē opus bonū, sicut scriptū est: Dispersit dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculū secli. ℟. bre. Magna est gloria. 505. ℣. Justus vt. In ij. vesp. Aia. Laurētius ingressus. Aia. Dixit dñs. 52. Credidi. 54. Cap. Fres: Qui parce. 434. Hym. Deus tuor. 501. ℣. Leuita Laurēti⁹ bonū op⁹ operatus est. ℟. Qui p signū crucis cęcos illuminauit. Ad Mag. aia. Beatus Laurentius, dū in craticula superposit⁹ vrerer ad impyssimū tyrannū dixit: Assatus est iam, & versa, & manduca: nā facultates ecclesię, quas requiris, in cęlestes thesauros man⁹ pauperum deportauerunt.

¶ Octaua ... Tyburtij, & Susanne. Oratio.

Sanctorum martyrū tuorū Tyburtij, & Susanne nos dñe fouea continuata presidia: qa non desinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concesseris adiuuari. Per dominum nostrū.

SECVNDA DIE Infra octa. S. Laurentij.

Dñs 11. F

B Eatissimi Laurētij martyr

ris: cuius natalem hodie cele/
bram⁹ passionē nosse vos credo
⁊ quāta in persecutione persule
rit, dilectionē vestram scire pos
se non dubito: tanta.n. martyris
gloria extitit, vt passiōe sua mū
dū illuminauerit vniuersū. Il/
luminauit mundum plane Lau
rentius eo lumine, quo ipse ac/
census est: ⁊ flammis quas ipse
pertulit, omnium Christiano/
rum corda calefecit. ℟. Quo
progrederis. 435. Lectio v.

Quis nolit ad horam vri
Laurētij igne, vt ęternū
gehēnę nō patiat incēdiū? Bea
ti igit Laurentij exemplo, pro/
uocamur ad martyriū, ⁊ accen
dimur ad fidem, incalescim⁹ ad
deuotionē, ⁊ si persecutoris no/
bis flamma deest, fidei tamē flā
ma non deest. Non ardemus q/
dē corpore pro Christo, sed ar/
demus affectu. Non subijcit mi
hi persecutor ignem, sed subij/
cit mihi desiderium saluatoris.
℟. Noli me derelinquere. 435.

Ex homilia.

Esse aūt Saluatoris ignē
legimus in euangelio, di
cente eodem domino: Nescitis
quia veni ignem mittere in ter
ram? ⁊ quid volo nisi vt accēda
tur? Quo igne succensi illi duo
discipuli dixerunt: Nonne cor
nostrum ardens erat in nobis
dum loqueretur in via, ⁊ ape/
riret nobis scripturas? Hoc igi
tur igne beatus Laurentius ac
census, flammarum non sensit
incendium: ⁊ cum Christi ar/
det desiderio, persecutoris pę/
nam non sensit. ℟. Beat⁹ Lau
rentius clamauit. 435.

De Hom. s. Augu. epi. Lec. vij.

Cum ergo causę articul⁹
venerit, vt hęc conditio
pponatur, aut faciendum eē cō
tra Dei pręceptum, aut ex hac
vita emigrandum, horum duo/
rum homo si cogatur alterū eli
gere, comminante mortem per
secutore, ibi eligat Deo dilecto
emori, q̄ Deo offenso viuere: vbi
oderit in hoc mundo animam
suam, vt in vitam ęternam cu/
stodiat eam: Si quis mihi mi/
nistrat, me sequatur. Quid est,
me sequatur, nisi me imitetur?
Christus enim pro nobis passus
est, ait apostolus Petrus, relin/
quens nobis exemplum, vt se/
quamur vestigia eius. ℟. In
craticula. 436. Lec. viij.

Ecce qd̄ dictum est: si quis
mihi ministrat, me sequa
tur. Quo fructu? qua mercede?
quo pręmio? Et vbi sum inquit,
ego, illic ⁊ minister meus erit.
Gratis ametur, vt operis, quo
ministratur illi, precium sit esse
cum illo? vbi enim bene erit sine
illo? aut quando male esse pote/
rit cum illo? Audi euidentius:
Et si quis mihi ministrauerit,
honorificabit eum pater meus.
Quo munere, nisi vt sit cum filio
eius? Quod enim superius ait:
Vbi ego sū, illic ⁊ minister me⁹
erit: hoc intelligit exposuisse e/
dici

dicit: Honorificabit eum pater meus. Nã quẽ honorẽ maiorẽ accipere poterit adoptat⁹, quã vt sit vbi est vnic⁹, nõ ęqualis factus diuinitati, sed psociat' ęternitati? R. O Hyppolyte. 443.

¶ Pro sanctis martyribus Tyburtio: et Susanna. Lect. nona.

Tyburtius, Cromatij prefecti vrbis filius, sancti Sebastiani opera Christianus, cũ ob eã causaz ad Fabianum iudicem adductus esset, multaqz apud illum de Christi fide prędicaret, excandescens iudex pauimentũ candẽtibus carbonibus sterni iubet: mox, Tyburti, inqt vel dijs nostris sacrifices oportet, vel per istos carbones nudis pedibus tibi incedendũ est. At ille crucis signo se muniens: fidenterque ambulans in prunas, Disce, inquit, ex hoc solum esse Deum, quez Christiani colunt. Prunę enim mihi flores videntur. Quod cum magicis artibus tribueretur, extra vrbem ductus Tyburtius, ac via Lauicana tertio ab vrbe lapide securi percussus, ibi a Christianis sepelitur: Quo die Susanna virgo nobilissima, quod Maximi Diocletiani Imperatoris filij coniugiũ recusaret, vt quę virginitatẽ Deo vouerat: post multa tormentorum genera, quib⁹ varie tentatum est sanctum virginis propositum, domi suę iussu Impatoris gladio percussa ad duplex virginitatis et martyrũ pręmium migrauit in celuz.

In vesp. cõm. s. Clarę vir. Oro. Exaudi nos. 523. de cõi virg.

TERTIA DIE.

infra oct. S. Laurentij.

De sermone s. Augu. epi. L. iiij.

Legimus, Ananiam, Azariam, et Misaelem beatissimos pueros a rege in caminis ignis inclusos, in pęnarũ suarũ deambulasse flammis, et igneos globos pedibus conculcasse. Unde et beatus Laurentius non minori est gloria pręferendus: siquidem illi in penarum suarum flammis ambulabãt, hic et in ipso supplicij sui igne discubuit: illi vestigijs pedum conculcarunt incẽdia, iste laterum suorum diffusione extinxit. R. Quo progrederis. 435. Lectio quinta.

Uerũ ergo beatus Laurẽtius in dorsum supinus vertitur, et renes eius ignibus exurũtur, vt impleret psalmi pphetia, q̃ dicit ex persona sãcti Laurẽtij. Proba me dñe, et tẽta me, vre renes meos, et cor meũ. Hec inquit, renes meos: et cor meuz. Duplici se postulat igne aduri. Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantũ exurendos incendijs obtulisse: Cor autẽ nisi flãma Christi non vrit. R. Noli me. 435. Lect. vi.

Oremus igit fratres btm̃ Laurentiuz, qui dum de sua

sua persecutoris flāmas vicit, ostēdit nobis per ignē fidei gehēnę incendia superari, & amorē Christi diem Judicij non timere. Nos vero fratres dilectissimi, si ad ꝯsortiū sanctorū martyrū peruenire volumus, ꝗ imitatione martyrū cogitem⁹. Debent enim in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscere, vt pro nobis dignētur domino supplicare. ℟. Btūs Lau. 435.

De ho[...] s. Augustini epi. Lc. vij.

Quid sit ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si eniꝫ hoc putauerim⁹ esse Chrō ministrare ea ꝗ sunt corpori necessaria pręparare, aut cęnāti cibū coquere, vel apponere, vel poculū dare, potuꝫq; miscere, fecerūt hoc illi, qui potuerunt cū in corpore habere pręsenteꝫ, sicut Martha & Maria, quando & Lazarus vnus erat ex discūbentib⁹. Sed eo modo Christo etiā Judas perditus ministrauit. Naꝫ & loculos ipse habebat, & quanuis ex eis, quę mittebātur scelератissime furaretur, per illuꝫ tamen etiaꝫ necessaria parabant. ℟. In craticula. 436. Lc. viij.

Nullo modo igitur de huiusce modi ministris diceret dominus, Vbi suꝫ ego, illic & minister meus erit. Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eū pr̄ me⁹: quoniā Judaꝫ talia ministrantem reprobatū potius quaꝫ honoratuꝫ videmus. Vt quid ergo alibi quęrimus, quid sit ministrare Christo, & non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum enim dixit, Siquis mihi ministrat, me sequatur: hoc intelligi voluit, ac si diceret: Si quis me nō sequitur, non mihi ministrat. Ministrant ergo Jesu Christo q non sua quęrunt, sed quę Jesu Christi. ℟. O Hyppolyte. 436.

Pro S. Clara virgine. Lec. ix.

Clara nobilis virgo Assisij nata in Umbria, sctm̄ Franciscum ciuem suum imitata, facultatibus suis in pauperes erogatis, quemadmodū ille fratrū, sic ipsa sacrarum sororum collegium instituit: cū quibus in ecclesia sancti Damiani vixit admirabili santitate. Quę Saracenis Assisiū obsidentib⁹, & monasteriū, cui illa pręerat, inuadere conantibus, ęgra se ad portam oppidi afferri voluit: vnaq; vas in quo sanctissimum eucharistie sacramētū erat inclusum: ibique orauit in hunc modum. Ne tradas, domine, bestijs animas confitentes tibi, & custodi famulas tuas quas precioso sanguine redemisti. In cuius oratione ea vox audita est: Ego vos semper custodiaꝫ. Saraceni auteꝫ partim se fugę mādarunt: partim qui murū ascēderant, capti oculis, precipites ceciderūt. Ipsa vgo paulo post ieiunijs, orationibus, vigilijsq;

con/

confecta, cũ duos & quadragin
ta annos sũma cũ laude mona/
sterium gubernasset, multaque
edidisset miracula, pridie Idus
Augusti animã Deo reddidit,
Innocentio quarto sũmo Pon
tifice, q egrotãti vgini euchari/
stiã dedit, eã Alexander quartꝰ
inter sanctas virgines retulit.

¶ In vesp. cõme. SS. martyru Hippolyti, & Cassiani. Oratio.

DA, quesumus omnipotens Deus: vt beatorũ martyrum tuorum Hippolyti & Cassiani veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per domi.

Die 13. A

QVARTA DIE infra oct. S. Laurentii.

Ex libro officiorum sancti Ambrosii episcopi. Lectio quarta.

Non pretereamus sanctũ Laurentium, qui cum videret Syxtum episcopum suum ad martyriũ duci, flere cepit, non passionẽ illius, sed suã remãsionẽ: itaq; his verbis appellare cepit. Quo progrederis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu nunquam sacrificium sine ministro offerre consueueras. quid i me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe, vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortiũ sacramentorum: huic consortiũ tui sanguinis negas? R. Quo progrederis. 453. Lectio v.

A Quo cũ quererẽtur thesauri ecclesie, promisit se demonstraturum. Sequẽti die pauperes duxit. Interrogatus vbi essent thesauri, quos promiserat: ostendit pauperes dicẽs: Hi sunt thesauri ecclesie. Et vere thesauri, in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Denique apostolus ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in qbus se esse dixit? Sic enim scriptũ est: Esuriui, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me. Et ĩfra. Qđ vni horũ fecistis, mihi fecistis. R. Noli me derelinquere. 435. Lectio vi.

Nunquid dictũ est sancto Laurentio: Nõ debuisti erogare thesauros ecclesie, vasa sacramentorum vendere? In quos vsus vasa ecclesie sint dispartienda, vel qualiter, quibꝰ ex causis: tantum opus est, vt qs fide sincera & perspicaci munus hoc impleat. Sane, si in sua quis deriuat emolumenta, crimen est: sin vero pauperibus erogat, captiuum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, cur pauper viuit? Nemo potest queri, quia captiui redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei edifi/

edificatum est. Nemo pōt indignari, quia humandis fideliuz reliquijs spatia laxata sūt. Nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianoruz requies defunctorum est. In his tribus generib⁹ vasa ecclesię ēt initiata, cōfringere, conflare, vēdere licet. ℟. Beatus Laurētius: 435.

De Hom. S Augusti. epi. l. vij.

Minister est Christi vsque ad illud op⁹ magnę charitatis, quod est animā suā pro fratribus ponere: hoc est eniz et pro Christo ponere, quia et hoc propter sua mēbra dictur⁹ est: Cū pro istis fecistis, pro me fecistis. De tali quippe opere, etiaz se ministrum facere et appellare dignatus est, vbi ait: Sicut fili⁹ hominis non venit ministrari, sed ministrare, et animam suaz ponere pro multis. Hinc est ergo vnusquisque minister Christi, vnde est, et minister Christ⁹. Sic ministrantem Christo honorificabit pater eius honore illo magno, vt sit cuz filio eius, nec vnquam deficiat fęlicitas eius. ℟. In craticula. 436.

Lectio octaua.

Cuz ergo auditis, fratres, dominū dicētē: Ubi ego sum, illic et minister meus erit, nolite tantummodo bonos episcopos, et clericos cogitare, etiā vos p modulo vestro ministrate Christo, bene viuēdo, elemosynas faciendo, nomen doctrinamq; eius quibus potueritis predicando, et vnusquisq; etiam paterfamilias hoc noīe agnoscat paternū affectū suę familię se debere pro Christo, et pro vita ęterna suos oēs admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolētiā, exerceat disciplinā. Ita in domo sua ecclesiasticum, et quodammodo episcopale implebit oficium ministrās Christo, vt in eternum sit cū ipso. ℟. O hippolyte. 436.

Pro sanctis martyribus Hippolyto, et socijs. Lectio nona:

Hippolytus martyr a sancto Laurētio baptizat⁹, domi suę dū eucharistiaz sumeret cōprehēsus, et ad Imperatorē adductus, ab eo de suę religionis professione interrogat⁹, libere se Christianuz professus est. Quamobrem fustibus ceditur. Quibus in verberibus cuz eius fides constantior inueniretur, muneribus, et honorum promissis tentatur. Quę cuz oīa frustra dicerētur, Ualeriano iudici occidendus traditur: qui domum Hippolyti veniēs, vt eius facultates publicaret: totam familiam Christianā esse cognoscit: atque ijs a Christiana fide frustra deterritis: primum, plūbatis cęsa Hippolyti nutrice, quę cęteros confirmabat, reliquos extra portam Tyburtinam occidi iubet. Hippolytus indomitis equis raptatus, per loca carduis, et tribulis cōsita, lacerato corpore, spiritus Deo reddi-

reddidit, vnaq; cum reliquis a Iustino presbytero ad agrum Ueranum sepultus est. Eadem die ad forum Syllę crudelissimo supplicio affect' est Cassianus martyr, qui victis post terga manibus, puerorum, quos erudiebat, ferreis stilis configendus excarnificandusq; traditur. Quorum quāto erat infirmior vis, tanto eius pena martyrij grauior ac diuturnior, palmaque illustrior. Tu autem.

In vesp. com. s. Eusebij cōf. oro.

Deus qui nos beati Eusebij cōfessoris tui annua solēnitate lętificas: concede ꝓpitius: vt cuius natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Iesum Chrm.

QVINTA DIE.

infra octa. S. Laurentij.

¶ Fit d oct. cū ix. lec. de vigil.

Sermo s. Maximi epi. Le. iiij.

Sanctum est fratres, ac Deo placitū, vt natalem beati Laurentij pręcipua deuotione veneremur, cuius radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Christi coruscat ecclesia. Qui cum in se de gloriosissimi Patriarchę, diaconatus fungeretur officio, puritate innocentis vitę, fortissimeq; mortis triūpho, apostolico se consortio copulauit. Nec immerito eum apostolorū superarē pręedicamus, cuius & castitas animi leuiticum ministeriū dedit, & plenitudo fidei martyrij ꝯtulit dignitatē. ℟. Quo ꝓgrederis. 535. Lectio v.

Quē venerabilis Syxtus Romanę vrbis antistes cum impietatem sęuientis mundi per tormenta superaret, & regnis esset cęlestibus iam vicinus, videretq; eum paterna de morte tristissimū, ita illum spiritu pręscientię compellasse narratur: Noli fili męstus esse, post triduū me sequeris. Unde apparet, carissimi, beatum Laurētium non de sacerdotis sui victoria habuisse tristitiā, sed doluisse: quia non etiam ipse mundum cum suo pariter sacerdote vincebat. Noli, inquit, fili męstus esse, post triduū me sequeris: Hoc est: Noli tristis esse, velut apud seculum derelictus: nam, nec te fides vitaque tua tali morte priuabit. ℟. Noli me derelinquere. 435.

Lectio sexta.

Ergo vt cōperit ore sacerdotis & martyris, se quōque oimadis assumendum, congregatis inopū turbis, ecclesię sticū censum religiosa liberalitate diuisit. Quam profundum spiritalis viri, & quā cęleste cōsilium, vt egenis consuleret, & multitudine ꝯsumēre quę videbat, inueniri nō posset quod raperet persecutor: illā nimirum secutus sententiam. Dispersit, dedit

dedit pauperibus, iustitia eius manet in ęternum. ℟. Beatus Laurentius. folio 435.

Hom. s. Iohā. Chrysosto. L. vij.

Talem de resurrectione disputans rationē Paulus etiam attulit. Quam igitur habebunt excusationem qui resurrectioni nō crediunt? cum in seminibus, & in plantis quotidie hoc videamus, ac etiam in nostro genere. Primum enim corrumpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino autem, cum Deus aliquid facit, nulla opus ē ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit? hoc ad Christianos dico, qui se dicunt credere scripturis. ℟. In craticula. folio 436. Lectio octaua.

Ego autē & aliud dicam ex humanis rationibus. Alij malitiā, alij virtutem sectātur: sed malitię sectatorū multi feliciter in vltimā peruenerūt senectutem: virtutis autem contra. Quomodo ergo pro meritis vnusquisque accipiet? quā? Certe, inquiunt, sed corpora non resurgent? Nōne audiūt Paulum dicentem. Oportet autē corruptibile hoc induere incorruptionē? Neque aiam intelligit, quippe quę non corrumpitur, & resurrectio de mortuo dicitur. Cecidit autem corpus. ℟. O Hippolyte. 436.

Lec. s. euāg. sēm Lucam. Lc. ix.

In illo tpe: Loquente Iesu ad turbas, extollens vocem quędam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Beata ergo Maria qa fecit voluntatē patris, hoc in ea magnificauit dnūs, quia fecit voluntatem patris, nō quia caro genuit carnē, intēdat charitas vestra. Propterea cū dnūs in turba admirabilis videretur faciens signa & prodigia, & ostēdens qd lateret in carne, admirantē quędam animę dixerunt: Felix venter, qui te portauit. Et ille: Immo felices, qui audiunt verbum Dei, & custodiūt illud. Hoc est dicere: & mater mea, quā appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodit, nō quia in illa verbum caro factū est, sed quia custodit verbū dei, per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Tu autem domine miserere.

¶ In fine Laudum fit commemoratio vigilię: Antiph. & ośc. de feria, vt in Psalterio. Oro.

Deus, qui virginalem aulam beate Marię, in qua habitares, eligere dignatus es: da quęsumus: vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suę interesse festiuitati. Qui viuis, & regnas &c.

Deinde fit come. s. Eusebij. vel.

ASSVMPTIO B. Marię virg. dup. Di. 15. C

Ad Vesperas. Antiphona.

Assumpta est Maria, vt infra cum

e c l. 24.

c i r e l. de Laudibus. Psalmi de Sancta Maria. Capitulum.

In omnibus requiem quęsiui, et in hereditate domini morabor: tunc pręcepit et dixit mihi creator omnium, et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Hymnus. Aue maris stella. 540. ℣. Exaltata est sancta dei genitrix. ℟. Super choros angelorum ad cęlestia regna. Ad Magnif. Ant. Uirgo prudentissima, quo progrederis, quasi aurora valde rutilans? filia Sion: tota formosa et suauis es, pulchra vt Luna: electa vt Sol. Oratio.

Famulorum tuorum quęsumus domine, delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundem. [illegible] com. s. [illegible] [illegible] [illegible] Ad [illegible] Inuit.

Uenite adoremus regem regum, Cuius hodie ad ęthereum virgo mater assumpta est cęlum. Ps. Uenite. Hymn. Quem terra. 541. In i. noc. Ant. Exaltata est sancta Dei genitrix super choros angelorum ad cęlestia regna. [illegible] [illegible] [illegible] sunt in [illegible] [illegible]. 441. Ant. Paradisi portę per te nobis apertę sunt, que hodie gloriosa cum angelis triumphas. ℣. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. ℣. Exaltata est sancta Dei genitrix. ℟. Super choros angelorum ad cęlestia regna. Incipiunt [illegible] [illegible] ℞ i.

Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulę dilexerunt te. Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus, et letabimur in te, memores vberum tuorum super vinum. Recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filię Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. ℟. Uidi speciosam sicut columbam, ascendentem desuper riuos aquarum: cuius inęstimabilis odor erat nimis in vestimentis eius. Et sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, et lilia conuallium. ℣. Que est ista, que ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę et thuris? Et. [illegible]

Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Filii matris meę pugnauerunt contra me: posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodiui. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari

vagari incipias post greges sodalium tuorũ. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres egredere, et abi post vestigia gregũ tuorum, et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorũ. Equitatui meo i curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchre sũt gene tue sicut turturis, collũ tuum sicut monilia. ℟. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cypressus in monte Sion: quasi myrrha electa: Dedi suauitatem odoris. ℣. Et sicut cinnamomum, et balsamum aromatizans. Dedi suauitatem. Lectio tertia.

Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argẽto. Dũ esset rex i acubitu suo, nardus mea dedit odorem suũ. Fasciculus myrrhe dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabit. Botrus cypri dilectus meus mihi i vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es, amica mea: ecce tu pulchra es, oculi tui colũbarũ. Ecce tu pulcher es, dilecte mi, et decorus: lectulus nr̃ floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nr̃a cypressina. ℟. Que est ista, que processit sicut sol, et formosa tanq̃ Jerusalem? Viderunt eam filie Sion, et beatã dixerunt, et regine laudauerunt eã. ℣. Et sicut dies verni circundabãt eã flores rosarum, et lilia conualium. Viderunt. Gloria. Viderunt.

In iii. noc. aña. Specie tua. 445. Aña. Adiuuabit eã. Aña. Sicut letantium. 546. vt in offĩo par. b. Marie. ℣. Assumpta est Maria in celũ gaudẽt angeli: ℟. Laudãtes benedicũt dñm: Sermo S. Athanasii epi. Lectio iiii.

Hodie regina assistẽs a dextris filii vbiq; regnãtis, quasi in vestitu deurato, incorruptionis, et immortalitatis circumamicta varietate, sacris et solẽnibus vbis celebratur non quod secundum spiritum tãtum, quasi sine corpore et carne assistat: sed quod induta sit quãtum spectat ad sanctissimã eius carnẽ incorruptibilitate, et immortalitate. Circũamicta varietate rursus est, quãtum attinet ad ossa sanctissima, que eius carnẽ sufulciunt. Nã ex carne eius, et ex ossibus eius, veluti ex veteri Adamo nouus iste Adam, vt vicem eius expleret, costã sibi finxit nimirũ istam incarnationẽ, eãq; semel indutam perpetuo gestat. Ac proinde noua ista Eua matervite appellat circũamictaq; varietate pmãet, ad primitias vite imortalis oium viuẽtium. ℟. Ornatã monilibus filiã Jerusalẽ dñs concupiuit. Et vidẽtes eam filie Sion beatissimam predicauerunt dicẽtes: vnguẽtum effusum nomen tuum. ℣. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deurato, circundata varietate. Et videntes. Lec. v.

Beatam

Beatã te pdicant omnes angelorũ, et terrestrium hierarchie: que et in celis benediceris, et in terris beata predicaris: Bñdicta tu i mulierib⁹, et bñdictus fructus ventris tui. Huiuscemodi enĩ benedictiõibus celebratur prima acies q̃ ex Thronis, Cherubinis, et Seraphinis constat: Beata tu in mulieribus, et beatus vter⁹ tu⁹, qui portauit Deũ: et vbera, que ille adhuc infantul⁹ suxit. Secũda vero hierarchia, que i se Dominationes, Uirtutes, Potestatesq; cõplectitur, a subliori hierarchia ediscens, ad te respiciẽs clamat, Bñdicta tu in mulierib⁹, et bñdictus venter tuus, qui Deuz cõcepit: et mammille, que Deuz educauerunt puerũ factũ. ℟. Beatam me dicent omnes gñationes: Quia fecit mihi dominus magna, qui potens est, et sanctũ nomẽ ei⁹. ℣. Et misericordia ei⁹ a progenie in progenies timentibus eũ. Quia fecit. Lectio vi.

Iam tertia ex principib⁹, angelis, et archangelis acies, qbus mandatũ fuit a deo mittẽte, vt per vnũ Gabrielem archangelũ ederet splẽdidissimũ, et capacissimum hymnum in hec verba: Aue gratia plena dominus tecũ: Ab istis deinde nos hierarchie terrestres, exaltatiões Dei i gutture ferẽtes, sic q̄ didicimus, siue quod mutuo hec ṽba sũpserimus, exaltam⁹ te magna et canora voce dicentes: Aue grã plena, dominus tecũ, intercede beata, et dña et regina, et mr dei pro nobis: q̄ editus est ex te, incarnatus de⁹ noster est, quez decet gloria, et magnificentia, oĩsq; honor, et adoratio, et gratiarũ actio, cum patre inity experte, et cum sancto, bono, viuifico spiritu, et nũc et semper, et in secula seculorũ. Amen. ℟. Beata es Maria, que dñm portasti creatorẽ mũdi: Genuisti q te fecit, et i eternũ pmanes virgo. ℣. Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Genuisti. Gl. Genuisti.

In iij. nocturno. Antiphona. Gaude Maria. An. Dignare me. An. Post partũ ṽgo. 541. ℣. Maria ṽgo assumpta ẽ ad ethereũ thalamũ. ℟. In quo rex regũ stellato sedet solio.

Lectio sancti euang. sm Lucã. Lectio vij.

In illo tpe: Intrauit Jes⁹ in quoddã castellũ, et mulier quedã Martha noie excepit illuz in domuz suã. Et reliqua. Omelia sancti Augustini epi.

C. 10

Sanctuz euangelium cuz legeretur audiuimus a femina religiosa susceptũ dñz hospitio, eaq; Martha vocabatur: et cũ eẽt ipsa occupata i cura ministrãdi, soror eius Maria, sedebat ad pedes dñi, et audiebat ṽbuz eius. Laborabat illa, vacabat ista: illa erogabat, hec

hec implebatur. Veruntamen Martha laborãs multũ in illa occupatiõe, et negocio ministrã di, iterpellauit dñz, et de sorore sua questa est, quod eam labo rantẽ nõ adiuuaret. R. Diffu sa est gr͞a in labijs tuis: Pro pterea bñdixit te Deus in eter nũ. V. Myrrha, et gutta, et ca sia a vestimẽtis tuis, a gradibus eburneis, ex quibus te dlecta uerunt filię regum in honore tuo, Propterea. Lectio octa.

Dominus aũt pro Maria rñdit Marthę, et ipse ei factus est aduocatus, qui iu dex fuerat interpellatus: Mar tha, inquit, circa multas es oc cupata, qñ vnũz est necessariũ. Maria meliorem partem ele git, quę non auferetur ab ea. Audiuimus enĩz interpellatio nẽ interpellãtis, et sentẽtiam iu dicis, qua sententia interpellã ti respõdit, susceptaz defendit. Erat enĩz Maria intẽta dulce dini verbi Dei, intẽta erat Mar tha quomodo pasceret dñm, in tenta Maria quomodo pasce retur a domino. A Martha cõ uiuiũz domino parabatur, in huius cõuiuio Maria iam iu cundabatur. R. Beata es vir go Maria, Dei genitrix, quę credidisti domino, pfecta sunt i te, q̃ dicta sunt tibi: Ecce exal tata es sup choros angelorũz. Intercede pro nobis ad dñm Deũ nostrũz. V. Aue Maria gratia plena dominus tecum: Intercede. Gloria. Intercede. Lec. ix.

Uz ergo Maria suaui ter audiret verbũz dulcis simũ, et corde intẽtissimo pasce ret, iterpellato dño a sorore sua, quomodo putamus eã timuisse: ne diceret ei dñs, surge et adiu ua sororẽ tuã? mira enĩz suaui tate tenebatur, quia profecto maior est refectio mẽtis, quam vẽtris. Excusata est, sedet secu rior. Quomodo autem excusa ta est, attendamus, inspiciamus, perscrutemur quod possumus: Pascamur et nos.

Ad Laudes et per Horas. Añ.

Assumpta est Maria in celũ, gaudẽt angeli, lau dãtes benedicũt dñz. Ps. Dñs. reg. 8. cũ rel. Añ. Maria vir go assũpta est ad ethereũ tha lamũ: i quo rex regũ stellato se det solio. Añ. In odorẽ vnguẽ torũ tuorũ currimus, adolescẽ tulę dilexerũt te nimis. Añ. Be nedicta filia tu a dño, qa p te fructũ vitę cõmunicauimus. Añ. Pulchra es et decora filia Jerusalẽ, terribilis vt castrorũ acies ordinata. Cap. In oibus requiẽ. Hymn. O gloriosa dña. 544. V. Exaltata est scta Dei genitrix. R. Super choros an gelorũ ad celestia regna. Ad Benedictus Antiphona.

Quę est ista q̃ ascendit sicut au rora cõsurgẽs, pulchra vt Lu na, electa vt Sol, terribilis, vt

strorum acies ordinata? ... Ad Primam. ... Christe fili Dei viui, Miserere nobis. ℣. Qui nat⁹ es de Maria ỽgine: ℟. Miserere nobis.fol.12.

Ad tertiam. Capitulum.

In oib⁹re.440. ℟. Exaltata est, Scá dĩ genitrix. ℣. Sup choros angelorum ad celestia regna. Sctá. ℣. Assũpta est Maria in celũ. ℟. Laudá.

Ad Sextam. Capitulum.

Et sic in Siõ firmata sũ: & i ciuitate.538. ℟. Assũpta ẽ Maria i celũ: Gaudẽt angeli. ℣. Laudátes bñdicũt dñm ℣. Maria ỽgo. ℟. In quo.

Ad Nonam. Capitulum.

In plateis sicut cinnamomũ.538. ℟. Maria ỽgo assumpta est, Ad ethereũ thalamũ. ℣. In quo rex regũ stellato sedet solio. Ad Glo. Ad. ℣. Dignare me laudare te ỽgo sacrata. ℟. Da mihi ỽtutẽ ɔtra hostes tuos. In ij. Uesp. Aña. Assũpta est. cũ rel. Añis & psal. Cap. & ℣. vt sup. i primis vesp. Ad Mag. Aña. Hodie Maria ỽgo celos ascẽdit: gaudete: quia cũ Christo regnat in eternũ.

Die 16. D ca. 2. SECVNDA DIE infra octa. Assũp. B. Marie. De Canticis Canticorum. Lec. i.

Ego flos cãpi, & liliũ ɔualliũ. Sicut liliũ inter spinas, sic amica mea inter filias: sicut malus inter ligna syluarũ, sic dilect⁹ meus inter filios. Sub vmbra illius, quẽ desiderauerã, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit i me charitatem. Fulcite me florib⁹, stipate me malis, qa amore lãgueo. Leua ei⁹ sub capite meo, & dextera illi⁹ amplexabit me. Adiuro vos filię Ierl'm per capreas, ceruosq́ʒ camporũ ne suscitetis, neqʒ euigilare faciatis dilectam, quoadusqʒ ipsa velit. ℟. Uidi speciosam.440. Lec. ij.

Uox dilecti mei: Ecce iste venit saliẽs i mõtib⁹ trãsiliẽs colles. Similis ẽ dilectus me⁹ capreę, hinnuloq́ʒ cer uorũ: en ipse stat post parietem nrm respiciens per fenestras, ꝓspiciẽs per cancellos. En dilectus me⁹ loquitur mihi. Surge propera amica mea, formosa mea, & veni: Iam enĩ hyems transijt, imber abijt, & recessit. Flores apparuerunt i terra nostra, tẽpus putationis aduenit. Uox turturis audita est i terra nostra: ficus protulit grossos suos: Uineę florentes dederũt odorem suum. ℟. Sicut cedr⁹. fol.441. Lectio iij.

Surge ꝓpera amica mea speciosa mea, & vẽi. Colũba mea i foraminib⁹ petrę, i cauerna macerię, ostende mihi faciẽ tuã, sonet vox tua i aurib⁹ meis vox enim tua dulcis, & facies tua

tuā decora. Capite nobis vul/
pes paruulas, q̄ demoliunt vine
as: nā vinea nr̄a floruit: Dile/
ctus meus mihi, ⁊ ego illi, qui
pascitur inter lilia, donec aspi
ret dies, ⁊ inclinent vmbre. Re
uertere, similis esto, dilecte mi
capree, hinnuloq; ceruorum su
per montes Bethel. ℟. Que
est ista que processit. 441.

Ser. s. Ioh. Damasceni. Lec. iiij.

Hodie sacra ⁊ aiata ar/
ca Dei viuētis, q̄ suū in
vtero cōcepit creatorē, requie/
scit ĩ tēplo dn̄i, qd̄ nullis est ex/
cisū manib⁹: ⁊ Dauid exultat
ei⁹ parēs, ⁊ cū eo choros ducūt
angeli, celebrāt archāgeli, ⁊ v̄/
tutes glorificāt, ptātes colletā
tur, gaudēt dn̄ationes, Throni
festū diē agūt, laudant Cheru
bin, gl'iā ei⁹ p̄dicāt Seraphim.
Hodie Edē noui Adam para/
disuz suscipit aiatum, ĩ quo so/
luta est condemnatio, in quo
plantatū est lignuz vite, in quo
operta fuit nostra nuditas. ℣.
Ornatā monilibus. 441. Lec. v.

Hodie ẽgo immaculata,
q̄ nullis terrenis inqui/
nata est affectib⁹, sed celestibus
educata cogitationibus, nō in
terrā reuersa est: sed, cum esset
animatum celuz, in celestibus
tabernaculis collocat. Ex qua
enim oib⁹ vera vita manauit,
quomodo illa mortem gusta/
ret? Sed cedit legi late ab eo,
quez genuit: ⁊ vt filia veteris
Adaz veterem sententiam su/
bijt: (nam ⁊ eius filius, qui est
vita ipsa, eaz non recusauit) vt
autez Dei viuētis mater, ad il
luz ipsuz digne assumitur. ℟.
Beataz me dicent. 441. Lec. vj.

Eua, que serpētis sugge/
stioni assensuz p̄buit, par
tus dolore, ⁊ mortis sententia
dānatur, ⁊ in inferorū colloca/
tur penetralibus. Hanc autez
vere beataz, que Dei verbo au
res p̄stitit, ⁊ spūs sancti opera/
tione repleta est, ac per archā/
geli spiritalē salutationez, sine
voluptate ⁊ virili cōsortio, Dei
filiuz cōcepit, ⁊ sine dolore ali
quo peperit, ac totā se Deo cō
secrauit, quonā modo mors de
uoraret, quomodo inferi susci/
perent? quomodo corruptio in
uaderet corp⁹ illud. ĩ quo vita
suscepta est? Huic recta, plana
⁊ trita ad celū parata est via.
Si. n. vbi ego sum, illic, ⁊ mini
ster me⁹ erit, inquit vita, ⁊ ve/
ritas Christus: quomodo non
potius mr̄ cum ipso erit? ℟.
Beata es Maria. folio 441.

De homi. Aug. epi. Lec. viij.

Quid autez? putam⁹ nos
reprehensuz esse ministe
riuz Marthe, quam cura ho/
spitalitatis occupauerat, q̄ ip̄z
dn̄m hospicio receperat? Quo
modo recte reprehendebatur,
que tāto hospite letabat? Hoc
si verum est, dimittāt homines
quod ministrant egētibus: eli/

gant

gant sibi partē meliorem, quę non auferetur ab eis: vacēt verbi, inhient doctrinę dulcedini, occupentur circa sciētiā salutarē: nihil eis curę sit quis peregrinus i vico iaceat, qs egeat pane, qs indumēto, qs visitādus, quis redimendus, quis sepeliendus: vacēt opera misericordię, vni instet scientię. ℟. Diffusa est. 442. Lectio viij.

Si melior pars est cur nō omnes hoc faciūt, quando ipsuz dñm in hac causa patronuz habemus. Non enim timemus in hac re, ne offendamus eius iustitiaz, cum patronaz teneamus eius sententiaz. Et tamen ita non est, sed sicut dixit dominus ita est: quomodo intelligis nō est ita? est autē quomodo itelligere debeas: ecce aduerte. Circa multa es occupata, qñ vnuz est necessariū: Maria meliorem partem elegit. Nō tu mala, sed ista meliorē. Sed vnde meliorē? Quia tu circa multa, illa circa vnum: pponit vnū multis: Non enim a multis vnū, sed multa ab vno. ℟. Beata es vg. 442. Lec. ix.

Multa sunt quę facta sūt: vnus qui fecit cęlū et terram, mare, et omnia quę in eis sunt. Quam multa sunt? quis ista enumeret? Quis borū multitudinez cogitet? quis hęc fecit? Deus oia. Ecce bona valde. Bona valde quę fecit, quāto melior est iste qui fecit. Attēdamus igit occupationes nostras circa multa: necessariū ē ministeriū corpora refecturis: Quare hoc? qa esuritur, quia sititur, misericordia miseris necessaria est. Frāgis panē esuriēti, qa iuenisti esuriētē: tolle famē, cui frangis panē? tolle peregrinationē: cui exhibes hospitalitatē? tolle nuditatē, cui pstas vestē? nō sit egritudo, quē visitas? nō sit captiuitas, quē redimis? nō sit rixa, quē cōcordas? nō sit mors, quē sepelis? In illo sęculo futuro non erūt ista mala, ergo nec ista ministeria.

In Lau. fit cōm. d oc. s. Laurē.

IN OCTAVA S. Laurentij.

Die 17.

Ad vesp. oia dñr sicut in i. vesp. diei. fol. 434. pter oronē. Oro.

Excita dñe i ecclesia tua Spiñ cui beatus Laurēti⁹ leuita seruiuit: vt eodē nos repleti, studeam⁹ amare qd amauit, et ope exercere, qd docuit. Per dñm. in vnitate.

Deinde fit cōme. de oc. Assumptio. in vtrisq; vesp. et Laudib.

Lcōnes p[illegible] de libro Scripturarū eo t[illegible] occurrētis

In secundo nocturno.

Ex tractatu Sācti Augustini episcopi in Iohannē. et cō ini.

Certi sum⁹ fratres, q: oēs q sum⁹ i corpore dñi: et ma

manem⁹ i illo, vt ⁊ ipse maneat in nobis, i hoc seculo necesse habem⁹ vsq; in finẽ inter malos viuere: nõ inter illos dico malos q blasphemãt Chr̃m: rari enĩ iã iueniunt q lingua blasphemãt, sed multi q vita. Necesse est ergo vt inter illos vsq; in finẽ viuam⁹. Sed quid est quod ait, Qui manet in me, ⁊ ego in illo? Quid: nisi quod martyres audiebãt, Qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. ℟. Quo progrederis. 435. Lec. v.

Quomodo mãsit i illo sãctus Laurẽtius, cui⁹ hodie festũ diẽ celebramus? Mãsit vsq; ad tẽtationẽ, mansit vsq; ad tyrannicã interrogationẽ: mansit vsq; ad peremptionem: parũ est, vsq; ad immanẽ excruciationẽ mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est. In igne diu viuere permissus est, immo nõ diu viuere pmissus est, sed tarde mori cõpuls⁹ est. In illa ergo lenta morte, in illis tormẽtis, quę bene mãducauerat, ⁊ bene biberat, tãquã illa esca saginatus, ⁊ illo calice ebriatus tormenta non sensit. ℟. Noli me. 435. Lec. vi.

Iuerat aũt illi Syxtus martyr sanctus, cui⁹ diẽ qnto ab hinc retro die celebrauim⁹: Noli mœrere fili, (ęps enĩ erat ille, iste diacon⁹) Noli mœrere, ingt, sequeris me post triduũ. Triduũ aũt dixit: medium inter diẽ passionis sãcti Syxti, ⁊ diem hodiernam passionis sãcti Laurentii, triduum est mediũ. O cõsolatio: non ait: Noli mœrere fili, desinet persecutio, ⁊ saluus eris: sed noli mœrere: quo ego pcedo, tu sequeris: nec consecutio tua differtur: triduum mediũ erit, ⁊ mecum eris. Accepit oraculum, vicit diabolũ, peruenit ad triumphum. ℟. Btũs Laurẽtius martyr. 431.

In tertio nocturno.

Hom. s. Iohã. Chrysost. L. vii.

Dulcis pręsens vita est, ⁊ multę plena voluptatis, nõ tñ oib⁹, sed ei q terrenis reb⁹ affigit. Quod si quis cęlũ suspiceret: ⁊ quę illic bona sũt contemplaretur: statim hęc cõtẽneret tanq̃ nullius momenti. Naz ⁊ corporũ pulchritudo, quoad pulchrius nõ deprehẽdi tur, in admiratione habet: cuz vo meli⁹ apparuerit, illa prior despicitur. Quod si in illã pulchritudinem ẽt nos intueri voluerimus, ⁊ cęlestis regni spẽm cõsiderare, cõfestim nos huius seculi vinculis dissoluerimus. ℟. In craticula. 436. Lec. vii.

Vinculũ nãq; est terrenarũ rerũ affectio: a quo nos abducens Chrs, qd dicat attẽde. Qui amat aiaz suã, perdet eã. ⁊ q odit aiam suã i hoc mũdo, i vitã ęternã custodit eã. Simile ęnigmati hoc dictũ videtur, nõ tamẽ est, sed sapiẽtię ple-

plenuz. Et quomodo, qui amat animā suā perdat eam? Qui absurdis eius cupiditatib⁹ obtemperat, qui p̄ter debitū ei indulget: quemadmodū e contrario, qui odit eā in hoc mūdo custodit eā, hoc est, q nō paret ei cū aliqd perperā iubet:

℟. O Hippolyte. 436. Le. ix.

Et nō dixit, qui nō paret, sed qui odit. Queadmodum enim quos odio habem⁹, ne vocem quidem audire, nec vultuz eorum videre ęquo animo patimur: ita ⁊ anima, sigd p̄ter Dei volūtatē nobis imperat acriter reijciēda est. Cuj eniz iam de morte ad eos verba facturus eēt, de morte videlicet sua, ⁊ p̄uideret eorū tristitiam, ⁊ examinationem, per excessuz locutus est, inquiens. Quid dico, si mortē meam generose non feretis? nisi vos ipsi moriamini, nullum vos sequetur emolumentuz. Tu autem.

Die 18. F In vesp. cō. s. Agapiti m. Oro.

Laetetur Ecclesia tua de⁹ B. Agapiti martyris tui cōfisa suffragijs, atq; ei⁹ p̄cibus gloriosis ⁊ deuota p̄maneat, ⁊ secura cōsistat.

QVARTA DIE.

Die 18. F infra octa. Assum. B. Marie. De Canticis Canticorum. Le. i.

c. 4. Quam pulchra es amica mea, quā pulchra es. Oculi tui colūbarū, absq; eo qđ intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges, caprarū quę ascēderunt de monte Galaad. Dētes tui sicut greges tonsarum, quę ascenderūt de lauacro, oēs gemellis fętibus: ⁊ sterilis non est inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, ⁊ eloquiuz tuuz dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genę tuę, absq; eo qđ intrinsec⁹ latet. Sicut turris Dauid collū tuū, quę ędificata est cū p̄pugnaculis: mille clypei pēdēt ex ea, oīs armatura fortiū.

℟. Vidi speciosaz. 440. Le. ij.

Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non est in te. Veni de Libano spōsa mea veni de Libano, veni coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir ⁊ Hermō, d̄ cubilib⁹ leonū, d̄ mōtib⁹ pardoꝝ. Vulnerasti cor meuz soror mea sponsa, vulnerasti cor meum ī vno oculorū tuorū, ⁊ ī vno crine colli tui. Quā pulchrę sūt māmę tuę soror mea spōsa, pulchriora sunt vbera tua vino, ⁊ odor vnguētoꝝ tuoꝝ sup oīa aromata.

℟. Sicut Cedrus. 441. Le. iij.

Fauus distillās labia tua spōsa, mel ⁊ lac sub lingua tua, ⁊ odor vestimētoꝝ tuorū sicut odor turis. Hort⁹ cōclusus soror mea spōsa, hort⁹ cōclusus fons signatus. Emissiones tuę paradisus maloꝝ punicoꝝ cuz pomoꝝ fructib⁹. Cypri cū nardis

nardo, nardus, & crocus fistula & cinnamomũ cum vniuersis lignis Libani: myrrha, & aloe cũ oĩbus primis vnguentis. Fons hortorũ puteus aquarũ viuentium, quę fluunt impetu de Libano. ℟. Quę est ista. 441.

Ser. s. Ioha. Damasceni. l.iiii.

Iubilemus in arca domini Dei toto aĩo, & muri cadẽt Hiericõtini, cõtrariarũ, inquã potestatum infestę munitiones. Cũ Dauid exultemus spiritu. Arca enim domini hodie requieuit. Clamemus cum Gabriele, qui primũ locum obtinet inter angelos. Aue gratia plena, dominus tecũ. Aue gaudij pelagus inexhaustum. Aue vnicum molestiarum leuamẽ. Aue omnium cordis dolorum medicamentũ. Aue sancta virgo, per quam mors quidẽ fuit expulsa, vita autẽ introducta. ℟. Ornatam. 441. Lectio v.

Tu ergo, o sacrorũ sepulcrorũ sacratissimum, post dñi quidẽ sepulcrum, quod vitę dedit principium quod fuit fons resurrectionis: tecum enim loquar tanquã cum animato: Ubi nã est aurũ illud purũ, quod manus apostolorũ in te cõdiderunt? Ubi diuitię, quę cõsumi nequeunt? Ubi nouum volumen, in quo ineffabiliter Deus verbũ sine manu inscriptum fuit? Ubi abyssus gratię? Ubi pelagus curationũ? Ubi est desiderabile illud Deiparę virginis corpus? ℟. Beatam me dicent. 441. Lectio vi.

Quid quęritis i sepulcro eam, quę ad cęlestia trãslata est tabernacula? cur a me, custodię rationes exposcitis? Nõ possũ ego diuinis iussis resistere. Sacrosanctũ corpus mihi quoq; sanctitatẽ impertiuit quod me preciosissimi vnguenti fragrãtia repleuit, & diuinũ teplũ effecit, relictis sindonib⁹, abijt raptũ sublime comitantibus angelis, archãgelis, & oĩb⁹ cęlestib⁹ potẽtijs. Nunc me circũdãt angeli, nũc diuina i me habitat gratia. Ego euasi officina medicinę ęgrotantibus. Ego sum fons perẽnis curationũ: ego remediũ aduersus dęmones: ego ciuitas refugij omnib⁹ ad me cõfugientibus. ℟. Beata es Maria virgo. 441.

De homi. s. August. epi. l. vii.

Bene ergo Martha circa corporalẽ dñi, qd dicã: necessitatem, an voluntatẽ? ministrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ecce, quod Maria audiebat. Uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Ecce Martha ministrabat. Ergo Maria meliorem partẽ elegit, quę nõ auferetur ab ea. Hoc enim elegit, qd semp manebit,

manebit, quod non auferet ab ea. ℟. Diffusa est gratia. 442. ℣. viij.
Circa vnum autem Maria se voluit occupari. Iam tenebat. Mihi autem adherere Deo bonum est. Sedebat ad pedes capitis nostri. Quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallis: denatat de tumoribus collis. Non ergo dominus opus reprehendit, sed munus distinxit. Circa multa es occupata, porro vnum est necessarium. Iam hoc sibi Maria elegit. ℟. Beata es virgo. 442.

Pro S. Agapito mar. Lec. ix.

Agapitus Prenestinus quindecim annos natus, Aureliano Imperatore, martyrium cupidissimus, cum propter constantiam religionis, Imperatoris iussu primum virgis cesus, deinde in tetrum carcerem coniectus esset, vt nihil omnino per quatuor dies gustaret, e custodia est eductus, et ardentibus carbonibus capiti eius impositis, Deo agens gratias, iterum affectus verberibus, nudus ita pedibus suspensus est, vt ingens fumus e subiecto igne os eius obrueret. Tum feruens aqua in eius ventrem effusa est, maxilleque confracte. Quo tempore iudex, e tribunali lapsus, paulo post mortuus est. Ea re incenso Imperatore, sanctum iuuenem iubente feris obyci, cum ille non auderent attingere, Preneste, securi percussus est.

QVINTA DIE. Die 19. A

infra oct. Assump. B. M. virg.

De Canticis Canticorum. Lec. j. ca. 5.

Adiuro vos filie Jerusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum: qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum, come eius sicut elate palmarum, nigre quasi coruus: oculi eius sicut columbe super riuulos aquarum, que lacte sunt lote, et resident iuxta flueta plenissima. ℟. Vidi speciosam. 440. Lec. ij.

Dilectus meus descendit in hortum suum ad aureolam aromatum: vt ibi pascatur in hortis, et lilia colligat. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia. Pulchra es amica mea, suauis et decora sicut Jerusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, que apparuerunt de Galaad. Dentes tui sicut grex ouium, que ascenderunt de lauacro omnes gemellis fetibus, et sterilis non est in eis. ℟. Sicut cedrus. 441. Lec. iij.

Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri sue, electa genitrici sue. Viderunt eam

filie

filię Siō, ⁊ beatissimā pdicauerūt: reginę, ⁊ cōcubinę, ⁊ laudauerūt eā. Quę est ista q̄ progredit quasi aurora ꝯsurgēs, pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt castroꝝ acies ordinata? Descēdi i hortū nucū, vt viderē poma cōualliū, ⁊ īspicerē si floruisset vinea, ⁊ germinassēt mala punica. Nesciui: aīa mea ꝯturbauit me, pp quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere, reuertere vt intueamur te. ℟. Quę est ista, quę procedit. 441.

De ser. s. Joā. Damasceni. Lec. iiii.

Ex antiqua accepim⁹ traditione, ꝙ tpe gloriosę dormitationis beatę virginis, vniuersi quidē sancti apostoli, qui orbē terrę ad salutem gentium percurrebāt momēto tēporis in sublime elati cōuenerūt Jerosolymis: cumq̄ illic essēt eis visio apparuit angelica, ⁊ audita est psalmodia cęlestiū potestatū: ⁊ sic cū diuina glīa, in man⁹ Dei sanctā tradidit aīmā. Eius autē corpus quod Deū suscepit ieffabili quadā ratione, cū angelica, ⁊ apostolica hymnodia elatū, in loculo fuit ꝯpositū Gethsemane, quo i loco angeloꝝ chorea, ⁊ hymnodia māsit tres dies ppetuos. ℟. Ornatā. 441. Lectio v.

Post tres aūt dies angelico cātu cessante, qui aderāt apostoli (cū vn⁹ Thomas, qui abfuerat, post tertiū diē venisset, ⁊ qđ Deū susceperat corpus adorare voluisset) loculū aperuerūt, sed omni ex parte sacrū eius corpus nequaquā inuenire potuerūt. Cū ea aūt tātum inuenissent, in quibus fuerat cōpositū, ⁊ ieffabili, q ex ꝑficiscebat cēnt odore repleti, loculū clauserunt. Eius mysterij obstupefacti miraculo: hoc solum cogitare potuerunt, qđ cui placuit ex Maria virgine carnem sumere, ⁊ hominem fieri, ⁊ nasci, cum esset Deus, verbū, ⁊ dominus glorię, quique post partum eius incorruptā seruauit virginitatē, eidē etiā placuit, ⁊ ipsius postquam migrauit immaculatū corpus incorruptū seruatū, translatione honorare ante communem ⁊ vniuersalē resurrectionem. ℟. Beatam me dicēt. 441. Lec. vi.

Aderāt tūc cū apostolis sanctissimus Timothe⁹, primus episcop⁹ Ephesioꝝ, ⁊ Dionysi⁹ Areopagita: sicut ipse testat in ijs, quę de beato Hierotheo, qui ipse quoq̄ tūc aderat, scripsit ad dictū Timotheū sic dicens? Nā etiā apud ipsos a Deo afflatos sāctorū antistites, qn̄ nos quoq̄, vt nosti, ⁊ multi ex sāctis fratrib⁹, ad ꝯtuendum corpus, quod vitę principiū dedit, ⁊ Deū suscepit, conuenissemus (aderat autē ⁊ dn̄i frater Jacobus, ⁊ Petrus, su-

pre-

prema,z antiquissima theologoz sũmitas) z viso sacro corpore placuit oib⁹. prout quisq; poterat hymnis celebrare infinitaz bonitatem diuinarum virtũ. ℞. Btã es Maria. 441.
D. Dom. [illegible] ll.cpl. L.vij.

Transit labor multitudinis, z remanet charitas vnitatis, ergo qd elegit Maria, nõ auferet ab ea. At te autẽ Martha, qd elegisti, vtiq; hoc sequit, vtiq; hoc subintelligit: a te, quod elegisti, auferet: sed bono tuo auferet: vt quod melius est, detur: auferetur enim a te labor, vt reqes detur. Tu nauigas, illa iã in portu est. ℞. Diffusa est grã. 442. Lect. viij.

Videtis ergo, carissimi, z quantũ arbitror, iam intelligitis, i his duabus mulieribus quę ambę fuerunt domino gratę, ambę amabiles ambę discipulę: videtis ergo, z magnũ aliqd intelligitis, quicũq; intelligitis, qd audire z scire debetis, etiã qui non intelligitis, in his duab⁹ mulierib⁹ duas vitas esse figuratas, pñsentẽ, z futuraz: laboriosam, z quietaz: ęrumnosaz, z beataz, temporalez, z ęternã. ℞. Beata es virgo Maria. 442. Lectio nona.

Duę sunt vitę, de illis vos copiosi⁹ cogitare. Quãs habeat hęc vita, nõ dico mala non iniqua, nõ nefaria, nõ luxuriosa, non impia, sed laboriosa, ęrumnis plena, timoribus castigata, tentationib⁹ solicita, hãc ipsam innocentẽ vitã dico quã lẽ decebat habere Martham: Hanc ergo quantũ potestis inspicite, z de hac, vt dixi, copiosi⁹ quã loquimur cogitare. Vita vero iniqua aberat ab illa domo: nec cũ Martha erat nec cũ Maria, z si aliqñ fuit domino intrante fugit. Tu autem.

¶ S. Bernardi abb. dup. oro. Intercessio. 520. De cõi [illegible] nõ põt. Vide sr cõm [illegible] oct. lcõ. i. nõ leguntur de libro Script. co. tpe occur. vt dictũ ẽ. i rub. sabbati añ dñicã [illegible] Aug. L. iiij. Die 20. A

Bernard⁹, Fõtanis i Burgundia honesto loco nat⁹, adolescẽns pp egregiã formã vehementer solicitat⁹ a mulieribus, nũquã d̃ snia colẽdę castitatis dimoueri potuit. Quas diaboli tẽtatiões, vt effugeret, duoz z viginti annoz nat⁹, familiã Cisterciẽsis ordinis, q̃ tũ sanctitate florebat, igredi pstituit. Quo Bernardi psilio cognito, fres summopere conati sunt eum a pposito deterrere, in quo ipse eloquentior ac felicior fuit: nã sic eos, aliosq; multos in suam perduxit sententiam, vt cuz eo triginta iuuenes eandem religionẽ susceperint. Monachus ieiunio ita dedit⁹ erat, vt quoties

tiens sumẽdus esset cibus, toties
tormentum subire videretur.
In vigilijs etiam et orationibus
mirifice se exercebat, et Christia/
nam paupertatem colens: quasi
celestem vitam agebat i terris:
ab omni caducarum rerum cu/
ra, et cupiditate alienã. R. Iste
est qui ante. 520. Lect. quarta.

Lucebat i eo humilitas:
misericordia, benignitas
cõtemplationi aũt sic addict⁹
erat, vt vix sensibus, nisi ad offi
cia pietatis, vteretur: in quib⁹
tamẽ prudentie laude excelle/
bat. Quo in studio occupatus,
Genuensium, ac Mediolanen/
sium episcopatus oblatos recu
sauit, pfessus se tanti officij mu
nere indignum esse. Abbas fa/
ctus Clarauallensis, multis in
locis edificauit monasteria, in
quibus preclara Bernardi in
stitutio, ac disciplina diu vigu
it. Romana pfect⁹, sctõrũ Vin
centij, et Anastasij monasterium
extruxit, ci preficiens abbatem
illum, qui postea Eugenius ter
tius summus Põtifex fuit, ad
quem etiam librum misit, De
consideratione. R. Amauit.
folio 521. Lectio sexta.

Multa preterea scripsit, in
quibus apparet eum do
ctrina potius diuinitus tradi/
ta, quã labore cõparata instru
ctũ fuisse. In sũma virtutũ lau
de exorat⁹ a maximis principi/
bus de eorũ cõponendis cõtro
uersijs, et de ecclesiasticis reb⁹
cõstituẽdis, sepius in Italiã ve/
nit. Innocẽtiũ itẽ secundũ Põ
tificẽ maximũ in cõfutãdo schis/
mate Petri Leonis, cum apud
Imperatorẽ et Henricũ Anglie
regẽ, tum in concilio Pisis coa
cto egregie adiuuit: deniqz tres
et sexaginta annos nat⁹ obdor
miuit in domino: ac miraculis
illustris ab Alexandro tertio
Papa inter sctõs relatus est.
R. Iste homo perfecit. fo. 521.
In iij. noc. Dom. i euang. Ecce
nos reliq. 498. vt i cõi Abb.
R. vij. Iste hõ ab adolesc. 421.
R. viij. Sint lumbi vestri. 421.

SEPTIMA DIE. Die 21. B
infra oct. Assumpt. b. M. virg.
De Canticis Canticorum. Ca. 7

Quid videbis i sunamite, nisi choros castrorum? Quã pulchri sũt gressus tui i calciamentis, filia principis. Juncture femorum tuorum sicut monilia, q̃ fabricata sunt manu artificis. Umbilic⁹ tuus crater tornatilis, nũquã idigẽs poculis. Uẽter tu⁹ sicut aceru⁹ tritici, vallat⁹ lilijs. Duo vbera tua sicut duo pinuli gemelli capre. Collũ tuũ sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscine i hesebõ, q̃ sũt i porta filie multitudinis. Nas⁹ tu⁹ sicut turris Libani, q̃ respicit õtra Damascũ. Caput tuũ vt Carmel⁹: et come capi/

capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. ℟. Vidi speciosam. 440. Lectio 2.

Quam pulchra es, & quã decora carissima i delicijs. Statura tua assimilata est palmę: & vbera tua botris. Dixi, Ascẽdã i palmã, & apprehẽdã fruct' ei', & erũt vbera tua sicut botri vinceę: & odor oris tui sicut odor malorũ. Gutt tuũ sicut vinũ optimũ dignũ dilecto meo ad potãdũ, labijsq; & dẽtibus illius ad ruminandum. ℟. Sicut cedrus. 441. Lectio tertia.

Ego dilecto meo, & ad me conuersio ei'. Veni dilecte mi, egrediamur i agrũ: commoremur i villis. Mane surgam' ad vineas, videam' si floruit vinea, si flores fruct' parturiũt, si floruerũt mala punica: ibi dabo tibi vbra mea. Mãdragorę dederũt odorẽ i portis nr̃is: oia poma, noua & vetera, dilecte mi seruaui tibi. ℟. Quę est. 441.

Sermo s. Bernardi abb. l. iiij.

Virgo hodie gloriosa cęlos ascẽdẽs supnorũ gaudia ciuiũ copiosis sine dubio cumulauit augmẽtis. Hoc est enĩ cuius salutationis vox & ipsos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudũt. Q̃ si paruuli necdũ nati aia liquefacta ẽ, vt Maria locuta est: qd putam', quę quã illa fuerit cęlestium exultatio, cũ & vocẽ audire, & videre faciẽ, & beata ei' frui pñsentia meruerũt? ℟. Ornatam. 441. L. v.

Sed & illud quis cogitare sufficiat: quã gloriosa hodie mũdi regina pcesserit: & quãto deuotionis affectu tota in ei' occursũ cęlestiũ legionũ prodierit multitudo, quib' ad thronũ glorię canticis sit deducta, quã placido vultu, quã serena facie quã diuinis amplexibus suscepta a filio, & sup omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quę tãtum decuit filium. ℟. Beatam me dicent. 441. Lectio sexta.

Felicia prius oscula labijs impressa lactẽtis, cui vgineo mr̃ applaudebat i gremio. Verũ nunquid nõ feliciora censebimus quę ab ore sedẽtis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit, cũ ascenderet ad thronum glorię, epithalamium canens, & dicens. Osculetur me osculo oris sui. Christi generationem, & Marię assumptionem quis enarrabit? Quantum enim gratię in terris adepta est pre ceteris, tã tum & in cęlis obtinet glorię singularis. ℟. Beata es Maria, quę dominum. folio p 41.

De hom. . . . Augustini epi. Lvij.

Remãserũt ergo i illa domo, q̃ susceperat dominum in duabus fęminis duę vitę, ambę innocẽtes, ambę laudabi

dabiles: vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, nulla desidiosa: ambę innocētes, ambę, inquam laudabiles: sed vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, quaꝫ cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quaꝫ cauere debet ociosa. ℟. Diffusa est gratia. 441. Lectio viij.

Erant ergo in illa domo istę duę vitę, ⁊ ipse fons vitę. In Martha erat imago pſentiū, In Maria futurorū. Quod agebat Martha, ibi sumus: qd agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Nā quid inde habemus inquantū habemus? quandiu hic sumus, quantum est, quod inde habemus? Nā ⁊ modo inde aliquid agim⁹ remoti a negocijs, sepositis familiaribus curis conuenistis, statis, auditis. ℟. Beata es virgo. 441. Lectio nona.

In quātū aūt hoc agitis, Marię similes estis: ⁊ facilius vos intēditis quod agit Maria, quam ego qui pręrogo. Si quid tamē dico, Christi est. Ideo vos pascit, qa Christi, quia panis communis est, vnde ⁊ ego vobiscū viuo. Nūc autem viuimus, si vos fratres statis in domino: Nolo, in nobis: sed in domino: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementuꝫ dat Deus.

IN OCTAVA

Assumpt. B. Marię virg. dup. Ad Vesp. oīa vt inf. Vesp. festi. Deinde fit cō. ſ. m. Timothei, Hyppolyti, ⁊ Symphoriani. oōo.

Die 22.

Auxiliū tuuꝫ nobis dn̄e, qſum⁹: placatus impēde: ⁊ intercedētibus btīs martyrib⁹ tuis Timotheo, Hyppolyto, ⁊ Symphoriāo, dexterā sup nos tuę ꝓpitiationis extende. Per dominuꝫ.

De Canticis Canticorū. L. i.

Quę est ista, quę ascēdit d deserto, delicijs affluēs, innixa super dilectū suū? Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta ē mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculū sup brachiuꝫ tuuꝫ, qr fortis ē vt mors dilectio, dura sicut infern⁹ ęmulatio: lāpades eius, lāpades ignis atqꝫ flāmarū. ℟. Vidi speciosā. 440. L. ii.

Aquę multę nō potuerūt extinguere charitatem, nec flumina obruēt illā: si dederit homo oēꝫ substātiā domus suę pro dilectione, quasi nihil despiciet eā. Soror nr̄a, paruula est, ⁊ vbera nō habet, qd faciemus sorori nostrę i die quādo alloquēda est: Si mur⁹ est, ędificemus super eū propugnacula argentea: si ostiū est, cōpingamus illud tabulis cedrinis. ℟. Sicut cedrus. 442. Le. iii.

Ego mur⁹, et vbera mea sicut turris: ex quo facta sū corā eo quasi pacē reperiēs. Uinea fuit pacifico in ea q̄ habet populos: tradidit eā custodibus, vir affert pro fructu ei⁹ mille argēteos, vinea mea corā me ē. Mille tui pacifice, et ducēti his, q custodiūt fructus ei⁹. Que habitas i hortis, amici auscultāt, fac me audire vocē tuā. Fuge dilecte mi, et assimilare capree, hinuloq; ceruorum super montes aromatum. ℟. Que est ista. fol. 441.

Ser. s. Bernardi abbatis. L. iiii.

Tempus loquēdi est omni carni cuz assumitur incarnati verbi mater in celum: nec cessare debet a laudib⁹ humana mortalitas, cuz hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur i virgine. Sed de eius gloria nec silere deuotio patit, nec dignuz aliqd sterilis cōcipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est, qd et ipsi celestis curie principes, in cōsideratione tante nouitatis clamāt nō sine admiratione. Que est ista que ascēdit de dserto delicijs affluens? ℟. Ornatam. 441. L. v.

Que est ista: que de sub sole (vbi nihil est, nisi labor et dolor et afflictio spūs) ascendit delicijs spūalibus affluēs? Quidni delicias dixerim virginitatis decus cuz munere fecūditatis, humilitatis insigne, distillantez charitatis fauum, misericordie viscera, plenitudinē gratie, prerogatiuā glorie singularis? Ascendens igitur d desserto regina mundi, etiaz angelis sanctis vt canit ecclesia, speciosa facta ē, et suauis i delicijs suis. ℟. Beatā me. 441. L. vi.

Ecce quibus possumus vocibus ascēdētē te ad filiū deducimus, et prosequimur, saltē a lōge, virgo benedicta. Sit pietatis tue, ipsam quaz apud Deuz gratiam inuenisti notaz facere mundo, reis veniaz medelā egris, pusillis corde robur, afflictis consolationē, periclitantibus adiutoriū, et liberationez sanctis tuis precibus obtinēdo. In hac quoque die solēnitatis et letitie dulcissimū Marie nomē cū laude inuocātibus seruulis, per te regina clemēs, gratie sue munera largiat Jesus Christus fili⁹ tu⁹ dñs nr, q est sup oīa benedictus in secla. Amē. ℟. Beata es Ma. 441.

Lc. Scdm Lucā. L. vii.

In illo tpe: Intrauit Jesus in quoddā castellū, et mulier qdaz Martha noie excepit illū in domū suā. Et rel.

Omelia s. Bernardi abbat.

Quid introisse cū dicim⁹ in castellū: etiaz in angustissimū virginalis vteri diuersorium introiuit. Deniq; et mulier quedā excepit illū i domū suam,

c. 10.

suā Felix. mulier, cuius domus, Saluatore suscepto, inuenta est munda quidē, sed plane nō uacua. Quis enim uacuā dixerit, quam salutat angelus gratia plenam? neq; hoc solum, sed adhuc quoque in eam superuenturum asserit Spiritū sanctū. Ad quid putas, nisi ut etiā superimpleat eam? ad quid, nisi ut adueniente iam spiritu plena, sibi eodem superueniente, nobis quoq; superplena, & superfluens fiat? ℟. Diffusa est. 444.

Lectio viij.

Intret ergo domū Saluator, & frequenter visitet, eā quā pęnitēs Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internę dedita cōtēplationi. Sed forte curiosus quisq; requirat, cur in pręsenti euangelica lectione nulla prorsus Lazari mētio fiat? Arbitror sane, ne id qdē a proposita similitudine dissidere. Virginalē etenim domum intelligi volens spiritus, siluit nō incongrue pęnitentiā, quę malum utique comitatur. Absit enim, ut propter quicquā inquinamēti domus hęc aliqñ habuisse dicatur, ut in ea proinde scopa Lazari quęreretur. ℟. Beata es Maria. 444.

Pro ss. mart. Timotheo Hippolyto & Symphoriano. Lec. ix.

Timotheus Antiochenus, Romā ueniēs, a Milciade summo Pontifice, cum per annū ibi Christi fidē pędicasset, a Tarquinio Urbis pfecto cōijcitur in uincula, & post diuturnas carceris erumnas ad idola perducitur, ut eis sacrificet: quam impietatem summa libertate detestatus, acerbissime cęditur, & excarnificatum corpus uiua calce perfunditur. In quibus, alijsque supplicijs cōstans martyr capite plectitur: Corpus uia Ostiensi prope sepulcruz beati Pauli sepelitur. Quo die etiam Alexandro Imperatore apud Ostiam Tiberinā martyrio coronatus est Hippolitus presbyter. Quo in martyrio pśentes Christianos hortabatur, ut fidem, quā a Petro & Paulo traditam, & a cęteris deinceps sanctis patribus accepta, Romana coleret Ecclesia, cōstanter retinerent. Quo itez die Aurelio Imperatore, propter eandem fidē Augustuduni Symphorianus adolescens uarie tortus est: qui dum ad ultimuz suppliciū duceretur, matrem ita clamātē audiens: Mate, nate, memento ęternę uitę, cęlum suspice, & ibi regnantem intuere, tibi enim uita non eripitur: sed mutatur in melius: fortiter Jesu Christi causa carnifici collum pębuit.

Sequens festuz sancti Bartholomęi celebretur secundū cōsuetudinē locorum. 24. uel 25. die Augusti. Rome autem celebratur die 25. cuz comme. & ix. lect. S. Ludouici ut infra.

¶ In vig. s. Bartholomei apli. Dom. in euāg. Hoc est pręceptū. 597. de cōi Aplorū, et Oro. Da quęsum⁹. 492. de eod. cōi.

Die 24. ¶ In festo sancti Bartholomei Apli. dup. Ad Vesperas. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, q huius diei venerādā sanctāq; letitiā in beati apostoli tui Bartholomęi festiuitate tribuisti: da ecclesię tuę, quęsumus, et amare quod credidit, et prędicare quod docuit. Per dominum.

In j. noc. Lcō. de epistola beati Pauli apostoli ad Corinthios. Sic nos existimet. 494. vt in cōmuni Apostolorum. Lect. iiij.

Bartholomeus Apostolus Galileus enim in Indiaz citeriorez, quę ei in orbis terrarum sortitione ad prędicandū Jesu Christi euangelium obuenerat, progressus esset, aduentū dñi Jesu iuxta sancti Matthęi euangeliū illis gentibus prędicauit. Sed cū in ea prouincia plurimos ad Jesum Chrm conuertisset, multos labores calamitatesq; ppessus, venit in maiorem Armeniam. R. Vidi coniunctos. 495. Lect. quinta.

Ubi Polemonem regē, et coniugē eius, ac pręterea duodecim ciuitates ad Christianaz fidem perduxit. Quę res in eum magnam inuidiam concitauit illius gentis sacerdotuz: nam vsqueadeo Polemonis regis fratrem in apostolum incēderūt, vt is viuo Bartholomęo pellez crudeliter detrahi iusserit, ac caput abscidi: quo ī martyrio animā deo reddidit. R. Beati estis. fol. 496. Lectio vi.

Ejus corpus Albani, quę est vrbs maioris Armenię vbi is passus fuerat, sepultū est: quod postea ad Lyparā insulā delatū, inde Beneuentū translatum est, postremo Romā ab Othone secundo Imperatore, Gregorio quinto Pōtifice maximo, portatum in Tiberis insula, in ecclesia ei⁹ nomine Deo dicata, collocatum fuit. Agitur autem Romę dies festus octauo Calendas Septembris, et per octo consequentes dies illa basilica magna populi frequentia celebratur. R. Isti sunt triumphat. 496.

Lcō. s. euāg. s. Luc. Lect. vij.

In illo tempore: Exijt Jesus in montē orare, et erat pernoctans in oratione Dei: et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos. Et reliqua. Homilia s. Ambrosij episcopi.

Omnes magni hoīes sublimes montem ascendunt: non enim cuicunq; propheta dicit: Ascende in montem excelsū, qui euāgelizas Sion: Exalta in virtute vocē tuā, qui euangelizas Jerusalem, nō vestigijs corporalib⁹, sed factis sublimioribus in hunc montem si ascēdas,

9. c

das, sequeris Christum, vt ipse esse mons possis. Montes enim in circuitu eius. Quere in euangelio: inuenies solos cum domino mõtem ascẽdisse discipulos. Orat ergo dominus, non vt pro se obsecret, sed vt pro me impetret: Nam etsi posuerit omnia pater in potestate filij: filius tamen, vt formam hominis impleret, obsecrãdum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. ℟. Isti sunt qui viuentes. 497. Lectio octaua.

Et erat, inquit, pernoctãs in oratione Dei. Species tibi datur, forma prescribitur, quã debeas emulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat: Quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus apostolos orauit prius, et solus orauit? Nec vsquam alibi, si non fallor, orasse cum apostolis reperitur: vbique solus obsecrat. ℟. Isti sunt viri, 497. Le. ix.

Uocauit, i[n]quit, discipulos suos: et elegit duodeci[m] ex ipsis, quos ad propagandũ auxiliũ salutis humane per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul aduerte celeste consilium: nõ sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores et publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxisse prudentia, ne redemisse diuitijs, ne potentie nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suã gratiã videretur: vt veritatis ratio, nõ disputationis gratia preualeret.

Die 25. Aug.

¶ S. Ludouici confesso. Oro.

Deus, q[ui] beatũ Ludouicum cõfessorem tuũ, de terreno ac tẽporali regno, ad celestis, et eterni regni gloriã transtulisti: eius quesumus, meritis, et intercessione regis regũ Jesu Christi filij tui, nos coherẽdes efficias: et eiusdẽ regni tribuas esse consortes. Per eundem dominum nostrum Jesum.

Ubi vero festum Sancti Bartholomei celebraẽ hodie de hoc festo fit tantum commemo. et ex duabus sequẽtibus lectionibus fit noua lectio. Lectio secũda.

Ludouic[us], Gallie rex duodecim annos nat[us], patre amisso, et in Blanche matris sãctissima disciplina educatus, cũ vigesimũ annũ attingeret, in morbum incidit: quo tempore cogitauit de recuperãda possessione Jerosolymorum. Quamobrẽ vbi conualuisset, vexillũ ab Episcopo Parisiẽsi accepit: deinde mare cum ingenti exercitu trayciẽs, primo prelio Saracenos fugauit, Sed cum ex pestilentia, magna militũ multitudo perijsset: victus ipse, captusque est. Rebus postea cũ Saracenis compositis, liber rex, exercitusque dimittitur: ita

que Aconem profectus, in ea vrbe multos Agarenorum ad Christi fidem cōuertit, pręterea aliquot Christianorum vrbes refecit suis sumptibus.

Lectio tertia.

Interim mater ei⁹ migrat e vita: quare domū redire cogitur, vbi totū se dedit pietatis officijs, nā multa ędificauit ⁊ monasteria ⁊ pauperū hospitia: beneficientia egētes subleuabat: frequens visebat ęgrotos: quibus ipse non solum suis sumptib⁹ omnia suppeditabat, sed etiā, quę opus erāt manib⁹ ministrabat: vestitu vulgari vtebatur, cilicio ac ieiunio corpus assidue affligebat. Sed cū iterū transmisisset, bellū Saracenis illaturus, iamq̄ castra in eorū cōspectu posuisset, pestilētia decessit in illa oratione, Introibo in domum tuā, adorabo ad tēplum sanctum tuū, ⁊ cōfitebor nomini tuo. Eius corpus postea Lutetiam Parisiorum trāslatum est: ipse clarus miraculis a Bonifacio octauo in sanctorū numerum est relatus.

Die 26 B

S. Zephyrini pp, ⁊ m. Oratio

Presta, quas ops Deus: vt beati Zephyrini martyris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum. Lectio iiij.

Zephyrinus Roman⁹ qui Seuero Imperatore rexit ecclesiā, sanciuit, vt qui ordinati essent, opportuno tēpore multis pręsentibus clericis, ⁊ laicis de more sacris initiarentur: doctiq̄ ac spectatę vitę homines ad id officiū munus deligerent. Decreuit pręterea vt rem diuinā faciēti episcopo sacerdotes omnes astarent. Idem instituit vt Patriarcha, Primas, Metropolitanus, aduersus episcopum non ferant sententiam nisi apostolica auctoritate fulti. Vixit in pontificatu annos nouē, mēses septē, dies decē. Habuit ordinationes septē mense Decēbri, quib⁹ creauit episcopos tredecim, presbyteros quatuordecim, diaconos septē. Antonino Imperatore, martyrio coronatus est, ⁊ sepultus via Appia prope cęmeterium Callisti, septimo Calēdas Septēbris. Tu autē.

Die 27. A

In festo s. Augustini episcopi. conf. ⁊ Ecclesię Doc. dupl. D 28 Ad Mag. Aña. O doctor opti. 514. Oratio.



Adesto supplicatioib⁹ nostris omnipotēs deus, ⁊ quibus fiduciam sperandę pietatis indulges, intercedente beato Augustino cōfessore tuo, atq̄ pōtifice, cōsuete misericordię tribue benign⁹ effectū. Per dominum nostrum. Iesum Christum filium

Cōme.

¶ Cõme. s. Hermetis m. Oro.

Deus, qui beatũ Hermetẽ, martyrẽ tuum, virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue ꝓ amore tuo prospera mundi despicere, ⁊ nulla eiꝰ aduersa formidare. Per dominum nostrũ.

In j. noct. Lec. j. Sapientiã. 119. de communi Doct. Lectio iiij.

Augustinꝰ, Tagastę in Africa honestis parẽtibus natus, ac puer docilitate ingenij ęquales longe superans, breui omnibus doctrina antecelluit. Adolescẽs, alienus a Christiana religione Mediolanum se contulit: vbi cum frequens Ambrosij Mediolanensis episcopi esset auditor: eius opera incensus studio Christianę fidei, circiter trigesimum annuʒ agẽs, ab ipso baptizatur. Reuersus in Africaʒ cũ religione vitę sactimoniaʒ coniungens, a Valerio, notę sãctitatis, epo Hipponẽsi, pſbyter factus est: quo tpe familiã instituit religiosoꝝ: quibꝰ cũ victu cõi eodẽque cultu vtẽs, eos ad apostolicę vitę, doctrinęq; disciplinã diligẽtissime erudiebat: sed cũ viueret Manichęoꝝ hẽsis, i qua et ipse aliquadiu fuerat, vehemẽtius i illã inuehi cępit. Fortunatũq; heresiarchaʒ cõfutauit. ℟. Inueni Dauid. 415. Lec. v.

Hac Augustini pietate cõmotus Valerius, cuʒ ad iutoreʒ adhibuit epalis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quã semper sacra vel lectione vel disputatione cõdiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes: vt, cuʒ nõ esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustẽtandã. Feminaruʒ, ⁊ in eis sororis, ⁊ fratris filię ꝯtuberniũ, familiaritatẽq; vitauit: quippe qui diceret, etsi propinquę mulieres suspectę non essent, tñ quę ad eas ventitarẽt, posse suspicionẽ efficere. Nullũ finẽ fecit prędicãdi Dei verbũ nisi graui morbo oppressus. Hereticos insectatus ⁊ coraʒ, ⁊ scriptis: ac nullo loco passus ꝑsistere, Africam a Manichęoꝝ, Donatistarũ, Pelagianoꝝ, multoꝝq; pręterea hereseos errore liberauit. ℟. Posui adiutorium. 415. Lect. vj.

Tam multa pie, subtiliter, copiose scripsit: vt Christianaʒ doctrinã maxime illustrarit. Quẽ in primis secuti sunt, q postea theologicã disciplinam via, ⁊ ratione tradiderunt. Vãdalis Africam bello vastãtibꝰ, ⁊ Hipponem tertiũ iã mensem obsidentibus, in febreʒ incidit. Itaq; cũ discessuʒ e vita sibi instare intelligeret, psalmos Dauid, qui ad penitentiã pertinẽt in ꝯspectu positos ꝓfusis lacrymis legebat. Solebat ãt dicere neminẽ, etsi nullius sceleris sibi

cōscius esset, committere debere, vt sine penitētia migraret e vita. Ergo sensibus integris, in oratione defixus, astātibus fratrib9, quos ad charitatē, pietatē, virtutesqz oēs erat adhortatus, migrauit in celū. Vixit annos septuaginta sex, i episcopatu ad quadraginta. Cuius corpus primū in Sardiniam delatum, deinde a Leoprando Longobardorū rege magno precio redemptum, Ticinū translatuz est, ibiqz honorifice conditum.
℟. Iste est qui ante, folio. 516.
Lec. iij. noc. Hom. i euag. Vos estis sal terre. 519. vt i cōi doc.
Ad Laudes fit cōm. S. Hermetis mar. vt sup. Ad Vesperas Capitulo oia ō sequēti festo.

Die 29 C. ¶ In Decollatione S. Johan. Baptiste. dupl. Cap. Hy9. z ℣. de cōmuni vnius mar fol. 501.
Ad Mag. Aña. Misso Herodes spiculatore, pcepit amputari caput Johannis i carcere: quo audito, discipuli ei9 venerūt, z tulerūt corp9 ei9, z posuerunt illud in monumēto. Oro.



Sancti Johannis Baptiste, precursoris, z martyris tui, quesumus domine, veneranda festiuitas, salutaris auxilij nobis prestet effectum. Qui viuis z regnas in vnitate.

Deinde fit cōm. S. Augustini. Postea S. Sabine mart. Oro. Deus qui inter. 525. de communi SS. mulierum.
¶ Ad Matu. Inuit. z rel. preter psa i. noct. dīr de cōi vnius mart. 501. In i. noct. lectiones Jeremie prophete posite in Natiuita. S. Iohan. mense Junio.
Verba Jeremie. 403. ℟. Misit Herodes rex man9, ac tenuit Johannez, z vinxit eum in carcere, quia metuebat eū propter Herodiadem. Quā tulerat fratri suo Philippo vxorē. ℣. Arguebat Herodē Johannes pro pter Herodiadē. Quā. ℟. Johānes Baptista arguebat Herodem ppter Herodiadē, quā tulerat fratri suo viuēti vxorē. ℣. Misso Herodes spiculatore, precepit amputari caput Johānis in carcere. Propter. ℟. Puelle saltanti imperauit mater. Nihil aliud petas, nisi caput Johannis. Et contristatus est rex propter iusiurandum, z propter simul discumbentes. ℣. Dit puella matri sue. Quid petam? At illa ait. Nihil.
Ex libro S. Ambrosij episcopi, de virginibus. Lectio quarta.
Quoniam beati Johannis Baptiste nō strictim preterenda est recordatio: interest vt, quis, z a quibus, z quam ob causam, quomodo, z quo tempore sit occisus, aduertere debeamus. Ab adulteris iustus occiditur, z a reis in iudicem

capitalis

capitalis sceleris pena conuertitur. Deinde premium saltatricis mors est prophete. Postremo (quod etiam omnes barbari horrere consueuerunt) inter epulas atque conuiuia consummande crudelitatis profertur edictum, et a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitij circunfertur obsequium. Quanta in vno facinore sunt crimina? ℟. Justus germinabit. 501.

Et que leguntur, per ordinem de communi vnius mart. Lect. v.

Quis non, cum e conuiuio ad carcerem cursari videret, putaret prophetam iussum esse dimitti? Quis inquam, cum audisset natalem esse Herodis, solenne conuiuium, puelle optionem eligendi quod vellet datam, missum ad Johannem ob solutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs: quid cum funeribus voluptati? Rapitur ad penam propheta conuiuiali tempore, conuiuiali precepto, quo non cuperet vel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas vesceret. ℟. Iste cognouit. 502. Lect. vj.

Intuere Rex acerbissime tuo spectacula digna putauio. Porrige dexteram, nequid seuitie tue desit, vt inter digitos tuos riui defluant sacri cruoris. Et quoniam non exaturari epulis fames, non restingui poculis potuit inaudite seuitie sitis, bibe sanguinem scaturientibus adhuc venis exacti capitis profluentem. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes, auersantes conspectum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis necessitate, quam horrore luxurie. Os aureum illud exangue, cuius sententiam ferre non poteras, conticescit, et adhuc timetur. ℟. Honestum fecit illum. 503.

Lectio sancti euangelij secundum Marcum. Lectio septima.

In illo tempore: Misit Herodes ac tenuit Johannem: et vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Et reliqua. ca. 6.

Homilia sancti Augustini epi.

Cum sanctum euangelium legeretur, crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est. Caput sancti Johannis in disco, feralis missus crudelitatis, propter odium veritatis: puella saltat, et seuit mater, et inter delicias et lasciuias conuiuantium temere iuratur: et impie quod iuratur, impletur. Factum est Johanni quod ipse predixerat: Illum oportet crescere, dixerat de domino, me autem minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit veritas. Non potuit equo animo tolerari quod homo Dei sanctus monebat

bat: qui vtique salutem eorum querebat quos sic monebat. Re sponderūt illi mala pro bonis. R. Desiderium. Lectio viij.

Quid enī ille diceret, nisi quo plenus erat? et quid illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticū seminabat: sed spinas inuenit, dicebatq; regi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat regē libido, tenebat apud se prohibitam vxorem fratris sui. Sed cum tamen sic habebat vt non seuiret. Honorabat eum, a quo verum audiebat: sed detestabilis mulier odium concipiebat: quod aliquando dato tempore pareret: quando autem parturijt, peperit filiam, filiam saltatricem. R. Stola iucunditatis. folio. 503.

Pro s. Sabina martyre. Lc. ix.

Sabina mulier Romana, Valētini viri Clarissimi vxor, a Seraphia virgine Christiane fidei preceptis instituta, post sancte virginis martyriū collectas eius reliquias pijs exequijs sepeliuit. Quā ob causam paulo post Adriano Imperatore cōprehēsa, Elpidio iudici sistitur, Cui is: Tu ne illa Sabina, et genere et matrimonio nobilissima? At illa. Sum, inqt: sed dño meo Jesu Christo gratias ago: qui me intercessione Seraphie, famule sue, e demonū potestate liberauit. Quā varie tentatā, vt propositū mutaret, cū a fidei cōstantia mouere nō posset Prefectus: pronunciata sententia q deos cōtemneret, capitis damnauit. Eius corpus a Christianis in eodem sepulcro conditū est, in quo ipsa magistrā fidei sue Seraphiam posuerat.

Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Herodes enim tenuit, et ligauit Johannem, et posuit in carcerem propter Herodiadem. Ps. Dñs regnauit. 8. cum reliq. Aña. Dñe mi rex, da mihi in disco caput Johannis Baptiste. Aña Puelle saltanti imperauit mater: nihil aliud petas, nisi caput Johannis. Aña. Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadē: quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. Aña. Da mihi in disco caput Johannis Baptiste: et contristatus est rex propter iusiurandum. Cap. Beatus vir qui suffert. 501. Hymnus. Martyr dei. 504. V. Justus vt palma florebit. R. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Aña. Misso Herodes. fol. 451.

Ad Horas, omnia de communi vnius martyris pter oratione. Ad Vesperas. Aña. Herodes. cum reliqs de Laudibus. Psal. Capitulū, Hymnū, et versic. de communi vnius martyris.

Ad Magnificat. Antiphona.

Misit rex incredulus ministros detestabiles, et amputari iussit caput Johannis Baptiste.

Die 30 D

SS. Felicis, & Adaucti m. Oro.

Maiestatē tuā, dñe, supplices exoram⁹: vt sicut nos iugiter sctōꝝ tuoꝝ cōmemoratione lętificas, ita sēp supplicatione defendas. Per dñm. Lc. iij.

Felix, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, propter susceptā Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum iuberetur, os simulacri cōspuit. Quo facto, statī ęrea statua corruit. Quod cū iterum, ac tertio in ęde Mercurij, Dianęq; factū esset, impietatis, & magicę artis accusatus, equuleo torquetur. Mox ad secundum ab vrbe lapidem via Ostiensi ducitur, vt securi feriretur. Cui inter viaz oblatus quidā Christianus, cū Felicē agnosceret ad martyriū duci videret, ego quoq; clara voce, inqt, eadē qua iste lege viuo, ego eundez Iesum Christū colo. Itaq; Felicem osculatus, cuz eo securi percutitur, tertio Calendas Septembris, cuius nomen cum ignotuz esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod ad martyrij coronam augeri voluerit.

Die 31. E

FESTA SEPTEMBRIS.

Offm Defunct. l. vic nō imped.

Die 1. F

¶ Pro S. Aegidio Abb. Oro. Intercessio nos. ve cōi cōfess. non pontif. fol. 520. Deinde fit commemorat. Sanctoꝝ martyrum duodecim fratruz. Oro.

Fraterna nos dñe martyrū tuoꝝ corona lętificet: q̄ & fidei nrę pbeat incremēta virtutū, & multiplici nos suffragio cōsoletur. Per dominum nostrum. Lectio tertia.

Aegidius Atheniensis, regię stirpis, a prima ętate diuinis literis, & charitatis offā cijs ita deditus fuit, vt nihil p̄terea curare videret. Itaq; parentibus mortuis, totū patrimoniū in pauperes erogauit: quin ēt tunicā exuit, vt ęgrotuz egētē tegeret, qua ille indutus, statim cōualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatē, Arelate ad beatū Cęsariū cōtendit: a quo post bienniū discedēs, secessit in eremū: vbi diutius herbaruz radicib⁹, & ceruę lacte, quę statis ad eū horis veniebat, admirabili sanctitate vixit: Quę cerua, insequētibus quodā die canibus regijs, cum in antrum Agidij refugisset: Gallię regē impulit, vt ab eo summis precibus peteret, vt in loco speluncę monasteriuz extrui pateretur. Cuius administrationem, flagitāte rege, inuitus suscepit, eoq; munere aliquot annis prodēfer piceq; gesto mistrauit in cęlum. Die. 2. G. Die 3. A. Die 4. B. Die 5. C. Die. 6. D. Die 7. E.

Natiui-

prema,ꝛ antiquissima theolo/
goꝝ sūmitas) ꝛ viso sacro cor/
poꝛe placuit oib⁹. prout quisqꝫ
poterat hymnis celebꝛare infi
nitaꝫ bonitatem diuinarum vi
riū. ℟ Btā es Maria. 441.
De [illegible] Augu[illegible]t.epi. L.vij.

TRansit laboꝛ multitudi/
nis, ꝛ remanet charitas
vnitatis, ergo qđ elegit Ma/
ria, nō auferet ab ea. A te autē
Martha, qđ elegisti, vtiqꝫ hoc
sequit, vtiqꝫ hoc subintelligit:
a te, quod elegisti, auferet: sed
bono tuo auferet: vt quod me/
lius est, detur: auferetur enim
a te laboꝛ, vt reqes detur. Tu
nauigas, illa iā in poꝛtu est. ℟.
Diffusa est gr̄a. 442. Lect. viij.

VIdetis ergo, carissimi, ꝛ
quantū arbitroꝛ, iam in
telligitis, i his duabus mulie/
ribus quę ambę fuerunt domi
no gratę, ambę amabiles am/
bę discipulę: videtis ergo, ꝛ ma
gnū aliqd intelligitis, quicūqꝫ
intelligitis, qđ audire ꝛ scire
debetis, etiā qui non intelligi/
tis, in his duab⁹ mulierib⁹ duas
vitas esse figuratas, pꝛesentē, ꝛ
futuraꝫ: laboꝛiosam, ꝛ quietaꝫ:
ęrumnosaꝫ, ꝛ beataꝫ, tempoꝛa/
leꝫ, ꝛ ęternā. ℟ Beata es vir
go Maria. 442. Lectio [illegible]

DUę sunt vitę, de illis vos
copiosi⁹ cogitare. Quid
habeat hęc vita, nō dico mala
non iniqua, nō nefaria, nō luxu
riosa, non impia, sed laboriosa,
ęrumnis plena, timoꝛibus casti
gata, tentationib⁹ solicita, hāc
ipsam innocentē vitā dico qua
lē decebat habere Martham:
Hanc ergo quantū potestis in/
spicite, ꝛ de hac, vt dixi, copio
si⁹ quā loquimur cogitare. Ui/
ta vero iniqua aberat ab illa
domo: nec cū Martha erat nec
cū Maria, ꝛ si aliqn̄ fuit domi
no intrante fugit. Tu autem.

Die 20. A

¶ S. Berna[illegible]di abb. dup. oro.
Intercessio. 520. De cōi [illegible] nō
p̄t. Uide [illegible] cōm [illegible] oct. l. ō. j.
no[illegible] legunt de libro Script. co.
tpe occur. vt dictū ē. i rub. sab/
bathi an̄ dn̄icā [illegible] Aug. L. iij.

BErnard⁹, Fōta/
nis i Burgun/
dia honesto lo/
co nat⁹, adole
scens pp egre/
giā foꝛmā vehe
mēter solicitat⁹ a mulieribus,
nūquā ā sn̄ia colēdę castitatis
dimoueri potuit. Quas diabo
li tētatiōes, vt effugeret, duoꝝ ꝛ
viginti annoꝝ nat⁹, familiā Ci/
sterciēsis oꝛdinis, q̄ tū sanctita/
te floꝛebat, igredi ɔstituit. Quo
Bernardi ɔsilio cognito, fr̄es
summopere conati sunt eum a
ꝓposito deterrere, in quo ipse
eloquentioꝛ ac felicioꝛ fuit: nā
sic eos, aliosqꝫ multos in suam
perduxit sententiam, vt cuꝫ eo
triginta iuuenes eandem reli/
gionē susceperint. Monachus
ieiunio ita dedit⁹ erat, vt quo/
ties

ties sumēdus esset cibus, toties tormentum subire videretur. In vigilijs etiaz & orationibus mirifice se exercebat, & Chrianaz paupertatem colens: quasi celestem vitaz agebat i terris: ab omni caducarum reruz cura, & cupiditate alienā. R. Iste est qui ante. 520. Lec. quinta.

Lucebat i eo humilitas: misericordia, benignitas cōtemplationi aūt sic addict⁹ erat, vt vix sensibus, nisi ad officia pietatis, vteretur: in quib⁹ tamē prudentię laude excellebat. Quo in studio occupatus, Genuensium, ac Mediolanensium episcopatus oblatos recusauit, pfessus se tanti officij munere indignum esse. Abbas factus Clarauallensis, multis in locis ędificauit monasteria, in quibus pręclara Bernardi institutio, ac disciplina diu viguit. Romana pfect⁹, sctōrū Vincentij, & Anastasij monasteriuz extruxit, ei pręficiens abbatez illum, qui postea Eugenius tertius summus Pōtifex fuit, ad quem etiam librum misit, De consideratione. R. Amauit. folio 521. Lectio sexta.

Multa pręterea scripsit, in quibus apparet eum doctrina potius diuinitus traditā, quā labore cōparata instructū fuisse. In sūma virtutū laude exorat⁹ a maximis principibus de eorū cōponendis cōtrouersijs, & de ecclesiasticis reb⁹ ↄstituēdis, sępius in Italiā venit. Innocētiū itē secundū Pōtificē maximū in ↄfutādo schismate Petri Leonis, cum apud Imperatorē & Henricū Anglię regē, tuz in concilio Pisis coacto egregie adiuuit: dniqz tres & sexaginta annos nat⁹ obdormiuit in domino: ac miraculis illustris ab Alexandro tertio Papa inter sctōs relatus est. R. Iste homo perfecit. fo. 521. In iij. noc. Homi. i euang. Ecce nos reliq. 498. vt i cōi Abbat. R. vij. Iste hō ab adolesc. 421. R. viij. Sint lumbi vestri. 421.

SEPTIMA DIE infra oct. Assumpt. b. M. virg. De Canticis Canticorum. I. j. — Die 21. B ca. 7

Quid videbis i sunamite, nisi choros castrorum? Quā pulchri sūt gressus tui i calciamentis, filia principis. Iuncturę femorum tuorum sicut monilia, q̄ fabricata sunt manu artificis. Vmbilic⁹ tuus crater tornatilis, nūquā idigēs poculis. Vēter tu⁹ sicut aceru⁹ tritici, vallat⁹ lilijs. Duo vbera tua sicut duo pinuli gemelli capę. Collū tuū sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinę i hesebō, q̄ sūt i porta filię multitudinis. Nas⁹ tu⁹ sicut turris Libani, q̄ respicit ↄtra Damascū. Caput tuū vt Carmel⁹: & comę capi

capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. ℟. Vidi spe ciosam. 440. Lectio .2.

Quaz pulchra es, ꝛ quã de cora carissima i delicijs. Statura tua assimilata est pal me: ꝛ vbera tua botris. Dixi, Ascẽdã i palmã, ꝛ apprehẽdã fruct' ei', ꝛ erũt vbera tua sicut botri vinee: ꝛ odor oris tui sicut odor maloꝝ. Guttur tuũ sicut vi nũ optimũ dignũ dilecto meo ad potãdũ, labijsq; ꝛ dẽtibus il lius ad ruminandum. ℟. Si cut cedrus. 441. Lectio tertia.

Ego dilecto meo, ꝛ ad me ꝯuersio ei'. Veni dilecte mi, egrediamur i agrũ: cõmo remur i villis. Mane surgam' ad vineas, videam' si floruit vi nea, si flores fruct' parturiũt, si floruerũt mala punica: ibi da bo tibi vbera mea. Mãdragore dederũt odorẽ i portis nr̃is: oĩa poma, noua ꝛ vetera, dilecte mi seruaui tibi. ℟. Que est. 441.

Sermo s. Bernardi abb. l. iiij.

Ergo hodie gloriosa ce los ascẽdẽs supnoꝝ gau dia ciuiũ copiosis sine dubio cu mulauit augmẽtis. Hoc est eni cuius salutationis vox ꝛ ipsos exultare facit in gaudio, quod materna adhuc viscera clau dũt. Quod si paruuli needũ nati aĩa liquefacta ẽ, vt Maria lo cuta est: qd putam', quenã illa fuerit celestium exultatio, cuz ꝛ vocez audire, ꝛ videre faciẽ, ꝛ beata ei' frui p̃sentia meru erũt. ℟. Ornatam. 441. L. v.

Sed ꝛ illud quis cogita re sufficiat: quã gloriosa hodie mũdi regina p̃cesserit: ꝛ quãto deuotionis affectu tota in ei' occursũ celestiũ legionũ prodierit multitudo, quib' ad thronũ glorie canticis sit dedu cta, quã placido vultu, quã se rena facie quã diuinis ample xibus suscepta a filio, ꝛ sup om nem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater di gna fuit, cum ea gloria, que tã tum decuit filiuz. ℟. Beatam me dicent. 441. Lectio sexta.

Felicia p̃sus oscula la bijs ip̃ressa lactẽtis, cui virgineo mr̃ applaudebat i gre mio. Verũ nunquid nõ felicio ra censebimus que ab ore sedẽ tis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit, cũ ascenderet ad thronum glorie, epithalamiuz canens, ꝛ dicens. Osculetur me osculo oris sui. Christi generationem, ꝛ Ma rie assumptionez quis enarra bit? Quantum enim gratie in terris adepta est pre ceteris, tã tuz ꝛ in celis obtinet glorie sin gularis. ℟. Beata es Maria, que dominum. folio 441.

De s. Domi. ꝛ Augusti. epi. L. vij.

Remãserit ergo i illa do mo, q̃ susceperat domi num in duabus feminis due vi te, ambe innocẽtes, ambe lau dabi

dabiles: vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, nulla desidiosa: ambȩ innocẽtes, ambȩ, inquam laudabiles: sed vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, quam cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quam cauere debet ociosa. ℟. Diffusa est gratia. 441. Lectio viij.

Erant ergo in illa domo istȩ duȩ vitȩ, & ipse fons vitȩ. In Martha erat imago pñtium, In Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi sumus: qđ agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Nã quid inde habemus inquantũ habemus? quandiu hic sumus, quantum est, quod inde habemus? Nã & modo inde aliquid agim⁹ remoti a negocijs, seposi-tis familiaribus curis cõuenistis, statis, auditis. ℟. Beata es virgo. 441. Lectio nona.

In quãtũ aũt hoc agitis, Mariȩ similes estis: & facilius vos intẽditis quod agit Maria, quam ego qui pr̃erogo. Si quid tamẽ dico, Christi est. Ideo vos pascit, qa Christi, quia panis communis est, vnde & ego vobiscũ viuo. Nũc autem viuimus, si vos fratres statis in domino: Nolo, in nobis: sed in domino: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.

IN OCTAVA

Assumpt. B. Mariȩ virg. dup. Ad Vesp. oĩa vt inf. Vesp. festi. Deinde fit cõ. ss. m̃. Timothei, Hippolyti, & Symphoriãi. oro.

Die 22. D

Auxiliũ tuum nobis dñe, q̃sum⁹: placatus impẽde: & intercedẽtibus btĩs martyrib⁹ tuis Timotheo, Hippolyto, & Symphorião, dexterã sup nos tuȩ ppitiationis extende. Per dominum.

De Canticis Canticorũ. L. i.

Quȩ est ista, quȩ ascẽdit d deserto, delicijs affluẽs, innixa super dilectũ suũ? Sub arbor malo suscitaui te, ibi corrupta ẽ mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculũ sup brachium tuum, q: fortis ẽ vt mors dilectio, dura sicut infern⁹ ȩmulatio: lãpades eius, lãpades ignis atq; flãmarũ. ℟. Vidi speciosã. 440. L. ij.

Aquȩ multȩ nõ potuerũt extinguere charitatem, nec flumina obruẽt illã: si dederit homo oẽm substãtiã domus suȩ pro dilectione, quasi nihil despiciet eã. Soror nr̃a, paruula est, & vbera nõ habet, qđ faciemus sorori nostrȩ i die quãdo alloquẽda est: Si mur⁹ est, ȩdificemus super eũ propugnacula argentea: si ostiũ est, cõpingamus illud tabulis cedrinis. ℟. Sicut cedrus. 442. Le. iij.

Ego murus, et vbera mea sicut turris: ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico in ea que habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos, vinea mea coram me est. Mille tui pacifice, et ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Que habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, et assimilare capree, hinnuloque ceruorum super montes aromatum. ℟. Que est ista. fol. 441.

[illegible] Bernardi abbatis. Lectio iiii.

Tempus loquendi est omni carni cum assumitur incarnati verbi mater in celum: nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Sed de eius gloria nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est, quod et ipsi celestis curie principes, in consideratione tante nouitatis clamant non sine admiratione. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens? ℟. Ornatam. 441. [illegible]

Que est ista: que de sub sole (vbi nihil est, nisi labor et dolor et afflictio spiritus) ascendit delicijs spiritualibus affluens? Quidni delicias dixerim dignitatis decus cum munere fecunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis fauum, misericordie viscera, plenitudinem gratie, prerogatiuam glorie singularis? Ascendens igitur de deserto regina mundi, etiam angelis sanctis vt canit ecclesia, speciosa facta est, et suauis in delicijs suis. ℟. Beatam me. 441. Lectio vi.

Ecce quibus possumus vocibus ascendentem te ad filium deducimus, et prosequimur, saltem a longe, virgo benedicta. Sit pietatis tue, ipsam quam apud Deum gratiam inuenisti notam facere mundo, reis veniam medelam egris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium, et liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solennitatis et letitie dulcissimum Marie nomen cum laude inuocantibus seruulis, per te regina clemens, gratie sue munera largiatur Jesus Christus filius tuus dominus noster, qui est super omnia benedictus in secula. Amen. ℟. Beata es Maria. 441.

Lectio [illegible] Luca. Lectio vii.

In illo tempore: Intrauit Jesus in quoddam castellum, et mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reliqua. Homilia [illegible] Bernardi abbatis.

c. 10.

Quid introisse cum dicimus in castellum: etiam in angustissimum virginalis vteri diuersorium introiuit. Denique et mulier quedam excepit illum in domum suam,

suã Felix.mulier,cuius domus, Saluatore suscepto,inuenta est munda quidẽ,sed plane nõ uacua. Quis enim uacuã dixerit, quam salutat angelus gratia plenam?neq; hoc solum,sed ad huc quoque in eam superuenturum asserit Spiritũ sanctũ. Ad quid putas, nisi ut etiã superimpleat eam? ad quid, nisi ut adueniente iam spiritu plena, sibi eodem superueniente, nobis quoq; superplena, & superfluens fiat? ℟. Diffusa est. 444. Lectio viij.

Intret ergo domũ Saluatoris, & frequenter visitet, eã quã pœnitẽs Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internæ dedita cõtẽplationi. Sed forte curiosus quisq; requirat,cur in præsenti euangelica lectione nulla prorsus Lazari mẽtio fiat?Arbitror sane, ne id quidẽ a proposita similitudine dissidere. Virginalẽ etenim domum intelligi volens spiritus, siluit nõ incongrue pœnitentiam, quæ malum utique comitatur. Absit enim,ut propriæ quicquam inquinamẽti domus hæc aliqñ habuisse dicatur,ut in ea proinde scopa Lazari quæreretur. ℟. Beata es Maria. 444.

Pro ss. mart. Timotheo Hippolyto & Symphoriano. Le.ix.

Timotheus Antiochenus, Romã ueniẽs, Milciade summo Pontifice,cum per annũ ibi Christi fidẽ prædicasset, a Tarquinio Urbis pfecto cõijcitur in uincula,& post diuturnas carceris erumnas ad idola perducitur, ut eis sacrificet: quam impietatem summa libertate detestatus, acerbissime cæditur, & excarnificatum corpus uiua calce perfunditur. In quibus, alijsque supplicijs cõstans martyr capite plectitur: Corpus uia Ostiensi prope sepulcrũ beati Pauli sepelitur. Quo die etiam Alexandro Imperatore apud Ostiam Tiberinã martyrio coronatus est Hippolytus presbyter. Quo in martyrio pſentes Christianos hortabatur,ut fidem, quã a Petro & Paulo traditam, & a cæteris deinceps sanctis patribus acceptã, Romana coleret Ecclesia, cõstanter retinerent. Quo itẽ die Aurelio Imperatore, propter eandem fidẽ Augustuduni Symphorianus adolescens uarie tortus est: qui dum ad ultimũ supplicium duceretur, matrem ita clamãtẽ audiens: Mate, nate, memento æternæ uitæ, cælum suspice, & ibi regnantem intuere, tibi enim uita non eripitur: sed mutatur in melius: fortiter Iesu Christi causa carnifici collum præbuit.

¶ Sequens festũ sancti Bartholomæi celebretur secundũ cõsuetudinẽ locorum. 24. uel 25. die Augusti. Romæ autem celebratur die 25. cũ comme. & ix. lect. S. Ludouici ut infra.

¶ In vig. s. Bartholomei apli. Dom. in euãg. Hoc est p̄cep/ tũ. 597. de cõi Aplorũ, ⁊ Oro. Da quesum'. 492. de eod. cõi.

Die 24. ¶ In festo sãcti Bartholomei Apli. dup. Ad Vesperas. Oro.

Omnipotens sem/ piterne Deus, q huius diei vene/ rãdã sanctãq; le/ titiã in beati apo stoli tui Bartho lomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue, quesumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ predicare quod docuit. Per dominum.

In j. noc. Lcõ. de epistola beati Pauli apostoli ad Corinthios. Sic nos existimet. 494. vt in cõ muni Apostolorum. Lect. iiij.

Bartholomeus Apostolus Galileus cum in Indiaz citeriorez, que ei in orbis terra rum sortitione ad predicandũ Jesu Christi euangelium obue nerat, progressus esset, aduentũ dñi Jesu iuxta sancti Matthei euangeliũ illis gentibus predi cauit. Sed cũ in ea prouincia plurimos ad Jesum Chrm con uertisset, multos labores cala/ mitatesq; ppessus, venit in ma/ iorem Armeniam. R. Vidi coniuncios. 495. Le[ctio] quinta.

Ubi Polemonem regẽ, ⁊ coniugẽ eius, ac preterea duodecim ciuitates ad Chria/ naz fidem perduxit. Que res in eum magnam inuidiam conci/ tauit illius gentis sacerdotuz: nam vsqueadeo Polemonis re gis fratrem in apostolum incẽ/ derũt, vt is viuo Bartholomeo pellez crudeliter detrahi iusse/ rit, ac caput abscidi: quo i mar tyrio animã deo reddidit. R. Beati estis. fol. 496. Lectio vi.

Eius, corpus Albani, que est vrbs maioris Armenie vbi is passus fuerat, sepultũ est: quod postea ad Lyparã insulã delatũ, inde Beneuentũ trans/ latum est, postremo Romã ab Othone secundo Imperatore, Gregorio quinto Põtifice ma ximo, portatum in Tiberis in/ sula, in ecclesia ei' nomine Deo dicata, collocatum fuit. Agi/ tur autem Rome dies festus octauo Calendas Septembris, ⁊ per octo consequentes dies illa basilica magna populi fre/ quentia celebratur. R. Isti sunt triumphat. 496.

Se[quentia] euãg. s[ecundu]m Luc. Lect. vij.

In illo tempore: Exijt Je/ sus in montẽ orare, ⁊ erat pernoctans in oratione Dei: ⁊ cum dies factus esset, vocauit discipulos suos. Et reliqua. 9. ca.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Omnes magni hoies subli mes montem ascendunt: non eniz cuicunq; propheta di cit: Ascende in montem excel suz, qui euãgelizas Sion: Exal ta in virtute vocẽ tuã, qui euan gelizas Jerusalem, nõ vestigijs corporalib', sed factis sublimio ribus in hunc montem si ascẽ/ das,

das, sequeris Christum, vt ipse esse mons possis. Montes enim in circuitu eius. Quere in euangelio: inuenies solos cum domino mōtem ascēdisse discipulos. Orat ergo dominus, non vt p se obsecret, sed vt pro me impetret: Nam etsi posuerit omnia pater in potestate filij: filius tamen, vt formam hominis impleret, obsecrādum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. ℟. Isti sunt qui viuentes. 497. Lectio octaua.

At erat, inquit, pernoctās in oratione dei. Species tibi datur, forma prescribitur, quā debeas emulari. Quid enim te p salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus apostolos orauit prius, et solus orauit? Nec vsquam alibi, si non fallor, orasse cum apostolis reperitur: vbique solus obsecrat. ℟. Isti sunt viri, 497. Le. ix.

Uocauit, inquit, discipulos suos: et elegit duodecim ex ipsis, quos ad propagandū auxilium salutis humane per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul aduerte celeste consilium: nō sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores et publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxisse prudentia, ne redemisse diuitijs, ne potentie nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suā gratiā videretur: vt veritatis ratio, nō disputationis gratia preualeret.

Die 25.

¶ S. Ludouici confesso. Oro.

Deus, qui beatū Ludouicum cōfessorem tuū, de terreno ac tēporali regno, ad celestis, et eterni regni gloriam transtulisti: eius quesumus, meritis, et intercessione regis regum Jesu Christi filij tui, non coheredes efficias: et eiusdē regni tribuas esse consortes. Per eundem dominum nostrum Jesum.

Ubi vero festum Sancti Bartholomei celebrat hodie de hoc festo fit tantum commemo. et ex duabus sequētibus lectionibus fit noua lectio. Lectio secūda.

Ludouic⁹, Gallie rex duodecim annos nat⁹, patre amisso, et in Blanche matris sāctissima disciplina educatus, cū vigesimū annum attingeret, i morbum incidit: quo tempore cogitauit de recuperāda possessione Jerosolymorum. Quamobrē vbi conualuisset, vexillum ab Episcopo Parisiēsi accepit: deinde mare cum ingenti exercitu trajciēs, primo prelio Saracenos fugauit, Sed cum ex pestilentia, magna militū multitudo perijsset: victus ipse, captusque est. Rebus postea cū Saracenis compositis, liber rex, exercitusque dimittitur: ita

que Aconem profectus, in ea urbe multos Agarenorum ad Christi fidem cõuertit, preterea aliquot Christianorum urbes refecit suis sumptibus.

Lectio tertia.

Interim mater eius migrat e vita: quare domũ redire cogitur, ubi totũ se dedit pietatis officiis, nã multa edificauit et monasteria et pauperũ hospitia: beneficientia egẽtes sublevabat: frequens visebat egrotos: quibus ipse non solum suis sumptibus omnia suppeditabat, sed etiã, que opus erãt manibus ministrabat: vestitu vulgari utebatur, cilicio ac ieiunio corpus assidue affligebat. Sed cũ iterũ transmisisset, bellũ Saracenis illaturus, iamq; castra in eorũ cõspectu posuisset, pestilẽtia decessit in illa oratione, Introibo in domum tuã, adorabo ad tẽplum sanctuz tuuz, et cõfitebor nomini tuo. Eius corpus postea Lutetiam Parisiorum trãslatum est: ipse clarus miraculis a Bonifacio octauo in sanctoruz numerum est relatus.

Die 26 G

S. Zephyrini pp. et m. Oratio

Presta, quesumus omnipotens Deus: ut beati Zephyrini martyris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum.

Lectio iiii.

Zephyrinus Romanus qui Seuero Imperatore rexit ecclesiã, sanciuit, ut qui ordinandi essent, opportuno tẽpore multis presentibus clericis, et laicis de more sacris initiarentur: doctique ac spectate vite homines ad id officii munus deligerent. Decreuit preterea ut rem diuinaz faciẽti episcopo sacerdotes omnes astarent. Idem instituit ut Patriarcha, Primas, Metropolitanus, aduersus episcopum non ferant sententiam nisi apostolica auctoritate fulti. Vixit in pontificatu annos nouẽ, mẽses septẽ, dies decẽ. Habuit ordinationes septẽ mense Decẽbri, quibus creauit episcopos tredecim, presbyteros quatuordecim, diaconos septẽ. Antonino Imperatore, martyrio coronatus est, et sepultus via Appia prope cemeteriũ Callisti, septimo Calẽdas Septẽbris. Tu autem.

Die 27. A

In festo s. Augustini episcopi. conf. et Ecclesie Doc. dupl. Die 28 b

Ad Mag. Ana. O doctor opti. 514.

Oratio.



Adesto supplicatiõibus nostris omnipotẽs deus, et quibus fiduciam sperande pietatis indulges, intercedente beato Augustino cõfessore tuo, atque põtifice, cõsuete misericordie tribue benignus effectũ. Per dominum nostrum. Iesum Christum filium

Cõme.

¶ Cōme. s. Hermetis m. Oro.

Deus, qui beatū Hermetē, martyrē tuum, virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue ꝓ amore tuo prospera mundi despicere, ⁊ nulla ei⁹ aduersa formidare. Per dominum nostrū.

In j. noct. Le. Sapientiā. 119. de communi Doct. Lectio iiij.

Augustin⁹, Tagastę in Africa honestis parētibus natus, ac puer docilitate ingenij ęquales longe superans, breui omnibus doctrina antecelluit. Adolescēs, alienus a Christiana religione Mediolanum se contulit: vbi cum frequens Ambrosij Mediolanensis episcopi esset auditor: eius opera incensus studio Christianę fidei, circiter trigesimum annuꝫ agēs, ab ipso baptizatur. Reuersus in Africaꝫ cū religione vitę sanctimoniaꝫ coniungens, a Valerio, notę sāctitatis, ep̄o Hipponēsi, ꝑsbyter factus est: quo tp̄e familiā instituit religiosoꝝ: quib⁹ cū victu cōi eodē que culto vtēs, eos ad apostolicę vitę, doctrinęq̄ disciplinā diligētissime erudiebat: sed cū vigeret Manichęoꝝ hęresis, i qua et ipse aliquadiu fuerat, vehemētius i illā inuehi cępit. Fortunatūq̄ heresiarchaꝫ cōfutauit. R. Inueni Dauid. 415. Lec. v.

Hac Augustini pietate cōmotus Valerius, cuꝫ ad iutoreꝫ adhibuit ep̄alis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quā semper sacra vel lectione vel disputatione cōdiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes: vt, cuꝫ nō esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustētandā. Feminaruꝫ, ⁊ in eis sororis, ⁊ fratris filię cōtuberniū, familiaritatēq̄ vitauit: quippe qui diceret, etsi propinquę mulieres suspectę non essent, tñ quę ad eas ventitarēt, posse suspicionē efficere. Nullū finē fecit prędicādi Dei verbū nisi graui morbo oppressus. Hęreticos insectatus ⁊ coraꝫ, ⁊ scriptis: ac nullo loco passus cōsistere, Africam a Manichęoꝝ, Donatistarū, Pelagianoꝝ, multorumq̄ pręterea hęreseos errore liberauit. R. Posui adiutorium. 415. Lect. vj.

Tam multa pie, subtiliter, copiose scripsit: vt Christianaꝫ doctrinā maxime illustrarit. Quē in primis secuti sunt, q postea theologicā disciplinam via, ⁊ ratione tradiderunt. Vandalis Africam bello vastātib⁹, ⁊ Hipponem tertiū iā mensem obsidentibus, in febreꝫ incidit. Itaq̄ cū discessuꝫ e vita sibi instare intelligeret, psalmos Dauid, qui ad penitentiā pertinēt in cōspectu positos ꝓfusis lacrymis legebat. Solebat āt dicere nemine, etsi nullius sceleris sibi

 conscius

cōſcius eſſet, committere debere, vt ſine penitētia migraret e vita. Ergo ſenſibus integris, in oratione defixus, aſtātibus fratrib⁹, quos ad charitatē, pietatē, virtuteſq; oēs erat adhortatus, migrauit in celū. Vixit annos ſeptuaginta ſex, i epiſcopatu ad quadraginta. Cuius corpus primū in Sardiniam delatum, deinde a Leoprando Longobardorū rege magno precio redemptum, Ticinū tranſlatū eſt, ibiq; honorifice conditum. ℟. Iſte eſt qui ante, folio. 516. Lec. iij. noc. Dom. i euag. Vos eſtis ſal terre. 519. vt i cōi doc. Ad Laudes fit cōm. S. Hermetis mar. vt ſup. Ad Veſperas a Capitulo oia ď ſequēti feſto.

Die. 29 C ℭ In Decollatione S. Johan. Baptiſte. dupl. Cap. Hy⁹. ⁊ ℣. de cōmuni vnius mar fol. 501. Ad Mag. Aña. Miſſo Herodes ſpiculatore, pcepit amputari caput Johannis i carcere: quo audito, diſcipuli ei⁹ venerūt, ⁊ tulerūt corp⁹ ei⁹, ⁊ poſuerunt illud in monumēto. Oro.



Sancti Johannis Baptiſte, precurſoris, ⁊ martyris tui, queſumus domine, veneranda feſtiuitas, ſalutaris auxilij nobis preſtet effectum. Qui viuis ⁊ regnas in vnitate.

Deinde fit cōm. S. Auguſtini. Poſtea S. Sabine mart. Oro. O eus qui inter. 525. de comuni SS. mulierum.

ℭ Ad Matu. Inuit. ⁊ reſ. p ſe; ter pria i noct. oūr de cōi vnius mart. 501. In j. noct. lectiones Jeremie prophete poſite in Natiuita. S. Johan. menſe Junio. Verba Jeremie. 403. ℟. Miſit Herodes rex man⁹, ac tenuit Johannē, ⁊ vinxit eum in carcere, quia metuebat eū propter Herodiadem. Quā tulerat fratri ſuo Philippo vxorē. ℣. Arguebat Herodē Johannes propter Herodiadē. Quā. ℟. Johānes Baptiſta arguebat Herodem, pter Herodiadē, quā tulerat fratri ſuo viuēti vxorē. ℣. Miſſo Herodes ſpiculatore, precepit amputari caput Johānis in carcere. Propter. ℟. Puelle ſaltanti imperauit mater. Nihil aliud petas, niſi caput Johannis. Et contriſtatus eſt rex propter iuſiurandum, ⁊ propter ſimul diſcumbentes. ℣. Ait puella matri ſue. Quid petam? At illa ait. Nihil. Ex libro S. Ambroſij epiſcopi, de virginibus. Lectio quarta.

Quoniam beati Johannis Baptiſte nō ſtrictim preterenda eſt recordatio: intereſt vt, quis, ⁊ a quibus, ⁊ quam ob cauſam, quomodo, ⁊ quo tempore ſit occiſus, aduertere debeamus. Ab adulteris iuſtus occiditur, ⁊ a reis in iudicem

capitalis

capitalis sceleris pena conuer titur. Deinde premiu; saltatri cis mors est prophete. Postre/ mo(quod etiam omnes barba/ ri horrere consueuerunt) in/ ter epulas atque conuiuia con summamque crudelitatis profer tur edictum, et a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conui uium feralis flagitij circunfer/ tur obsequium. Quanta in vno facinore sunt crimina? ℟. Ju/ stus germinabit. 501.

et que leguntur, per ordine; de communi vnius mart. Lec. v.

Quis non, cum e conuiuio ad carcere; cursari vide ret, putaret prophetam iussum esse dimitti? Quis inquam, cu; audisset natale; esse Herodis, solenne conuiuiu, puelle optio/ nem eligedi quod vellet data, missum ad Johannem ob solu/ tionem no arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs: quid cum funeribus voluptati? Ra/ pitur ad penam propheta coui uiali tempore, conuiuiali prece pro, quo non cuperet vel absol/ ui: permitur gladio, caput ei[9] affertur in disco. Hoc crudeli/ tati ferculu debebatur, quo in/ satiata epulis feritas vesceret. ℟. Iste cognouit. 502. Lect. vj.

Intuere Rex acerbissime tuo spectacula digna qui uio. Porrige dexteram, ne quid seuitie tue desit, vt inter digitos tuos riui defluat sacri cruoris. Et quoniam no exaturari epu/ lis fames, non restingui poculis potuit inaudite seuitie sitis, bi/ be sanguine scaturientibus ad/ huc venis exacti capitis pflue/ tem. Cerne oculos in ipsa mor te sceleris tui testes, auersantes cospectum deliciaru;. Claudu tur lumina non tam mortis ne cessitate, qua; horrore luxurie. Os aureum illud exangue, cu/ ius sententiam ferre non pote/ ras, conticescit, et adhuc timetur. ℟. Honestum fecit illum, 503.

Lectio sancti euangelij secun/ du; Marcu;. Lectio septima.

In illo tepore: Misit He/ rodes ac tenuit Johan/ nem: et vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia du/ xerat eam. Et reliqua. ca.6.

Homilia sancti Augustini epi.

Cum sanctum euangeliu legeref, crudele specta/ culum ante oculos nostros co/ stitutum est. Caput sancti Jo/ hannis in disco, feralis missus crudelitatis, propter odiu; ve/ ritatis: puella saltat, et seuit ma ter, et inter delicias et lasciuias couiuatiu temere iuratur: et im pie quod iuratur, impletur. Factu; est Johanni quod ipse predixerat: Illum oportet cre/ scere, dixerat de domino, me autem minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit veritas. Non potuit equo animo tolerari quod homo Dei sanct[9] mone/

 bat

bat: qui vtique salutem eorum querebat quos sic monebat. Responderũt illi mala pro bonis. ℟. Desiderium. [illegible]

℣. Quid enim ille diceret, nisi quo plenus erat? & quid illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminabat: sed spinas inuenit, dicebat q̃ regi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Uincebat regẽ libido, tenebat apud se prohibitam vxorem fratris sui. Sed cum tamen sic habebat vt non sęuiret. Honorabat eum, a quo verum audiebat: sed detestabilis mulier odium concipiebat: quod aliquando dato tempore pareret: quando autem parturijt, peperit filiam, filiam saltatricem. ℟. Stola iucunditatis. folio. 503.

Pro s. Sabina martyre. Lc. ix.

Sabina mulier Romana, Ualẽtini viri Clarissimi vxor, a Seraphia virgine Christianę fidei preceptis instituta, post sanctę virginis martyriũ collectas eius reliquias pijs exequijs sepeliuit. Quã ob causam paulo post Adriano Imperatore cõprehẽsa, Elpidio iudici sistitur, Cui is: Tu ne illa Sabina, & genere & matrimonio nobilissima? At illa. Sum, inqt: sed dño meo Jesu Christo gratias ago: qui me intercessione Seraphię, famulę suę, e dęmonũ potestate liberauit. Quã varie tentatã, vt propositũ mutaret, cũ a fidei cõstantia mouere nõ posset Prefectus: pronunciata sententia q̃ deos cõtemneret, capitis damnauit. Eius corpus a Christianis in eodem sepulcro conditum est, in quo ipsa magistram fidei suę Seraphiam posuerat.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Herodes enim tenuit, & ligauit Johannem, & posuit in carcerem propter Herodiadem. ps. Dñs regnauit. 8. cum reliq. Aña. Dñe mi rex, da mihi in disco caput Johannis Baptistę. Aña. Puellę saltanti imperauit mater: nihil aliud petas, nisi caput Johannis. Aña. Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadẽ: quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. Aña. Da mihi in disco caput Johannis Baptistę: & contristatus est rex propter iusiurandum. Cap. Beatus vir qui suffert. 501. Hymnus. Martyr dei. 504. ℣. Justus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Aña. Misso Herodes. fol. 451.

Ad Horas, omnia de communi vnius martyris p̃ter orationẽ. Ad Uesperas. Aña. Herodes. cum reliq̃s de Laudibus. Psal. Capitulũ, Hymni, & versic. de communi vnius martyris. Ad Magnificat. Antiphona. Misit rex incredulus ministros detestabiles, & amputari iussit caput Johannis Baptiste.

Die 30 D

SS. Felicis, & Adaucti m. oro.

Maiestatē tuā, dñe, supplices exoram⁹: vt sicut nos iugiter sctōꝝ tuorū cōmemoratione lętificas, ita sēp supplicatione defendas. Per dñm. Lc. ij.

Felix, Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus, propter susceptā Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum iuberetur, os simulacri cōspuit. Quo facto, statī ęrea statua corruit. Quod cū iterum, ac tertio in ęde Mercurij, Dianęq; factū esset, impietatis, & magicę artis accusatus, equuleo torquetur. Mox ad secundum ab vrbe lapidem via Ostiensi ducitur, vt securi feriretur. Cui inter viaz oblatus quidā Christianus, cū Felicē agnoscens ad martyriū duci videret, ego quoq; clara voce, ingt, eadē qua iste lege viuo, ego eundez Iesum Christū colo. Itaq; Felicem osculatus, cuz eo securi percutitur, tertio Calendas Septembris, cuius nomen cum ignotuz esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod ad martyrij coronam augeri voluerit.

Die 31. E

FESTA SEPTEMBRIS.

Offm Defunct. 1. die nō imped.

Die 1. F

Pro S. Aegidio Abb. Oro.

Intercessio nos. de cōi cōfess. non pontific. fol. 520. Deinde fit commemorat. Sanctorum martyrum duodecim fratruz. Oro.

Fraterna nos dñe martyrū tuoꝝ corona lętificet: q̄ & fidei nrę pbeat incremēta virtutū, & multiplici nos suffragio cōsoletur. Per dominum nostrum. Lectio tertia.

Aegidius Atheniensis, regię stirpis, a prima etate diuinis literis, & charitatis offi cijs ita deditus fuit, vt nihil ꝓpterea curare videret. Itaq; parentibus mortuis, totū patrimoniū in pauperes erogauit: quin ēt tunicā exuit, vt ęgrotuz ege tē tegeret, qua ille indutus, statim cōualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatē, Arelate ad beatū Cęsariū cōtendit: a quo post bienniū discedēs, secessit in eremū: vbi diutius herbaruz radicib⁹, & ceruę lacte, quę statis ad eū horis veniebat, admirabili sanctitate vixit: Quę cerua, insequētibus quodā die canibus regijs, cum in antrum Aegidij refugisset: Gallię regē impulit, vt ab eo summis precibus peteret, vt in loco speluncę monasteriuz extrui pateretur. Cuius administrationem, flagitāte rege, inuitus suscepit, eoq; munere aliquot annis prodēter pieq; gesto migrauit in cęlum.

Die 2. G. Die 3. A. Die 4. B. Die 5. C. Die 6. D. Die 7. E.

Natiui/

prema, ⁊ antiquissima theologoꝝ summitas) ⁊ viso sacro corpore placuit oib⁹. prout quisq̄ poterat hymnis celebrare infinitā bonitatem diuinarum virtū. ℟ Btā es Maria. 441.

De Dom. s. Augu. i. epi. L. vij.

Transit labor multitudinis, ⁊ remanet charitas vnitatis, ergo qđ elegit Maria, nō auferet̃ ab ea. A te autē Martha, qđ elegisti, vtiq̄ hoc sequit̃, vtiq̄ hoc subintelligit̃: a te, quod elegisti, auferet̃: sed bono tuo auferet̃: vt quod melius est, detur: auferetur enim a te labor, vt reqes detur. Tu nauigas, illa iā in portu est. ℟. Diffusa est grā. 442. Lect. viij.

Uidetis ergo, carissimi, ⁊ quantū arbitror, iam intelligitis, i his duabus mulieribus quę ambę fuerunt domino gratę, ambę amabiles ambę discipulę: videtis ergo, ⁊ magnū aliqd intelligitis, quicūq̄ intelligitis, qđ audire ⁊ scire debetis, etiā qui non intelligitis, in his duab⁹ mulierib⁹ duas vitas esse figuratas, pręsentē, ⁊ futuraꝫ: laboriosam, ⁊ quietaꝫ: ęrumnosaꝫ, ⁊ beataꝫ, temporaleꝫ, ⁊ ęternā. ℟. Beata es virgo Maria. 442. Lectio nona.

Hę sunt vitę, de illis vos copiosi⁹ cogitare. Quia habeat hęc vita, nō dico mala non iniqua, nō nefaria, nō luxuriosa, non impia, sed laboriosa, ęrumnis plena, timoribus castigata, tentationib⁹ solicita, hāc ipsam innocentē vitā dico quā decebat habere Martham: Hanc ergo quantū potestis inspicite, ⁊ de hac, vt dixi, copiosi⁹ quā loquimur cogitare. Uita vero iniqua aberat ab illa domo: nec cū Martha erat nec cū Maria, ⁊ si aliqñ fuit domino intrante fugit. Tu autem.

¶ S. Bernardi abb. dup. ero. Die 20. A

Intercessio. 520. De coi [illegible] nō pōt. Occide[illegible]t cōm ē oct. lcō. i. noc. leguñ de libro Script. co. tpe occur. vt dictū ē. i rub. sab/bathi ali dñicā [illegible] Aug. L. iiij.

Bernard⁹, fōtanis i Burgundia honesto loco nat⁹, adolescens pp egregiā formā vehementer solicitat⁹ a mulieribus, nūquā d̄ snia colēdę castitatis dimoueri potuit. Quas diaboli tētatiōes, vt effugeret, duos ⁊ viginti annos nat⁹, familiā Cisterciēsis ordinis, q̄ tū sanctitate florebat, igredi pstituit. Quo Bernardi pꝓsilio cognito, frēs summopere conati sunt eum a pposito deterrere, in quo ipse eloquentior ac felicior fuit: nā sic eos, aliosq̄ multos in suam perduxit sententiam, vt cuꝫ eo triginta iuuenes eandem religionē susceperint. Monachus ieiunio ita dedit⁹ erat, vt quoties

ties sumédus esset cibus, toties tormentum subire videretur. In vigiliis etiã & orationibus mirifice se exercebat, & Christianã paupertatem colens: quasi celestem vitã agebat i terris: ab omni caducarum reruz cura, & cupiditate alienã. ℟. Iste est qui ante. 520. Lect. quarta.

Lucebat i eo humilitas: misericordia, benignitas cõtemplationi aût sic addict⁹ erat, vt vix sensibus, nisi ad officia pietatis, vteretur: in quib⁹ tamé prudentiç laude excellebat. Quo in studio occupatus, Genuensium, ac Mediolanensium episcopatus oblatos recusauit, pfessus se tanti officij munere indignum esse. Abbas factus Claraualensis, multis in locis ędificauit monasteria, in quibus pręclara Bernardi institutio, ac disciplina diu viguit. Romana pfect⁹, sctõrũ Vincentij, & Anastasij monasteriuz extruxit, ei pręficiens abbatez illum, qui postea Eugenus tertius summus Põtifex fuit, ad quem etiam librum misit, De consideratione. ℟. Amauit. folio 521. Lectio sexta.

Multa pręterea scripsit, in quibus apparet eum doctrina potius diuinitus traditã, quã labore cõparata instructũ fuisse. In sũma virtutũ laude exorat⁹ a maximis principibus de eorũ cõponendis cõtrouersijs, & de ecclesiasticis reb⁹ ɔstituẽdis, sępius in Italiã venit. Innocẽtiũ itẽ secundũ Põtificẽ maximũ in ɔfutãdo schismate Petri Leonis, cum apud Imperatorẽ & Henricũ Anglię regẽ, tuz in concilio Pisis coacto egregie adiuuit: dniq3 tres & sexaginta annos nat⁹ obdormiuit in domino: ac miraculis illustris ab Alexandro tertio Papa inter sctõs relatus est. ℟. Iste homo perfecit. fo. 521. In iii. noc. Hom. i euang. Ecce nos reliq. 498. vt i cõi Apl̃or. ℟. xij. Iste hõ ab adolesc. 421. ℟. viij. Sint lumbi vestri. 421.

SEPTIMA DIE infra oct. Assumpt B. M. virg. De Canticis Canticorum. Lec. i. — Die 21. B ca. 7

Quid videbis i sunamite, nisi choros castrorum? Quã pulchri sũt gressus tui i calciamentis, filia principis. Iuncturę fęmorum tuorum sicut monilia, q̃ fabricata sunt manu artificis. Vmbilic⁹ tuus crater tornatilis, nũquã idigẽs poculis. Vẽter tu⁹ sicut aceru⁹ tritici, vallat⁹ lilijs. Duo vbera tua sicut duo pinuli gemelli capię. Collũ tuũ sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinę i hesebõ, q̃ sũt i porta filię multitudinis. Nas⁹ tu⁹ sicut turris Libani, q̃ respicit ɔtra Damascũ. Caput tuũ vt Carmel⁹: & comę capi-

capitis tui sicut purpura regis iuncta canalibus. ℟. Vidi speciosam.440. Lectio .ij.

Quam pulchra es, et quã decora carissima in delicijs. Statura tua assimilata est palme: et vbera tua botris. Dixi, Ascẽdã in palmã, et apprehẽdam fruct⁹ ei⁹, et erũt vbera tua sicut botri vinee: et odor oris tui sicut odor malorũ. Guttur tuũ sicut vinũ optimũ dignũ dilecto meo ad potãdũ, labijsq; et dẽtibus illius ad ruminandum. ℟. Sicut cedrus.441. Lectio tertia.

Ego dilecto meo, et ad me cõuersio ei⁹. Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ: cõmoremur in villis. Mane surgam⁹ ad vineas, videam⁹ si floruit vinea, si flores fruct⁹ parturiũt, si floruerũt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Mãdragore dederũt odorẽ in portis nr̃is: oĩa poma, noua et vetera, dilecte mi seruaui tibi. ℟. Que est. 441.

Sermo s. Bernardi abb. [illegible]

Virgo hodie gloriosa celos ascẽdẽs supernorũ gaudia ciuiũ copiosis sine dubio cumulauit augmẽtis. Hoc est enĩ cuius salutationis vox et ipsos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudũt. Quod si paruuli necdũ nati aĩa liquefacta ẽ, vt Maria locuta est: quid putam⁹, quenã illa fuerit celestium exultatio, cũ et vocẽ audire, et videre faciẽ, et beata ei⁹ frui p̃sentia meruerũt? ℟. Ornatam.441. Lectio v.

Sed et illud quis cogitare sufficiat: quã gloriosa hodie mũdi regina p̃cesserit: et quãto deuotionis affectu tota in ei⁹ occursũ celestiũ legionũ prodierit multitudo, quib⁹ ad thronũ glorie canticis sit deducta, quã placido vultu, quã serena facie quã diuinis amplexibus suscepta a filio, et sup omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, que tãtum decuit filium. ℟. Beatam me dicent.441. Lectio sexta.

Felicia prorsus oscula labijs impressa lactẽtis, cui virgineo m̃r applaudebat in gremio. Verũ nunquid nõ feliciora censebimus que ab ore sedẽtis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit, cũ ascenderet ad thronum glorie, epithalamiũ canens et dicens. Osculetur me osculo oris sui. Christi generationem, et Marie assumptionẽ quis enarrabit? Quantum enim gratie in terris adepta est pre ceteris, tãtum et in celis obtinet glorie singularis. ℟. Beata es Maria, que dominum. folio 441.

De homi. s. Augustini epi. Lectio vij.

Remãserũt ergo in illa domo, q̃ susceperat dominum in duabus feminis due vite, ambe innocẽtes, ambe laudabi-

dabiles: vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, nulla desidiosa: ambę innocētes, ambę, inquam laudabiles: sed vna laboriosa, altera ociosa: nulla facinorosa, quaꝫ cauere debet laboriosa: nulla desidiosa, quaꝫ cauere debet ociosa. ℟. Diffusa est gratia. 441. Lectio viij.

Erant ergo in illa domo istę duę vitę, ꝛ ipse fons vitę. In Martha erat imago pṡentiū, In Maria futurorū. Quod agebat Martha, ibi sumus: qđ agebat Maria, hoc speramus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus plene. Nā quid inde habemus inquantū habemus? quandiu hic sumus, quantum est, quod inde habemus? Nā ꝛ modo inde aliquid agim⁹ remoti a negocijs, sepositis familiaribus curis cōuenistis, statis, auditis. ℟. Beata es virgo. 441. Lectio nona.

In quātū aūt hoc agitis, Marię similes estis: ꝛ facilius vos intēditis quod agit Maria, quam ego qui p̄rogo. Si quid tamē dico, Christi est. Ideo vos pascit, qa Christi, quia panis communis est, vnde ꝛ ego vobiscū viuo. Nūc autem viuimus, si vos fratres statis in domino: Nolo, in nobis: sed in domino: quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementuꝫ dat Deus.

IN OCTAVA Assumpt. B. Marię virg. dup. Ad Vesp. oia vt inf. Vesp. festi. Deinde fit cō. ss. m. Timothei, Hippolyti, ꝛ Symphoriani. oro.

Die 22. D

Auxiliū tuuꝫ nobis dñe, q̄sum⁹, placatus impēde: ꝛ itercedētibus btīs martyrib⁹ tuis Timotheo, Hyppolyto, ꝛ Symphoriāo, dxterā sup nos tuę ꝓpitiationis extende. Per dominuꝫ. De Cantico Canticorū. L. j.

Quę est ista, quę ascēdit d deserto, delicijs affluēs, innixa super dilectū suū? Sub arbore malo suscitaui te, ibi corrupta ē mater tua, ibi violatā est genitrix tua. Pone me vt signaculū sup brachiuꝫ tuuꝫ, qr fortis ē vt mors dilectio, dura sicut ifern⁹ ęmulatio: lāpades eius, lāpades ignis atqꝫ flammarū. ℟. Vidi speciosā. 440. L. ij.

Aquę multę nō potuerūt extinguere charitatem, nec flumina obruēt illā: si dederit homo oēꝫ substātiā domus suę pro dilectione, quasi nihil dspiciet eā. Soror nr̄a, paruula est, ꝛ vbera nō habet, qd faciemus sorori nostrę i die quādo alloquēda est? Si mur⁹ est, ędificemus super eū propugnacula argentea: si ostiū est, cōpingamus illud tabulis cedrinis. ℟. Sicut cedrus. 442. Le. iij.

Ego murus, et vbera mea si cut turris: ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit pacifico in ea que habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos, vinea mea coram me est. Mille tui pacifice, et ducenti his, qui custodiunt fructus eius. Que habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, et assimilare capree, hinuloque ceruorum super montes aromatum. ℣. Que est ista. fol. 441.

[illegible] Bernardi abbatis. L. iiij.

Tempus loquendi est omni carni cum assumitur incarnati verbi mater in celum: nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Sed de eius gloria nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut ineruditia potest locutio parturire. Hinc est, quod et ipsi celestis curie principes, in consideratione tante nouitatis clamant non sine admiratione. Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens? ℟. Ornatam. 441. L. v.

Que est ista: que de sub sole (vbi nihil est, nisi labor et dolor et afflictio spiritus) ascendit delicijs spiritualibus affluens? Quidni delicias dixerim virginitatis decus cum munere fecunditatis, humilitatis insigne, distillantem charitatis fauum, misericordie viscera, plenitudinem gratie, prerogatiuam glorie singularis? Ascendens igitur de deserto regina mundi, etiam angelis sanctis vt canit ecclesia, speciosa facta est, et suauis in delicijs suis. ℟. Beatam me. 441. L. vi.

Ecce quibus possumus vocibus ascendentem te ad filium deducimus, et prosequimur, saltem a longe, virgo benedicta. Sit pietatis tue, ipsam quam apud Deum gratiam inuenisti notam facere mundo, reis veniam medelam egris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium, et liberationem sanctis tuis precibus obtinendo. In hac quoque die solennitatis et letitie dulcissimum Marie nomen cum laude inuocantibus seruulis, per te regina clemens, gratie sue munera largiatur Jesus Christus filius tuus dominus noster, qui est sup omnia benedictus in secula. Amen. ℟. Beata es Maria. 441.

[illegible] L. vij.

In illo tempore: Intrauit Jesus in quoddam castellum, et mulier quedam Martha nomine excepit illum in domum suam. Et reli.

Homilia [illegible] Bernardi abbat.

Quid introisse eum dicimus in castellum: etiam in angustissimum virginalis vteri diuersorium introiuit. Denique et mulier quedam excepit illum in domum suam,

c. 10.

suā felix mulier, cuius domus, Saluatore suscepto, inuenta est munda quidē, sed plane nō uacua. Quis enim uacuā dixerit, quam salutat angelus gratia plenam? neq; hoc solum, sed adhuc quoque in eam superuenturum asserit Spiritū sanctū. Ad quid putas, nisi ut etiā superimpleat eam? ad quid, nisi ut adueniente iam spiritu plena, sibi eodem superueniente, nobis quoq; superplena, & superfluens fiat? ℟. Diffusa est. 444.

Lectio vij.

Intret ergo domū Saluator, & frequenter visitet eā quā pęnitēs Lazarus mundat, ornat Martha, & Maria replet internę dedita cōtēplationi. Sed forte curiosus quisq; requirat, cur in pręsenti euangelica lectione nulla prorsus Lazari mētio fiat? Arbitror sane, ne id qdē a proposita similitudine dissidere. Virginalē etenim domum intelligi volens spiritus, siluit nō incongrue pęnitentiā, quę malum utique comitatur. Absit enim, ut proprij quicquā inquinamēti domus hęc aliqñ habuisse dicatur, ut in ea proin de scopa Lazari quęreretur. ℟. Beata es Maria. 444.

Pro ss. mart. Timotheo Hippolyto & Symphoriano. Lc. ix.

Timotheus Antiochenus, Romā ueniēs, a Milciade summo Pontifice, cum per annū ibi Christi fidē prędicasset, a Tarquinio Vrbis pfecto cōijcitur in uincula, & post diuturnas carceris ęrumnas ad idola perducitur, ut eis sacrificet: quam impietatem summa libertate detestatus, acerbissime cęditur, & excarnificatum corpus uiua calce perfunditur. In quibus, alijsque supplicijs cōstans martyr capite plectitur: Corpus uia Ostiensi prope sepulcrū beati Pauli sepelitur. Quo die etiam Alexandro Imperatore apud Ostiam Tiberinā martyrio coronatus est Hippolitus presbyter. Quo in martyrio pſentes Christianos hortabatur, ut fidem, quā a Petro & Paulo traditam, & a cęteris deinceps sanctis patribus accepā, Romana coleret Ecclesia, cōstanter retinerent. Quo itē die Aurelio Imperatore, propter eandem fidē Augustuduni Symphorianus adolescens uarie tortus est: qui dum ad vltimū supplicių duceretur, matrem ita clamātē audiens: Nate, nate, memento ęternę uitę, cęlum suspice, & ibi regnantem intuere, tibi enim uita non eripitur: sed mutatur in melius: fortiter Iesu Christi causa carnifici collum prębuit.

¶ Sequens festū sancti Bartholomęi celebretur secundū cōsuetudinē locorum. 24. uel 25. die Augusti. Romę autem celebratur die 25. cū comme. & ix. lect. S. Ludouici ut infra.

¶ In vig. s. Bartholomei apli. Hom. in euãg. Hoc est p̃ceptũ. 597. de cõi Aplõrũ, ⁊ Oro. Da quesum⁹. 492. de eod. cõi.

Die 24. ¶ In festo sancti Bartholomei Apli. dup. Ad Vesperas. Oro.

Omnipotens sempiterne Deus, q huius diei venerãdã sanctãq; letitiã in beati apostoli tui Bartholomei festiuitate tribuisti: da ecclesie tue, quesumus, ⁊ amare quod credidit, ⁊ predicare quod docuit. Per dominum.

In j. noc. Lcõ. de epistola beati Pauli apostoli ad Corinthios. Sic nos existimet. 494. vt in cõmuni Apostolorum. Lect. iiij.

Bartholomeus Apostolus Galileus cum in Indiaz citeriorez, que ei in orbis terrarum sortitione ad predicandũ Jesu Christi euangelium obuenerat, progressus esset, aduentũ dñi Jesu iuxta sancti Matthei euangeliũ illis gentibus predicauit. Sed cuz in ea prouincia plurimos ad Jesum Chrm conuertisset, multos labores calamitatesq; ppessus, venit in maiorem Armeniam. ℟. Vidi coniunctos. 495. Lect. quinta.

Ubi Polemonem regẽ, ⁊ coniugẽ eius, ac preterea duodecim ciuitates ad Christianaz fidem perduxit. Que res in eum magnam inuidiam conciuauit illius gentis sacerdotuz: nam vsqueadeo Polemonis regis fratrem in apostolum incẽderũt, vt is viuo Bartholomeo pellez crudeliter detrahi iusserit, ac caput abscidi: quo i martyrio animã deo reddidit. ℟. Beati estis. fol. 496. Lectio vj.

Eius corpus Albani, que est vrbs maioris Armenie vbi is passus fuerat, sepultũ est: quod postea ad Lyparã insulã delatũ, inde Beneuentũ translatum est, postremo Romã ab Othone secundo Imperatore, Gregorio quinto Potifice maximo, portatum in Tiberis insula, in ecclesia ei⁹ nomine Deo dicata, collocatum fuit. Agitur autem Rome dies festus octauo Calendas Septembris, ⁊ per octo consequentes dies illa basilica magna populi frequentia celebratur. ℟. Isti sunt triumphat. 496.

Lcõ. euãg. sec. Lucã. Lect. vij.

In illo tempore: Exijt Jesus in montẽ orare, ⁊ erat pernoctans in oratione Dei: ⁊ cum dies factus esset, vocauit discipulos suos. Et reliqua. 6. ca

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Omnes magni hoies sublimes montem ascendunt: non enĩ cuicunq; propheta dicit: Ascende in montem excelsuz, qui euãgelizas Sion: Exalta in virtute vocẽ tuã, qui euangelizas Jerusalem, nõ vestigijs corporalib⁹, sed factis sublimioribus in hunc montem si ascẽdas,

das, sequeris Christum, vt ipse esse mons possis. Montes enim in circuitu eius. Quere in euangelio: inuenies solos cum domino mõtem ascẽdisse discipulos. Orat ergo dominus, non vt pro se obsecret, sed vt pro me impetret: Nam etsi posuerit omnia pater in potestate filij: filius tamen, vt formam hominis impleret, obsecrãdum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. ℟. Isti sunt qui viuentes. 497. Lectio octaua.

Et erat, inquit, pernoctãs in oratione Dei. Species tibi datur, forma prescribitur, quã debeas emulari. Quid enĩ te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere conuenit cum vis aliquod officium pietatis adoriri, quando Christus missurus apostolos orauit prius, et solus orauit? Nec vsquam alibi, si non fallor, orasse cum apostolis reperitur: vbique solus obsecrat. ℟. Isti sunt viri, 497. Le. ix.

Uocauit, inquit, discipulos suos: et elegit duodeci ex ipsis, quos ad propagandũ auxiliũ salutis humane per terrarum orbem satores fidei destinaret. Simul aduerte celeste consilium: nõ sapientes aliquos, non diuites, non nobiles, sed piscatores et publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxisse prudentia, ne redemisse diuitijs, ne potentie nobilitatisque auctoritate traxisse aliquos ad suã gratiã videretur: vt veritatis ratio, nõ disputationis gratia preualeret.

Die 25. S

¶ S. Ludouici confesso. Oro.

Deus, qui beatũ Ludouicum cõfessorem tuũ, de terreno ac tẽporali regno, ad celestis, et eterni regni gloriã transtulisti: eius quesumus, meritis, et intercessione regis regũ Iesu Christi filij tui, nos coheredes efficias: et eiusdẽ regni tribuas esse consortes. Per eundem dominũ nostrum Iesum.

Ubi vero festum Sancti Bartholomei celebraf hodie de hoc festo fit tantum commemo. et ex duabus sequẽtibus lectionibus fit noua lectio. Lectio secũda.

Ludouicus, Gallie rex duodecim annos natus, patre amisso, et in Blanche matris sãctissima disciplina educatus, cũ vigesimũ annũ attingeret, in morbum incidit: quo tempore cogitauit de recuperãda possessione Ierosolymorum. Quam obrẽ vbi conualuisset, vexillũ ab Episcopo Parisiẽsi accepit: deinde mare cum ingenti exercitu trayciẽs, primo prelio Saracenos fugauit, Sed cum ex pestilentia, magna militũ multitudo perijsset: victus ipse, captusque est. Rebus postea cũ Saracenis compositis, liber rex, exercitusque dimittitur: ita

que Aconem profectus, in ea vrbe multos Agarenorum ad Christi fidem cōuertit, preterea aliquot Christianorum vrbes refecit suis sumptibus.

Lectio tertia.

Interim mater eiꝰ migrat e vita: quare domū redire cogitur, vbi totū se dedit pietatis officijs, nā multa edificauit & monasteria & pauperū hospitia: beneficientia egētes subleuabat: frequens visebat egrotos: quibus ipse non solum suis sumptibꝰ omnia suppeditabat, sed etiā, que opus erāt manibꝰ ministrabat: vestitu vulgari vtebatur, cilicio ac ieiunio corpus assidue affligebat. Sed cū iterū transmisisset, bellū Saracenis illaturus, iamq; castra in eorū cōspectu posuisset, pestilētia decessit in illa oratione, Introibo in domum tuā, adorabo ad tēplum sanctum tuum, & cōfitebor nomini tuo. Eius corpus postea Lutetiam Parisiorum trāslatum est: ipse clarus miraculis a Bonifacio octauo in sanctorū numerum est relatus.

Die 26 G

¶ S. Zephyrini pp. & m. Oratio

Presta, quesumus omnipotens Deus: vt beati Zephyrini martyris tui, atque Pontificis, cuius gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per dominum nostrum. Lectio iiij.

Zephyrinus Romanꝰ qui Seuero Imperatore rexit ecclesiā, sanciuit, vt qui ordinādi essent, opportuno tēpore multis presentibus clericis, & laicis de more sacris initiarentur: doctiq; ac spectate vite homines ad id officiū munus deligerent. Decreuit preterea vt rem diuinaz faciēti episcopo sacerdotes omnes astarent. Idem instituit vt Patriarcha, Primas, Metropolitanus, aduersus episcopum non ferant sententiam nisi apostolica auctoritate fulti. Vixit in pontificatu annos nouē, mēses septē, dies decē. Habuit ordinationes septē mense Decēbri, quibꝰ creauit episcopos tredecim, presbyteros quatuordecim, diaconos septē. Antonino Imperatore, martyrio coronatus est, & sepultus via Appia prope cemeteriū Callisti, septimo Calēdas Septēbris. Tu autē.

Die 27 A

¶ In festo s. Augustini episcopi. conf. & Ecclesie Doc. dup. Ad Mag. Aña. O doctor opti. 514. Oratio.

Die 28 b



Adesto supplicatiōibꝰ nostris omnipotēs deus, & quibus fiduciam sperande pietatis indulges, intercedente beato Augustino cōfessore tuo, atq; pōtifice, cōsuete misericordie tribue benignꝰ effectū. Per dominum nostrum. Jesum Christum filium

¶ Cōme.

¶ Cōme.s.Hermetis m̄. Oro.

Deus, qui beatū Hermetē, martyrē tuum, virtute constantię in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue ꝑ amore tuo prospera mundi despicere, ⁊ nulla eiꝰ aduersa formidare. Per dominum nostrū.

In j.noct.Le.ꝰ Sapientiā.119. de communi Doct. Lectio iiij.

Augustinꝰ, Tagastę in Africa honestis parētibus natus, ac puer docilitate ingenij ęquales longe superans, breui omnibus doctrina antecelluit. Adolescēs, alienus a Christiana religione Mediolanum se contulit: vbi cum frequens Ambrosij Mediolanensis episcopi esset auditor: eius opera incensus studio Christianę fidei, circiter trigesimum annū agēs, ab ipso baptizatur. Reuersus in Africā cū religione vitę sactimoniā coniungens, a Ualerio, notę sāctitatis, epo Hipponēsi, pꝛsbyter factus est: quo tpe familiā instituit religiosorū: quibꝰ cū victu cōi eodēque cultu vtēs, eos ad apostolicę vitę, doctrinęq̄ disciplinā diligētissime erudiebat: sed cū vigeret Manichęorū hęresis, ī qua et ipse aliquādiu fuerat, vehemētius ī illā inuehi cępit. Fortunatū q̄ hęresiarchā cōfutauit. ℟. Inueni Dauid.415. Lec.v.

Hac Augustini pietate cōmotus Ualerius, cū ad iutorē adhibuit epalis officij. Nihil illo fuit humilius, nihil continentius. Lectus ac vestitus moderatus, vulgaris mensa, quā semper sacra vel lectio ne vel disputatione cōdiebat. Tanta benignitate fuit in pauperes: vt, cū nō esset alia facultas, sacra vasa frangeret ad eorum inopiam sustētandā. Fęminarū, ⁊ in eis sororis, ⁊ fratris filię ꝯtuberniū, familiaritatēq̄ vitauit: quippe qui diceret, etsi propinquę mulieres suspectę non essent, tn̄ quę ad eas ventitarēt, posse suspicionē efficere. Nullū finē fecit pdicādi Dei verbū nisi graui morbo oppressus. Hęreticos infectatus ⁊ corā, ⁊ scriptis: ac nullo loco passus ꝯsistere, Africam a Manichęorū, Donatistarū, Pelagianorū, multorumq̄ pręterea hęreseos errore liberauit. ℟. Posui adiutorium.415. Lect. vj.

Tam multa pie, subtiliter, copiose scripsit: vt Christianā doctrinā maxime illustrarit. Quē in primis secuti sunt, q postea theologicā disciplinam via, ⁊ ratione tradiderunt. Uādalis Africam bello vastātibꝰ, ⁊ Hipponem tertiū iā mensem obsidentibus, in febrē incidit. Itaq̄ cū discessū e vita sibi instare intelligeret, psalmos Dauid, qui ad penitentiā pertinēt in ꝯspectu positos ꝑfusis lacrymis legebat. Solebat āt dicere neminē, etsi nullius sceleris sibi

cõscius esset, committere debe re, vt sine pĕnitētia migraret e vita. Ergo sensibus integris, in oratione defixus, astātibus fratrib⁹, quos ad charitatē, pietatē, virtutesq; oēs erat adhortatus, migrauit in cęlū. Vixit an nos septuaginta sex, i episcopatu ad quadraginta. Cuius corpus primū in Sardiniam delatum, deinde a Leoprando Longobardorū rege magno precio redemptum, Ticinū translatū est, ibiq; honorifice conditum. R. Iste est qui ante, folio. 516. Lec. iij. noc. Dom. i euang. Vos estis sal terrę. 519. vt i cōi doc. Ad Laudes fit cōm. S. Herme tis mar. vt sup. Ad Uesperas a Capitulo oia d̄ sequēti festo.

Die 29 L ¶ In Decollatione S Johan. Baptistę. dupl. Cap. Hy⁹. ꝛ ℣. de cōmuni vnius mar fol. 501. Ad Mag. Aña. Misso Herodes spiculatore, pcepit amputari caput Johannis i carcere: quo audito, discipuli ei⁹ venerūt, ꝛ tulerūt corp⁹ ei⁹, ꝛ posuerunt illud in monumēto. Oro.



Sancti Johannis Baptistę, precursoris, ꝛ martyris tui, quęsumus domine, venerāda festiuitas, salutaris auxilij nobis prestet effectum. Qui viuis ꝛ regnas in vnitate.

Deinde fit cōm. S. Augustini. Postea S. Sabinę mart. Oro. O eus qui inter. 525. de commun. S. mulierum.

¶ Ad Matu. Inuit. ꝛ rel. per ter. ℣ia j. noct. dūr de cōi vnius mart. 501. In j. noct. lectiones Jeremię prophetę posite in Natiuita. S. Johan. mense Junio. Uerba Jeremię. 403. R. Misit Herodes rex man⁹, ac tenuit Johannem, ꝛ vinxit eum in carcere, quia metuebat eū propter Herodiadem. Quā tulerat fratri suo Philippo vxorē. ℣. Arguebat Herodē Johannes propter Herodiadē. Quā. R. Johānes Baptista arguebat Herodem, ppter Herodiadē, quā tulerat fratri suo viuēti vxorē. ℣. Misso Herodes spiculatore, precepit amputari caput Johānis in carcere. Propter. R. Puellę saltanti imperauit mater. Nihil aliud petas, nisi caput Johannis. Et contristatus est rex propter iusiurandum, ꝛ propter simul discumbentes. ℣. Ait puella matri suę. Quid petam? At illa ait. Nihil. Ex libro S. Ambrosij episcopi. de virginibus. Lectio quarta.

Quoniam beati Johannis Baptistę nō strictim pretereūda est recordatio: interest vt, quis, ꝛ a quibus, ꝛ quam ob causam, quomodo, ꝛ quo tempore sit occisus, aduertere debeamus. Ab adulteris iustus occiditur, ꝛ a reis in iudicem capitalis

capitalis sceleris pena conuertitur. Deinde premium saltatricis mors est prophete. Postremo (quod etiam omnes barbari horrere consueuerunt) inter epulas atque conuiuia consummande crudelitatis profertur edictum, et a conuiuio ad carcerem, de carcere ad conuiuium feralis flagitij circumfertur obsequutum. Quanta in vno facinore sunt crimina? R. Justus germinabit. 501.

Et que leguntur, per ordinem de communi vnius mart. Lect. v.

Quis non, cum e conuiuio ad carcerem cursari videret, putaret prophetam iussum esse dimitti? Quis inquam, cum audisset natalem esse Herodis, solenne conuiuium, puelle optionem eligendi quod vellet datam, missum ad Johannem ob solutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum delicijs: quid cum funeribus voluptati? Rapitur ad penam propheta conuiuali tempore, conuiuiali prece pto, quo non cuperet vel absolui: perimitur gladio, caput eius affertur in disco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo insatiata epulis feritas vesceret. R. Iste cognouit. 502. Lect. vj.

Intuere Rex acerbissime tuo spectacula digna conuiuio. Porrige dexteram, nequid seuitie tue desit, vt iter digitos tuos riui defluant sacri cruoris. Et quoniam non exaturari epulis fames, non restingui poculis potuit inaudite seuitie sitis, bibe sanguinem scaturientibus adhuc venis exacti capitis profluentem. Cerne oculos in ipsa morte sceleris tui testes, auersantes conspectum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis necessitate, quam horrore luxurie. Os aureum illud exangue, cuius sententiam ferre non poteras, conticescit, et adhuc timetur. R. Honestum fecit illum. 503.

Lectio sancti euangelij secundum Marcum. Lectio septima.

In illo tempore: Misit Herodes ac tenuit Johannem: et vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Et reliqua. ca. 6.

Homilia sancti Augustini epi.

Cum sanctum euangelium legeret, crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est. Caput sancti Johannis in disco, feralis missus crudelitatis, propter odium veritatis: puella saltat, et seuit mater, et inter delicias et lasciuias conuiuantium temere iuratur: et impie quod iuratur, impletur. Factum est Johanni quod ipse predixerat: Illum oportet crescere, dixerat de domino, me autem minui. Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit veritas. Non potuit equo animo tolerari quod homo Dei sanctus monebat

bat: qui vtique salutem eorum querebat quos sic monebat. Re sponderũt illi mala pro bonis. ℟. Desiderium. Lectio viij.

Quid enĩ ille diceret, nisi quo plenus erat? et quid illi responderent, nisi quo pleni erant? Ille triticum seminabat: sed spinas inuenit, dicebatq; regi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat regẽ libido, tenebat apud se prohibitam vxorem fratris sui. Sed eum tamen sic habebat vt non seuiret. Honorabat eum, a quo verum audiebat: sed detestabilis mulier odium concipiebat: quod aliquando dato tempore pareret: quando autem parturijt, peperit filiam, filiam saltatricem. ℟. Stola iucunditatis. folio. 503.

Pro s. Sabina martyre. Lc. ix.

Sabina mulier Romana, Valẽtini viri Clarissimi vxor, a Seraphia virgine Christiane fidei preceptis instituta, post sancte virginis martyriũ collectas eius reliquias pijs exequijs sepeliuit. Quã ob causam paulo post Adriano Imperatore cõprehẽsa, Elpidio iudici sistitur, Cui is: Tu ne illa Sabina, et genere et matrimonio nobilissima? At illa. Sum, inqt: sed dño meo Jesu Christo gratias ago: qui me intercessione Seraphie, famule sue, e demonũ potestate liberauit. Quã varie tentatã, vt propositũ mutaret, cũ a fidei cõstantia mouere nõ posset Prefectus: pronunciata sententia q deos cõtemneret, capitis damnauit. Eius corpus a Christianis in eodem sepulcro conditum est, in quo ipsa magistram fidei sue Seraphiam posuerat.

Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Herodes enim tenuit, et ligauit Johannem, et posuit in carcerem propter Herodiadem. Ps. Dñs regnauit. 8. cum reliq. Aña. Dñe mi rex, da mihi in disco caput Johannis Baptiste. Aña Puelle saltanti imperauit mater: nihil aliud petas, nisi caput Johannis. Aña. Arguebat Herodem Johannes propter Herodiadẽ: quam tulerat fratri suo Philippo vxorem. Aña. Da mihi in disco caput Johannis Baptiste: et contristatus est rex propter iusiurandum. Cap. Beatus vir qui suffert. 501. Hymnus. Martyr dei. 504. ℣. Justus vt palma florebit. ℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur. Ad Benedictus. Aña. Misso Herodes. fol. 451.

Ad Horas, omnia de communi vnius martyris preter oratione.

Ad Vesperas. Aña. Herodes. cum reliqs de Laudibus. Psal. Capituli. Hymni, et versic. de communi vnius martyris.

Ad Magnificat. Antiphona.

Misit rex incredulus ministros detestabiles, et amputari iussit caput Johannis Baptiste.

Die 30 D

SS. Felicis, et Adaucti m. Oro.

MAiestatē tuā, dñe, supplices exoram⁹: vt sicut nos iugiter sctōꝝ tuoꝝ cōmemoratione letificas, ita sēp supplicatione defendas. Per dñm. **Lc. iij.**

FElix, Diocletiano, et Maximiano Imperatoribus, propter susceptā Christi religionem comprehensus, in Serapidis templum adductus est. Cui sacrificare cum iuberetur, os simulacri cōspuit. Quo facto, statim ęrea statua corruit. Quod cū iterum, ac tertio in ęde Mercurij, Dianęq; factū esset, impietatis, et magicę artis accusatus, equuleo torquetur. Mox ad secundum ab vrbe lapidem via Ostiensi ducitur, vt securi feriretur. Cui inter viam oblatus quidā Christianus, cū Felicē agnoscens ad martyriū duci videret, ego quoq; clara voce, inqt, eadē qua iste lege viuo, ego eundem Iesum Christū colo. Itaq; Felicem osculatus, cum eo securi percutitur, tertio Calendas Septembris, cuius nomen cum ignotum esset Christianis, is Adaucti nomine nobilitatus est, quod ad martyrij coronam augeri voluerit.

Die 31. E

FESTA SEPTEMBRIS.

Offi. Defunct. f. die nō imped.

Die 1. F **Pro S. Aegidio Abb. Oro.** INtercessio nos. **de cōi cōfess. non pontif. fol. 520. Deinde fit** commemorat. Sanctorum martyrum duodecim fratrum. Oro.

FRaterna nos dñe martyrū tuoꝝ corona letificet: q̄ et fidei nrę pbeat incremēta virtutū, et multiplici nos suffragio cōsoletur. Per dominum nostrum. **Lectio tertia.**

AEgidius Atheniensis, regię stirpis, a prima ętate diuinis literis, et charitatis officijs ita deditus fuit, vt nihil p̄terea curare videret. Itaq; parentibus mortuis, totū patrimoniū in pauperes erogauit: quin et tunicā exuit, vt ęgrotum egētē tegeret, qua ille indutus, statim cōualuit. Sed multis deinceps clarior miraculis, timens sui nominis celebritatē, Arelate ad beatū Cęsariū cōtendit: a quo post bienniū discedēs, secessit in eremū: vbi diutius herbarum radicib⁹, et ceruę lacte, quę statis ad eū horis veniebat, admirabili sanctitate vixit: Quę cerua, insequētibus quodā die canibus regijs, cum in antrum Aegidij refugisset: Gallię regē impulit, vt ab eo summis precibus peteret, vt in loco speluncę monasterium extrui pateretur. Cuius administrationem, flagitāte rege, inuitus suscepit, eoq; munere aliquot annis prodēter piéq; gesto migrauit in cęlum.

Die. 2. G. Die 3. A. Die 4. B. Die 5. C. Die. 6. D. Die 7. E.

Natiui-

Die 8. F

NATIVITAS BEATAE Mariæ virginis. Duplex.

Ad Vesperas. Antiphona. Natiuitas gloriose folio. 454. [illegible] de laudib. Psalmi [illegible] de sancta Maria. Cap.

cccl. 21.



Ab initio, & ante secula creata sum, & vsq; ad futurum seculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Hym. Aue maris stella. 540. ℣. Natiuitas est hodie sancte Marie virginis. ℟. Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Ad Magn. Aña. Gloriose virginis Marie ortum dignissimum recolamus, que & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit. Oratio.

Famulis tuis, quesumus dñe, celestis gratie munus impartire: vt quibus beate virginis partus extitit salutis exordium, Natiuitatis eius votiua solennitas pacis tribuat incrementum, Per dominum nost. Ad Inuit. Natiuitatem virginis Marie celebremus, Christum eius filiũ adoremus dñm. Venite. Hym. Quem terra. 541. In j noct. Aña Benedicta tu. cum reliquis [illegible] [illegible] vt in officio paruo [illegible] Marie f. 541. ℣. Specie tuo, & pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, & regna. Lectões leguntur de Canticis canticorũ, vt in offõ Assũp. B. Marie. Osculetur me osculo. fol. 440. Primum. ℟. Hodie nata est beata virgo Maria ex progenie Dauid, Per quã salus mundi credentibus apparuit: cuius vita gloriosa lucẽ dedit seclo. ℣. Natiuitatem beate Marie virginis cum gaudio celebremus. Per quam. ij. ℟. Beatissime virginis Marie Natiuitatem deuotissime celebremus: Vt ipsa pro nobis intercedat ad dñm Jesum Christum. ℣. Cum iucunditate Natiuitatem beate Marie virginis deuotissime celebremus. Vt ipsa pro nobis. iij. ℟. Gloriose virginis Marie ortũ dignissimũ recolamus: Cui⁹ dñs humilitatẽ respexit, que angelo nunciante cõcepit Saluatorẽ mũdi. ℣. Beatissime virginis Marie Natiuitatẽ deuotissime celebremus. Cuius. Gloria. Cuius. In ij. noc. Aña. Specie tua. 542. ℣. Adiuuabit eã deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non cõmouebitur.

Sermo s. Augustini epi. L. iiij.

Adest nobis, dilectissimi, optat⁹ dies beate ac venerabilis sẽp virginis Marie: ideo cũ sũma exultatione gaudeat terra nr̃a tante virginis illustrata natali. Hec est enim flos cãpi, de qua ortũ est preciosum liliũ cõuallium, per cuius partũ mutatur

mutatur natura protoplastorū, deletur & culpa: Preciſuz eſt in ea illud Euę infelicitatis elogium, quo dicitur, In dolore paries filios tuos: q: iſta in leticia dñz peperit. ℟. Natiuitas glorioſę virginis Marię ex ſemine Abrahę, ortę de tribu Juda, clara ex ſtirpe Dauid. Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. ℣. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex progenie Dauid cuius. Lectio quinta.

Eua eniz luxit, iſta exultauit: Eua lacrymas, Maria gaudiū i vētre portauit, qa illa peccatorē, iſta edidit innocētē. Mater generis nřī penaz intulit mūdo, genitrix dñi nřī ſalutem attulit mūdo. Auctrix peccati Eua: autrix meriti Maria. Eua occidendo obfuit, Maria viuificādo profuit. Illa percuſſit, iſta ſanauit. Pro inobediētia eniz obediētia comutaf, fides pro perfidia compēſatur. ℟. Cuz iucunditate Natiuitatē beatę Marię celebrem⁹. Ut ipſa ꝓ nobis intercedat ad dñz Jeſuz Chr̄z. ℣. Corde & animo Chriſto canamus gloriā in hac ſacra ſolēnitate pcelſę genitricis Dei Marię. Ut. Lectio vi.

Plaudat nūc organis Maria, & inter veloces articulos tympana puerperę ꝯcrepēt. Concinēt lętātes chori, & alternātibus modulis dulcia carmina miſceātur. Audite ergo quēadmoduz tympaniſtria noſtra cātauerit: ait eniz: Magnificat anima mea dominum: Et exultauit ſpiritus me⁹ in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: Ecce eniz ex hoc beatam me dicent omnes generationes: Quia fecit mihi magna, qui potēs eſt. Caz igitur inualeſcentis errati, miraculum noui partus euicit: & Euę planctum Marię cantus excluſit. ℟. Natiuitas tua, Dei genitrix virgo, gaudium annūciauit vniuerſo mundo: Ex te enim ortus eſt ſol iuſtitię Chriſtus Deus noſter, qui ſoluens maledictionem dedit benedictionem, & cōfundens mortem donauit nobis vitam ſempiternam. ℣. Benedicta tu in mulieribus, & bñdictus fructus vētris tui. Ex te enim. Glo. Ex te. In iij. noc. Añ. Gaude Maria virgo. folio. 542. ℣. Elegit eaz Deus, & preelegit eā. ℟. In tabernaculo ſuo habitaf facit eā.

Lectio ſancti euangelij ſecūdū Mattheum. Lectio ſeptima.

Liber gñatiōis Jeſu Chriſti filij Dauid, filij Abrahā. Abrahā genuit Iſaac. Iſaac autez genuit Jacob. Et reł. 1. ca.

Homilia s. Hieronymi preſbyr.

In Iſaia legim⁹: Generationez eius qs enarrabit? Nō ergo putemus euangeliſtā prophete eſſe cōtrariū, vt quod ille impoſſibile dixit affatu, hic narrare incipiat: q: ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione

natione est dilectũ. A carnalibus autẽ cepit, vt per hominẽ Deũ discere incipiam⁹. Filij Dauid filij Abrahã, Ordo preposterus, sed necessario commutatus. Si enim primum posuisset Abrahã, et postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis serieg texeret. ℟. Beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi dñs magna qui potens est, et sanctum nomen eius. ℣. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quia. Lectio octaua.

Ideo autem ceteris preter missis, horum filium nuncupauit: quia ad hos tm̃ facta est de Christo repromissio. Ad Abrahã: In semine, inqt, tuo benedicentur oẽs gentes, quod est Chr̃s. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam super sedez tuaz. Judas autez genuit Phares et Zaram de Thamar. Notandum in genealogia Saluatoris nullã sanctarũ assumi mulierũ, sed eas quas scriptura reprehẽdit: vt q ppter peccatores venerat, de peccatorib⁹ nascẽs, omniũ peccata deleret. Unde et in consequẽtibus Rut Moabitis ponit, et Bethsabee vxor Urię. ℟. Felix nanq3 es sacra virgo Maria, et omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol iustitię, Christus Deus noster. ℣. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctã Natiuitatem. Quia. Gloria. Christus

¶ Pro s. Adriano mar. Lec. ix.

Adrian⁹ iussu Maximiani Imperatoris apud Nicomediam persequens Christianos, cum sepius eorum in fide dei confessione, et tormentorum perpessione constantiam demiratus esset, vehementer ea re cõmotus, ad Christum sese cõuertit. Quamobrem cum alijs viginti tribus Christianis est coniectus in carcerem, vbi eũ3 visitans Natalia vxor, q̃ et ipsa antea in Christum crediderat, ad martyrium incendit. Itaq3 e custodia eductus, tandiu flagellis cęsus est, donec intestina defluerent. Postremo fractis cruribus, manibus pedibusq3 precisis, vna cum multis alijs martyrij certamen feliciter absoluit.

Ad Laudes, et per Horas. Aña.

Natiuitas gloriosę virginis Marię, ex semine Abrahę orta de tribu Juda, clara ex stirpe Dauid. Ps. Dñs regn. 8. cuz rel. Aña. Natiuitas est hodie sanctę Marię virginis, cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. Añ. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cu ius precibus nos adiuuari mẽte et spũ deuotissime poscimus. Aña. Corde et animo Christo canamus gloriã, in hac sacra solennitate

lenitate precelse genitricis Dei Marie. Aña. Cuz iucunditate Natiuitaté beate Marie celebremus: vt ipsa p nobis intercedat ad dñm Jesum Christum. Cap. Ab initio, Hymn. O gloriosa. 544. ℣. Natiuitas est hodie. vt sup. 453. Ad Bñs. An. Natiuitatez hodiernã ppetue virginis genitricis Dei Marie solenniter celebrem⁹, qua celsitudo throni processit, halleluia. Oro. Fa mulis tuis. vt supra Deinde fit cõmemo. s. Adriani martyr. hoc loco tantum. Aña. Qui odit animam. 504. ℣. Justus vt palma Oratio. Presta quesumus omnipotẽs Deus, vt qui. 501. de cõmuni vnius mar. Ad Tertiam. Cap. Ab initio & ante secula. fol. 453. ℟. br. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intende, prospere procede, & regna. Et. ℣. Adiuuabit eam deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.

Eccl. 24.

Ad Sextam. Capitulum.

Et sic in Siõ firmata sum, & i ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Jerusalẽ potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hereditas illius: & i plenitudine sanctorũ detẽtio mea ℟. b. Adiuuabit eaz Deus vultu suo. ℣. Deus in medio eius nõ cõmouebitur. ℣. Elegit eã Deus, & pelegit eaz. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eã

Ad Nonam. Capitulum.

In plateis sicut cinnamomũ & balsamũ aromatizãs odorẽ dedi quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℟. br. Elegit eã Deus, Et pelegit eã. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eaz. Et. ℣. Diffusa est gratia i labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te Deus in eternum. In ij. Vesp. cetera oia vt i i. vesp. Ad Mag. Aña. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit vniuerso mũdo: ex te enim ortus est sol iustitie Chris Deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionẽ, & confundens mortem donauit nobis vitam sempiternam.

¶ Cõmẽ. S. Gorgonij martyr. Aña. Iste sanctus. fol. 501. ℣. Gloria & honore co. Oratio.

Sanctus tuus dñe Gorgoni⁹ sua nos itercessione letificet: & pia faciat solenitate gaudere. Per dominum nostruz Jesum.

SECUNDA DIE.

infra octauã Nati. B. Marie

¶ In i. noct. infra octauam legitur de Scriptura occurrẽti & De sermones Aug. epi. Lec. iij.

Die. 9. S

Exultat Maria, & matrẽ se leta miraf, & de spiritu sancto se protulisse gaudet: nec q peperit inupta, terretur, sed quia genuerit cum exultatione miratur. O femina superfemi-

nas

na benedicta, que virū omnino non nouit, et virum suo vtero circundedit. Circundat virū Maria, angelo fidem dādo, qa Eua perdidit virū serpenti consentiendo. O felix obedientia, o insignis gratia, que dum fidem dedit humiliter, celi in se opificē corporauit. Hinc promeruit gloriam, quam ipse postmodū audit. Ecce atque ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. ℟. Natiuitas gloriose. 454.

Lectio quinta.

O Beata Maria, quis tibi digne valeat iura gratiarū, ac laudum preconia rependere: que singulari tuo assensu mūdo succurristi perdito. Quas tibi laudes fragilitas humani generis persoluet, que sola tuo cōmercio recuperandi aditū inuenit? Accipe itaque quascūque exiles, quascunque meritis tuis impares gratiarū actiones, et cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis, et reporta nobis antidotum reconciliationis. ℟. Cum iucunditate. 454. Lectio vi.

Sit per te excusabile qd per te ingerimus: fiat impetrabile quod fida mente poscim⁹. Accipe quod offerimus: redona quod rogamus, excusa quod timemus, qa tu es spes vnica peccatorū, per te speramus delictorum veniam: et in te beatissima nostrum est expectatio premiorum. Sancta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles: ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen quicunque celebrant tuam sanctam Natiuitatem. ℟. Natiuitas tua. 454.

De Homilia sācti Hieronymi presbyteri. Lectio septima.

Ioram autē genuit Oziā, Ozias aūt genuit Joathā. In quarto Regum volumine legimus de Joram Ochoziam fuisse generatum: quo mortuo Josabeth filia regis Joram, soror Ochozie tulit Joas filium fratris sui, et eum internicioni que exercebatur ab Athalia, subtraxit. Cui successit in regnum filius eius Amasias. Post quem regnauit filius eius Azarias: qui appellatur et Ozias cui successit Joathan filius ei⁹. ℟. Beatam me dicent. 454.

Lectio octaua.

Cernis ergo, qp secundum fidem historie tres reges in medio fuerunt, quos hic euāgelista pretermisit. Joram quippe nō genuit Oziā, sed Ochoziam, et reliquos quos enumerauim⁹. Uerum quia Euangeliste ppositum erat tres tessaradecades in diuerso tēporum statu ponere, et Joram generi se miscuerat impyssime Jezabelis, iccirco vsque ad tertiam generationē eius memoria tollitur, ne in sācte Natiuitatis ordine poneret. ℟. Felix

lix nāq3 es sacra ẽgo M a.454.
Pro s. Gorgonio marty. L.ix.

Gorgonius Nicomedię natus, Dioclitiani Imperatoris cubicularius: Dorotheo collega suo adiutore, reliquos omnes cubiculi ministros ad Christi fidem perduxit. Uterq3 autem cum vidisset quodā die martyrem coram Dioclitiano acerbissime cruciari, eius exēplo martyrij amore incensus est. Itaq3 amboru3 hec vociferu pit. Quid est Imperator, quod huius condemnata sententia, quę nobis cum eo communis est, vnum illum punis? istius nostra etiam est fides, idem pro positum. Eos igitur vinctos Imperator flagellis concidi iubet, ita vt toto corpore cutis dirumperetur: ꝛ in plagas acetū infundi sale pmistu3: mox reuinctis in craticula subijci iperat vim candētiū carbonum. Denique varię torti supendio necati sunt. Ac sancti Gorgonij corp' aliquādo Romam portatu3, inter duas lauros via Lauicana sepultu3, postea Gregorio quarto summo Pōtifice, i basilicā principis Apłorum translatum est.

TERTIA DIE.

Die 10. A infra octa. Nat. B. Marię.
De expositione S Hieronymi psbyteri i Isaiā pphetā. L.iiij.

Dabit dn̄s ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filiu3. Dn̄s noster rex glorię ipse descendet in vterum virginalem, ꝛ ingredientur, ꝛ egredietur orientale portā, q̄ semper est clausa: de qua Gabriel dicit ad virginem. Spiritus sanctus veniet super te, ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi: propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et in prouerbijs. Sapientia ędificauit sibi domum. Quando autem dicitur: Dabit dominus ipse vobis signū, nouū dēt esse atque mirabile: sin autem iuuencula vel puella vt Iudęi volunt ꝛ nō virgo pariet: quale signum poterit appellari, cum hoc nomen ętatis sit, nō integritatis? R. Natiuitas gloriosę virginis Marię. fol.454.

Lectio quinta.

Egredietur virga de radice Iesse, ꝛ flos de radice ei' ascēdet. Uirgā de radice Iesse sanctam Mariam virginem intelligim', quę nullū habuit sibi fruticem cohęrentem: de qua ꝛ supra legimus: Ecce virgo concipiet, ꝛ pariet filium: ꝛ florem, dn̄m Saluatorem, qui dicit in Cantico canticorum: Ego flos campi, ꝛ liliu3 conualliu3. Pro radice Aquila ꝛ Symmachus ꝛ Theodotio truncu3 interpretati sunt, ꝛ pro flore germē transtulerunt, vt ostenderēt, quod multo post tpe Babylonicę captiuitatis, nullo de stirpe Dauid antiqui regni gloriā possidente, quasi de trunco Maria,

Esa. 9. [illegible]

& de Maria Chris exortus sit. ℟. Cum iucunditate. fol. 454.

De expositione S. Hieronymi in Ezechielē prophetā. Lectio vj.

Porta hec clausa erit, & non aperitur. Pulchre q̄dam portam clausam, per quā solus dn̄s Deus Israel ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam virginem intelligunt: que ante partum, & post partum virgo permansit. Etenim tempore quo angelus loquebatur, Spiritus sanctus veniet super te, & virtus Altissimi obumbrabit te, quod autē nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei: & quando natus est, virgo permansit eterna: ad confundendos eos, qui arbitrātur eam post Natiuitatem Saluatoris habuisse de Joseph filios ex occasione fratrum eius, qui vocantur in euangelio. ℟. Natiuitas tua. 454.

De hom. s. Hierony. p̄sb. L. vij.

Et post transmigrationem Babylonis Jechonias genuit Salathiel. Si voluerimus Jechoniam in fine prime tessare decadis ponere, i sequenti nō erunt quatuordecim: sed tredecim. Sciamus igit Jechoniā priorē, ipsum esse quē & Joacim: s̄m autem filium, non patrem. Quorum prior per k, & m, sequēs per ch, & n, describitur, quod scriptorum vitio, & longitudine temporū apud Grecos, Latinosque confusum est. ℟.

Beatam me. 454. Lectio viij.

Jacob aūt genuit Joseph. Hunc locum obiecit nobis Julianus Augustus, dissonantie euāgelistarum, cur euāgelista Mattheus Joseph dixerit filium Jacob, & Lucas eū filium appellarit Heli: non intelligens consuetudinem scripturarum, quod alter secundū naturam, alter s̄m legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen Deo iubente preceptum: vt, si frater, aut propinquus absq̄ liberis mortuus fuerit, alius eius frater, accipiat vxorem ad suscitandū semē fratris uel ꝓpinqui sui. Joseph uirum Marie. Cum uirū audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare cōsuetudinis scripturarū, q̄ spōsi uiri, & spōse uocent uxores. ℟. Felix namque es. 454. Lectio ix.

Et a trāsmigratione Babylonis usq̄ ad Christū gn̄ationes quatuordecim. Numera a Jechonia usq̄ ad Joseph: & inuenies gn̄ationes tredecim. Quartadecima ergo gn̄atio in ipsum Christū reputabat. Christi aūt generatio sic erat. Querat diligēs lector, & dicat: Cum Joseph non sit pater dn̄i Saluatoris, qd pertinet ad dominū generationis ordo deductus usque ad Joseph? Cui respondebimus, primum non esse consuetudinis scripturarum, ut mulierum in generationib⁹ or-

do

do texatur, deinde, ex vna tribu fuisse Ioseph, & Mariā: vnde ex lege eā accipere cogebat, vt propinquā, & quod simul cēserentur in Bethlehē, vt de vna videlicet stirpe generati.

Cōmem. sanctorum martyrum Proti, & Hyacinthi. Oratio.

Beatorū martyrū tuorum Proti, & Hyacinthi nos dn̄e foueat beata cōfessio, & pia iugiter intercessio tueatur. Per dominū.

Die II. B

QVARTA DIE infra octa. Nat. B. Marię.

Sermo s. Bernardi abb. L. iiij.

Nouum fecit dn̄s sup terrā, vt mulier circundaret virū, nec aliū quā Christum, de quo dicitur, Ecce vir, Oriēs nomen eius. Nouū quoq; fecit in cęlo, vt mulier sole appareret amicta. Deniq; & coronauit eū, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filię Sion, & videte regē Salomonē in diademate quo coronauit eū mater sua. Verū hoc alias. Interim sane igredimini magis, & videte reginā in diademate, quo coronauit eā filius suus. In capite, inqt, ei⁹ corona stellarū duodecim. R. Natiuitas glo. 454. L. v.

Dignū plane stellis coronari caput, qđ & ipsa longe clari⁹ micās ornet eas poti⁹, quā ornet ab eis. Quidni coronēt sydera, quā sol vestit? Sicut dies verni circundabant eā flores rosarum & lilia cōuallium: nimirū lęua spōsi sub capite ei⁹, & iā dextera illius amplexat eā. Quis illas ęstimet gēmas, quis stellas nominet, quibus Marię regiū diadema compactū est? R. Cū iucunditate. 454. L. vj.

Quid ergo sidereum micat in generatione Marię? Plane, q̄ ex regibus orta, q̄ ex semine Abrahę, q̄ generosa ex stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde q̄ generationi illi ob singulare priuilegium sanctitatis diuinitus noscitur esse concessa: quod longe ante eisdē patribus cęlitus repromissa, q̄ mysticis pfigurata miraculis, q̄ oraculis pręnunciata propheticis. Hanc sacerdotalis virga, dum sine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio siccę areę maduit: hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quę nulli vnquam patuit, pręsignabat. R. Natiuitas tua. folio. 454.

Homilia s. Hylarij epi. L. vij.

Gressus quē Matthęus in ordine regię successionis ediderat, quem Lucas per sacerdotalē ordinē dinumerat, vterque agnitionem in dn̄o vtriusq; tribus significat, & recte generationis gradum ponit: quia sacerdotalis, & regię tribus societas per Dauid ex coniugio inuita, iam a Salathiel in Zorobabel confirmatur ex genere: atq; ita

dum Matthęus paternam ori/ginē quę ex Juda ꝓficiscebatur recēsēt, Lucas vero acceptū ꝑ Nathan ex tribu Leui genus e/docet: suis vterq; partibus do/mino nostro Jesu Christo, qui est ęternus rex, ꝛ sacerdos, et in carnali ortu vtriusq; generis gloriam probauerūt. ℟. Bea/tam me. 454. Lectio octaua.

Quod vero Joseph potius quā Marię natiuitas re/censentur, nihil refert: eadē eniꝫ est totius tribus atque vna co/gnatio. Exemplū autem etiam Matthęus ꝛ Lucas dederūt, pios inuicē appellantes, nō tam genere, quā gēte, q; ab vna tri/bu cępta sub vnius successionis ꝛ originis familia ptinet. Cuꝫ enim filius Dauid atq; Abra/hę sit ostēdēdus, ita Matthęus cępit: Liber generationis Jesu Christi, filij Dauid, filij Abra/hę. ℟. Felix namque. 454.

Pro SS. martyribus Ptoto, ꝛ Hyacintho. Lectio nona.

Protus ꝛ Hyacinthus Eu/genię v̄ginis eunuchi, vna cū illa ab Heleno ep̄o baptiza/ti, ac studijs diuini diuinarum literarū, aliquādiu in Aegypto in monasterio mira humilitate ꝛ vitę sanctitate vixerunt: sed postea sanctā virginem Euge/niā Romaꝫ prosecuti, Gallieno Imperatore, in Urbe propter Christianę fidei ꝓfessionem cō/prehensi sunt. A quibus cum nullo modo impetrari posset, vt Christianā religionem deseren/tes, deos colerent, acerbis ver/beribus cęsi, securi feriūtur ter/tio Jdus Septembris.

QVINTA DIE.
infra octa. Nat. B. Marię.
Sermo s. Johā. Chrysos. L. iiij.

Die 12. C

Ei filius nō diui/tem, aut locu/pleteꝫ aliquā fę/minam sibi ma/trem elegit, sed beatā virginem illā, cuius anima virtutibus or/nata erat. Cū eniꝫ beata Ma/ria supra omnem humanā natu/ram castitatem seruaret, ꝓpte/rea Christū dn̄m in ventre con/cepit. Ad hanc igitur sanctissi/mam virginem, ꝛ Dei matrem accurrentes, eiꝰ patrocinijs vti/litatē assequamur. Jtaq; quot/cunq; estis virgines, ad matreꝫ dn̄i cōfugite. Jlla eniꝫ pulcher/rimam, preciosissimā, ꝛ incorru/ptibilem possessionem patroci/nio suo vobis cōseruabit. ℟. Na/tiuitas gloriosę. 454. Lec. v.

Magnū re vera miraculū, fratres dilectissimi, fuit beata semp̄ v̄go Maria. Quid nanq; illa maius aut illustrius vllo vnquam tp̄e inuētū est, seu aliquādo inueniri poterit? Hęc sola cęlum ac terram amplitu/dine superauit. Quidnam illa sanctius? nō prophetę, non apo/stoli, nō martyres, non patriar/chę, nō Angeli, non Throni, nō Dn̄ationes, nō Seraphim, non Cherubin,

Cherubin, non denique aliud quippiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles maius aut excellentius inueniri pot. Eadem ancilla dei est, et mater: eadem virgo, et genitrix. R. Cuius iucunditate. 454. Lec. vi.

Hec eius mater est, qui a patre ante omne principium genitus fuit, quem angeli et homines agnoscunt dominum rerum omnium. Uis ne cognoscere quanto virgo hec prestantior sit celestibus potentijs? Illi cum timore et tremore assistunt, faciem velantes suam: hec humanum genus illi offert quem genuit. Per hanc peccatorum veniam consequimur. Aue igitur mater, celum, puella, virgo, Thronus, Ecclesie nostre decus, gloria, et firmamentum, assidue pro nobis precare Jesum filium tuum et dominum nostrum, vt per te misericordiam inuenire in die iudicij, et que reposita sunt his, qui diligunt Deum, bona consequi possimus gratia et benignitate dni nostri Jesu Christi: cum quo patri simul, et sancto spiritui, gloria honor, et imperium, nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen. R. Natiuitas tua, Dei. 454.

De Hom. s. Hilarij epi. Lec. vij.

Non refert quos originis numero atque ordine collocetur, dummodo vniuersorum familia cepta esse intelligatur ab vno. Itaque cum eiusdem tribus sit Joseph et Maria, dum profectus esse ex Abrahe genere Joseph ostenditur, profecta quoque docetur et Maria. Hec enim i lege ratio seruata est: vt, si mortuus sine filijs familie princeps esset, defuncti vxorem posterior frater eiusdem cognationis acciperet: susceptosque filios in familiam eius qui mortuus esset, referret: maneretque ita in primogenitis successionis ordo: cum patres eorum, qui post nati essent, aut noie haberent, aut genere. R. Beatam me 454. L. viij.

Sequens illud est, vt qa diximus secundum rerum fidem generationis istius ordinem nec numero sibi, nec successione constare, huius quoque rei ratio afferatur. Non enim leuis causa est, vt aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: et aliud referatur in summa, aliud vera teneatur in numero. Namque ab Abraham vsque ad Dauid quatuordecim generationes numerate sunt, et a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem et septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacij, aut negligentie vitium est: tres enim rationes preterite sunt: nam Joras genuit Ochoziam, Ochozias vero genuit Joam, Joas deinde Amasiam, Amasias aute Oziam: et in Mattheo, Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit, hoc ita quia ex gentili femina Joras Ocho-

ziaz genuit, ex sorore Achab sci licet, qui Jezabel habuit vxoré. ℟. Felix namqz es. 454. Le.ix.

Deniqz per prophetam nó nisi in quartaz generatio nem in throno regio Israelis quéquá de domo Achab esse ses surum dicitur. Purgata igitur labe familię gentilis, tribusqz p teritis iaz regulis, i quarto ge/ neratioņú consequentiú ordine numeratur, & vsqz ad Mariaz generationes quatuordecim es se scribuntur, cuz in numero de cem & septem reperiantur. Nul lus error esse poterit scientibus non eam solum esse dño nostro Jesu Christo originé, quę cępit ex Maria, sed p creatione cor porea Natiuitatis ęternę signi ficantiam comprehendi.

SEXTA DIE.

Die 13. D infra octauá Nati. B. Marię. Ex libro S. Epiphanii episcopi aduersus hęreses. Lectio iiij.

Beata mater Dei Maria p Euaz significat, quę p ęnigma accepit, vt mater viuen/ tium vocetur. Il la etenim mater viuentium vo/ cata est, etiá postqz audiuit, Ter ra es, & in terram reuerteris, post transgressionez. Et mirum est, qp post hanc trásgressionem magnum cognomen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Eua omnis hominuz generatio deducta é in terra: hic autem vere a Ma ria hęc vita mundo genita est, vt vnitatem gigneret, & fieret Maria mater viuentiuz. Per ęnigma igitur Maria mater viuentiuz appellata est. ℟. Na tiuitas gloriosę. fol. 454. Le. v.

Ei datum est operire cor pus sensibile pp nuditaté sensibilem: Marię vero datum é a Deo, vt pareret nobis agnú, & ex gloria ipsius agni fieret no bis velut a vellere sapientię per virtuté ipsius indumentú incor ruptibilitas. Eua enim mortis causa facta est hominibus: per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Maria vero cau/ sa vitę, per quam genita est no/ bis vita: & per hác filius Dei accessit in mundum: & vbi abun dauit peccatum, ibi superabú dauit & gratia, & vnde illata est mors, illinc pcessit vita: vt vita pro morte fieret: & qui p mulie ré nobis vita factus est, mortez ex muliere inductá excluderet: & qm illic Eua, cú adhuc eét vir go, p inobediétiaz trásgressa é, é cótrario p virginé obedientia grę facta est, annunciato adué/ tu in carne de cęlo, & vita ęter/ na. ℟. Cú iucundit. 454. L. vj.

De Maria eniz accipitur (liceat mihi hoc dicere) qd scriptú é de Ecclesia: Relin quet homo patré suú, & matrez suam, & adherebit vxori suę. Et erunt duo in carne vna. Sáctus auté Apostolus dicit: Myste/ rium

rium hoc magnum est: ego autem dico in Christo & Ecclesia. Et vide scripturarum exactam sinceritatē: quod de Adam quidem dixit, formauit: de Eua vero, non formatā esse, sed ędificatam. Accepit enim, inquit, vnam de costis eius, & ędificauit ipsi in vxorē. Quo ostendat dnm quidē de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa vero costa ędificatam esse Ecclesiam, in eo q̄ punctum & apertum est ipsius latus: & mysteria sanguinis & aquę precia redemptionis facta sunt. ℟. Natiuitas tua. 454.

Sermo Sancti Augustini episcopi. Lectio septima

Matthęus Euangelista sic exorsus est: Liber generationis Jesu Christi filij Dauid filij Abraham. Quo exordio suo satis ostendit generationē Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est, quod etiam sępissime appellat, commendans nobis quid misericorditer dignat⁹ est esse pro nobis: nam illa superna & ęterna generatio, secundum quam filius Dei vnigenitus est ante oēs creaturā, quia oia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, vt de illa dictū a propheta intelligat, Generationē eius qs enarrabit? ℟. Beatam me dicent. 454. Lectio octaua.

Exequitur ergo humanam generationem Chri Matthęus, ab Abraham generationes cōmemorans, quas perducit ad Joseph virū Marię, de qua natus est Jesus. Neq; enim fas erat, vt ob hoc eum a coniugio Marię separādū putaret, quod virgo peperit Christum. Hoc enim exēplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu cōtinentia, posse permanere, vocarique coniugium, non permisto corporis sexu, sed custodito mētis affectu: pręsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine vllo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. ℟. Felix namque es sacra. 454. Lectio nona.

Cum autem euidenter dicat Apostolus Paulus, ex semine Dauid secūdum carnem Christum, ipsam quoque Mariam de stirpe Dauid consanguinitatem duxisse dubitare vtique non debemus. Cuius fęminę, quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata eius esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aaron: firmissime tenendum est carnem Christi ex vtroque genere propagatam, & regum scilicet, & sacerdotum: in quibus personis apud illum populum Hebręorum etiam mystica vnctio figurabatur, idest chrismas vnde Christi nomē elucet, tāto ante etiam ista euidentissima significatione pręnunciatum.

IN FESTO EXALTA-
tionis S Crucis·

Ad Vesp. An. O magnum. 461.
cũ rel. de Laud. ps. Dixit dñs.
cũ rel. de Dñica. 52. & loco vl.
Laudate dñm omnes. 54. Cap.
Fratres, hoc enim sentite. 391.
Hym. Vexilla regis. 177. ℣.
Hoc signũ crucis erit i celo. ℟.
Cũ dñs ad iudicandũ venerit.
Ad Mag. An. O crux splendi-
dior cunctis astris, mundo cele
bris, hominibus multũ amabi-
lis, sanctior vniuersis, que sola
fuisti digna portare talentũ mũ
di: dulce lignum, dulces clauos,
dulcia ferens pondera: salua pre-
sentem cateruam, in tuis hodie
laudibus congregatã. Oratio.



Deus, qui
nos ho-
dierna die E-
xaltationis san
cte Crucis an-
nua solennita-
te letificas, p-
sta qs: vt cuius
mysterium in
terra cognouimus, eius redem
ptionis premia in celo merea-
mur. Per eundem dominum.
Ad Matut. Inuit. Christum
regem pro nobis in cruce exal-
tatum, Venite adoremus. ps.
Venite. Hym. Pange. 175.
vt in fer. 5. Dñice Passionis.
In i noct. Ana. Nobile lignum
exaltatur, Christi fides rutilat,
dum crux ab omnibus venera-
tur. ps. Beatus vir. 2. Ana.
Sancta crux extollitur a cũctis
regibus, virga regia erigitur, i
qua saluator triumphauit. ps.
Quare fre. 2. Ana. O crux ve-
nerabilis q̃ salutẽ attulisti mise-
ris, quibus te efferã preconijs? qm̃
vitam nobis celestem preparasti.
ps. Dñe quid. 2. ℣. Hoc signum
crucis erit in celo. ℟. Cum do-
minus ad iudicandum venerit.

De libro Numeri. Lectio j.

Cum audisset Chananeus
rex Arad, qui habitabat
ad meridiem venisse scilicet
Israel per exploratorum viam,
pugnauit contra illum: & victor
existens, duxit ex eo predam. At
Israel voto se domino obligãs
ait: Si tradideris populum
istum in manu mea, delebo vr-
bes eius. Exaudiuitque dñs pre-
ces Israel: & tradidit Chana-
neum, quem ille interfecit sub-
uersis vrbibus eius: & vocauit
nomen loci illius Horma idest
anathema. ℟. Gloriosum diẽ
sacra veneratur ecclesia, dum
triumphale exaltatur lignũ, In
quo redemptor noster mortis vin
cula rumpens, callidum aspidem
superauit. ℣. In ligno pendens,
nostre salutis semitam verbum
patris inuenit. In. Lectio ij.

Profecti sunt aũt de mõte
Hor per viã que ducit ad
mare rubrũ, vt circumirent ter-
rã Edom. Et tedere cepit popu
lũ itineris ac laboris: locutusq;
contra dñm & Moysen ait. Cur
eduxisti nos de Aegypto, vt
morer-

moreremur i solitudine? Deest panis, non sunt aque, aia nostra iam nauseat sup cibo isto leuissi mo. Quamobrem misit dominus in populuz ignitos serpentes. ℟. Crux fidelis, inter omnes arbor vna nobilis: nulla sylua talē profert, fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clauos, dulce pondus sustinuit. ℣. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior. Dulce. L. iij.

Ad quorum plagas & mortes plurimorum venerūt ad Moysen, atque dixerunt. Peccauimus, quia locuti sumus contra dominum & te: ora vt tollat a nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo. Et locutus est dominus ad eum. Fac serpentem eneum, & pone eū pro signo: qui percussus aspexerit eū, viuet: Fecit ergo Moyses serpentē eneuz, & posuit eum pro signo: quē cū percussi aspicerēt, sanabant. ℟. Nec est arbor dignissima i paradisi medio situata. In qua salutis auctor propria morte mortem omniuz superauit. ℣. Crux precellenti decore fulgida: quaz Heraclius Imperator concupiscenti animo requisiuit. In. Gloria. In. iij. noct. Añ. O crucis victoria, & admirabile signū, in celesti curia fac nos captare triumphū. ps. Cum inuoc. 61. Aña. Funeste mortis damnat suppliciū, dū Chrs i cruce, nra destruxit vincula criminū. ps. In dño ps. 4. Aña. Rex exaltat in ethera, cū nobile trophēū crucis ab vniuersis Christicolis adoratur p secula. ps. Dñe in virtute. 7. ℣. Adoramus te Chre, & benedicimus tibi. ℟. Quia per crucē tuā redemisti mundū. L. iiij.

Cosdroas Persarum rex extremis Phocę imperij temporibus, Aegypto & Africa occupata, ac Jerosolyma capta, multisque ibi cęsis Christianorum millibus, Christi domini crucem, quam Helena in monte Caluarię collocarat, in Persidem abstulit. Itaq; Heraclius, qui Phocę successerat, multis belli incommodis, & calamitatibus affectus pacem petebat: quā a Cosdroa victorijs insolēte, ne iniqs qdē cōditionibus impetrare poterat. Quare in sūmo discrimine se assiduis ieiunijs, & oronib⁹ exercens, opē a deo vehementer implorabat: cui⁹ monitu exercitu pparato, signa cuz hoste cōtulit, ac tres ducces Cosdroę cū trib⁹ exercitib⁹ superauit. ℟. Nos aūt gloriari oportet in cruce dñi nostri Jesu Chri, in quo est salus, vita, & resurrectio nra. Per quē saluati, & liberati sumus. ℣. Tuā crucē adoramus dñe, & recolimus tuā gloriosam passionē. Per. L. v.

Quibus cladib⁹ fract⁹ Cosdroas, in fuga, qua traijcere Tigrim parabat, Medarsen filiū, sociuz regni designat. Sed eam contumeliā cū Sinochius

Cosdroę maior natu fili⁹ ferret atrociter, patri simul & fratri necem machinatur: quam paulo post vtrięq ex fuga retracto attulit, regnumq ab Heraclio impetrauit, quibusdam acceptis conditionibus: quarum ea prima fuit, vt crucem Chri dńi restitueret. Ergo crux quatuordecim annis postquam venerat in potestatem Persarum, recepta est: quam rediens Ierosolymam Heraclius solenni celebritate suis humeris retulit in eũ montẽ, quo eã Saluator tulerat. ℟. Crux sanctũ pignus cęlitus reuelatur, Chri fides exaltatur. Adsunt pdigia diuina in virga Moysi primitus figurata. ℣. Ad crucis cõtactũ resurgunt mortui, & Dei magnalia referantur. Adsunt. Lcõ sexta.

Quod factum illustri miraculo cõmendatũ est. Nam Heraclius, vt erat auro & gẽmis ornatus, insistere coact⁹ est ĩ porta quę ad Caluarię montẽ ducebat: quo enim magis pgredi conabaẽ, eo magis retineri videbaẽ, cũq ea re & ipse Heraclius & reliq oẽs obstupescerẽt, Zacharias Ierosolymoꝝ antistes: Vide, inqt, Imperator, ne isto triũphali ornatu in cruce ferẽda parũ Iesu Chri paupertatẽ, & humilitatẽ imitere. Tũ Heracli⁹, abiecto amplissimo vestitu, detractisq calceis, ac plebeio amictu indutus, reliquũ vię facile cõfecit, & in eodẽ Caluarię loco crucẽ statuit vnde fuerat a Persis asportata. Itaque decretum est, vt quotannis Exaltationis crucis memoria celebraretur, q ibidem fuerit reposita ab Heraclio, vbi Saluatori primum fuerat constituta. ℟. Hoc signum crucis erit in cęlo, cum dńs ad iudicandum venerit. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostri. ℣. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, & cęperit iudicare seculum per ignem. Tunc. Glo. Tunc. In iij. noc. Aña. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per crucem tuam redemisti mundnm. ps. Cantate. f.44. Aña. Per lignum serui facti sumus, & per sanctam crucẽ liberati sumus: fructus arboris seduxit nos, filius Dei redemit nos, half. ps. Dominus regnauit, exultet. 44. Aña. Saluator mũdi salua nos, qui per crucẽ, & sanguinem tuum redemisti nos: auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster. ps. Cantate. f. 45. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmũ dicat nomini tuo domine.

Lcõ s. euãg. sm Iohãnẽ. c. xij.

In illo tpe: Dixit Iesus discipulis suis. Nunc iudiciũ est mundi, nũc princeps huius mundi eycief foras. Et reł.

Homilia S. Leonis Papę.

Exaltato, dilectissimi, per crucẽ Christo, nõ illa tantũ species aspectui mẽtis occurrat,

rat, quę fuit in oculis impiorum, quibus per Moysen dictum est: Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitę tuę. Isti enim nihil in crucifixo domino, pręter facinus suum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera iustificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster vero intellectus quem spiritus veritatis illuminat, gloriam crucis cęlo terraque radiantem puro ac libero corde suscipiat, & interiore acie videat, quale sit quod dominus, cum de passionis suę loqueretur instantia, dixit: Nūc iudiciū est mūdi, nūc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad meipsum. ℟. Dulce lignū, dulces clauos, dulce pondus sustinuit. Quę sola digna fuit portare precium huius seculi. ℣. Hoc signum crucis erit in cęlo, cum dominus ad iudicandum venerit. Quę sola. Lectio viij.

O Admirabilis potētia crucis, o ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal dni, & iudiciū mūdi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim dñe omnia ad te, & cum expādisses tota die manus tuas ad populū non credentem, & contradicentem tibi, cōfitendę maiestatis tuę sensum totus mundus accepit. Traxisti dñe omnia ad te cum in execrationem Iudaici sceleris, vnam protulerunt omnia elemēta sententiam, cum obscuratis luminaribus cęli, & conuerso in noctem die, terra quoque montibus quateretur insolitis, vniuersaque creatura impiorum se vsui denegaret. Traxisti domine omnia ad te: quoniam, scisso templi velo sancta sanctorum ab indignis pontificibus recesserunt: vt figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex in euangelium verteretur. ℟. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam ęternam, alla. ℣. Non misit Deus filiū suum in mundum, ut iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ut. Lectio ix.

TRaxisti dñe omnia ad te, vt quod in vno Iudeę templo obumbratis significationibus tegebatur, pleno, apertoque sacramēto vniuersarū vbique nationum deuotio celebraret: nūc enim ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior seniorū, & sacratior est vnctio sacerdotū: q2 crux tua oium fons benedictionū, oium est causa gratiarū: per quam credētibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum varietate cessante: oēs differētias hostiarū vna corporis & sanguinis tui implet oblatio: quoniā tu es ve

ruś

rus agnus Dei q tollis pecca/ta mundi: ⁊ ita in vniuersa pa/cis mysteria: vt sicut vnũ est pro omni victima sacrificiũ, ita vnũ de omni gente sit regnum.

Ad Laudes, ⁊ per Horas. Aña.

O Magnum pietatis opus, mors Mortua tũc est, In ligno quando mortua vita fuit. ps. Dñs reg. 8. cũ reli. Añ. Salua nos Christe saluator p virtutem crucis: qui saluasti Petrum in mari, miserere nobis. Aña. Ecce crucem domini, fugite partes aduerse, vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, hal. An. Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi. Aña. Per signum crucis de inimicis nostris libera nos De⁹ noster. Cap. Fratres, hoc. 391. Hy Lustris sex. 176. ℣ Adoramus te Christe, ⁊ benedicimus tibi. ℟ Quia per crucem tuam redemisti mundum.

Ad Bñs. Aña Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior, in qua vita mundi pependit, in qua Christus triumphauit, ⁊ mors mortẽ superauit in ęternũ. Ad Horas oia dnr sicut in festo Inuẽtionis. 393. sed in ℣. ⁊ ℟. amouet Halah. Ad Uesp. Aña. O magnũ pietatis. cũ reli. vt su. Psal. vt in j Uesp. A cap. fit de oct. Nati. s. Marię, vt in j. vesp. festi. Deinde p cõme. s. Crucis. Aña O crux benedicta, q̃ sola fuisti digna portare regẽ celor, ⁊ dñm, halab. ℣ Hoc signum, ⁊ Oio vt sup. Postea fit cõme. S. Nicomedis martyris. Oio.

Adesto dñe populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita pręclara suscipiens: ad impetrandam misericordiam tuam, semper eius patrociniis adiuuetur. Per dominum nostrum.

In oct. Nat. B. Marię. dup. Die 15. S.

In j. noc. lec. de Canticis Cãticorũ. Osculetur me. 440. vt i die. Sermo S. Cyrilli epi. Lec. iiij.

Hilarẽ video hodie cętũ fidelium omniũ, q cõuenerũt promptis animis, a sancta ⁊ dei matre Maria, ⁊ semp virgine, conuocati: La⁹ ⁊ gloria sit tibi sancta Trinitas, qd oẽs nos ad hãc celebritatẽ cõuocaris. Sit ẽt tibi sancta dei mater laus: tu eni es p̃ciosa margarita orbis terrarũ, lucerna inextincti luminis, corona virginitatis, sceptrũ orthodoxę fidei, tẽplũ indissolubile, cõtinẽs eũ q nusquã cõtineri põt, mater ⁊ virgo: tu benedicta inter mulieres, eius parens, q benedictus venit in nomine dñi. ℟. Natiuitas gloriosę. 454. L. v.

Per te Trinitas sanctificatur, per te crux p̃ciosa dicitur, ⁊ adoratur in toto orbe terrarum. Per te exultat cęlum, lętant angeli ⁊ archãgeli, fugantur

tur dęmones, & homo ipse ad cęlum reuocatur: Omnis creatura, idolorũ errore detenta, cõuersa est ad notitiam veritatis: & fideles homines ad sanctum baptisma peruenerunt, atque in toto orbe terrarum constructę sunt Ecclesię. ℟. Cum iucunditate. 454. L. vj.

TE adiutrice gẽtes veniũt ad pęnitentiã. Quid plura? Per te vnigenitus Dei filius, vera illa lux effulsit sedentibus in tenebris & vmbra mortis. Te prophetę pręnunciarunt, te apostoli summis laudibus celebrarũt. Quisnam poterit tuarum laudũ pręconia explicare Maria mater & virgo? Hanc fratres dilectissimi celebremus, eius filiũ ecclesię sponsum immaculatũ adorãtes, cui honor, & gloria in sęcula sęculorum. Amen. ℟. Natiuit. tua. 454.

Lect. s. euang. sm Matth. L. vij.

cap. 1 LIber generationis Jesu Christi filij Dauid, filij Abrahã. Abrahã genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Jacob. Et reliq.

Homilia s. Johannis Chrysost.

AUditu qdẽ mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendi, patrique per omnia cõqualis, per virginis ad nos venit vterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progenitores Dauid, & Abrahã: & quid dico Dauid & Abrahã? etiã illas (qđ horribilius est) fęminas, quas paulo ante memoraui. Hęc igitur audiens mente cõsurge: verum nihil humile suspiceris: sed potius propter hęc ipsa maxime mirare: quia cum verus filius esset sempiterni Dei, etiam filius Dauid esse dignatus est, modo vt te filium faceret Dei: seruum patrem habere dignatus est, vt tibi seruo patrem faceret Deum. ℟. Beatam me. 454. Lectio viij.

UIdes arbitror ab ipso statim principio quam lęta sint hęc nuncia? Quod si ambigis de his q̃ ad tuũ spectãt honorem: de illius humilitate disce, credere etiam quę super tuam dignitatẽ dicunt. Quantũ enim ad cogitationes hominum pertinet, multo est difficilius Deũ hoiem fieri, quã hoiem Dei filium consecrari. Cũ ergo audieris, quia filius Dei, filius sit & Dauid, & Abrahę: dubitare iam desine q & tu qui filius es Adę, futurus sis filius Dei. Nõ enim frustra, nec vane ad tantam humilitatẽ ipse descẽdit: sed vt nos ex humili sublimaret: natus est enim sm carnẽ, vt nascereris spũ: natus est ex muliere, vt tu desineres filius esse mulieris. ℟. Felix. 454.

Pro s. Nicomede mart. L. ix.

NIcomedes presbyter prosequente Christianos Domitiano Imperatore, qđ corpus Feliculę virginis propter confessionem Christianę fidei a Flacco Comite interfectę sepelisset, compre-

cōprehendi iussus est: ductusq̄ ad statuas deorum, cū eis sacrificare velle (quod facere iubebat) cōstanter negauisset, ppterea q̄ sacrificiū vni Deo vero, q regnat i cęlis, deberet: plūbatis cęsus in eo martyrio animā deo reddidit. Cuius corpus cū idē Comes in pfluentē Tiberim pijci imperasset, iustus Nicomedis clericus diligēter cōquisitū. ad murū Urbis via Nomētana honorifice insepulcro cōdidit.

C Sanctorum martyrū Cornelij, & Cypriani, semidu. Oro.

Beatorum martyrum pariterque pontificum Cornelij, & Cypriani nos, q̄sumus dn̄e, festa tueātur: & eorū cōmēdet oratio veneranda. Per dn̄m nostrum.

Die 16. S. C Cōme. SS. Euphemię, Lucię, & Geminiani martyrū, quādo festuȝ SS. Cornelij, & Cypriani nō venerit in Dominica. Aña Gaudent in cęlis. fol. 515. ℣. Exultabunt sancti. de cōmuni plurium martyr. & in Laud. erit Aña Istorū est enim. 509. ℣ Letamini. de eodē cōi. Oro.

Presta dn̄e precibus nostris cum exultatione puentuȝ: vt sanctorum martyrū Euphemię, Lucię, & Geminiani, quoruȝ diem passionis annua deuotione recolimus, etiaȝ fidei constantia subsequamur. Per dn̄ȝ. Si festū SS. mart. Cornelij, & Cypriani venerit i Dn̄ica Trāsfert in crastinū: cōme. aūt sanctę Euphemię, Lucię, & Geminiani fit in j. Uesp. & Lau. Dn̄icę, cum ix. lec. ipsorū. Si venerit in Quatuor tpib⁹ lect. Scripturę in j noc. legunt de cōi plu. mar. Fratres, Debitores. 509. Lec. iij.

Cornelius Romanus, Decio Imperatore Pōtificatum gerens, cū Lucina fęmina sanctissima, corpora apostolorū Petri, & Pauli e catacumbis in opportuniorem locum transtulit, ac Pauli corpus Lucina in suo prędio via Ostiensi prope eum locum, vbi fuerat securi percussus collocauit: Cornelius principis apostolorum corpus non longe inde, vbi crucifixus fuerat, reposuit. Quod cū ad Deciū delatū esset, & Pōtifice auctore multos fieri Christianos: mittitur is in exilium ad Centumcellas, vbi eum Cyprianus episcopus Carthaginensis per literas est cōsolatus. ℟. Sancti tui. 510. Lectio v.

Hec autē Christianę charitatis officiū, cū frequēs alter alteri psolueret, deteriorē in partē Decius rem interpretatus est. Quamobrē accersitum Romā Corneliū, tanq̄ de maiestate reum, plumbatis cędi, raptumq̄ ad Martis simulacrū ei sacrificare iubet, quā impietatē cū ille detestaret, ei caput abscisuȝ est decimo octauo Calēdas Octobris. Cuius corpus beata

Lucina clericis adiutorib⁹ humauit in Arenaria prędy sui ꝓpe cęmeterium Calisti. Vixit in pontificatu annos duos, méses duos, dies tres. Fecit ordinationes duas mense Decébri: creauitq́ presbyteros quatuor, totidem diaconos, ⁊ epos septem, ℟. Verbera carnificum. 510.

Ex libro s. Hieronymi psby. de scriptorib⁹ Ecclesiasticis. L. vj.

Cyprianus Afer, primum glorīose rhetoricá docuit exinde suadente psbytero Cęcilio, a quo ⁊ cognomentú fortitus est, Christianus factus, omnem substantiam suam pauperibus erogauit. Ac post non multum tépois electus etiá in presbyterú, episcopus Carthaginiensis céstitutus est. Huius ingeny superfluum est indiciem texere, cum sole clariora sint opera eius. Passus est sub Valeriano, ⁊ Gallieno principibus, per secutione octaua, eodé die, quo Romę Cornelius, sed non eodé anno. ℟. Tanquá aurum. 511.

In iij. noc. Hom. in euágelium. Cú audieritis 512. ꝯ cói plu. m.

℄ Pro sanctis Euphemia, Lucia, ⁊ Geminiano. Lectio ix.

Euphemia, Lucia, ⁊ Geminianus, in persecutione Diocletiani, non eodem loco, sed eodé die martyrio coronati sút, Euphemia virgo apud Chalcedoné Prisco procósule, varia tormétorú genera, virgarum, equulei, rotarú, ignis constanter passa, demum leonibus obiecta, dilaniatur. Lucia Vidua Romana, a filio Eutropio, ꝙ Christum multos annos coluisset accusata, in ollá pice ac plumbo feruenté dimittitur: vnde incolumis euadens, cum ferro plumboq́ onerata per vrbem duceretur, Geminianú, nobilé virum cóstátia fidei, ⁊ martyrú, ad Chrím conuertit: quem etiá cum multis alys ad fidem perductis, varie tortú, gloriosi martyry abscisso capite socium habuit. Quorum corpora Maxima mulier Christiana honorifice sepeliuit. Tu autem.

Die 17. A. Die 18. B. Die 19. c

℄ Cómemoratio SS. martyrum Eustachii, ⁊ sociorú. Oro. ca. 5

Deus, q nos ꝯcedis sanctorú martyrú tuorú Eustachij, ⁊ sociorú ei⁹ natalitia colere da nobis i ęterna beatitudine de eorú societate gaudere. per.

IN VIGILIA

S Matthęi apo. & Euange.

Si hęc vigi. venerit in quatuor tpib⁹ nihil fit de ea nisi i Missa.

Lcó S. euág. bm Lucá. Le. 5.

In illo tépore: Vidit Iesus publicanú, nomine Leui, ut, sedentem i telonio, ⁊ ait illi: Sequere me. Et reliqua.

Homilia s. Ambrosij episcopi.

Sequitur mystica vocatio publicani, quem seq iubet nó corporis gressu, sed méntis affectu. Itaq́ ille prius auara de mercedibus: dura de laborib⁹, per icu/


periculisq nautaruz emolumē
ta conquirens, verbo vocatus,
ppria dereliquit, qui rapiebat
aliena: ac vile illud sedile desti
tuens, toto post dominum vesti
gio mentis incedit: cōuiuiū quo
que magni exhibuit apparatū.
Qui enim domicilio Christum
recipit interno, maximis dele
ctationibus exuberantium pa
scitur voluptatum. Lectio ij.

L Aetus dñs libēter ingredi
tur, et in eius qui credide
rit recūbit affectu. Sed rursus
acceditur inuidia pfidorū, et fu
ture pene species pfigurat. Epu
lantibus enim fidelibus, et in il
lo celorū recumbentib' regno,
perfidia ieiuna torquebit. Si
mul etiā ostendit quātū intersit
iter emulos legis et gratie, qd
illi qui legez sequuntur, ieiune
mentis famē patiantur eternā:
qui vero verbum in interiorib'
anie receperūt, alimenti celestis,
et fontis vbertate recreati, esu
rire et sitire non possunt. Lc. iij.

E T ideo qui aio ieiunabāt
murmurabant, dicentes.
Quare cū publicanis, et pecca
toribus manducat et bibit? Ser
pentina vox ista est. Denique
hanc primam vocem serpens
emisit, dicens Eue. Quid
vtique vobis Deus dixit, Noli
te manducare ex omni ligno?
Ergo patris sui venena diffun
dunt, qui dicunt: Quid vtiqz
cū publicanis, et peccatoribus
manducat et bibit? Unde dñs cū
peccatoribus manducādo: etiā
cum gētilibus nō prohibet nos
inire conuiuium dicens: Non
egent qui sani sunt medico, sed
qui male se habent. Oratio.

O Ds, qs ops Deus: vt beati
Matthei Apostoli tui,
quam preuenimus, veneranda
solennitas, et deuotionem nobis
augeat, et salutē. Per dñm.

¶ In festo s. Matthei apli. oui:
Oia dñr de cōi Aplorū: 493. Die 21. E
preter Nonem et Lcōnes. Orō.



B Eati Euā
geliste Mat
thei dñe p
cibus adiu
uemur: vt
qd possibili
tas nra nō
obtinet, ei'
nobis inter
cessione donet. Per dñm nrm.

In j. noc. legunt lcōnes assigna
te in cōi Euāg. de Ezechiele p
pheta que ponunt in officio de
tpe in primo Dñica Nouemb.
E t factū ē i tricesi. 329. L. iiij.

M Attheus, qui et Leui, apo
stolus et Euangelista, Ca
pharnai cum ad telonium sede
ret, a Christo vocatus, statim se
cutus est ipsum, quem etiā cum
reliquis discipulis hospitio ac
cepit. Post Christi resurrectio
nē, anteqz in prouincia profici
sceretur, que ei ad predicāduz
obtigerat, primus in Iudea p
pter eos q ex circuncisione cre
diderant,

viderant, euãgeliũ Iesu Christi Hebraice scripsit, mox in Aethiopiam profectus, euangeliũ prędicauit, ac prędicationẽ multis miraculis confirmauit. ℟. Vidi coniunctos. 495. Lec. v.

Illo igitur in primis miraculo, qđ regis filiaz a mortuis suscitauit, regẽ patrẽ, & vxorez eius, cũ vniuersa prouincia ad Christi fidem cõuertit. Rege mortuo: Hirtacus eius successor: cum Iphygeniã regiam filiam vellet sibi dari in matrimoniũ, Matthęum cuius opera illa virginitatem Deo vouerat, & in sancto proposito perseuerabat, ad altare mysterium celebrantem iussit occidi. Qui vndecimo calendas Octobris, munus apostolicũ martyrij gloria cumulauit. Cuius corpus Gregorio septimo summo Põtifice Salernũ trãslatũ, ibi magno hominũ cõcursu ac pietate colitur. ℟. Beati estis. 596. Lcõ. vi. Scã q̃tuor aialia. 498. vi i cõi euã. ℟. Isti sũt tri. 496. Lcõ s. euãg. sm Matth. Le. vij.

Mat. 9. In illo tẽpore: Vidit Iesus hominem sedentem in telonio, Matthęum nomine: & ait illi. Sequere me. Et reliq. Homilia s. Hieronymi presbyt.

Ceteri euangelistę, ppter verecundiam, & honorez Matthęi, noluerũt euz noĩe appellare vulgato, sed dixerũt Leui: duplici qppe vocabulo fuit: Ipse aũt Matthęus secunduz illud quod dicitur a Salomone, Iustus accusator est sui in principio sermonis, & in alio loco: Dic tu peccata tua, vt iustificeris, Matthęum se, & publicanũ nominat: vt ostẽdat legẽtib⁹, nullũ debere salutẽ desperare, si ad meliora cõuersus sit, cũ ipse de publicano in apostolũ sit repente mutatus. ℟. Isti sunt qui viuentes. 497. Le. viij.

Arguit hoc loco Porphyrius & Iulianus Augustus, vel imperitiã historici mẽtientis, vel stultitiã eorum qui statim secuti sunt Saluatorem: quasi irrationabiliter quemlibet vocantẽ hominem sint secuti, cum tantę virtutes, tãtaq; signa pręcesserint, quę apostolos, antequam crederent, vidisse nõ dubium est. Certe fulgor ipse, & maiestas diuinitatis occultę, quę etiam in humana facie relucebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si enim in magnete lapide, & succinis hęc esse vis dicitur, vt anulos & stipulam & festucas sibi copulent: quanto magis dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volebat? ℟. Isti sunt viri sancti quos elegit. folio. 497.

Si venerit in iiij. tpibus, noua lcõ erit de Homilia ferię. L. ix.

Et factũ est, discũbẽte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores veniẽtes discũbebãt cũ Iesu. Videbãt publicanum

blicanū a peccatis ad meliora cōuersuz, & locū inuenisse penitentię: & ob id etiā nō desperāt salutē. Neq3 vero in pristinis vitys permanentes veniūt ad Jesum, vt Pharisęi, & scribę murmurant, sed penitentiā agētes: vt sequens dñi sermo significat dicens: Misericordiā volo, nō sacrificiū: non. n. veni vocare iustos, s3 pctōres: Ibat aūt dñs ad cōuiuia pctōrū, vt occasionē3 haberet docēdi: & spūales iuita tozib⁹ suis pberet cibos. Tu aūt.

Sanctorū martyruz Mauritij & sociorum eius. Oratio.

Annue, q̄s, oipotēs Deus: vt sāctorū martyruz tuorū Mauritij, & sociorū ei⁹ nos lętificet festiua solennitas: vt quorum suffragys nitimur, eorū natalitys gloriemur. Per dñm. Lectio iij.

Cum Maximian⁹ Imperator ducto in Galliā exercitu, in finib⁹ Sedunorū sacrificy cā cōstituisset, Thebęorū legio, ne se impiorū sacrorū societate cōtaminaret, a reliquis copys discessit. Quare Imperator misit ad eos milites: q suo nomine nūciarēt, vt si salui esse vellēt, in castra ad sacrificia redirēt. Qui se Chriana religione impediri rńderūt. Quorum responsum ille indignissime ferens: maiori iracundia, quā antea, exarsit. Itaq3 immissa parte exercitus in Thebęos, decimuz quēq3 eorum iussit occidi. Qd martyriū sua sponte, maxime q3 hortatore Mauricio ferre maluerūt, quā iperata facere nefary Imperatoris. Itaq3 eos pstātissime Christū pdicātes, decimo calendas Octobris ab exercitu trucidari imperat.

S. Lini pp. & mar. sem. Oro.

Deus, qui nos beati Lini martyris tui, atq3 Pōtificis, annua solennitate lętificas: cōcede ppitius, vt cuius natalitia colim⁹, de eiusde3 etiā protectione gaudeamus. Per dominū nostruz.

Die 23. G

Cōm. S. Thecle vg. & m. Oro.

Da, q̄s oips Deus: vt q beatę Theclę, virginis & martyris tuę, natalitia colimus, & annua solennitate lętemur, & tantę fidei pfitiamus exemplo. Per dominū nostrum. Lectio iiij.

Linus Pontifex in Etruria natus, prim⁹ post Petrū gubernauit ecclesiā: cuius tāta fides, & sāctitas fuit, vt nō solū demones eyceret, sed etiaz mortuos reuocaret ad vitam. Scripsit res gestas beati Petri & ea maxime, q̄ ab illo acta sūt cōtra Simonem Magū. Sanciuit, Ne qua mulier, nisi velato capite, i ecclesiaz introiret. Huic

Pontifici

Pontifici caput amputatum est ob constantiam christiane fidei iussu Saturnini impii et ingratissimi Consulis, cuius filiam a demonum vexatione liberaverat. Sepultus est in Vaticano prope sepulcrum principis apostolorum nono Calendas Octobris, sedit annos undecim, menses tres, dies duodecim, creatis bis mense Decembri, episcopis quindecim, presbyteris decem et octo. Lec. v. et vi.

Principes persecuti sunt. 505.

Et in iii. noct. Homil. in euang.

Si quis vult ve. 505. de com. uni. m.

Pro sancta Thecla. Lec. ix.

Thecla virgo, ex illustrib. parentibus Iconii nata, a Paulo apostolo fidei preceptis instituta, miris sanctorum patrum laudibus celebratur. Que decimuoctavum annum agens, Thamiride sponso relicto: cum eam parentes, quod Christiana esset, accusassent, in ardentem rogum, qui nisi Christo renunciaret, ei paratus erat, prius signo crucis armata, se ipsam iecit: Sed igne, pluvia, que repente exorta est, extincto: Antiochiam venit, ubi feris obiecta, et tauris in diversa icitatis alligata: mox proiecta in fossam plenam serpentibus, ex omnibus Jesu Christi gratia liberatur. Cuius ardore fidei et vite sanctitate, multi ad Christum conversi sunt. Iterum in patriam rediens, in montem sola secessit: ubi, multis virtutibus, et miraculis insignis nonagenaria migravit ad dominum, ac Seleucie sepulta est.

Die 24. A. Die 25. B.

SS. m. Cypriani, et Justi. Oro.

Die 26. C

Beatorum martyrum Cypriani et Justine nos domine foveant continuata presidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adiuvari. Per dominum. Lectio iiii.

Cyprianus primum magus, postea martyr, cum Justinam Christianam virginem, quam ardenter amabat, cantionibus ac veneficiis Antiochie ad sue libidinis assensum allicere conaretur, demonem consuluit, quanam id re consequi posset: Cui demon, nullam illi artem processuram, adversus eos, qui vere Christum colerent. Quo responso commotus Cyprianus vehementer dolere cepit vite superioris institutum. Itaque relictis magicis artibus se totum ad Christi domini fidem convertit. Lect. v.

Quam ob causam una cum virgine Justina comprehensus est, et ambo colaphis, flagellisque cesi sunt: mox in carcerem coniecti, si forte sententias commutarent. Verum inde postea emissi, cum in Christiana religione constantissimi reperirentur, in sartaginem plenam ferventis picis, adipis, et cere, iniecti sunt. Tum Nicomediam missi securi feriuntur.

Quorum proiecta corpora cum sex dies inhumata iacuissent, noctu quidam naute clam ea in na/uem imposita Romam porta/uerunt, ac primum in predio Ruffine nobilis femine sepulta sunt, postea translata in urbem, in basilica Constantiniana condita sunt prope baptisterium.

Die 17.D SS. m. Cosme, et Damia. oro.

PResta, qs omnipotens Deus: ut qui san/ctorum martyrum tuorum Cosme et Damiani nata/litia colimus: a cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus libere/mur. Per do. Lectio iiij.

COsmas et Damianus, fratres, Arabes in Aegea ur/be nati, nobiles medici, Impera/toribus Diocletiano, et Maxi/miano, non magis medicine scien/tia, quam Christi uirtute, morbis etiam insanabilibus medeban/tur. Quorum religionem cum Lysias prefectus cognouisset, adduci eos ad se iubet: ac de uiuendi insti/tuto, et de fidei professione inter/rogatos, cum se et Christianos es/se, et Christianam fidem esse ad salutem necessariam, libere predicarent, Deos uenerari imperat, et si id recusent, minatur cruciatus, et necem acerbissimam. Lco v.

UErum ut se frustra hec il/lis proponere intelligit. Colligate, inquit, manus, et pe/des istorum, eosque exquisitis tor/quete suppliciis. Quibus iussa exequentibus, nihilominus Cos/mas, et Damianus in sententia persistebant. Quare, ut erant uin/cti, in profundum mare iaciuntur unde cum salui, ac soluti essent egressi, magicis artibus Prefe/ctus assignans, in carcerem tradit, ac postridie eductos, in ardentem rogum iniici iubet, ubi cum ab ipsis flamma refugeret, uarie et crude/liter tortos, securi percuti uo/luit. Itaque in Jesu Christi confessione martyrii palmam acceperunt.

L. vj. Q uotiescunque. 510. de coi, Et in iij. noct. Hom. in euange. Descendens. 513. de coi plu. m. viij. R. Hec est uera frate. 512.

Die 28.E.

IN FESTO Die 29.F

Dedic. s. Michaelis archan. du. Ad Vesp. An. Stetit ang. 468. cum rel. de Lau. ps. Dixit do. 52. cum rel. de Dnica. et loco ulti. Laudate dnm oes ge. 54. Cap. apo. 1

SIgnificauit deus que oportet fieri cito, loquens per angelum suum ser/uo suo Johanni: qui testimonium perhibuit uerbo Dei, et testimo/nium Jesu Christi quecunque uidit. Hymnus.

TIbi Christe splendor patris,
Uita uirtus cordium,
In conspectu angelorum
Uotis, uoce, psallimus:
Alternantes concrepando
Melos damus uocibus.

Collaudamus venerantes
Omnes celi milites:
Sed precipue primatem
Celestis exercitus,
Michaelem in virtute
Conterentem Zabulon.
Quo custode procul pelle,
Rex Christe piissime,
Omne nefas inimici:
Mundo corde, & corpore,
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.
Gloriam patri melodis
Personemus vocibus,
Gloriam Christo canamus,
Gloria paraclito,
Qui trinus, & unus deus
Extat ante secula. Amen.

℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habēs turibulum aureum in manu sua.

Ad Mag. Añ. Dum sacrum mysterium cerneret Johannes, archangelus Michael tuba cecinit: Ignosce dñe Deus noster, q aperis librum, & soluis signacula eius, halleluiah. Oratio.

Deus, qui miro ordine angelorum ministeria, hominumqꝫ dispensas: cōcede ppiti⁹: vt quibus tibi ministrātibus in celo semp assistitur, ab his i terra vita nostra muniatur. Per.

Ad Matutinū. Inuitatorium. Regē archāgelorum dominum, Venite adoremus. Ps. Venite. 1. Hy⁹. Tibi Christe. vt su.

In primo nocturno. Antipho. Concussum est mare, & contremuit terra, vbi archāgelus Michael descendebat de celo. Ps. Domine dominus noster. fo. 3.

Aña. Laudemus dominum, quem laudant angeli, quē Cherubim, & Seraphim, Sanctus, Sanctus, Sanctus, proclamāt. Psal. In domino confi. 4. Aña. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini de manu angeli. Ps. Domine quis habitabit. 4. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi. ℟. Habens turibulum aureum in manu sua.

Ex Daniele propheta. Lect. j.

Aspiciebā, donec throni positi sunt, & antiqu⁹ dierū sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flāmę ignis: rotę eius ignis accensus: fluuius igneus, rapidusqꝫ egrediebatur a facie eius. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Judicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et vidi, quoniā interfecta esset bestia: & perijsset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni. ℟. Factum est silentium in celo dum committeret bellum Draco cum Michaele archangelo: Audita est vox millia millium dicentium. Sa

lus, honor, ꝛ virtus oīpotenti Deo. ℣. Millia millium ministrabant ei, ꝛ decies cētena millia assistebāt ei. Audita ē. Lc. ij.

Die aūt vigesima ꝛ quarta mensis primi, eraꝫ iuxta fluuium magnū, qui est Tigris, ꝛ leuaui oculos meos, ꝛ vidi. Et ecce vir vnus vestitus lineis: ꝛ renes eius accincti auro obrizo, ꝛ corpus eius quasi chrysolitus: ꝛ facies eiꝰ velut species fulguris: ꝛ oculi eius, vt lāpas ardens: ꝛ brachia eiꝰ, ꝛ quę deorsum sunt vsqꝫ ad pedes, quasi species eris candentis: ꝛ vox sermonū eius, vt vox multitudinis. Uidi autem ego Daniel solus visionē. Porro viri qui erant mecū, nō viderūt: sed terror nimius irruit super eos, ꝛ fugerunt in absconditū. Ego aūt relictus solus vidi visionem grandē hanc, ꝛ nō remāsit in me fortitudo: sed ꝛ species mea imutata est in me, ꝛ emarcui, nec habui quicqꝫ virium. ℟. Stetit angelus iuxta araꝫ templi: hñs turibulum aureuꝫ in manu sua: ꝛ data sunt ei incensa multa: Et ascēdit fumus aromatum de manu angeli in conspectu domini. ℣. In cōspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, ꝛ confitebor nomini tuo dñe. Et ascendit. Lectio iij.

Et audiui vocē sermonuꝫ eius: ꝛ audiens iacebam consternatus sup faciē meā, ꝛ vultus meꝰ hereb at terrę. Et ecce manus tetigit me, ꝛ erexit me super genua mea, ꝛ sup articulos manuū mearum: ꝛ dixit ad me: Daniel, vir desideriorū, intellige verba q̄ ego loquor ad te: ꝛ sta in gradu tuo: nunc eniꝫ sum missus ad te. Cūqꝫ dixisset mihi sermonem istum, steti tremens, ꝛ ait ad me: Noli metuere Daniel, qr ex die primo, quo posuisti cor tuū ad intelligēdū, vt te affligeres in ꝯspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, ꝛ ego veni pp sermones tuos. Princeps aūt regni Persaruꝫ restitit mihi viginti ꝛ vno diebus, ꝛ ecce Michael vnus de principibꝰ primis venit in adiutorium meū, ꝛ ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Ueni aūt vt docerem te, quę ventura sunt populo tuo, in nouissimis diebus, qm̄ adhuc visio i dies. ℟. In conspectu angelorum psallaꝫ tibi, ꝛ adorabo ad templum sanctum tuuꝫ. Et confitebor noi tuo dñe. ℣. Sup miam tuā, ꝛ veritatē tuā, qm̄ magnificasti super nos nomen sanctum tuum. Et. In ij. noc. Añ. Michael archangele, veni in adiutorium populo Dei. ps. Celi enarrant. 7. Añ. Michael prepositus paradisi, quē honorificāt angelorū ciues. ps. Dñi est terra. 13. Añ. Gloriosus apparuisti in conspectu dñi, proptere a decorem induit te dñs. ps. Benedicam. 21. ℣. Ascendit fumus

fumus aromatum, i conspectu domini. ℟. De manu angeli.

Sermo s. Gregorij papę. L. iiij

Nouem angelorum ordines esse testante sacro eloquio scimus: angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, Cherubin ac Seraphin. Angelos nanque et archangelos pene omnes sacri eloquij paginę testantur: Cherubim vero atq; Seraphin sępe, vt notum est, libri prophetarum loquuntur. Quatuor quoq; ordinum nomina Paulus aplus ad Ephesios enumerat, dicens: Supra oém principatum, et potestaté, et virtutem, et dñationem. Qui rursus ad Colossenses scribés, ait Siue throni, siue dñationes, siue principatus, siue potestates. Dum ergo illis quatuor, q̃ ad Ephesios dixit, cóiunguntur throni, quinq; sunt ordines: quibus cũ Angeli, Archãgeli, Cherubim atq; Seraphim adiuncti sunt, proculdubio nouem esse angelorum ordines inueniuntur.

℟. Hic est Michael arcãgelus princeps militię angelorũ Cuius honor pręstat beneficia populorũ, et oratio perducit ad regna celorum. ℣. Archangelus Michael prępositus paradisi, quem honorificãt angelorum ciues. Cuius. Lectio v.

Sciendũ quoq; quod angelorum vocabulum, nomé est officij, nõ naturę. Nã sancti illi cęlestis patrię spũs, semper quidem sunt spũs, sed semper vocari angeli nequaquam possunt: quia tunc solum sunt angeli, cum per eos aliqua nunciantur: vnde et in psalmo dicitur. Qui facit angelos suos spiritus, ac si patenter dicat: Qui eos. quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit angelos facit: Hi autem qui minima nũciant, angeli: q vero summa, Archãgeli vocãtur. Hinc est enĩ, q ad Mariã virginem, non quilibet angelus, sed Gabriel Archãgelus mittitur: Ad hoc quippe ministeriũ sũmũ angelũ venire dignũ fuerat, qui summũ oĩuz nũciabat. Qui idcirco ét priuatis nominibus censentur: vt signetur p vocabula, etiã i operatione qd valeãt. Michael nãque, Quis vt deus. Gabriel auté, Fortitudo Dei: Raphael vero dicitur Medicina dei. ℟. Venit Michael archãgelus cũ multitudine angelorum cui tradidit Deus animas sãctorũ. Vt perducat eas in paradisum exultationis. ℣. Emitte domine spũm sãctũ tuũ de celis, spũm sapientię, et intellectus. Vt. Lectio sexta.

Et quoties mirę virtutis aliqd agit Michael mitti perhibetur: vt ex ipso actu et nomine, detur intelligi, q: nullus potest facere, quod facere preualet deus. Vnde et ille antiquus hostis, q esse Deo per superbiã

similis cōcupiuit, dicens, In celū ascendā, supastra celi exaltabo soliū meū, similis ero altissimo, Dñi in fine mūdi in sua virtute reliquitur extremo supplicio perimēdus, cū Michaele archangelo preliaturus esse perhibetur, sicut per Iohānē dicitur: Factū est plium cum Michaele archangelo. Ad Mariā quoqꝫ Gabriel mittitur: q Dei fortitudo nominatur. Illū quippe nūciare veniebat, qui ad debellandas aerias potestates humilis apparere dignatus est. Raphael quoqꝫ interpretatur, vt diximus, medicina Dei: quando Tobie oculos quasi per officium curationis tetigit: cecitatis illius tenebras tersit. ℟. In tempore illo consurget Michael, qui stat pro filijs vestris. Et veniet tempus: quale non fuit ex quo gentes esse ceperunt, vsque ad illud. ℣. In tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro vite. Et. Gloria. Et. In iij. noct. Aña. Angelus archāgel⁹, Michael, Dei nuncius pro aiabus iustis, hal. hal. ps. Cātate. 44. Aña. Data sūt ei icēsa multa, vt adoleret ea ante altare aureū, qd est ante oculos dñi. ps. Dñs regnauit. 44. añ. Multa magna lis d Michaele archangelo, q fortis i prelio fecit victoriā. ps. Vidic. ℣. 47. ℟. In conspectu angeloꝝ psallā tibi deus meus.

℟. Adorabo ad tēplū sanctum tuū, et confitebor nomini tuo. Lcō s. euā. sm Mattheū. L. vij.

In illo tēpore: Accesserūt discipuli ad Iesum dicentes. Quis putas maior est in regno celorū? Et reliqua. Hom. s. Hieronymi presbyteri.

Post inuētū staterē, post tributa reddita, quid sibi vult aploꝝ repentina interrogatio? Quis putas maior est in regno celorū? Quia viderāt pro Petro et dño idē tributū reddi tū, ex equalitate precij arbitrati sunt Petrū omnibus apostolis esse prelatum, qui in redditione tributi dño fuerat cōparatus: ideo interrogant, qs maior sit in regno celorum. Videns que Iesus cogitationes eorū, et causas erroris intelligens, vult desiderium glorie humilitatis contentione sanare. ℟. In conspectu gentium nolite timere: vos enim in cordibus vestris adorate, et timete dñm: Angelus enim eius vobiscū est. ℣. Stetit angelus iuxta aram templi: habens turibulū aureū in manu sua. Angelus. Le. viij.

Si autē man⁹ tua, vel pes tuus scandalizat te, et cetera. Necesse est qdē venire scādala: ve tamē ei est homini, qui quod necesse est vt fiat i mūdo, vitio suo facit: vt p se fiat. Igitur omnis truncatur affectus: et vniuersa ppinquitas amputatur: ne per occasionē pietatis vnusquis

quisq; credentiũ scãdalis pateat. Si iniquitata est quis tibi p̄iunctus, vt manus, pes, oculus, ⁊ est vtilis atq; solicitus ⁊ acutus ad p̄spiciendũ, scandalũ autẽ tibi facit, ⁊ p̄pter dissonantiã morũ tẽ ptrahit in gehennã melius est, vt propinquitate eius, ⁊ emolumentis carnalibus careas, quã dũ vis lucrifacere cognatos ⁊ necessarios, causas habeas ruinarũ. ℟. Michael archangelus venit in adiutoriũ pplo Dei. Stetit in auxiliũ pro animabus iustis. ℣. Stetit angelus iuxtam aram templi, habens turibulum aureũ i manu sua. Stetit. Glo. Stetit. L. ix.

Dico vobis, q: angeli eorũ semper vident faciem patris mei. Supra dixerat per manũ, ⁊ pedem, ⁊ oculum omnes propinquitates, ⁊ necessitudines: quę scandalũ facere possunt, amputandas: austeritatẽ itaq; sententię subiecto pręcepto temperat, dicens: Videte ne contemnatis vnũ ex pusillis istis: sic, inquit, pręcipio seueritatem, vt cõmisceri clementiã docea. Q: angeli eorum vident faciẽ patris mei. Magna dignitas aiarũ, vt vnaquęq; habeat ab ortu natiuitatis in custodiã sui angelũ delegatũ. Unde legimus in Apocalipsi Johannis, Angelo Ephesi, ⁊ reliquarũ Ecclesiaꝝ scribe hęc. Apls quoq; pręcipit velari in ecclesijs capita fœminarũ propter Angelos.

Ad Laudes, ⁊ p Horas. Aña:

Stetit angelus iuxta araꝫ templi, habens turibulũ aureũ in manu sua. Ps. Dñs regnauit. 8. cũ rel. Aña. Dum pręliaretur Michael archãgelus cũ Dracone, audita est vox dicentiũ: Salus Deo nostro, haleluiah. Aña. Archangele Michael constitui te principeꝫ super omnes animas suscipiendas: Aña. Angeli domini dominum benedicite in ęternum. Añ. Angeli, Archãgeli, Throni, ⁊ Dominationes, Principatus, ⁊ Potestates, Uirtutes cęlorum, laudate dominum de cęlis, haleluiah. Capitulum. Significauit. 465. Hymnus.

Christe, scõrũ dec⁹ angeloꝝ,
Rector humani generis ⁊ auctor,
Nobis ęternũ tribue benignus
Scandere cęlum.

Angelũ pacis Michael ad istã
Cęlitus mitti rogitamus aulã:
Nobis vt crebro veniente crescant
Prospera cuncta.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto,
Sępius tẽplũ veniens ad istud
Uisere nostrum.

Angelũ nobis medicũ salutis
Mitte de cęlis, Raphael vt omnes
Sanet ęgrotos, pariterq; nros
Dirigat actus.

Nunc dei nostri genitrix Marie,
Totus et nobis chorus angelorum
Semper assistat, simul et beata
Concio tota.
Prestet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterque sancti
Spiritus cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.
℣. Stetit Angelus iuxta aram templi. ℟. Habens turibulum aureum in manu sua. Ad Bñs. Aña. Factum est silentium in celo, Dum Draco committeret bellum: et Michael pugnauit cum eo, et fecit victoriam, halleluiah. Ad iij. Cap. Significauit. 465. ℟. b. Stetit angelus Juxta aram templi. ℣. Habens turibulum aureum in manu sua. Juxta. ℣. Ascendit fumus aromatum in conspectu domini. ℟. De manu angeli. Ad vj. Cap.

Apo. 5. Audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, et animalium, et seniorum: et erat numerus eorum millia millium voce magna dicentium: Salus deo nostro. ℟. Ascendit fumus aromatum. In conspectu domini. ℣. De manu angeli. In. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Ad Nonam. Capitulum.

Apo. 12. Factum est prelium magnum in celo: Michael et angeli eius preliabantur cum Dracone, et Draco pugnabat, et angeli eius: et non preualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in celo. ℟. In conspectu angelorum, Psallam tibi deus meus. ℣. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Psallam. ℣. Adorate Deum. ℟. Omnes angeli eius. In ij. Vesp. Aña. Stetit angelus. vt su. cum rel. ps. Dixit dominus. 52. cum rel. in fi. Confitebor tibi domine in toto. 58. Cap. Significauit. Hym. Tibi Christe. 466. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus. ℟. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Ad Mag. Aña. Princeps gloriosissime, Michael archangele, esto memor nostri: hic et vbique semper precare pro nobis filium Dei. Hal. hal. Oratio vt sup. Deinde fit comm. de seq. fest. Añ. O doctor. 520. ℣. Amauit. Oratio vt infra.

¶ Sancti Hieronymi presbyteri confess. et Ecclesie doct. duplex. Oia de com. confess. non pontif. preter orationem, et lectiones. Oratio.

Deus, qui ecclesie tue in exponendis sacris scripturis beatum Hieronymum confessorem tuum, doctorem maximum, prouidere dignatus es: presta quesumus: vt eius suffragantibus meritis: quod ore simul et opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per dominum nostrum.

In primo noct. lectiones. Sapientiam omnium. de communi docto. f. 519. Lectio iiij.

Hiero/

Hieronymus Eusebij filius Stridone in Dalmatia, Cōstantino Imperatore natus, Romę puer est baptizatus, et in liberalibus disciplinis a Donato et alijs viris doctissimis eruditus. Adolescēs discēdi studio Galliā peragrauit: vbi pios aliquot, et in diuinis literis eruditos viros coluit, multosque sacros libros manu descripsit: mox se in Gręciam conferens, philosophia, et eloquentia instructus, summorū theologorum consuetudine floruit: inprimis vero Gregorio Nazianzeno Constantinopoli operam dedit: quo doctore se sacras literas didicisse profitetur. Tū religionis causa visit Christi domini incunabula, totamque lustrauit Palestinam: quam peregrinationem adhibitis Hebręorum eruditissimis, ad sacrę scripturę intelligentiā sibi multum profuisse testatur. R. Iste est quia ante. 520. L. v.

Deinde secessit in vastam Syrię solitudinem: vbi quadriēniū i lectione diuinorū librorum cęlestisque beatitudinis cōtēplatione cōsūpsit, assidua se abstinentia, vi lacrymarum, et corporis afflictatione discrucians. Presbyter a Paulino episcopo Antiochię factus, Romam de controuersiis quorundā episcoporum cum Paulino et Epiphanio ad Damasum Pōtificē profectus, eius ecclesiastici epistolis adiutor fuit. Verū cum pristinę solitudinis desiderio teneretur, in Palestinā reuersus, Bethleē ad Christi dñi presepe, in monasterio quod a Paula Romana extructū erat cęlestem quandam vitę rationem instituit: et quanquam varijs morbis, doloribusque tētaretur, tamen corporis incōmoda pijs laboribus, et perpetua lectione ac scriptione superabat. R. Amauit. 521. Lectio sexta.

Tanquam ad oraculum ex omnibus orbis terrę partibus ad ipsum diuinę scripturę quęstiones explicandę referebantur. Illum Damasus Pōtifex, illum sanctus Augustinus de locis scripturę difficillimis sępe consuluit: propter eius singularem doctrinam, et linguę non solum Latinę et Gręcę, sed Hebraicę etiam et Chaldaicę intelligentiam: et quod omnes pene scriptores eiusdem Augustini testimonio legerat. Hereticos acerrimis scriptis exagitauit. Piorum et catholicorum patrocinium semper suscepit. Vetus testamentum, Damasi iussu ex Hebręo, nouum ex Gręco cōuertit, magna etiā ex parte explicauit. Multa pręterea Latine reddidit scripta doctorū virorum, et ipse alijs proprij ingenij monumentis Christianam disciplinā illustrauit. Qui ad summam senectutem peruentēs, sanctitate et miracu

lis

lis illustris Honorio Imperatore migrauit i cęlū. Cui⁹ corpus ad Bethlehez sepultū est, postea Romā, in basilicā sācte Marię ad pręsepe translatuz. ℟. Iste homo perfecit. 511.

Lcō. 7. euā. sm̄ Matthęū. ca. v.

ca. 5. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Vos estis sal terrę: qď si sal euanuerit, in quo salietur? Et reliq.

Homilia s. Hieronymi presby.

Sal appellant apostoli, & doctores: qr per illos vniuersum hominum conditur genus. Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Si doctor errauerit, quo alio doctore emendabitur? Ad nihilum valet vltra: nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Exemplū de agricultura sumptum est. Sal enim ciborum condimentū, & ad siccandas carnes necessarium est, ita vt aliū vsum nō habeat. Certe legimus in scripturis, vrbes quasdā ita victores sale seminatas, vt nullum in ipsis germē oriretur. ℟. Iste homo ab adolescen. 521. Lcō viij.

Caueant ergo doctores, & episcopi, & videāt potentes potenter sustinere tormēta, nihilque esse remedij, si se malorū ruinis sināt ad tartarū ducere. Vos estis lux mundi. Nō potest ciuitas abscondi supra mōtem posita: neqz accendunt lucernā, & ponūt eam sub modio, sed super candelabrū, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Docet fiduciaz pręḋicandi, ne apostoli abscondantur ob metum, & similes sint lucernę sub modio, sed tota libertate se prodāt vt quod audierūt in cubiculis, pręḋicent in tectis. ℟. Sint lūbi vestri. 521. Lectio nona.

Nolite putare qm̄ veni soluere legē, aut prophetas: non veni soluere, sed adimplere. Siue qď de se per alios prophetata cōpleuerit, siue quod ea quę ante propter infirmitatē audientiū rudia & imperfecta fuerant, sua pdicatione compleuerit, iram tollēs, & vicem taliōis excludēs, & occultā in mēte cōcupiscentiā. Donec transeat cęlū & terra. Promittuntur nobis cęli noui, & terra noua, quę facturus est dn̄s Deus. Si ergo noua creanda sunt, cōsequenter vetera trāsitura. Tu autez do.

FESTA OCTOBRIS.

Offm̄ Defū. f. die nō impedita.

S. Remigij epi, & cōfess. Orō.

Da, quęsum⁹ oīps De⁹: vt bti Remigij cōfessoris tui atqz pontificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dn̄m. Lectio tertia.

Remigius, episcopus Remēsis, floruit Clodouco rege Francorū, quem et baptizauit: & primus oium doctrina, & miraculis, Frācos ad Christi

domini

dñi fidez perduxit. Eius oratio ne, mortua puella reuixit. Multos interpretat⁹ est diuinę scripturę libros. Amplius septuaginta annos summa cuz laude Remensem ecclesiã administrauit. Cuius vitę ⁊ mortis sanctitatem multa, quę cõsecuta sũt, miracula corroborarunt.

Die 2. B. Die 3. C.

Die 4. E.

¶ Sancti Francisci confessoris. duplex. Oratio.



Deus, qui ecclesiam tuaz beati Frãcisci meritis fętu nouę prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, ⁊ cęlestium donorũ semper participatione gaudere. Per dominum nostrum. Lec. iiij.

Franciscus Assisij in Umbria natus, patris exemplũ secutus, a prima ętate mercaturã fecit: qui quodam die pauperem, pro Christi amore flagitãtẽ pecuniã, cũ prẽter cõsuetudinẽ repulisset, repente eo facto cõmotus, large ei misericordiam impertiuit: ⁊ ex eo die Deo promisit, se nemini vnquã poscenti eleemosynam negaturũ. Cũ vero post in graue morbum incidisset, ex eo aliquando confirmatus, cępit ardentius colere officia charitatis. Qua in exercitatione tantũ profecit, vt euangelicę perfectionis cupidus, quicquid haberet pauperibus largiretur. Quod ferens iniquius pater, euz ad Assisinatem episcopum duxit, vt coram illo bonis cederet paternis: qui reiectis etiã vestibus, patri cõcessit omnia, illud subiungens, sibi in posterum maiorez facultatem fore dicendi, Pater noster qui es in celis. ℟. Iste est qui ante Deo. Lectio quinta.

Cum autẽ illud ex euãgelio audisset: Nolite possidere aurũ, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non perain in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, sibi eam regulam seruandã ppo suit: itaque detractis calceis, ⁊ vna contentus tunica, cuz duodecĩ socios adhibuisset, Ordinez Minorum instituit. Quare Romaz venit anno salutis millesimo ducentesimo octauo, vt sui ordinis regula ab apostolica sede confirmaretur. Quem cum accendentez ad se summ⁹ Pontifex Innocentius tertius reiecisset, quod in somnis postea sibi ille, quem repulerat, collabentem Lateranensem basilicam suis humeris sustinere visus esset, conquisitum accersiri iussit: benigneque accipiens, omnem eius institutorũ rationem confirmauit. Franciscus igit dimissis in omnes orbis terrę partes fratribus ad prędicãdum Christi euangelium, ipse cu-

cupiens sibi aliquã dari marty
rij occasionẽ, nauigauit in Sy
riã: vbi a rege Soldano libera
lissime tractatus, cũ nihil pfi
ceret, rediit i Italiã. ℟. Ama
uit eum. 521. Lectio sexta.

Ultis igitur extructis suę familię domiciliis, se in solitudinem montis Aluerni contulit: vbi quadraginta diebus, propter honorem sancti Michaelis archangeli, in ieiunio, et oratione cõsumptis, festo die Exaltationis sanctę Crucis, ei Seraphim crucifixi effigiem inter alas continens apparuit: qui eius et manibus et pedibus vestigia clauorum impressit: quę sanctus Bonauẽtura, cũ Alexãdri quarti summi Põtificis prędicationi interesset, narasse Pontificẽ a se visa esse literis cõmẽdauit. His insignibus summi i eũ Christi amoris, maximam habebat omniũ admirationem. Ac biẽnio post grauiter ęgrotans, deferri voluit in Ecclesiã Sãctę Marię Angelorum: vt vbi gratię spiritum a Deo acceperat, ibi spiritum vitę redderet. Eo in loco fratres ad paupertatẽ ac patientiam, et sãctę Romanę Ecclesię fidem seruandam cohortatus, psalmum illum pronuncians, Uoce mea ad dñm clamaui: in eo versiculo, Me expectãt iusti donec retribuas mihi, efflauit aiam quarto nonas Octobris. Quẽ miraculis clarum Grego rius nonus Põtifex maximus in sanctorum numeruz scripsit ℟. Iste homo perfecit. 521.

In iij. noc. Hom. in euangelium. Confiteor tibi pater: fol. 380. vt in festo s. Mathie apostoli.

Die 5. E. Die 6. F.

S. Marci pape et conf. Oro.

Exaudi domine preces nostras, et intercedente beato Marco cõfessore tuo atque põtifice supplicationes nostras placatus intende. Per dominum nostrum.

¶ Cõm. SS. m. Sergij, Bacchi, Marcelli, et Apuleij. Oro.

Anctorum martyrũ tuorum, nos domine, Sergij, Bacchi, Marcelli, et Apuleij beata merita prosequantur: et tuo semper faciãt amore feruẽtes. Per dñm. Lectio tertia.

Arcus Romanus, Constantino Magno Imperatore, Põtifex, instituit: vt episcopus Ostiensis: a quo Romanus Põtifex cõsecratur, pallio vteretur: et vt diebus solennibus Symbolũ in Missa clara voce caneretur. Duas Romę basilicas ędificauit, alteram in vrbe alterã via Ardeatina, quas Cõstantinus auctas magnis muneribus exornauit. Duobus annis, mensibus octo, et diebus viginti, quibus vixit in Pontificatu, bis mense Decembri creauit episcopos octo, presbyteros vigin

ginti quinque diaconos sex, sepul/tusque est in cemeterio Balbinę.

Die 8. A.

¶ SS.mar. Dionysii, Rustici & Eleutherii, semid. Oratio.

Die 9. B

Deus, qui hodier/na die beatum Dionysium mar/tyrem tuũ atque Pontificẽ virtu/te pstantię in pas/sione roborasti: quique illi ad p/dicandũ gentibus gloriã tuam Rusticum, & Eleutherũ socia/re dignatus es: tribue nobis, qs, ex eorum imitatione pro a/more tuo prospera mundi de/spicere, & nulla ei[9] adversa for/midare. Per dñm. Lect. iiij.

Dionisius Atheniensis vn[9] ex Areopagitis iudicib[9], vir fuit omni doctrinę genere instructus. Qui cum adhuc in/gẽtilitatis errore versaretur, eo die quo Chrs dñs cruci affi/xus est, animadvertens pręter naturam solem defecisse, excla/mavit: Aut Deus naturę pati/tur, aut machina dissolvetur. Sed cũ Paulus apostolus ve/niens Athenas, & in Areopagũ ductus, ratioñẽ reddidisset ei[9] doctrinę, quam pdicabat, affir/mans Chrm dñm resurrexisse, & mortuos oẽs in vitam reditu/ros esse: cum alij multi, tũ ipse Dionysius i Christũ credidit. ℟. Sancti tui dñe. 510. L. v.

Itaque & baptizatus est ab ipso, & Atheniensiũ eccle/się pfectus. Qui cũ postea Ro/mã venisset, a Clemẽte Põtifi/ce missus est in Galliã prędicã/di evãgelij causa. Quẽ Lutetiã vsque Parisiorũ Rusticus presby/ter & Eleutherius diaconus p/secuti sunt: vbi a Fescennio pre/fecto, quod multos ad Christianã religionẽ convertisset ipse cum socijs virgis cęsus est: Cumque i pdicatione Christianę fidei cõ/stantissime perseveraret, in cra/ticulã subiecto igne iniicitur, multisque pręterea supplicijs vna cum socijs cruciatur. ℟. Verbera. 510. Lectio sexta.

Sed ea tormentorũ gñã oĩ/bus forti ac libenti aĩo p/ferentibus, Dionysius nonage/simum annum agens, cum reli/quis securi percutitur septimo Idus Octobris. De quo illud memorię proditũ est, abscisum suũ caput sustulisse, & progres/sum ad duo millia passuum in manib[9] gestasse. Libros scripsit admirabiles, ac plane cęlestes, de divinis noĩbus, de cęlesti, & Ecclesiastica Hierarchia, de my/stica Theologia, & alios quos/dam. ℟. Tanquã aurum. 511. In iij. noc. Hom. i euã Descẽ/dẽs Jesus. 513. de cõi plu. m.

Die 10. C. 11. D. 12. E. 13. F.

S. Calisti pp, & m. semid. Oro.

Deus, qui nos con/spicis ex nostra infirmitate defi/cere: ad amorem tuum nos mise/ricor/

ricorditer per sanctorum tuorũ exempla restaura. Per dominũ nostrum Jesum. Lectio iiij.

Calistus Romanus prefuit ecclesie Macrino & Helio gabalo Imperatoribus. Instituit quatuor anni tpa, quibus ieiunium seruaretur. Aedificauit basilicã sancte Marie trãs Tiberim, & in via Apia cemeteriũ condidit, in quo multi sacerdotes & martyres sepulti sunt: qd a conditore, Callisti cemeterium appellatur. Sedit annos sex, menses duos, dies decem: ordinationibus quinque mense Decembri creauit episcopos octo, presbyteros sexdecim, diaconos quatuor. Martyrio coronatus, illatus est in cemeterium Calepodij via Aurelia, tertio ab vrbe lapide, pridie Idus Octobris. Lectio v. & vj. Ser. Triumphans. 502.

In iij. noct. Homil. in euangel. Si quis venit ad me. 504.

De communi vnius martyris. Die 15. A. Die 16. B. Die 17. c.

Die 18. D

C Sancti Luce euangeliste. duplex. Oratio.

Interueniat pro nobis, q̃s, domine, sanctus tuus Lucas Euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore p tui nominis honore portauit. Per dominum nost.

In j. noct. leguntur lectões Ezechielis pphete posite in offõ de tpe in j. dñica Nouemb. Et facta est in trigesimo anno. 329.

Ex libro s. Hieronymi presbyteri de scriptoribus Ecclesiasticis. L. iiij.



Lucas medicus Antiochensis, vt eius scripta indicãt, Greci sermonis non ignarus fuit: sectator Apostoli Pauli & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit euãgeliũ, de quo idẽ Paulus, Misimus, inquit, cũ illo fratrez, cuius laus est in euangelio p oẽs Ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat vos Lucas medicus carissimus. Et ad Timotheuz: Lucas est mecum solus. Aliud quoq3 edidit volumen egregiũ, quod titulo acta Aplorũ prenotatur: cuius historia vsq3 ad biennium Rome cõmorantis Pauli peruenit, id est, vsq3 ad quartũ Neronis annũ. Ex quo intelligimus i eadem vrbe librũ esse cõpositũ. R. Vidi cõ. 495. L. v.

Igitur periodos Pauli, & Thecle: & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli, inter ceteras eius res, hoc solũ ignorauerit? Sed & Tertullianus, vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia amatorem Apostoli Pauli, conuinctum a Johanne, quod auctor esset libri,

libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id loco excidisse. Quidā suspicātur quotiescunq; in epistolis suis Paulus dicit, Iuxta euangeliuȝ meuȝ, de Lucę significare volumine. ℟. Beati estis. 596. Lcō vj.

Lucā aūt nō solū ab aplo Paulo didicisse euangeliū, q cū dño in carne nō fuerat, sed a cęteris aplis, qđ ipse quoq; i principio sui voluminis declarat, dicēs: Sicut tradiderūt nobis: q a principio ipsi viderūt & ministri fuerūt sermonis. Igitur euāgeliū, sicut audierat scripsit. Acta vero aplorū: sicut viderat ipse composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxoreȝ nō habēs: sepult⁹ est Constātinopoli, ad q̃ vrbē vicesimo Cōstātini anno ossa ei⁹ cuȝ religs Andreę apli trāslata sunt de Achaia. ℟. Isti sunt triumpha. 496. In iij. noct. Dom. in euāg. Designauit dns. 499. de cōi euāg.

Die 19. E. Die 20. F.

S. Hilarionis abb. Oro. In tercessio. 520. 3 cōi ɔfes. nō pōt. Cōme. s. Vrsulę & sociarū. Oro.

Da nobis, q̃s dñe, sctārū virginuȝ & martyruȝ tuarum, Vrsulę, & sociarum eius, palmas incessabili deuotione venerari: vt quas digna mēte celebrare nō possumus: humilib⁹ saltē frequentemus obsequijs. Per. Lect. j.

Hilarion, ortus Tabathę in Palesthina ex parētibus infidelibus, Alexandriam missus studiorū causa, ibi morū & ingenij laude floruit: vbi Iesu Christi suscepta religione, in fide & charitate mirabiliter pfecit. Frequens eniȝ erat in ecclesia, assiduus in ieiunio, & oratione: omnes voluptatū illecebras, & terrenarū reruȝ cupiditates contemnebat. Cū autem Antonij nomē in Aegypto celeberrimum esset, eius vidēdi studio in solitudinē contendit: apud quem duobus mensibus, oēm eius uitę rationeȝ didicit. Domum reuersus, mortuis parentibus, facultates suas pauperibus dilargitus est: necduȝ quintumdecimum annū egressus: redijt in solitudinem, vbi extructa exigua casa, q̃ vix ipsum caperet, humi cubabat. Nec vero saccū, quo semel amict⁹ est, vnq̃ aut lauit, aut mutauit, cū supuacaneū esse diceret, mūditias i cilitio q̃rere. L. ij.

In sāctarū literarū lectione & meditatione multus erat. Paucas ficus, & succū herbarū ad victū adhibebat: nec illis ante solis occasuȝ vescebat: cōtinentia & humilitate fuit incredibili. Quib⁹ alijsq; virtutibus: varias, horribilesq; tentationes diaboli supauit, & innumerabiles dęmones, in multis orbis terrę partibus, ex hoīum corporib⁹ eiecit. Qui octogesimum

Concede, q̃s op̃s Deus: vt sicut aploꝝ tuoꝝ Simonis, ⁊ Judę gloriosa natalitia puenim⁹, sic ad tua bñficia pmerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi preueniant. Per dñm.

Die 28

¶ In festo Aploꝝ Simonis ⁊ Judę. dup. oia de cõmuni. 493. preter orationem ⁊ lcões. oro.

Deus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem ⁊ Judam, ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternam, ⁊ proficiendo celebrare, ⁊ celebrando proficere. Per dominum nostr.

In j. noc. legitur epistola canonica Judę, q̃ posita est in vigilia Pentecostes. Judas Jesus Christi seruus. 232. Lectio iiij.

Simon Chananęus, qui ⁊ Zelotes: ⁊ Thadęus qui ⁊ Judas Jacobi appellat in euãgelio, vnius ex canonicus epistolis scriptor, hic Mesopotamiã, ille Aegyptum euangelica predicatione peragrauit. Postea in Persidẽ cõuenientes, cũ innumerabiles filios Jesu Christo peperissent, fidemq; in vastissimis illis regionibus ⁊ efferatis gentibus disseminassent, doctrina ⁊ miraculis, ac denique glorioso martyrio, simul sãctissimum Jesu Chri nomen illustrarũt. ℟. Vidi coniunctos. 495. cũ rel. Lcõ v. ⁊ vj. Scriptũ est. spiritus dñi. 495. de cõi aploꝝ.

Lectio sancti Euangelij secundum Johannem. Lectio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hec mando vobis, vt diligatis inuicem: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

In lectione euãgelica quę antecedit, dixerat dominus: Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos, ⁊ posui vos vt eatis, ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus vester maneat: vt, quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo, det vobis. Hic autem dicit: Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Per hoc ergo intelligere debemus, hunc esse fructũ nostrum de quo ait: Ego vos elegi, vt eatis ⁊ fructum afferatis, ⁊ fructus vester maneat: ⁊ quod adiunxit: Ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo det vobis. Tunc vtique dabit nobis, si diligamus inuicẽ; cum ⁊ hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habẽtes fructum, quia nos eum non elegeramus: ⁊ posuit nos vt fructum afferamus, hoc est, inuicem diligamus. ℟. Isti sunt qui viuentes. 497. Lectio viij.

Charitas ergo est fructus noster, quã dñnit apostolus de corde puro, ⁊ cõscientia bona, ⁊ fide nõ ficta. Hac diligimus inuicem, hac diligimus Deum:

Deum: neqꝫ enim vera dilectio ne diligeremus inuicē, nisi diligentes Deū. Diligit eniꝫ vnusquisqꝫ proximum suum tāquaꝫ seipsum, si diligit deum: nam si non diligit deuꝫ, nō diligit seipsum. In his enim duobus preceptis charitatis tota lex pendet ⁊ prophete. Hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mādans. Hec mādo, inquit, vobis, vt diligatis inuicē. Unde ⁊ apostolus, cū contra opera carnis commendare fructum spiritus vellet, a capite hoc posuit: Fructus, inquit, spiritus charitas est, ac deinde cetera tanquā ex isto capite exorta ⁊ religata contexuit: que sunt, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. ℟. Isti sunt viri sancti. 497. Lectio nona.

Quis aūt bene gaudet, qui bonum non diligit, vnde gaudet? Quis pacē verā, nisi cū illo potest habere, quem veraciter diligit? Quis est lōganimis, in bono opere pseueranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide, que per dilectionem operatur? Quis vtiliter mansuetus, cui nō dilectio moderetur? Quis ab eo cōtinet, vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur? Merito itaqꝫ magister bonus dilectionē sic sepe cōmendat, tanquā sola precipienda sit, sine qua non possunt prodesse cetera bona: ⁊ que non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

Die 29. A. Die 30. B.

¶ In vigilia omnium Sanctorum tres lectiones leguntur de Homilia in Euangelium. Descēdens Jesus de mon. 513. de cōi plurium mart. Oratio.

Domine deus nr, multiplica super nos gratiaꝫ tuā: ⁊ quorum preuenimus gloriosa solēnia tribue sub sequi in scā pfessione letitiā. Per.

FESTA NOVEMBRIS.

Offm Defun. f. die nō impedita.

Die 31. C

IN FESTO OMNIUM Sanctorum. duplex.

Die 1. D

Ad Vesp. añ. Uidi turbam. 477. cū resl. de Lau. ps. Dixit do. 52. cum reliquis de Dominica, ⁊ loco vltimo, Laudate dominū omnes gentes. 54. Capitulum.



Ecce ego Joānes vidi alterū angelum ascendērē ab ortu solis, habētē signū dei viui, ⁊ clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terre, ⁊ mari, dicens: Nolite nocere terre, ⁊ mari, neque arboribus, quo adusque

apo. ca. 7

aduſque ſignemus ſeruos Dei nſt in frontibus eorum. Hym.

Chriſte redemptor oium,
Conſerua tuos famulos
Beatę ſemper virginis
Placatus ſanctis precibus.
Beata quoque agmina
Celeſtium ſpirituum,
Pręterita, pręſentia,
Futura mala pellite.
Vates ęterni iudicis,
Apoſtolique domini,
Suppliciter expoſcimus
Saluari veſtris precibus.
Martyres Dei incliti,
Confeſſoreſque lucidi,
Veſtris orationibus
Nos ferte in cęleſtibus.
Chori ſanctarum virginum,
Monachorumque omnium,
Simul cum ſanctis oibus,
Conſortes Chriſti facite.
Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus,
Ut Chriſto laudes debitas
Perſoluamus alacriter.
Gloria patri ingenito,
Eiuſque vnigenito,
Una cum ſancto ſpiritu,
In ſempiterna ſecula. Amē.

℣. Lętamini in dño, ⁊ exultate iuſti. ℟. Et gloriamini oēs recti corde. Ad Magni. Aña. Angeli, Archangeli, Throni, ⁊ Dominationes, Principatus, ⁊ Poteſtates, Virtutes cęlorū, Cherubim, atque Seraphim, Patriarchę ⁊ prophetę, ſancti legis doctores, Apoſtoli, omnes Chriſti martyres, ſancti confeſſores, virgines domini, anachoritę, ſanctique omnes intercedite pro nobis. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus, qui nos omniū Sanctorum tuorum merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quęſumus, vt deſideratam nobis tuę propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per dominum.

Ad Matutinum. Inuitatoriū. Regem regum dñm venite adoremus. Quia ipſe eſt corona ſanctorum oium. Ps. Venite. Hym. Chriſte redeptor. vt ſu. In j no. Aña. Nouit dñs viam iuſtorum, ꝗ in lege eius meditātur die ac nocte. Ps. Beat⁹ vir qui. 2. Aña. Mirificauit dñs ſanctos tuos: ⁊ exaudiuit eos clamātes ad ſe. Ps. Cū inuocarē. 61. Aña. Admirabile eſt nomen tuum domine: quia gloria ⁊ honore coronaſti ſanctos tuos ⁊ cōſtituiſti eos ſuper opera manuum tuarū. Ps. Domine dñs noſter. 3. ℣. Lętamini in domino, ⁊ exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Ex libro Apocalipſis beati Joannis apoſtoli. Lectio prima.

Et ecce ſedes poſita erat i cęlo, ⁊ ſupra ſedē ſedēs, ⁊ ꝗ ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis iaſpidis, ⁊ ſardinis: ⁊ iris erat i circuitu ſedis, ſimilis viſiōi ſmaragdinę. Et i circuitu ſedis ſedilia vigintiquatuor, ⁊ ſup thronos vigintiquatuor ſeniores Ca. 4

niores sedentes, circūamicti vestimentis albis, ⁊ in capitibus eorum coronę aureę. Et de throno procedebant fulgura, ⁊ voces, ⁊ tonitrua, ⁊ septem lāpades ardentes ante thronum, qui sunt septez spiritus Dei. Et in conspectu sedens, tanquā mare vitreum simile crystallo, ⁊ in medio sedis, ⁊ in circuitu sedis, quatuor aīalia plena oculis ante ⁊ retro. Et animal primum simile leoni: ⁊ secundum animal simile vitulo: ⁊ tertium animal, habens faciem quasi hominis: ⁊ quartum aīal, simile aquilę volanti. Et quatuor aīalia singula eorum habebant alas senas in circuitu, ⁊ intus plena sunt oculis, ⁊ requiē non habebāt die ac nocte dicētia. Sāctus, sanctus, sanctus dn̄s deus omnipotēs, qui erat, ⁊ q est, ⁊ q venturus est. ℟. Vidi dn̄ꝫ sedentē super soliū excelsuꝫ, ⁊ eleuatum, ⁊ plena erat oīs terra maiestate eius. Et ea q̄ sub ipso erant replebant tēpliū. ℣. Seraphin stabāt sup illud: sed alę vni, ⁊ sex alę alteri. Et ea. L. ij.

Et vidi in dextera sedētis supra thronū, librum scriptū intus, ⁊ foris, ⁊ signatū sigillis septē. Et vidi angelū fortez, prędicantē voce magna: Quis est dign⁹ aperire libruꝫ, ⁊ soluere signacula ei⁹? Et nemo poterat neqꝫ in celo, neqꝫ in terra, neqꝫ subtus terrā aperire librū, neque respicere illum. Et ego flebam multum, qm̄ nemo dignus inuentus est aperire libruꝫ, nec videre eum. Et vnus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Juda, radix Dauid aperire librum, ⁊ soluere septem signacula eius. Et vidi, ⁊ ecce in medio throni, ⁊ quatuor animalium, ⁊ in medio seniorum agnū stantem tanquam occisum, habētē cornua septē, ⁊ oculos septem, qui sunt septē spiritus Dei, missi in omnem terrā. Et venit, ⁊ accepit de dextera sedētis i throno librum. Et cū aperuisset libruꝫ: quatuor aīalia, ⁊ vigintiquatuor seniores ceciderunt coram agno, habētes singuli citharas, ⁊ phialas aureas, plenas odoramentorum, q̄ sunt orationes sanctorū. ℟. Beata es virgo Maria dei genitrix, q̄ credidisti domino: perfecta sunt i te q̄ dicta sunt tibi. ecce exaltata es super choros angelorū: Intercede pro nobis ad dn̄m deum nostrum. ℣. Aue Maria gratia plena, dominum tecuꝫ. Intercede. L. iij.

Et cātabat cāticū nouum, dicētes: Dignus es dn̄e accipere librū, ⁊ aperire signacula ei⁹: qm̄ occisus es, ⁊ redemisti nos Deo i sanguine tuo, ex oī tribu: ⁊ lingua, ⁊ populo, ⁊ nationes, ⁊ fecisti nos deo nostro regnū, ⁊ sacerdotes, ⁊ regnabimus super terrā. Et vidi, ⁊ audiui vocem angelorum multorū in circuitu throni, ⁊ aīalium, ⁊ senio/

seniorum: et erat numerus eorũ millia milliũ dicentiũ voce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutē, et diuinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem. Et omnem creaturã, q̃ in celo est, et sup terram, et sub terra, et que sunt in mari, et que in eo, omnes audiui dicētes. Sedenti in throno, et agno, Benedictio, et honor, et glia, et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant. Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderũt in facies suas, et adorauerunt viuentem in secula seculorum. ℣. In conspectu angellorum psallã tibi. Et adorabo ad templum sanctũ tuum: et confitebor nomini tuo dñe. ℣. Sup misericordia tua et veritate tua: qm̃ magnificasti sup nos nomen sanctũ tuum. Et adora. In ij. noct. Ana. Domine qui operati sunt iustitiã, habitabũt in tabernaculo tuo, et requiescēt in monte sancto tuo. Psalm.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: et operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit doluz in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, et non decipit: qui pecuniam suam nõ vedit ad vsuram: et munera sup innocentem non accepit.

Qui facit hec: non commouebitur in eternum.

Gloria. Ana. Domine qui operati sunt iustitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, et requiescent in monte sancto tuo. Ana. Hec est generatio querentium dominum, querentium faciem Dei Jacob. Psalm.

Domini est terra, et plenitudo eius, orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse sup maria fundauit eũ: et sup flumina pparauit eum.

Quis ascēdet in mõte dñi? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manibus, et mundo corde: qui non accepit in vano animaz suaz, nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo.

Hec est generatio querētiũ eũ: querentiũ faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? dñs fortis, et potens, dñs potens in plio.

Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales, et introibit rex glorie.

Quis est iste rex glorie? domin⁹

 virtu

virtutum ipse est rex glorię.
Gloria. Añ. Hęc est generatio quęrentium dñm, quęrētiū faciē Dei Iacob. Añ. Letamini in domino, et exultate iusti, et gloriamini omnes recti corde. Psal.

Beati quorū remissę sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniā tacui inueterauerunt ossa mea: dū clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ęrumna mea, dū configitur spina.
Delictū meū cognitū ibi feci: et iniustitiā meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniustitiā meam dño: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sāctus in tempore opportuno.
Uerumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum nō approximabunt.
Tu es refugiū meū a tribulatione q̄ circundedit me: exultatio mea, erue me a circūdātib[9] me.
Intellectū tibi dabo, et istruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus.
In camo, et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino, et exultā te iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria. Añ. Letamini in domino, et exultate iusti, et gloriamini oēs recti corde. ℣. Exultent iusti in conspectu dei.
℟. Et delectentur in lętitia.
Sermo s. Augu. epi. Lectio .i.

Hodie dilectissimi, Omium sanctorū sub vna solēnitatis lętitia celebramus festiuitatē, quorum societate cęlum exultat, quorum patrociniis terra lętatur, quorū triumphis Ecclesia sancta coronatur, quorum cōfessio quanto i passione fortior, tāto est clarior in honore: quia dū creuit pugna, creuit et pugnantiū gloria: et martyrū triumphus: multiplici persuasionum genere adornatur. Per quę grauiora tormēta gratiora fuere et premia. Dūq; catholica mater Ecclesia per totum orbe longe, lateq; diffusa, in ipso capite suo Christo Iesu edocta, cōtumelias crucis, et mortem didicit non timere, magis magisque roborata est non resistendo, sed perferendo. ℟. Precursor dñi venit, de quo ipse testatur. Nullus maior inter natos mulierum Iohanne Baptista. ℣. Hic est propheta, et plusquā propheta, de

quo

quo Salvator ait. Null⁹. Lc.v.

O Vere beata mater Ecclesia, quã sic honor divinę dignationis illuminat, quam vincentium gloriosus martyrũ sanguis exornat, quã inviolatę confessionis candida induit virginitas. Floribus eius nec rosę, nec lilia desunt. Certẽt nunc carissimi, singuli ad vtrosque honores, amplissimas accipere dignitatũ coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas. In cęlestibus castris pax & acies habent flores suos, quib⁹ milites Christi coronantur. R. Isti sunt qui viventes in carne plantaverũt ecclesiam sanguine suo. Calicem domini biberunt, & amici Dei facti sunt. V. In omnem terrã exivit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Calicem.

Lectio sexta.

D Ei enim ineffabilis, & immẽsa bonitas, etiã hoc providit, vt laborũ quidẽ tempus & agonis non extenderet, nec longum faceret aut ęternũ, sed breve, & vt ita dicã, momentaneũ: vt in hac brevi & exigua vita agones essent, & labores: i illa vero quę ęterna est, corona & pręmia meritorũ: vt labores quidẽ cito finirentur, meritorũ vero pręmia sine fine durarent: vt post huius mundi tenebras, visuri essent cãdidissimam lucẽ, & accepturi maiorem passionũ cũctarum acerbitatib⁹. beatitu-

dinẽ, testante hoc Apostolo vbi ait: Non sunt condignę passiones huius temporis ad superventurã gloriã, q̃ revelabit in nobis. R. Sancti mei, qui in carne positi certamen habuistis. Mercedẽ laboris ego reddã vobis. V. Venite benedicti patris mei, percipite regnũ. Mer. Gloria. Mer.

In iij. noct. Ant. Timete dñm oẽs sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eũ: ecce oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Psal.

B Enedicã dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In dño laudabit anima mea: audiant mansueti, & lętentur.

Magnificate dñm mecũ: & exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisivi dñm, & exaudivit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eũ, & illuminamini: & facies vrę nõ cõfundentur.

Iste pauper clamavit: & dñs exaudivit eũ: & de oĩbus tribulationibus eius salvavit eum.

Immittit angel⁹ dñi in circuitu timentiũ eũ: & eripiet eos.

Gustate & videte quoniam suavis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Timete dñm oẽs sancti eius: q̃m nõ est inopia timẽtib⁹ eum.

Divites eguerunt & esurierũt: inquirentes autem dominum, non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorẽ

domini docebo vos.

Quis est homo, qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuã a malo: et labia tua ne loquãtur dolum.

Diuerte a malo et fac bonũ: inquire pacem et persequere eam.

Oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum.

Uultus autẽ domini, super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerũt iusti, et dñs exaudiuit eos: et ex omnib9 tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus his, qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu saluabit.

Multe tribulationes iustorum: et de omnibus his liberauit eos dominus.

Custodit dñs omnia ossa eorũ: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent.

Redimet dominus animas seruorum suorũ: et non delinquent omnes, qui sperant in eo.

Gloria pa. Aña. Timete dñm omnes sancti eius: quoniã nihil deest timẽtibus eum: ecce oculi dñi super iustos, et aures eius ad preces eorũ. Aña. Dñe spes sanctorum, et turris fortitudinis eorum, dedisti hereditatem timentibus nomen tuum, et habitabũt in tabernaculo tuo. Psalmus.

Exaudi deus deprecationẽ meã: intẽde orationi meę.

A finibus terrę ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici.

Inhabitabo i tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum.

Quoniã tu Deus meus exaudisti orationẽ meã: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Dies super dies regis adycies: annos eius vsque in diem generationis, et generationis.

Permanet in ęternũ in conspectu Dei: misericordiam et veritatem eius quis requiret?

Sic psalmũ dicam nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

Gloria pa. Aña. Dñe spes sanctorũ, et turris fortitudinis eorũ: dedisti hereditatẽ timentib9 nomẽ tuũ, et habitabũt in tabernaculo tuo. Aña. Qui diligitis dñm: lętamini in dño: et cõfitemini memorię sanctitatis eius. Ps.

Dominus regnauit, exultet terra: lętentur insulę multę.

Nubes et caligo in circuitu eius: iustitia, et iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum pręcedet: et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerũt fulgura eius orbi terre: vidit, et commota est terra.

Montes sicut cera fluxerũt a facie dñi: a facie dñi omnis terra.

Annun/

Annunciauerunt celi iustitiaꝫ eius: ꝛ viderunt omnes populi gloriam eius.
Confundantur omnes qui adorāt sculptilia, ꝛ qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum oēs angeli eius: audiuit ꝛ letata est Sion.
Et exultauerūt filie Jude: propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes Deos.
Qui diligitis dominuꝫ odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: ꝛ rectis corde leticia.
Letamini iusti in domino: ꝛ cōfitemini memorie sanctificationis eius.
Gloria. Aña Qui diligitis dominum letamini in domino: ꝛ confitemini memorie sanctitatis eius. ℣. Justi autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum est merces eorum.
Lcō scdm Matthēū. L. vij.

ca. 5. In illo tempore: Uidēs Jesus turbas ascendit in mōte: ꝛ cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et reliqua.
Homilia s. Augustini episcopi.
Si queritur qd significet mons, bene intelligitur significare maiora precepta iustitie: qꝛ minora erant que Judeis data sunt. Unus tamē deus per sanctos prophetas, ꝛ famulos suos secunduꝫ ordinatissimā distributionem tēporū, dedit minora pcepta populo, quē timore adhuc alligari oportebat, ꝛ per filiū suuꝫ maiora populo, quem charitate iam liberari cōueniret. Cū autē minora minoribꝰ, maiora maioribus dātur: ab eo dantur, qui solus nouit cōgruētem suis temporibus generi humano exhibere medicinam. ℟. Sint lūbi vestri precincti, ꝛ lucerne ardentes in manibus vestris. Et vos similes hoibus expectantibus dñm suuꝫ, quando reuertatur a nuptijs. ℣. Uigilate ergo, qꝛ nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Et. L. viij.

Nec mirū est quod dantur pcepta maiora pter regnū celorū, ꝛ minora data sunt propter regnum terrenū, ab eodem vno Deo, qui fecit celuꝫ, ꝛ terrā. De hac ergo iustitia que maior est, per prophetā dicitur: Justitia tua sicut mōtes Dei: ꝛ hoc bene significat, ꝙ ab vno magistro solo, docendis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autem docet, quod pertinet ad dignitatem magistery. Et accedunt ad eum discipuli eius, vt audiendis illis verbis, y essent etiam corpore viciniores, qui preceptis implendis etiam animo propinquabant. Et aperiens os suum docebat eos dicens. Ista circūlocutio, fortassis ipsa mora cōmendat

mēdat aliquāto lōgiorē futurū esse sermonē. Nisi forte non va/cet, quod nunc cū dictū est ape ruisse os suū, qui ipse in lege ve teri aperire soleret ora prophe tarū. R. Media nocte clamor fact⁹ est: Ecce spōsus venit, exi te obuiā ei. V. Prudētes virgi/nes aptate vestras lāpades. Ec/ce. G loria. Ecce. Lec. nona.

Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum celorū. Le gimus scriptū de appetitione rerum temporaliū, Omnia va/nitas, & presumptio spūs. Pre/sumptio autem spūs audaciā & superbiā significat. Uulgo ēt magnos spiritus superbi habe re dicuntur recte, quandoqui/dem spiritus etiam ventus vo/catur. Unde scriptū est: Ignis, grādo, nix, glacies, spūs procel/larū. Quis vero nesciat super/bos inflatos dici, tanquam ven to distentos? Unde est etiam il lud Apostoli: Scientia inflat, charitas vero edificat. Qua p/pter recte hic intelligūtur pau/peres spiritu, humiles, & timen tes deum, idest non habentes inflātem spiritum. Te Deum Ad Laudes, & per horas. Aña.

Uidi turbā magnā, quam dinumerare nemo pote/rat, ex omnib⁹ gentib⁹ stantes ante thronum. ps Dñs reg. 8. cū rel. Ab Et oēs angeli stabāt i circuitu throni, & ceciderūt i cō spectu throni in facies suas, & adorauerunt deum. Aña. Rede misti nos dñe deus in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. Be/nedicite dominum omnes ele/cti eius: agite dies letitie, & confitemini illi. Aña. Hymnus oib⁹ sanctis ei⁹, filijs Israel po/pulo appropinquanti sibi, glo/ria hec est omnibus sāctis eius: Ca. Ecce ego Johannes. 473. vt sup' in Vespe. Hymnus.

Jesu Saluator seculi Redemptis ope subuenī, Et pia Dei genitrix. Salutem posce miseris.

Cetus omnes angelici, Patriarcharum cunei. Et prophetarum merita Nobis precentur veniam.

Baptista Christi preuius, Et clauiger ethereus, Cum ceteris apostolis, Nos soluant nexu criminis.

Chorus sacratus martyrum. Confessio sacerdotum, Et virginalis castitas Nos a peccatis abluant.

Monachorum suffragia, Omnesq; ciues celici, Annuant votis supplicum, Et vite poscant premium.

Laus, honor, virtus, gloria, Deo patri, & filio, Sancto simul paraclito In seculorum secula. Amen.

V. Exultabūt sancti i gloria. R. Letabūtur in cubilib⁹ suis Ad Bñs. Aña. Te gloriosus apostolo

apostolorum chorus, te prophetarum laudabilis numerus, te martyrum cādidatus laudat exercitus: te oēs sancti et electi, voce consitē: vnanimes, beata Trinitas, vnus deus. Oro vt su. fo. 474.
Ad iij. Cap. Ecce ego Jo. 473.
R. br. Letamini. 212. V. Exul. de cōmūni. marty. Ad vi. Cap.

ca. 7. Post hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, et populis, et linguis, stantes ante thronū Dei in conspectu agni, amicti stolis albis, et palme in manibus eorū. R. br. Exultēt iusti. 512. et Justi autē.
Ad Nonam: Capitulum.
Benedictio, et claritas, et sapiētia, et gratiar actio, honor virtus, et fortitudo deo nro, in secula seculor. Amen. R. br. Justi aūt. 512. et Exultabūt sctī.
Ad vesp. An. Vidi turbā. vt su. cū rel. de Lau. ps Dixit dns. 52. cū rel. in fine ps. Credidi. 54. Cap. Ecce ego Joannes. 473. Hym. Christe redemptor. 474. V. Exultabunt sancti in gloria. R. Letabunt in cubilibus suis. Ad Mag. An. O quam gloriosum est regnū, in quo cū Christo gaudent omnes sancti, amicti stolis albis, sequūtur agnū quocunque ierit. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus. 474.
Dicto Benedicamus dno.
Vesperę defunctorū incipiendo ab An. Placebo domino. 547. que integra di ante Psal. sic et alie Añe ad modū duplicis. Ps. Dilexi. 54. et rel. oia vt in Vesp. Defunctorū, excepto Psalmo, Lauda anima mea dnm. f. 60. qui post Pr nr noster. nō di. sz dr tantū Oro. Fidelium Deus cūctalis vt in Offō Defunc. circa finē Breuiarij ponitur.

SECVNDA DIE.

infra octa. Oium Sanctorum. Die 2. C
De serm. s. Augustini epi. Lect. i.

Quam leto sinu de plio reuertentes ciuitas celestis excipit, de hoste pstrato trophea ferentibus occurrit: cū triumphantibus viris et femine veniant, que cū seculo sexum quoque vicerunt, et geminata gloria militie virgines cum pueris teneros annos virtutibus transeuntes: sed et cetera fidelium turba aule perpetue regiam intrabit, qui sinceritatem fidei inconcussis preceptorū celestium disciplinis, vnita pace obseruauerunt. R. Precursor. 475. Lectio ij.
Ergo agite nunc fratres, aggrediamur iter vite, reuertamur ad ciuitatē celestē, in qua ascripti sum9 et ciues decreti. Nō sum9 hospites, sz ciues sāctorū et domestici dei, et illius heredes, coheredes autē Christi. Huius nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo, et fiducia latū prebebit ingressum. Cōsideremus ergo inclytā vrbis illius felicitatem.

tatē, in quātū cōsiderare possibi le est: vt enim vere est, cōprehēde re nullus sermo sufficiet. ℟. Isti sūt qui viuentes. 476. L. vi.

Dicitur de ea in quodā lo co sic. Quod aufugiet ibi dolor, & tristitia, & gemitus. Quid hac vita beatius? vbi nō ē pau pertatis metus, non ęgritudinis imbecillitas: Nemo lęditur, ira scitur nemo, nemo inuidet. Cu piditas nulla exardescit, nullū cibi desideriū, nulla honoris pul satio, aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insi dię dęmonum nullę, terror ge henne procul. Mors ibi, neque corporis, neque animę erit, sed immortalitatis munere vita iu cunda. ℟. Sancti mei. 476.

De Nom. 5. August. epi. l. vij.

Non aliunde oīno incipe re oportuit beatitudinem, quā a paupertate spūs, si quidē puentura est ad summā sapien tiā. Initiū aūt sapientię, timor dñi. Qm̄ & e cōtrario, initiū om nis peccati superbia scribitur. Superbi aūt appetunt, & dili gunt regna terrarū. Beati mi tes: quoniam ipsi hęreditabunt terrā. Illā credo terrā, de qua in Psalmo dicit: Spes mea es tu, portio mea in terra viuētiū. Significat enim quandam soli ditatem, & stabilitatē hęredita tis ppetuę, vbi aīa per bonum affectum, tanquam loco suo re quiescit, sicut corpus in terra: & inde cibo suo alit, sicut corpus ex terra: ipsa est requies, & vita san ctorū. Mites aūt sunt q cedunt improbitatibus, & nō resistunt malo, sed vincūt in bono malū. ℟. Sint lumbi. 477. l. viij.

Beati lugētes, qm̄ ipsi cōso labunt. Luctus est tristi tia de amissione carorum: con uersi autem ad Deum, ea quę in hoc mundo cara amplecte bantur, amittunt: non enim gau dent his rebus, quibus ante gau debant: & donec fiat in illis amor ęternorum, nonnulla męsti tia sauciantur. Consolabuntur ergo spiritu sancto, qui maxime propterea paraclitus nomina tur, idest consolator, vt tempora lia amittentes, ęterna lętitia perfruantur. ℟. Media no cte. 477. Lec. ix.

Beati qui esuriunt, & sitiūt iustitiā, qm̄ ipsi saturabun tur. Iam istos amatores dicit ve ri & in cōcussi boni. Illo ergo ci bo saturabūtur, de quo ipse dñs dicit. Meus cibus est, vt faciam volūtatē patris mei, quod est iu stitia: & illa aqua, de qua quis quis biberit, vt ibidem dicit, fiet in eo fons aquę salientis in vitā ęternam. Beati misericordes, qm̄ ipsorum miserebitur Deus. Beatos esse dicit, q subueniunt miseris, quod eis ita rependitur, vt de miseria liberentur.

Post Laud. dici absolute inci pitur Mat. Defunct. ab Inui. Regem cui. cū Psal. Venite. & trib. noct. in qbus duplicant Añę.

Añç ꝛ filr ad Laud. ix. ℟. dicit. Libera me dñe de morte. In fi ne laudũ nõ dr ps. O e pfudis. Sed dicto. Pr ni. dñr versic. ꝛ Oio. ℟ idelium. vt sup. in vespe. Si prima dies post Festum Oium Sanctorũ fuerit dñica: Offm fit d dñica, vt in rubri. ge neralib. ꝛ Off ũ Defunct. trans fert in scdam feriã modo pdi cto: ita vt post Vesp. dñicę dican tur vesperę Defunct. Matuti num vero post Laudes ferię y.

TERTIA DIE.

infra octa. Oium Sanctorum. De serm. 5. August. epi. L. iiij.

Nulla erit tũc vl quã discordia, sed cuncta con sona, cuncta cõ uenientia: quia oium sancto rũ vnã cõcordia, pax cũcta ꝛ lę titia continet, tranquilla sunt omnia ꝛ quieta, iugis splẽdor, non iste, qui nunc est, sed tanto clarior quanto felicior: quia ci uitas illa, vt legitur, non ege bit lumine solis, sed dñs oipotẽs illuminabit eã, ꝛ lucerna eius est agnus. Ubi sancti fulgebũt vt stellę i perpetuas ęternitates ꝛ sicut splendor firmamẽti, qui ad iustitiam erudiunt multos. ℟. Precursor. 475. Lectio v.

Uapropter nox ibi nulla, nulle tenebrę, ꝛ cõcursus nubium nullus, nec frigoris ar doris asperitas vlla: sed talis quędã erit rerũ tẽperies, quam nec oculus vidit, nec auris audi uit, nec in cor hominis ascẽdit, nisi illorũ qui ea perfrui digni inueniuntur, quorum noia scri pta sunt in libro vitę, ꝛ qui laue runt stolas suas in sanguine agni, ꝛ sunt ante thronum Dei, seruiuntq; ei die ac nocte. Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensu rã ętatis plenitudinis Christi. ℟. Isti sunt q viuen. 476. L. vi.

Erum sup oia hęc est, cõ sociari angelorũ ꝛ archã gelorũ cętibus, thronis etiã, ꝛ dñationib9, principatibus, ꝛ po testatibus, omniumq; cęlestiũ supernarumq; virtutum contu bernijs perfrui, ꝛ intueri agmi na sanctorum splendidius side ribus micantia, patriarcharũ fide fulgentia, prophetarum spe lętantia, apostolorum in duodecim tribubus Israel or bem iudicantia, martyrũ pur pureis victorię coronis lucen tia, virginum quoque choros candentia serta gestantes inspi cere. ℟. Sancti mei. 476.

De Hom. 5. Augu. epi. Lcõ vij.

Eati mũdo corde, qm ip si deũ videbũt. Quã ergo stulti sunt, q deum istis exterio ribus oculis querunt: cũ corde videatur, sicut alibi scriptũ est: Et i simplicitate cordis qrite il lũ. Hoc est enim mundum cor, quod ꝛ simplex cor. Et quemad modum lumen hoc videri non potest,

pōt, nisi oculis mundis, ita nec deus videt, nisi mundū sit illud quo videri pōt. Beati pacifici, qm̄ ipsi filij Dei vocabūtur. In pace pfectio est, vbi nihil repugnat: & ideo filij Dei pacifici, qm̄ nihil i bis resistit deo, & vtique filij similitudinē patris hr̄e debēt. ℟ Sint lum. 477. Lc. viij.

Pacifici aūt in semetipsis fiunt, q oēs animi suo motus cōponentes, & subijcientes rationi, idest mēti & spiritui, carnalesq; cōcupiscētias habētes edomitas, fiunt regnū Dei, in quo ita sunt ordinata oia, vt id quod est in homine pręcipuū & excellens, hoc imperet, cęteris nō reluctantibus, q̄ sunt nobis, bestijsque cōmunia: atq; idipsū quod excellit in homine, idest, mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas, vnigenit' fili' Dei. Neq; enī imperare inferioribus potest, nisi superiori se ipse subijciat. Et hęc est pax, q̄ datur in terra hoibus bonę voluntatis: hęc vita consummati, perfectiq; sapientis. ℟ Media nocte. 477. Lectio ix.

De huiusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis, inordinatisque dominatur. Hac pace intrinsecus constituta atque firmata, quascunque persecutiones ille qui foras missus est forinsecus concitauerit, auget gloriam, q̄ sm̄ deum est, nō aliquid in illo ędificio labefactās, sed deficientib' machinis suis innotescere faciēs, quāta firmitas intus extructa sit. Ideo sequitur: Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā, quoniā ipsorum est regnum cęlorum.

¶ Commemo. Sanctorum martyrū Vitalis, & Agricole. Oro.

Presta, qs omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrū tuorū Vitalis, & Agricolę solennia colimus: eorum apud te intercessionibus adiuuemur. Per dom.

QVARTA DIE infra octa. Oium Sanctorum De serm. s. August. epi. Lc. j.

De rege aūt, qui horū medius residet, dicere vox nulla sufficit: effugit enim oēm sermonem, atq; oēm sensum humanę mentis excedit decus illud, illa pulchritudo, illa virt', illa gloria, illa magnificētia, illa maiestas. Vltra. n. oēm sanctorū est gloriā, ipsi' inęstimabilē aspicere conspectum, & splendore maiestatis eius irradiari. Si enī quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tēpore tolerare, vt Christum videre digni esse possemus in gloria venientem, & sanctorū eius numero sociari: nonne erat dignū pati omne quod triste est, vt tanti boni, tāteq; glorię participes haberemur?

mur? . ℣. Percursor. 475. ℟. v.

Quae erit illa, fratres carissimi, iustorũ gloria, quaȝ grandis sanctoruȝ letitia, cum vna queque facies fulgebit vt sol? cũ ordinibus distinctis, populũ suum dñs in regno patris sui ceperit recensere, ⁊ meritis atque operibus singulorum pręmia promissa restituere: pro terrenis celestia: pro temporalib⁹ sempiterna, pro modicis magna prestare: adducere sanctos in visionem paternę glorię, ⁊ facere in cęlestibus considere, vt sit deus oia in omnibus: ęternitatemq; amatoribus suis, ⁊ immortalitateȝ largiri: atq; eos, quos sanguinis sui viuificatione reparauit, denuo ad paradisum reducere, regna cęlorum fide ⁊ veritate sue pollicitationis aperire? ℟. Isti sunt qui viuentes. 476. Lectio sexta.

Haec hęreãt firmiter sensibus nostris, hęc intelligãtur plena fide, hęc toto corde diligantur, hęc indesinẽtium operum magnanimitate acquirantur. Res posita est in potestate facientis, quia regnum cęloruȝ vim patitur. Res ista, homo, id est regnum cęleste, aliud nõ quęrit preciũ, quaȝ te ipsum: tantũ valet, quantum es tu. Te da, ⁊ habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsuȝ tradidit, vt acquireret te in regnum dei patris: ita ⁊ tu te ipsum da, vt sis regnum eius, ac nõ regnet peccatum in mortali tuo corpore, sed spũs in acquisitionẽ vitę. ℟. Sctĩ mei. 476. De hom. s. Augusti. epi. L. vij.

Sunt aũt omnes istę octo sententię. Iaȝ eniȝ cętera compellãs loquitur ad illos, q aderant dicẽs: Beati eritis cũ vos maledicent, ⁊ persequent vos. Superiores autem sententias generaliter digesserat. Nõ eniȝ dixit: Beati pauperes spiritu, quoniam vestrũ est regnũ cęlorum: sed quoniam ipsorum est, inquit, regnum cęlorũ: neq; beati mites, qm̃ vos possidebitis terram, sed qm̃ ipsi possidebunt terram: ⁊ ita cęteras vsq; ad octauam sententiaȝ, vbi ait: Beati qui persecutioneȝ patiũtur propter iustitiam, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ. Inde iã incipit loqui, presentes compellans: cum ⁊ illa, quę supra dicta sunt, ad eos etiam pertinerent, qui presentes audiebant, ⁊ hęc postea, quę videntur presentibus specialiter dici, pertineãt etiam ad illos, qui absentes, vel post futuri erant. ℟. Sint lumbi vestri. 477. Lectio vij.

Quapropter iste sententiarum numerus diligenter cõsiderandus est. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes spũ, idest nõ inflati, dũ se diuinę auctoritati subdit aĩa, timẽs post hanc vitã ne pergat ad pęnas, etiaȝ si forte i hac vita beata sibi esse videatur.

Inde

Inde venit ad diuinarum scripturarũ cognitionẽ, vbi oportet eam se mitem prebere pietate: ne id, quod imperitis videtur absurdum, vituperare audeat, et peruicacibus concertationibus efficiatur indocilis. Inde iam incipit scire quibus nodis seculi huius per carnalem consuetudinem ad peccata teneatur. R. Media nocte. 477.

¶ Pro sanctis martyribus Vitale, et Agricola. Lectio nona.

Vitalis, et Agricola eius dñs, in persecutione Diocletiani, et Maximiani Bononię ob Iesu Christi pdicationẽ cõprehensi sunt. Cumque Vitalis quo magis precibus, et minis tẽtaretur vt sententiã mutaret, eo magis se Christi cultorẽ ac seruũ profiteret, vario tormẽtorũ genere cruciatus, cõstanter oia perferens, in oratione spiritum deo reddidit. Agricola vero cũ eius suppliciũ dilatum esset, si forte tormentis serui permotus, Christo vellet renunciare: eius exemplo magis confirmatus est: itaque cruci affixus, Vitali seruo consors, et socius fuit nobilis martyrij. Eorum corpora ad Iudęorũ sepulcra cuz essent humata, a sancto Ambrosio inuenta, in sacrum celebremque locum translata sunt.

QVINTA DIE

Infra oct. Omnium Sanctorum. De serm. s. August. epi. L. iiij.

Ad hanc igit operũ salutariũ, dilectissimi, palmaz libenter ac prompte certemus: oẽs in agone iustitię, deo, et Christo spectante curramus: et qui seculo et mundo maiores esse cępimus, a cursu nõ nulla seculi cupiditate retardemur. Si expeditos, si celeres in hoc operis agone, si currentes dies vltimus inuenerit: nusquam dñs meritis nrĩs ad pręmium deerit remunerator. R. Precursor 475. Lectio v.

Qui corona in persecutione purpureã pro passione donauit, ipse in pace viuentib[9] pro iustitię meritis dabit candidam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Iacob occisi sunt, et tamẽ fidei, et iustitię meritis honorati, inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad quorũ congregatur conuiuiũ quisquis fidelis et iustus et laudabilis inuenitur. Memores esse debemus, voluntatẽ non nostram, sed dei facere debere: quia qui fecerit eius voluntatem: ipse manebit in ęternum: quomodo et ille manebit in ęternum. R. Isti sunt qui viuentes. 476. Lectio vj.

Quapropter, carissimi, mẽte integra, fide firma, virtute robusta, charitate perfecta parati ad oẽm voluntatẽ Dei simus, cõseruãtes fortiter dei mãdata. In simplicitate seruate innocen

nocētiā, in charitate cōcordiā, modestiā in humilitate, diligētiā in administratione, vigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiā in fouendis pauperibus, in indefessa veritate pstātiā, in disciplinę seueritate censuram, ne aliquid ad exēplum bonorum factorum in nobis desit. Hęc sunt vestigia quę nobis sancti qq;, reuertētes in patriam reliquerūt, vt illorū semitis ihęrētes, sequeremur ad gaudia. ℟. Sancti mei. 476.

De Hom. S. August. epi. L. vij.

Itaq; hoc tertio gradu, in quo sciētia est, lugef amissio summi boni, qa inheref extremis. In quarto autē gradu labor est, vbi vehemēter incumbif, vt sese aius auellat ab eis, q bus pestifera dulcedine inner' est. Hic ergo esurif, & sitif iustitia, & multū necessaria est fortitudo: qa nō relinquif sine dolore, qd cū delectatione retinef. Quinto aūt gradu perseuerāti bus in labore daf euadendi cōsiliū: quia nisi quisq; adiuuetur a superiore, nullo modo sibi est idoneus, vt sese tātis miseriarū implicamētis expediat. Est autem iustum consilium, vt qui se a potētiori adiuuari velit, adiuuet infirmiorē, i quo est ipse potentior: Itaq; beati misericordes, qa ipsorū miserebif Deus. ℟. Sint lumbi. 477. Lect. viij.

Sexto gradu ē cordis mūditia de bona consciētia bonorū operū, valens ad contemplandum summum illud bonum, quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia, idest cōtēplatio veritatis, pacificans totum hominem, suscipiens similitudinem Dei: quę ita cōcluditur: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabūtur. Octaua tanquam ad caput redit, quia cōsummatum, perfectumq; ostendit, & probat. Itaq; in prima & in octaua nominatim est regnū cęlorum: Beati pauperes spiritu, qm̄ ipsorum est regnum cęlorum. Et beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā quoniam ipsorum est regnum cęlorum. ℟. Media nocte. 477.

Lectio nona.

Cum iam dicitur: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an psecutio? an fames? an nuditas? an piculū? an gladi'? Septē sunt ergo, quę perficiūt: nam octaua clarificat, & qd perfectum est demonstrat, vt per hos gradus perficiantur & cęteri, tanquam e capite rursum exordiens. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti, de qua Isaias loquitur his gradibus, sententijsque cōgruere. Sed interest ordinis: nam ibi enumeratio ab excellētioribus cępit, hic vero ab inferioribus. Ibi nanque incipit a sapientia Dei: & desinit ad timorem

morem Dei:sed initium sapiẽtię timor domini est.

SEXTA DIE.

Die 6. B. infra oct. Omnium Sanctorũ. Sermo s. Bernardi Abb. L. iiii.

Quia sanctorũ omniũ festiuã hodie dilectissimi, digne dignissimã deuotione memoriã celebramus: operepreciũ puto, de communi eorum felicitate, in qua beata iaz requie perfruunt, ⁊ futura quã prestolantur consummatione, adiuuante spiritu sãcto sermonẽ facere charitati vestrę. Fidelis quippe sermo, ⁊ omni acceptione dignus: vt quos solenni veneratione prosequimur, etiã simili cõuersatione sequamur, quos beatissimos prędicamus, ad eorũ beatitudinẽ tota auiditate curramus: quorũ delectamur pconijs, eoz subleuemur patrocinijs. ℟. pcursor. 475. L. v.

Ad qd ergo sanctis laus nostra? ad quid glorificatio nostra? ad qd nr̃a hęc ipsa solẽnitas? Quo eis terrenos honores, quos iuxta veracem filij pmissionẽ honorificat pater cęlestis? Quo eis pręconia nostra? Pleni sunt. Prorsus ita est dilectissimi: bonorũ nostrorũ sancti non egent, nec quicq̃ eis nostra deuotione pręstatur. Plane q eorũ memoriaz veneramur, nostra interest nõ ipsoz. Multis scire, quãtũ interest nostra? Ego in me, fateor, ex hac recordatione sentio desideriũ vehemẽs inflãmari, ⁊ desiderium triplex. ℟. Isti sũt qui viuẽtes. 476. L. vj.

Vulgo dicitur. Quod nõ videt oculus, cor nõ dolet: Oculus meᵘ memoria mea: ⁊ cogitare de sanctis, quodam modo eos videre est. Sic nẽpe portio nostra in terra viuentiuz nec modica sane portio: si tñ, vt decet, memoriaz affectio comitetur: sic, inquã, cõuersatio nostra in cęlis est. Veruntamẽ nõ sic nostra, sicut illorũ. Ipsorum enim substãtia ibi est, nostra autez desideria: ipsi per pręsentiã, nos per memoriaz ibi sumus. ℟. Sancti mei. folio. 475.

De Hom. S. August. epi. L. vij.

Quapropter si gradatiz tã quã ascendentes numeremus, primᵘ ibi est timor Dei, secũda pietas, tertia sciẽtia, quarta fortitudo, quintũ ɔsiliũ, sextᵘ intellectᵘ, septima sapiẽtia. Timor Dei ɔgruit humilibus, de quibus hic dicit. Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ, idest nõ inflati, non superbi: de quibus Apostolus dicit: Noli altuz sapere, sed time: idest, noli extolli. Pietas congruit mitibᵘ, q eniz pie quęrit, honorat sanctaz scripturã, ⁊ nõ reprehendit quod nondũ intelligit, ⁊ propterea non resistit, quod est mitem esse: Unde hic dicit, Beati mites, quoniã ipsi hęreditate possidebunt terraz. ℟. Sint

℟. Sint lumbi.477. Lect.viij.

Scientia congruit lugētibus, q iaz cognouerūt in scripturis, quibus malis vincti teneantur, quę tanquā bona, & vtilia ignorātes appetierūt, de quibus hic dicitur: Beati qui lugent nūc. Fortitudo congruit esurientibus, & sitientibus: laborant enim desiderantes gaudium de veris bonis, & amorez a terrenis & corporalibus auertere cupientes, de quibus hic dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Consilium congruit misericordibus: hoc enim vnum remedium est de tātis malis euadēdi: vt dimittamus, sicut nobis dimitti volumus: & adiuuem⁹ in quo possumus alios: sicut & nos in quo nō possum⁹, cupim⁹ adiuuari: de q bus hic dicitur: Beati misericordes, qm̄ ipsorū miserebitur. Deus. ℟. Media.477. Le. ix.

Intellectus congruit mūdis corde, tanquā purgato oculo, quo cerni possit quod corporeus oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec i cor hois ascendit: de quibus hic dicitur, Beati mūdo corde, & reliqua. Sapientia cōgruit pacificis, in quib⁹ iaz ordinata sunt oia, nullusq; mot⁹ aduersus rationē rebellis est, sed cuncta obtēperāt spiritui hois, cum & ipse obtemperet Deo: de qbus hic dicit: Beati pacifici. Vnū autē premium, quod est regnuz cęlorū, pro his gradibus varie nominatum est. Tu autem domine.

SEPTIMA DIE.

Infra oct. Omniuz Sanctorū, Sermo s. Iohā. Chryso. L. iiij.

Die 7. C

Qui sanctorū merita religiosa charitate miratur, quiq; iustorū glorias frequēti laude colloquitur, eorū mores sanctos atq; iustitiam imitatur: qm̄ quem delectat sancti alicuius meritū, delectare debet par circa cultuz Dei obsequiuz. Quare aut imitari debet, si laudat: aut laudare non debet, si imitari detrectat: vt q aliū laudat, laudabilē se reddat: & q sanctorū merita admirat, mirabilis ipse vitę sanctitate reddatur. Nā si propterea iustos, fidelesq; diligimus, q in ipsis iustitiā fidēq; suspicim⁹: possum⁹ nos quoq; esse qd sūt, si faciam⁹ ipsi qd faciūt. ℟. Precursor.475. Lectio v.

Neque eniz difficile nobis est, quod ab ipsis geritur imitari: cū sine precedenti exēplo ab antiquis talia gesta cōspicimus: vt non ipsi aliorū ęmuli redderentur, sed ęmulandę virtutis seipsos nobis pberēt exēplum: vt, dum nos ex ipsis, & ex nobis alij proficiunt: sic Christus in suis semper seruis, in ecclesia sancta laudet. Vnde ab origine mundi, innocens Abel occiditur: Enoch Deo placens

 tranſ

transfertur, iustus Noe inueni-tur, Abraham fidelis probatur, Moyses mansuetus dignoscit, Iesus cast⁹, David lenis, Elias acceptus, Daniel sanctus, tres pueri victores redduntur. ℟. Isti sunt q viuetes. 476. Lec. vi.

Apostoli discipuli Christi, credetiũ magistri habentur: e quibus eruditi confessores, fortissimi pugnantes: martyres perfecti triumphãt, & Christiani semper exercitus diabolum Deo armati debellant. In istis semper pares virtutes, dissimiles pugnę, gloriosę victorię. Unde tu Christiane, delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimica, atrociter in prelio isto concerta. Considera pactũ, conditioné attéde, militiaȝ nosce: pactũ qđ spopõdisti, conditioné qua accessisti: militiã, cui nomen dedisti. ℟. Sacti. 476.

De Dom. S. August. epi. L. vij.

In primo gradu, sicut oportebat, positũ est regnũ cęlorũ: quod est pfectę, summęq; sapientię animę rationalis. Sic itaq; dictũ est: Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnũ cęlorũ, tanq̃ diceretur, Initiuȝ sapientię timor dñi: Mitib⁹ hęreditas data est, tanq̃ testamẽtum patris cuȝ pietate quęrẽtibus: Beati mites, qm̃ ipsi hęreditate possidebũt terrã. Lugentibus cõsolatio, tanquam sciẽtibus quid amiserint, & quibus mersi sunt. Beati q lugẽt nunc, qm̃ ipsi consolabuntur. Esurientibus & sitientibus saturitas, tãquam refectio laborãtibus fortiterq; certantibus ad saluteȝ. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniã ipsi saturabuntur. ℟. Sint lumbi. 477. Lec. viij.

Misericordib⁹ misericordia tanq̃ vero & optimo cõsilio vtentib⁹: vt hoc eis exhibeatur a potẽtiore, quod inualidiorib⁹ ipsi exhibẽt. Beati misericordes: qm̃ ipsorum miserebitur Deus. Mũdis corde facultas est videndi Deũ, tãquã purum oculuȝ ad intelligenda ęterna gerentibus: Beati mundo corde, quoniã ipsi deum videbũt. Pacificis Dei similitudo est tanquã perfecte sapientibus, formatisq; ad imaginem Dei per generationẽ renouati hominis. Beati pacifici: qm̃ ipsi filij Dei vocabuntur. Et ista quidem in hac vita possunt cõpleri, sicut cõpleta esse in apostolis credimus. Nã illa omnimoda in angelicaȝ formam mutatio, quę post hanc vitã promittitur, nullis verbis exponi potest. ℟. Media nocte. 477. Lect. ix.

Beati ergo qui psecutioné patiuntur ꝓpter iustitiaȝ, qm̃ ipsorũ est regnũ cęlorũ. Hęc octaua sentẽtia, quę ad caput redit, perfectumq; hominẽ declarat, significat fortasse & circũcisione octaua die i veteri testamẽto,

stamēto, ⁊ vbi resurrectiōe post sabbatbū, qui est vtiq; octauus idemq; prim⁹ dies, celebratione octauaꝝ feriarū, quas i regeneratiōe noui hois celebram⁹, ⁊ numero ipso Pētecostes: naꝫ septenario numero septies multiplicato, quo fiūt quadraginta nouem: quasi octauus addit, vt quinquaginta compleātur. Et tanquā redeatur ad caput, quo die missus est spiritus sanct⁹ eo in regnum celorum ducimur, ⁊ hereditatē accipimus: ⁊ cōsolamur, ⁊ pascimur, ⁊ misericordiā cōsequimur ⁊ mundamur ⁊ pacificamur. Atq; ita perfecti oēs extrinsecus illatas molestias ꝓ veritate ⁊ iustitia sustinemus.

In j. vesp. oct. fit cōme. SS. iiij. Quatuor Coronatoꝝ. Oratio.

Presta, quesumus omnipotēs Deus: vt gloriosos martyres fortes in sua cōfessione cognouimus: pios apud te in nostra intercessione sentiamus. Per do.

IN OCTAVA omnium Sanctorum.

Ex libro S. Cypriani matyris de mortalitate. Lectio quarta.

Considerandū est fratres dilectissimi, ⁊ idētidē cogitandū, renunciasse nos mūdo ⁊ tanq̄ hospites, ⁊ pegrinos hic interim degere. Amplectamur diē, qui assignat singulos domicilio suo, q nos istinc ereptos, ⁊ laqueis secularib⁹ exolutos, paradiso restituit ⁊ regno celesti. Quis nō peregre cōstitutus ꝓperaret in patriā regredi? Quis nō ad suos nauigare festinans, ventū ꝓsperū cupidus optaret, vt velociter caros liceret amplecti? ℟. Precursor. 475. L. v.

Patriaꝫ nostrā paradisū computamus, parētes patriarchas habere iaꝫ cepimus: quid nō properamus, ⁊ currimus, vt patriam nostram videre, vt parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentuꝫ, fratrū, filiorum: frequens nos ⁊ copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, ⁊ adhuc de nr̄a salute solicita. Ad horū cōspectū ⁊ cōplexuꝫ venire quāta ⁊ illis ⁊ nobis in cōmune letitia ē? qualis illic celestiū regnorū voluptas sine timore moriēdi, ⁊ cū eternitate viuendi? quā summa, ⁊ ꝑpetua felicitas? ℟. Isti sunt q viuētes. 479. L. vj.

Illic apostoloꝝ gloriosus chorus: illic prophetaruꝫ exultātiū numerus: illic martyrum innumerabilis popul⁹ ob certaminis ⁊ passionis victoriā coronatus. Triumphantes illic virginēs, ⁊ que concupiscentiā carnis ⁊ corporis cōtinētie robore subegerunt. Remunerati misericordes qui alimētis ⁊ largitionibus pauperū iustitie opera fecerunt: qui dn̄ica precepta seruātes ad celestes thesauros ter/

rena primonia transtulerunt. Ad hos fratres dilectissimi, auida cupiditate properamus: et cum his cito esse, vt cito ad Christum venire contingat, optemus. R. Sancti mei. 476.

De Hom. S. August. epi. l. vij.

Beati eritis, cū vobis maledicēt, et psequent vos, et dicent omne malū mentiētes ppter me. Gaudete, et exultate, qm merces vestra multa est in celis. Animaduertat quisqs delicias hui9 seculi et facultates rerū tpaliū querit, in noīe Christiano itrinsecus esse beatitudinē nostrā, sicut de aia ecclesiastica ore pphetico dicit: Omnis gloria ei9 filie regis abint9. Nā extrīsecus maledicta, psecutiones, et detractiones pmituntur: de quib9 tñ magna merces est in celis: que sētitur in corde patientium eorū, quia iā possunt dicere: Gloriamur i tribulationibus, sciētes qd tribulatio patiētiā operatur, patiētia aūt pbationem, pbatio vero spē, spes autē nō cōfundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nris p spiritū sanctū, qui dat9 est nobis. R. Sint lumbi. 477. l. viij.

Non autem ista ppeti fructuosū est, sed ista p Christi noīe non solum equo animo, sed ēt cū exultatione tolerare. Nam multi heretici, noīe Christiano animas decipiētes, multa talia patiūtur: sed ideo excluduntur ab ista mercede, qa nō dictum est tantū, Beati qui psecutionē patiunt, sed additū est, propter iustitiā. Vbi autē sana fides nō est, non pōt esse iustitia: qa iustus ex fide viuit. Neqz schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, nō potest esse iustitia. Dilectio enī proximi malum non operatur: quā si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia. R. Media. 477.

Pro Sanctis Quatuor Coronatis. Lectio nona.

Seuerus, Seuerian9 Carpophorus, et Victorinus, fratres, i persecutione Diocletiani, deorū cultū libere detestantes, plumbatis cesi, in verberibus vitā pro Christi noīe pfuderunt. Quorū corpora canib9 obiecta, cū ab illis intacta diu fuissent, sublata a Christianis, uia Lauicana tertio ab Vrbe lapide i arenario sepeliūt ppe sepulcrū sanctorū martyrū Claudij, Nicostrati, Symphoriani, Castorij, et Simplicij: qui, eodem Imperatore passi erāt, quod cū essent summi sculptores, nullo modo adduci potuerāt, vt idolorū statuas facerēt: et ad Solis simulacrū duci, vt illud venerarent, nūqz cōmusuros se dixerunt, vt adorarēt opera manuū hominū. Quamobrē in carcerē coniecti, cum ibi multos dies ī eodē proposito perstitissent, primum scorpionibus cesi, deinde

viui plūbeis loculis inclusi, in flumē deyciuntur. Extat in Urbe ecclesia sub nomine Sanctorū Quatuor Coronatorū, quorum diu ignota nomina, diuinitus postea patefacta sunt, vbi nō solum illorum quatuor, sed etiā horum quinque martyrum corpora honorifice sepulta sunt, et eorū festiuitas sexto Idus Nouembris celebratur. Tu autē.

¶ Dedi. Basilicę Saluatoris, dupli. Ad Uesp. a Cap. omnia vt in cōi Dedic. Ecclesię, cum cōme. octa. Omnium Sctorū. Et fit cōm. s. Theodori m. Oro.

Deus qui nos beati Theodori martyris tui confessione gloriosa circundas, et protegis: pręsta nobis, ex eius imitatione proficere, et oratione fulciri. Per. do.

De libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli. Lcō prima.

Et venit ad me vnus de septem angelis habentibus phialas septem plenas plagis nouissimis, et locutus est mecū, dicens: Ueni et ostēdam tibi sponsam, vxorē agni. Et sustulit me in spiritu in montē magnum et altū, et ostendit mihi ciuitatem sanctam Jerusalem descendentem de cęlo, a Deo habentem claritatem Dei, et lumen eius simile lapidi precioso, tanquam lapis iaspidis, sicut crystallum. ℟. In dedicatione. 330. Lec. ij.

Et habebat murū magnū et altum, habentem portas duodecim: et in portis angelos duodecim, et noia inscripta, q̄ sunt nomina duodecim tribuū filiorū Israel. Ab Oriente portę tres: ab Aquilone portę tres: ab Austro porte tres: et ab Occasu portę tres: Et murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim, et in ipsis duodecim nomina duodecim Aplorū Agni. Et qui loquebatur mecū habebat mēsuram arundineā aureā, ut metiretur ciuitatem, et portas eius et muros. ℟. Fundata. 530. Lec. iij.

Et ciuitas in quadro posita est, et lōgitudo eius tanta est, quanta et latitudo: et mensus est ciuitatē de arundine aurea per stadia duodecim millia: et longitudo, et altitudo, et latitudo eius ęqualia sunt: et mensus est muros eius centum quadraginta quatuor cubitorū, mensura hominis q̄ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo. ℟. Benedic domine. 530.

Lectio quarta.

Ritus quos in consecrādis ecclesiis, et altaribus Romana seruat Ecclesia, beatus Syluester Papa primus instituit. Nā etsi iam ab Apostolorū tempore loca fuerūt deo dicata, quę a quibusdā oratoria, ab alijs Ecclesię dicebātur, vbi collectę fiebāt per vnā sabbathi,

& Christianus populus orare, Dei verbum audire, & euchari stiam sumere solitus erat: nō tamen illa chrismate vngebātur, nec in eis adhuc in titulum erectum erat altare, quod chrismate delibutum figurā domini nostri Jesu Christi, qui altare, hostia, & sacerdos noster est, significaret. R. Orantibus. 531. L. v.

Sed vbi Cōstantinus Imperator p baptismi sacramentum sanitatem, salutēq3 cōsecutus est, tum primum lege ab eo lata concessum est, toto orbe terrar, Christianis, vt Ecclesias ędificarent: quos ille non solum edicto, sed etiam exemplo ad sacram ędificationem est cohortatus. Nam & in suo Lateranēsi palatio Ecclesiam Saluatori dedicauit, & ei continentē basilicam nomine sancti Joannis Baptistę condidit in balneo caloris sui, eo loco quo ipse baptizat' a sācto Syluestro a lepra mūdatus est: quā idē Pōtifex cōsecrauit quinto Idus Nouēbris: cui9 ɔsecrationis memoria celebrat hodierno die, quo primū Romę publice eccl'a ɔsecrata est, & imago Saluatoris i pariete depicta pplo Romano apparuit. R. O quā. 531. L. vj.

mus gaudia nostra cum sanctis martyribus cõferamus: et ijs an nūciemus dominicę resurrectio nis gloriã, q̃ cõsortes sunt dñicę passionis. Qui enim socij sunt cõtumelię, debẽt et participes es se letitię. Ita eniȝ dicit btũs apo stol⁹: Sicut socij passionũ estis, et resurrectionis eritis. Si tole rabim⁹, inq̃t, et corregnabimus. Qui ergo tolerauerũt mala pp Christum, debent et gloriam ha bere cum Christo. ℟. Lux per petua lucebit sanctis tuis, do mine. Et ęternitas tporum, alle luia, alle. ℣. Letitia sempiter na erit sup capita eorum: gau diũ et exultationem obtinebũt. Et. Iube. Christus. Lectio. v.

Annunciemus, inquã, san ctis martyribus domini cę Resurrectionis gloriam: vt dum sepulturę illius prędica mus reserata claustra, et horum sepulcra reserentur: dum cor pus illius mortuum dicimus re pentibus venis subito viguisse, horum quoque membra iaȝ fri gida, immortalitatis calore fo ueantur. Eadem enim ratio martyres suscitat, quę et dñm suscitauit. Nam sicut viam pas sionis eius experti sunt, ita expe rientur et vitę. Scriptuȝ est eniȝ in psalmo: Notas mihi fecisti vias vitę. Hoc itaque in resur rectione ex persona dicit Sal uatoris, qui dum post mortem ab inferis redit ad superos, in cipiat notam habere viam vi tę, quę antea habebat ignota. ℟. In seruis suis, alleluia. Cõ solabitur deus, alleluia. ℣. Iu dicabit dñs populum suum, et in seruis suis. Consolabitur. Iube. Ignem sui. Lectio vi.

Ignota enĩ erat ante Chri sti aduentũ via vitę, q̃ nul lius adhuc resurgẽtis fuerat te merata vestigio. At vbi dñs re surrexit, nota facta, solo attrita est pluri morum. De quibus san ctus euãgelista ait, Multa cor pora sanctorum surrexerunt cũ eo, et introierunt in sanctaȝ ciui tatẽ. Unde cum dñs in resurre ctione sua dixerit, Notas mihi fecistis vias vitę: possum⁹ et nos iam dicere domino: Notas feci sti nobis vias vitę. Ipse eniȝ no bis notas fecit vias vitę, qui no bis semitam manifestauit ad vi tã. Notas eniȝ mihi fecit vias vitę, cum me docuit fidẽ, miseri cordiã, iustitiã, et castitatẽ: his eniȝ itineribus puenitur ad sa lutẽ. ℟. Filię Ierusalẽ venite et videte martyres cũ coronis, quibus coronauit eos dñs. In die solẽnitatis, et letitię, alla. ℣. Quĩ confortauit seras porta ruȝ tuaruȝ benedixit filios tuos in te. In die. Gloria. In die.

In iij. nocturno. Antiphona. Lux ppetua lucebit sanctis tuis dñe, et ęternitas tporũ, alleluia. Psalmi vnius martyr. In dño confido. fo. 3. Dñe qs habitabit. Dñe in virtute. Pro plu. mart. Exultate iusti. f. 12. Benedicaȝ

dñm. Deus noster, refugiũ. ℟. Letitia sempiterna super capita eoꝝ, all'. ℣. Gaudiũ ⁊ exultatione obtinebunt, all'a. P i nr. A vinculis. Iube. Euãgelica.

Lcõ s. euang. scdm Johan. Le. vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sũ vitis vera: ⁊ pater meus agricola est. Et reliqua.

Hom. sancti Augustini epi.

Iste locus euãgelicus, fratres, vbi se dicit dñs vitez, ⁊ discipulos suos palmites, secundum hoc dicit, quod est caput ecclesię, nos qꝫ membra ei⁹, mediator Dei ⁊ hominum homo Christus Jesus. Unius qp pe naturę sũt vitis, ⁊ palmites. Propter quod, cum esset deus, cuius naturę non sumus, factus est homo, vt in illo esset vitis humana natura, cuius ⁊ nos homines palmites esse possemus. ℟. Ego sum vitis vera, ⁊ vos palmites. Qui manet in me, ⁊ ego in eo, hic fert fructũ multũ, alleluia, alleluia. ℣. Sicut dilexit me pater, ⁊ ego dilexi vos. Qui ma. Iube. Cui⁹ festum. Lcõ. octaua.

Quid ergo est, ego sum vitis vera? Nunqd addẽs, vera, hoc ad eam vitẽ retulit, vnde ista similitudo trãslata ẽ? Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatẽ: quemadmodum dicitur ouis, agnus, leo, petra, lapis angularis, ⁊ cętera huiusmodi, q̃ magis ipsa sunt vera: ex quib⁹ ducuntur istę similitudines, non ꝑprietates. Sed cũ dicit. Ego sũ vitis vera, ab illa se vtiqꝫ discernit, cui dr: Quomodo ꝯuersa es i amaritudinẽ vitis aliena? Nã quo pacto est vitis vera, q̃ expectata ẽ vt faceret vuas, fecit autẽ spinas? ℟. Candidi facti sunt Nazarei eius, alleluia: splendorẽ Deo dederunt, alleluia: ⁊ sicut lac coagulati sunt, all'a, all'.

Candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores. Et. Iube. Ad societatẽ. Le. nona.

Ego lux, iquit, vitis vera, ⁊ pater meus agricola ẽ. Nunquid vnum sunt agricola ⁊ vitis? Secundum hoc ergo vitis Christus, secundũ qd ait, Pater maior me est. Secundũ autem id quod ait, Ego ⁊ pater vnum sumus, ⁊ ipse agricola est: nec talis quales sunt qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis, vt det ẽt intrinsecus incremẽtum. Nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: sed vtique Deus est Christus, quia Deus erat verbum, vnde ips⁹ ⁊ pater vnum sunt: ⁊, si verbum caro factum est quod non erat, manet tamen quod erat.

Ad Laudes, ⁊ per Horas Aña.

Sancti tui dñe florebũt sicut liliũ, all'. ⁊ sicut odor balsami erunt ante te, alleluia.

℟. Dñs regn. 8. cũ ref. Aña. In celestibus regnis sanctorũ habitatio est, alla, et in eternuz requies eoruz, alla. Aña. In velamento clamabunt sancti tui dñe, alla, all, alla. Aña. Spiritus, et anime iustorum hymnũ dicite Deo nostro, alla, alla. Aña. Fulgebunt iusti sicut sol in conspectu Dei, alla. Cap. Stabũt iusti. vt supra. Hym. p vno marty. Martir dei .504. vt supra in alio cõi. Pro pluribus mar. Rex gloriose martyrum. 512. vt infra in cõi plur. marty. ℣. Preciosa in conspectu domini, alleluia. ℟. Mors sanctorum eius, alla. Ad Bñs. Aña. Filie Jerusalem venite, et videte martyres cũ coronis, quibus coronauit eos dominus in die solennitatis, et letitie, alla, all. Oratio de vno, vel pluribus mart. Ad iij. Cap. Stabunt iusti. ℟. bre. Sancti et iusti in domino gaudete, All. alla. ℣. Uos elegit Deus in hereditatem sibi. Alla. Glo. Sancti. ℣. Lux perpetua lucebit sanctis tuis dñe, alleluia. ℟. Et eternitas temporum, alleluia.

Ad Sextam. Capitulum.

Sa. 5. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorũ est. ℟. br. Lux ppetua lucebit sãctis tuis dñe, Alleluia, all. ℣. Et eternitas tẽporũ. Alla. Glo. Lux. ℣. Letitia sempiterna super capita eorum, alla. ℟. Gaudium et exultationem obtinebũt, all.

Ad nonam. Capitulum.

Ro. 8. Scimus quoniã diligentibus deum omnia cooperant in bonũ, his qui secunduz propositum vocati sunt sancti. ℟. bre. Letitia sempiterna sup capita eoruz, Alleluia, alleluia. ℣. Gaudiuz et exultationẽ obtinebũt. Alleluia. Glia. Letitia. ℣. Preciosa in cõspectu dñi, all. ℟. Mors sanctorũ eius, all. Ad Uesp. Aña. Sãcti tui dñe cũ ref. vt i Lau. ps. Dixit d. 521 cũ ref. loco vlt. ps. Credidi. 54. Cap. Stabunt iusti. Hy. Deus tuorũ milit. 501. Pro vno mar. Pro plu Rex gloriose mar. 512. ℣. Preciosa in conspectu dñi, all. ℟. Mors sctorũ ei9, allelu. Ad Mag. Aña. Sãcti et iusti, in dño gaudete, alle. vos elegit Deus in hereditatez sibi, allelu. Alie lec. pro mar. tpe Paschali Ex epistola s. Cypriani mar. ad martyres, et confessores. L. iij.

Quibus ego vos laudibus pdicez fortissimi martyres? robur pectoris vestri: perseuerãtiã fidei, quo preconio vocis exornem? Tolerastis vsque ad consumationẽ glorię durissimaz questionem: nec cessistis supplicijs, sed vobis potius supplicia cesserunt. Finez doloribus, quez tormenta non dabãt, coronę dederunt. Laniena grauior ad hoc diu pseuerauit, nõ vt stã tem

re fidē deīsceret, sȝ vt hoies dei ad deū velocius mitteret. L.v.

Uidit admirans pręsētiū multitudo cęleste certamē, certamē dei, certamē spiritale, plīū Christi, stetisse seruos eius voce libera, mente incorrupta, virtute diuina, telis quidem secularibus nudos, sed armis fidei ardētis armatos. Steterunt torti, torquentibus fortiores: ꝛ pulsantes ac laniantes vngulas pulsata ac laniata membra vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit sęuiens diu plaga repetita, quamuis rupta compage viscerū torquerentur in seruis dei iam non membra, sed vulnera. Fluebat sanguis, qui incēdiū psecutionis extingueret, qui flāmas ꝛ ignē gehennę glorioso cruore sopiret. Lco sexta.

O Quale illud fuit spectaculum domino, quam sublime, quam magnum, quam dei oculis sacramento, ac deuotione militis eius acceptum: sicut scriptum est ꝛ in psalmis, spiritu sancto loquente ad nos pariter ꝛ monente. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius: preciosa mors hęc, quę emit immortalitatē precio sui sanguinis: quę accepit coronam de consummatione virtutis. Quam lętatus illic Christus fuit, quam libens in talibus seruis suis ꝛ pugnauit ꝛ vicit protector fidei, dans credētibus tantum, quantum se credit capere qui sumit: certamini suo affuit, pręliatores atq; assertores sui nominis erexit, corroborauit, animauit. Et q pro nobis mortem semel vicit, semper vincit in nobis.

Lcō. S. euāg. sm̄ Iohānē. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Ego sū vitis, ꝛ vos palmites: q manet in me, ꝛ ego in eo, hic fert fructum multum: qa sine me nihil potestis facere. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini epi.

Ne quisquā putaret saltē paruum aliquem fructū posse a semetipso palmitem ferre, cū hęc dixisset, Hic fert fructum multum: non ait, quia sine me parum potestis facere, sed, nihil potestis facere. Siue ergo parum, siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest: quia etsi parum attulerit palmes cum purgat agricola, vt plus afferat: tamen nisi in vite manserit, ꝛ vixerit de radice, quantumlibet fructum a semetipso nō potest ferre. Quamuis autem Christus vitis non esset, nisi homo esset: tamen istam gratiā palmitibus non pręberet, nisi etiam deus esset. Lec. viij.

Uerū quia ita sine ista grā nō pt viui, vt ꝛ mors i potestate sit liberi arbitrij: Si qs i me, inqt, nō māserit, mittet foras, sicut palmes, ꝛ arescet, ꝛ col-

ligent eum, & in ignē mittent, & ardet. Ligna itaq; vitis tanto sunt contemptibiliora si in vite nō manserint, quanto gloriosiora si manserint. Deniq; sicut de his etiā per Ezechielem prophetam Dñs dicit, precisa nullis agricolarū vsibus prosunt, nullis fabrilibus operibus deputatur. Unum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: si in vite nō est, in igne erit: vt ergo in igne non sit, in vite sit. Lc.ix.

Si māseritis i me, inquit, & verba mea in vobis māserint: quodcunque volueritis petitis: & fiet vobis. Manendo quippe in Chrō, quid velle possunt nisi quod cōuenit Christo? Quid velle possunt manēdo in saluatore, nisi quod non est alienum a salute. Aliud quippe volumus, quia sumus in Christo, & aliud volumus, q̄a sumus ad huc in hoc seculo. De mānsione namque huius seculi nobis aliquando subrepit, vt hoc petamus, quod nobis non expedire nescimus. Sed absit, vt fiat nobis si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis.

IN COMMVNI.

Cōfess. virg. & nō virg. & Dedicat. Ecclesię tpe Pascha. Ost. fit vt inferius in alys tpib⁹; s; in fine ad Inuit. Añas. ℣. & ℟. tam bre. quā alia addit. Alleluia. Et tres psalmi dñr p singulos nocturnos sub prima aña illi⁹ noc.

IN NATALITIIS PLVRIVM MAR.

Extra tempus Paschale.

Ad Vesperas. Antiphona. Omnes sancti. cū rel. de Laud. ps. Dixit dominus. 52. cum reliq. de Dñica. loco vlt. dicitur. Laudate dñm oēs gē. 54. Cap.



Iustorū animę in manu dei sūt, & nō tanget illos tormentū mortis: visi sūt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Hymnus.

Sanctorum meritis inclyta gaudia
Pangam⁹ socij, gestaq; fortia:
Nā gliscit aius pmere cantibus
Victorū genus optimum.

Hi sunt quos retinens mūdus inhorruit.
Ipsum nā sterili flore peraridū
Spreuere penitus, teq; secuti sunt,
Rex Christe bone cęlitus.

Hi pro te furias atq; ferocia
Calcarunt hominum sęuaque verbera:
Cessit his lacerans fortiter vngula,
Nec carpsit penetralia.

Cęduntur gladyis, more bidentium:
Non murmur resonat, nō querimonia:

Sed

Sed corde tacito mens bene conscia
Conseruat patientiam.
Que vox, que poterit lingua retexere,
Que tu martyribus munera preparas?
Rubri nam fluido sanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.
Te summa deitas vnaqꝫ poscimus
Ut culpas abluas, noxia subtrahas,
Des pacem famulis, nos quoqꝫ gloriam
Per cuncta tibi secla. Amen. ℣. Letamini in domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Ad Mag. An. Istorum est enim regnum celorum: qui contempserunt vitam mundi, & peruenerunt ad premia regni, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Oro.

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum N. & N. solennitate letificas: concede propitius: vt, quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per dnm. Alia Oratio.

Deus, qui nos concedis sanctorum martyrum tuorum N. & N. natalitia colere: da nobis in eterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per d. Alia Oratio pro pluribus martyribus & Pontificibus.

Beatorum martyrum pariterqꝫ pontificum N. & N. nos, qs dñe, festa tueant, & eorum commendet oratio veneranda. Per do. Ad Matutinum. Inuitatoriu.

Regem martyrum dnm, adoremus. ps. Venite. Hym.

Eterna Christi munera,
Et martyrum victorias,
Laudes canentes debitas,
Letis canamus mentibus.
Terrore victo seculi,
Penisqꝫ spretis corporis,
Mortis sacre compendio
Vitam beatam possident.
Traduntur igni martyres,
Et bestiarum dentibus:
Armata seuit vngulis
Tortoris insani manus.
Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur:
Sed permanent immobiles,
Vite perennis gratia.
Te nunc redemptor quesumus,
Ut martyrum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna secula. Amen.

In i. noct. Ana. Secus decursus aquarum plantauit vineam iustorum, & in lege domini fuit voluntas eorum. ps. Beatus vir. 2. Ana. Tanquam aurum in fornace probauit electos domi nus & quasi holocausta accepit eos in eternum. ps. Quare fre. 3. Ana. Si coram hominibus tormenta passi sunt: spes electorum est immortalis in eternum. ps. Domine quid. 2. ℣. Letamini in domino & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde. Pater noster. Exaudi. Iube. Benedictione.

De epistola beati Pauli Apostoli ad Romanos. Lec. prima.

ca. 8. Fratres, debitores sum⁹ non carni, vt secūdū carnē viuamus. Si.n. secūdum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Quicunque enim spiritu dei agūtur, hi sūt filij Dei. Non enim accepistis spiritū seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritū adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei. Si autē filij, ⁊ heredes, heredes quidē dei, coheredes aūt Christi: si tamē compatimur, vt ⁊ cō glorificemur. Existimo.n. quod non sunt condignę passiones huius tēporis ad futurā gloriā, q̄ reuelabitur in nobis. Nā expectatio creaturę, reuelationē filiorū dei expectat. ℟. Absterget deus omnem lacrymam ab oculis sanctorū: ⁊ iam non erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, sed nec vll⁹ dolor. Quoniā priora trāsierūt. ℣. Nō esuriēt, neq; sitient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; vllus estus. Quoniā. Iube. Unigenitus. L. ij.

Scimus autē, quoniā diligētib⁹ deū omnia cooperantur in bonū his, qui secūdū propositum vocati sunt sancti. Nā quos prescivit, ⁊ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autē predestinauit, hos ⁊ vocauit, ⁊ quos vocauit, hos ⁊ iustificauit: quos autem iustificauit, illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec? Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Qui etiā proprio filio suo nō pepercit: sz pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus q iustificat. Quis est qui cōdemnet? Christus Jesus qui mortuus est, immo q ⁊ resurrexit, qui est ad dexterā Dei, qui etiam interpellat pro nobis. ℟. Uiri sancti gloriosum sanguinē fuderūt p dño, amauerunt Christū in vita sua, imitati sūt eū i morte sua. Et ideo coronas triūphales meruerūt. ℣. Unus spiritus ⁊ vna fides erat in eis. Et. Iube. Spūs scti. L. iij.

Quis ergo nos separbit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculū? an persecutio? an gladi⁹? Sicut scriptū ē: Quia pp te mortificamur tota die, estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his oibus superamus pter eū, q dilexit nos. Certus sum.n. quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principat⁹, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; pfundū, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, q̄ est

in Christo Jesu domino nostro.
℟. Qui tradiderunt corpora sua ꝑpter deū ad supplicia: Et me ruerunt habere coronas perpe tuas. ℣. Isti sunt qui venerunt ex magna tribulatione, ⁊ laue rūt stolas suas i sanguine agni. Et meruerunt. Gloria. Et me rue. In ij. noc. Aña Dabo sctis meis locū nominatū i regno pa tris mei, dicit dñs. Psalmus.

Domine, qs habi tabit i taberna culo tuo? aut qs requiescet i monte scō tuo?
Qui igredit̃ si ne macula, ⁊ operatur iustitiā.
Qui loquitur veritatē i corde suo: q nō egit dolū i lingua sua.
Nec fecit proximo suo malū: ⁊ opprobriū non accepit aduer sus proximos suos.
Ad nihilū deductus est in con spectu eius malignus, timētes autem dominū glorificat.
Qui iurat proximo suo, ⁊ non decipit: qui pecuniam suā nō dedit ad vsuram: ⁊ munera sup innocentem non accepit.
Qui facit hec: non commoue bitur in eternum.
Gloria pa. Aña. Dabo sanctis meis locū nominatū in regno patris mei, dicit dominus. Aña. Sanctis, qui in terra sunt eius: mirificauit omnes voluntates meas inter illos. Psalmus.
Conserua me domine, qm̃ speraui i te, dixi dño de⁹ meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis qui in terra sunt ei⁹: mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicate sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.
Non congregabo cōuenticula eoꝝ de sanguinib⁹: nec memor ero noium eorū per labia mea.
Dñs pars hereditatis mee, ⁊ calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt mihi in pre claris: etenim hereditas mea preclara est mihi.
Benedicam dominum, qui tri buit mihi intellectum: insuper ⁊ vsque ad noctem icrepuerūt me renes mei.
Prouidebā dominum in con spectu meo semp: qm̃ a dextris est mihi ne commouear.
Propter hoc letatū ē cor meū ⁊ exultauit lingua mea: insuper ⁊ caro mea requiescet in spe.
Qm̃ non derelinques animā meam in inferno: nec dabis san ctum tuū videre corruptionē.
Notas mihi fecisti vias vite, adimplebis me letitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.
Gloria. Añ. Sāctis qui in ter ra sunt eius: mirificauit oēs vo luntates meas inter illos. Aña. Sācti, qui sperant in domino, habebunt fortitudinē: assumēt pennas: vt aquile volabunt, ⁊ non deficient. Psalmus.

Omni/

Domini est terra, & pleni/tudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse sup maria fũdauit eũ: & sup flumina pparauit eũ. Quis ascẽdet i mõtẽ dñi? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a domino: & misericordiã a Deo salutari suo. Hec est generatio querẽtiũ eũ: querentium faciem Dei Jacob. Attollite portas principes ve/stras: & eleuamini porte eterna/les, & introibit rex glorie. Quis ẽ iste rex glorie? dñs for/tis & potẽs, dñs potẽs in prelio. Attollite portas principes ve/stras, & eleuamini porte eterna/les: & introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? domi/nus virtutum ipse est rex glorie. Gloria. An. Sãcti qui sperãt in dño, habebunt fortitudinem, assument pennas: vt aquile vo/labũt, & nõ deficiẽt. ℣. Exultẽt iusti i cõspectu Dei. ℟. Et dele/ctent in letitia. Pater noster. Ipsius pietas. Iube. De⁹ pi. Sermo s. Augustini epi. Lectio.

Quotiescũqz fratres caris/simi sanctorũ martyrũ so/lennia celebramus, ita ipsis in/tercedẽtibus expectemus a do/mino cõsequi temporalia bene/ficia, vt ipsos martyres imitan/do, accipere mereamur eterna. Ab eis enim sanctorũ martyrum in veritate festiua gaudia cele/brantur, q ipsorũ martyrũ exẽ/pla sequuntur. Solẽnitates. n. martyrũ exhortationes marty/riorũ sunt, vt imitari nõ pigeat, qđ celebrare d̃clarat. ℟. Sancti tui dñe mirabile cõsecuti sunt iter seruiẽtes pceptis tuis, vt in venirẽt illesi i aqs validis. Ter/ra apparuit arida: & in mari ru/bro via sine ipedimẽto. ℣. Qm̃ pcussit petrã, & fluxerũt aque, & torrentes inundauerũt. Terra. Iube. Chris perpetue. Lec. v.

Sed nos volumus gaude/re cũ sãctis: & tribulatio/nes mundi nolumus sustinere cũ illis. Qui enim sanctos mar/tyres vel inquantũ potuerit no/luerit imitari, ad eorũ beatitu/dinẽ non poterit peruenire. Sic & apostolus Paulus predicat dicens: Si fuerimus socij pas/sionum, erimus & consolationũ. Et dñs in euãgelio: Si mũdus vos odit: scitote quia me priorẽ vobis odio habuit. Recusat es/se in corpore, qui odiũ non vult sustinere cum capite. ℟. Uer/bera carnificũ nõ timuerũt san/cti Dei morientes p Christi no/mine: Ut heredes fierent in do/mo dñi. ℣. Tradiderũt corpo/ra sua pp deũ ad supplicia. Ut. Iube. Ignẽ sui. Lectio vi.

Sed dicet aliquis. Et qs est, q possit beatorũ mar/tyrum vestigia sequi: Huic ego respon/

respondeo: Quia non solū martyres, sed ꝛ ipsum dñm cū ipsi⁹ adiutorio, si volumus, possumus imitari. Audi non me, sed ipsū dñm generi humano clamanté: Discite a me, quia mitis sū, ꝛ humilis corde. Audi ꝛ beatum Petrum apostolum admonété: Christus pro nobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia ei⁹. ℟. Tāquā aurum in fornace probauit electos dñs, ꝛ quasi holocausti hostiam accepit illos, ꝛ in tpe erit respectus illoꝝ. Qm̄ donū, ꝛ pax est electis Dei. ℣. Qui cōfidunt in illū, intelligent veritatem, ꝛ fideles in dilectione acquiescent illi. Qm̄. Glo. Qm̄

In iij noc. Aña. Justi autem in ppetuum viuent: ꝛ apud dominū est merces eoꝝ. Psalmus.

Exultate iusti dño: rectos decet collaudatio.

Cōfitemini dño in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum nouū: bene psallite ei in vociferatione.

Quia rectum est verbū dñi: ꝛ omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiam ꝛ iudicium, mia dñi plena est terra.

Verbo dñi celi firmati sunt, ꝛ spū oris eius oīs virtus eorum.

Cōgregās sicut in vtre aquas maris: ponēs i thesauris abissos.

Timeat dñm omnis terra: ab eo autem commoueātur omnes inhabitantes orbem.

Qm̄ ipse dixit, ꝛ facta sunt: ipse mandauit, ꝛ creata sunt:

Dñs dissipat cōsilia gētiū: repbat aūt cogitationes populorū, ꝛ reprobat consilia principum:

Consilium aūt dñi in eternū manet: cogitationes cordis eius in generatione, ꝛ generationem:

Beata gens, cuius est dñs deus eius: populus quem elegit in hereditatem sibi.

De celo respexit domin⁹: vidit omnes filios hominum.

De pparato habitaculo suo respexit sup oēs, q̄ habitāt terrā.

Qui finxit singillatim corda eorū: qui intelligit oia opera eoꝝ.

Nō saluatur rex per multā virtutem: ꝛ gigas nō saluabitur in multitudine virtutis sue.

Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis sue non saluabitur.

Ecce oculi domini super metuentes eum, ꝛ in eis qui sperāt super misericordia eius.

Ut eruat a morte animas eorum: ꝛ alat eos in fame.

Aia nostra sustinet dñm: qm̄ adiutor ꝛ protector noster est.

Quia in eo letabit cor nrm, ꝛ i nomine sancto eius sperauim⁹.

Fiat misericordia tua dñe sup nos: Quēadmodū sperauim⁹ in te. Gloria. Aña. Justi autē inperpetuū viuēt: ꝛ apud dñm est merces eorum: Aña. Tradiderunt corpora sua in mortē, nec seruirent.

rent idolis: ideo coronati possi-
dent palmam. Psalmus.

Benedicā dñz in omni tpe:
semp laus eius i ore meo.
In dño laudabitur aia mea:
audiant mansueti ꝛ letentur.
Magnificate dñz mecū, ꝛ exal
temus nomen eius in idipsum.
Exquisiui dñm, ꝛ exaudiuit
me: ꝛ ex omnibus tribulationi-
bus meis eripuit me.
Accedite ad eū, ꝛ illuminami
ni: ꝛ facies vestrę nō ꝯfundent.
Iste pauper clamauit, ꝛ domi
nus exaudiuit eū: ꝛ de oibus tri
bulationibus eius saluauit eū.
Immittit angelus dñi in cir
cuitu timētiū eū: ꝛ eripiet eos.
Gustate ꝛ videte qm̄ suauis est
dñs: beatus vir qui sperat i eo.
Timete dñz oēs sancti eius: qm̄
non est inopia timentibus euz.
Diuites eguerūt ꝛ esurierūt:
inquirentes autem dominum,
non minuentur omni bono.
Venite filij, audite me: timorē
domini docebo vos.
Quis est homo, qui vult vitā:
diligit dies videre bonos.
Prohibe linguam tuā a malo:
ꝛ labia tua ne loquant̄ dolum.
Diuerte a malo, ꝛ fac bonū: in
quire pacem, ꝛ persequere eaz.
Oculi dñi super iustos: ꝛ aures
eius in preces eorum.
Uultus aūt domini, super fa-
cientes mala: vt perdat de ter-
ra memoriam eorum.
Clamauerūt iusti, ꝛ dñs exau-
diuit eos: ꝛ ex oibus tribulatio
nibus eorum liberauit eos.
Iuxta est dñs his, qui tribula
tio sunt corde: ꝛ humiles spiri-
tu saluabit.
Multę tribulationes iustoruz:
ꝛ de omnibus his liberauit eos
dominus.
Custodit dñs oia ossa eorum:
vnum ex his non conteretur.
Mors peccatorū pessima: ꝛ qui
oderunt iustum delinquent.
Redimet dñs animas seruorū
suorū: ꝛ non delinquent omnes,
qui sperant in eo.
Gloria. Antiphona. Tradide
runt corpora sua in mortem, ne
seruirent idolis: ideo coronati
possident palmam. Aña Ecce
merces sanctorum copiosa est
apud deum: ipsi vero mortui
sunt pro Christo, ꝛ viuent in
ęternum. Psalmus.

Deus nr̄, refugium ꝛ vir-
tus: adiutor in tribulatio
nib⁹, quę inuenerūt nos nimis.
Propterea non timebimus dū
turbabitur terra: ꝛ transferen-
tur montes in cor maris.
Sonuerūt, ꝛ turbatę sunt aquę
eorum: conturbati sunt montes
in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ci
uitatem dei: sanctificauit ta-
bernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non com
mouebitur: adiuuabit eaz deus
mane diluculo.
Conturbatę sunt gentes, ꝛ in-
clinata sunt regna: dedit vocez
suam, ꝛ mota est terra.

Domi-

Dñs virtutum nobiscū, susceptor noster Deus Jacob. Venite, & videte opera dñi, q̃ posuit prodigia sup terrā: aufe rens bella vsq; ad finem terrę. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Vacate, & videte, quoniā ego sum deus: exaltabor in gentib⁹, & exaltabor in terra. Dñs virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob. Gloria. Añа. Ecce merces sanctorum copiosa est apud deū: ipsi vero mortui sūt p Christo, & viuent in ęternum. ℣. Justi autem in perpetuum viuent. Et apud dominum est merces eorum. Pater noster. A vinculis. Iube. Euangelica lectio. Lectō s. euāg. sm Lucam. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis. Cū audieritis plia, & seditiones, nolite terreri: oportet primū hęc fieri, sed nondum statim finis. Et reliq. Homilia sancti Gregorij papę.

Dominus ac redēptor noster vriturí mūdi pcurrentia mala denūciat: vt eo minus perturbēt venientia, quo fuerint prescita. Minus enim iacula feriunt quę preuidentur: & nos tolerabilius mundi mala suscipimus, si contra hęc per p̄scientię clypeum munimur. Ecce etenim dicit, Cum audieritis prelia & seditiones, nolite terreri: oportet enim primum hęc fieri, sed nondū statim finis:

Pensanda sunt verba redēptoris nostri, per quę nos aliud interius, aliud exterius passuros esse denūciat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet interi⁹ exteriusq; turbari: aliud nos fatetur ab hostib⁹, aliud a fratribus ppeti. ℟. Propter testamentum domini & leges paternas sancti Dei perstiterūt in amore fraternitatis: Quia vnus fuit semper spiritus in eis, & vna fides. ℣. Ecce quā bonū, & quā iucundum habitare fratres in vnum. Quia. Iube. Quorum. L. viij.

Sed his malis pręueniēt bus, quia non statim finis sequatur, adiungit: Surget gens contra gentem: & regnum aduersus regnum: & terremot⁹ magni erunt per loca, & pestilentię, & fames: terroresq; de cęlo, & signa magna erūt. Ultima tribulatio multis tribulationibus pręuenitur: & per crebra mala, quę pręueniunt, indicantur mala ppetua, quę subsequētur. Et iō post bella & seditiōes non statim finis, q: multa debēt mala pręcurrere, vt malum valeant sine fine nūciare. ℟. Sancti mei, qui i carne positi certamē habuistis. Mercedē laboris ego reddā vobis. ℣. Uenite benedicti p̄ris mei pcipite regnū. Mercedē. Gloria. Mercedē. Seq. ℟. dī post viij vel y. lcō. i festo plu. mar. fratrū. ℟. Hęc est vera fraternitas, q̃ nūquā potuit

tuit violari certamine: qui effu so sanguine secuti sunt dominū: Contemnentes aulam regiam, peruenerunt ad regna cęlestia. ℣. Ecce quam bonum ꝛ quam iucundum habitare fratres in vnū. Contēnen. Glo. Conten. Iube. Ad societatem. Lec. ix.

Sed cū tot signa per turbationis dicta sint: oportet vt eorum considerationē breuiter singula pstringamus. Quia necesse est, vt alia e cęlo, alia e terra, alia ab elemētis, alia ab hominibus patiamur. Ait eniꝫ: Surget gens cōtra gentem, ecce perturbatio hominū: erūt terremotus magni per loca, ecce respectus irę desuper: erūt pestilētię, ecce inęqualitas corporum: erit fames, ecce sterilitas terrę: terroresq̃ de cęlo, ꝛ tēpestates, ecce inęqualitas aeris. Quia ergo oīa consummanda sunt, ante consummationē omnia perturbant, ꝛ q: in cunctis deliquim⁹ ꝛ in cunctis ferimur: vt impleat quod dicitur, Pugnabit ꝑ eo orbis terrarū cōtra insensatos.

Ad Laudes [illegible]. Añ.

Omnes sancti quāta passi sunt tormēta: vt securi ꝑuenirent ad palmam martyrÿ. ℣. Dñe regna. 8. [illegible]. Añ. Cum palma ad regna peruenerunt sancti, coronas decoris meruerunt de manu Dei. Añ. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt: ꝛ viuent nomina eorū in ęternum. Añ. Martyres dñi dñm benedicite in ęternuꝫ. Añ. Martyrum chorus, laudate dominū de cęlis, alleluia. Cap. Iustorū aię. 508. Hymn.

Rex gloriose martyrum. Corona confitentium, Qui respuentes terrea Perducis ad cęlestia. Aurem benignam protinus Appone nostris vocibus, Trophęa sacra pangimus, Ignosce quod deliquimus, Tu vincis in martyribus, Parcendo confessoribus, Tu vince nostra crimina. Donando indulgentiam. Deo patri sit gloria.

℣. Exultabunt sancti in gloria. ℟. Lętabunt in cubilibus suis. Ad Benedictus. Antiphona. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere, multis passeribus meliores estis vos. Ad iii. Cap. Iustorum aię 508. ℟. Lętamini i domino, Et exultate iusti. ℣. Et gloriamini omnes recti corde. Et. ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lętitia.

Ad sextam Capitulum.

Reddet deus mercedem laborum sanctorum suorum, ꝛ deducet illos in via mirabili, ꝛ fuit illis in velamento diei, ꝛ in luce stellarum nocte: ℟. Exultent iusti, In conspectu Dei. ℣. Et delectentur in lętitia. In conspe. ℣. Iusti autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud dominum est merces eorū.

Ad Nonam. Capitulum.

Fulgebūt iusti: ꝛ tanꝗ̄ sci tillę in arundineto discur rent: iudicabunt nationes: ꝛ dominabuntur populis: ꝛ re gnabit dominus illorum in per petuum. ℟. Iusti autem, In perpetuum viuent. ℣. Et apud dominum est merces eoꝛū. In. ℣. Exultabunt sancti in gloꝛia. ℟. Letabunt in cubilib⁹ suis.

Ad Vesperas. Antiphona.

Isti sunt sancti, qui pꝛo te stamento dei sua coꝛpoꝛa tradiderunt, ꝛ in sāguine agni lauerunt stolas suas. ps. Dixit dñs. 52. cū ꝛelꝭ loco vlt. Credi. di. 54. Aña. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iu stitiā, adepti sunt repꝛomissio nes. Añ. Sanctoꝝ velut aqui lę iuuentus renouabitur: flore bunt sicut liliū in ciuitate dñi. Aña. Absterget deus omnem lacrymam ab oculis sanctoꝛū: ꝛ iam non erit amplius, neq̄ lu ctus neq̄ clamoꝛ, sed nec vllus dolor, quoniā pꝛioꝛa trāsierunt. Aña. In cęlestibus regnis san ctorum habitatio est, ꝛ in eter num requies eoꝛum. Capitu. ꝛ hymnus vt in primis Vesp. ℣. Exultabūt sancti in gloꝛia. ℟. Letabunt in cubilibus suis. Ad magn. Añ. Gaudēt in cęlis aīę sanctoꝛū, qui Chꝛi vestigia sunt secuti: ꝛ qꝛ pꝛo eius amoꝛe sanguinem suū fuderunt, ideo cum Chꝛisto exultant sine fine. ¶ Aliq̄ lectiōes pꝛo plur. mart.

Sermo s. Iohā. Chꝛyso. Lc. iiij.

Nemo est, qui ne sciat martyrū glorias ad hoc diuino consilio a dei ppl'is fre quētari, vt ꝛ il lis debitus hoᵒnor dicet, ꝛ nobis virtutis exēpla fauēte Chꝛisto mōstrent: vt dū hęc ita celebra ri pspicimus, cognoscam⁹ quā ta eos gl'ia maneat i celis, quo rū natalitia taliter celebꝛāt in terris: quo possimus etiā ipsi ta libus puocati exēplis, virtute pari, deuotione cōsimili, ac fide vt Chꝛo pꝛęstante, dimicare, ꝛ vincere hostē possimus: vt par ta victoria, cū ysdē sanctis i re gnis cęlestibus triumphemus. ℟. Sācti tui dñe. 510. Lec. v.

Quis est enim, qui eoꝝ vo lens merito copulari, nisi pꝛius constantiā eorū teneat, se ctetur fidē, imitetur virtutē paf sionis, eorū gloꝛiā paribus vitę lineamētis aut inueniat, aut ex quirat? Qui etsi martyrio par esse nō possit, tñ muneris tāti di gnitate se gsq̄ bonis actibus di gnū pbeat. Adest enī clemētis simus deus, q desiderātib⁹ suis aut martyriū pꝛębeat, aut sine martyrio cū scris pmia diuina restituat. ℟. Verbera. 510. Lec. vi.

Ut enī infirmat peccatoꝛ aduersis, ita iust⁹ tētatio nib⁹ roboꝛat: Sic dimicarūt ad uersus peccatū sci, sic ꝛ laborā do foꝛtioꝛes, ꝛ moꝛiēdo victoꝛes effecti

effecti sunt. Nullꝰ athletes sine certamine fortior dici, nullus sine victoria poterit coronari. Nemo miles sine pręmio hostem subiecit, nemo sine bello imperatorem promeruit. Habes Christiane cōpetentia arma, quibꝰ hostē expugnes: habes fortissima tela qbꝰ inimicū debelles. ℟. Tanq̃ aurū. 511.

Lcō v. euāg. ſm Lucam. L. vij.

In illo tpe: Descendens Jesus de mōte stetit i loco cāpestri: ꝛ turba discipulorū eiꝰ, ꝛ multitudo copiosa plebis ab oi Judęa, ꝛ Jerusalē, ꝛ maritima, ꝛ Tyri, ꝛ Sydonis. ꝛ ꝛl.

Homilia s. Ambrosii episcopi.

Aduerte oia diligēter quomodo ꝛ cū apłis ascēdat ꝛ dēscēdat ad turbas. Quomodo eniꝫ turba nisi in humili Christum videret? nō sequit ad excelsa, nō ascēdit ad sublimia. Deniq̃ vbi descēdit iuenit infirmos: i excelsis eniꝫ infirmi esse non possunt. Sic eniꝫ Matthęus docet in iferioribꝰ debiles sanatos eē. Prius enim vnusquisq̃ sanatꝰ est, vt paulatiꝫ virtutibꝰ pcedētibus ascēdere posset ad mōtē. Et ideo vnumquēq̃ in inferioribꝰ sanat, hoc ē a libidine reuocat, iniuriā cęcitatis auertit: ad vulnera nr̃a dēscēdit, vt vsu quodā, ꝛ copia suę naturę, ꝯparticipes nos faciat eē regni cęlestis. ℟. Propter testm̄. 512. Lc. viij.

Beati pauperes, qa vestrū est regnū Dei. Quatuor tantū beatitudines sctūs Lucas dominica posuit: octo vero sanctus Matthęus: sed in istis octo illę quatuor sunt, ꝛ in quatuor istis illę octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est cardinales: ille in illis octo mysticum numerum reseruauit. Pro octaua enim multi scribuntur Psalmi, ꝛ mādatū accipis octo illis partē dare fortasse bñdictionibus. Sicut eniꝫ spei nr̃ę octaua pfectio est, ita octaua sūma virtutū est. ℟. Sancti mei. 512. Lectio ix.

Sed prius q̃ sunt amplio ra videamus. Beati, inqt pauperes spiritu, qm̄ ipsorū est regnum celorum. Primā benedictionem hāc vterq̃ euangelista posuit. Ordine eni prima est, ꝛ parens quędā generatioq̃ virtutū: quia qui contempserit secularia, ipse merebitur sempiterna: nec potest quisquā meritum regni cęlestis adipisci, qui mūdi cupiditate possessus emergendi non habet facultatem.

IN NATALI
Confess. Pontificum

Ad vesp. añ. Ecce sacerdos. 517 cū resl. de Lau. ps. Dixit dñs. 55 cū resl. de Dñica. loco vlti. dī ps. Laudate dñs oēs. 54. Cap.

Ecce sacerdos magnꝰ, qui in diebꝰ suis placuit dō ꝛ inuentus est iustus: ꝛ in tempore iracūdię factus

ctus est reconciliatio. Hymn⁹.

Iste ꝯfessor dñi sacratus, festa plebs cuius celebrat per orbem,
Hodie lętus meruit secreta
Scandere cęli.

Qui prius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus fuit, ⁊ quiet⁹,
Uita dũ pręsens vegetauit ei⁹
Corporis artus.

Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum, modo sanitati,
Quolibet morbo fuerint grauata,
Restituuntur.

Unde nunc noster choros in honorem
Ipsius hymnum canit hunc libenter:
Ut pijs eius meritis iuuemur
Omne per æuum.

Sit salus illi, decus atq; virt⁹,
Qui supra cęli residẽs cacumẽ
Totius mundi machinam gubernat
Trinus ⁊ vnus. Amen.

℣. Amauit eũ dñs, ⁊ ornauit eũ.
℟. Stolã glorię induit eum.
Ad Ma. An. Sacerdos, ⁊ pontifex, ⁊ virtutũ opifex, pastor bone in pplo, ora pro nobis dñm.
Ad Magnificat in vtrisque vesperis pro Doctoribus. Ana.
O Doctor optime, Ecclesię sanctę lumẽ, beate N. diuinę legis amator, deprecare p nobis filium Dei. Oratio.

Da, qs oĩs Deus: vt beati N. confessoris tui, atque pontificis veneranda solẽnitas: ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ salutem. Per dñm. Alia Oratio.

Exaudi, quęsumus dñe, preces nostras, quas in beati N. confessoris tui atq; põtificis solẽnitate deferimus, vt qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per.
Ad Matu. Inuit. Regẽ confessorũ dñm, Uenite adoremus. ps. Uenite. Hym. Iste ꝯfessor. vt s.
In j. noct. An. Beatus vir, qui in lege dñi meditat: volũtas ei⁹ pmanet die ac nocte, ⁊ oĩa quęcunq; faciet semp psperabunt. ps. Beatus vir. ij. An. Beatus iste seruus qui confisus est in domino, prędicauit pręceptum domini, constitutus est in monte sancto eius. ps. Quare fre. iij. An. Tu es gloria mea, tu es susceptor meus domine, tu exaltans caput meum, ⁊ exaudisti me de mõte sancto tuo. ps. Domine, qd. ij. ℣. Amauit eũ dñs: ⁊ ornauit eum. ℟. Stolam glorię induit eũ. Pater nr. Exaudi dñe. Iube. Benedictione.
De epistola prima beati Pauli apostoli ad Timotheum. Lec. j.

Fidelis sermo: Siquis episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. Oportet enim episcopũ irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatũ, prudentẽ, pudicũ, hospitalem

lem, doctorem, non vinolentuȝ, non percussorem, sed modestuȝ: non litigiosuȝ, nō cupidum, sed suę domui bene pręposituꝫ, filios habēte subditos cum omni castitate. Siquis autem domui suę pręesse nescit: quomodo Ecclię Dei diligentiam habebit? Nō neophytum, ne in superbiā elatus in iudiciuȝ incidat diaboli. Oportet autem ꝛ illum testimonium habere bonū ab his qui foris sunt, vt non in opprobriū incidat, ꝛ in laqueuȝ diaboli. ℟. Euge serue bone ꝛ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te cōstituaȝ. Intra in gaudiū dñi tui. ℣. Dñe quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Intra in gaud. Iube. Unigenitus.

De epistola ad Titum. Lec. ij.

Oportet enim epm sine crimine esse, sicut dei dispēsatorem, non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalē, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui ṡm doctrinam est, fidelē sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, ꝛ eos qui cōtradicūt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, ꝛ seductores: maxime autē qui de circūcisione sunt: quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docētes, quę non oportet turpis lucri gratia. ℟. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo: Ideo iureiurando fecit illum dñs crescere i plebem suaȝ. ℣. Benedictionē omnium gentiuȝ dedit illi, ꝛ testamentum suū confirmauit super caput eius. Ideo. Iube. Spiritus sancti. Lectio tertia.

Tu autem loquere quę decent sanam doctrinam. Senes sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruētes, bene docentes, vt prudentiam doceant. Adolescentulas vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias: domus curaȝ habētes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbuȝ Dei. Iuuenes similiter hortare, vt sobrij sint. In omnibus te ipsum prębe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Uerbum sanuȝ, irreprehensibile: vt is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habēs malū dicere de nobis. ℟. Iurauit dñs, ꝛ non pęnitebit eum. Tu es sacerdos in ęternum secunduȝ ordinē Melchisedech. ℣. Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis. Tu es. Gloria. Tu es. In ij. noctur. Aña. Inuocanteȝ exaudiuit dñs sanctum suuȝ, dñs exaudiuit euȝ ꝛ constituit eum in pace. Psalm.

Cum inuocarem, exaudiuit me deus iustitię meę: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: & exaudi orationem meam.
Filij hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quęritis mendacium?
Et scitote qm̃ mirificauit dñs sanctum suum: dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.
Irascimini, & nolite peccare: quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, cõpungimini.
Sacrificate sacrificiũ iustitię, & sperate in dño: multi dicunt, quis ostendit nobis bona.
Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine: dedisti lętitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei sui: multiplicati sunt.
In pace in idipsum: dormiã, & requiescam.
Quoniam tu domine singulariter in spe: constituisti me.
Gloria. Aña. Inuocantẽ exaudiuit dñs sanctũ suũ: dñs exaudiuit eum, & constituit eum in pace. Añ. Lętẽtur oẽs, qui sperant in te dñe: qm̃ tu benedixisti iusto: scuto bonę voluntatis tuę coronasti eum. Psalmus.
Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meę: rex meus & Deus meus.
Quoniam ad te orabo domine mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes, qui operanẽ iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum, & dolosũ abominabitur dñs: ego autẽ in multitudine misericordię tuę.
Introibo in domum tuã: adorabo ad templum sanctum tuũ in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viã meã.
Quoniam non est in ore eorũ veritas: cor eorum vanum est.
Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidãt a cogitationib9 suis, sm̃ multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.
Et lętentur omnes, qui sperãt in te: in ęternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę: coronasti nos.
Gloria. Aña. Lętẽtur oẽs, qui sperant in te dñe, qm̃ tu benedixisti iusto, scuto bonę volũtatis

tuę coronasti eum. Añ. Domi ne dominus noster, quam ad/mirabile est nomen tuuz in vni uersa terra: quia gloria et hono re coronasti sanctum tuum, et constituisti eum super opera manuum tuarum. Psalm.

Domine dominus noster: quam admirabile est no/men tuum in vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnifi centia tua: super cęlos.

Ex ore infantiū et lactentiū pfe cisti laudē, pp̄ter inimicos tuos vt destruas inimicum et vltorē.

Quoniā videbo cęlos tuos ope ra digitorum tuorum: Lunam et Stellas quę tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis: quo niam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria et honore coro/nasti eum, et constituisti eum su per opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, et boues vniuersas, insuper et pecora campi.

Volucres cęli, et pisces maris qui perambulāt semitas maris.

Domine dn̄s noster: quam ad mirabile est nomen tuuz in vni/uersa terra.

Gloria. Añ. Dn̄e dn̄s noster, quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra: quia gloria, et honore coronasti sanctū tuū, et cōstituisti eū sup opera manuū tuarum. ℟. Elegit eū dn̄s sacerdo tem sibi. ℣. Ad sacrificandum ei hostiā laudis. Pater nr̄. Ip sius pietas. Iube. Deus pater.

Sermo S. Maximi epi. L. iiij.

Ad sācti ac beatissimi pa/tris nostri N. cuius hodie festa celebramus, laudes addi/disse, aliqd decerpsisse est: cuius siquidem virtutum eius gra/tia, non sermonibus exponen/da est, sed operibus compro banda. Cum enim dicat scrip tura diuina, Gloria patris est filius sapiens: quātę huius sunt glorię, qui tantorū filiorū sapiētia et deuotiōe lętatur? In Christo enim Jesu per euange liū ipse nos genuit. ℟. Inueni Dauid seruum meum, oleo san cto meo vnxi eum, Manus enim mea auxiliabit ei. ℣. Nihil pro ficiet inimicus in eo, et filius ini quitatis nō nocebit ei. Man⁹. Iube. Christus perpe. Lec. vi.

Quicquid igitur in sācta plebe hac potest eē virtu/tis et gratię, de hoc quasi de quo dam lucidissimo fonte omnium riuulorum hęc puritas emanauit. Etenim quia castitatis pollebat vigore: qa abstinētię gloriabat angustys: qa blandimētis erat pręditus lenitatis: omniū ciuiū in Deū prouocauit affectum. Quia pōtificis administratione fulgebat: plures e discipulis re ligt sui sacerdoty successores. ℟. Posui adiutoriū sup poten tem: et exaltaui electuz d plebe mea. Manus enim mea auxilia bit ei. ℣. Inueni Dauid seruuz meuz

meum, oleo sancto meo vnxi eū.

Manus. Lectio. Iube. Ignē sui. l. vi.

Bene & cōgrue in hac die, quā nobis btī patris nostri N. huius ad paradisuz trāsitus exultabilem reddidit, presentis psalmi versiculū decātauimus: In memoria eterna erit iustus. Digne enī in memoria vertitur hoīum, qui ad gaudiū transijt angelorū. Qui taz gratiam Christi clarificatus inuenit, q: mundi gloriaz non quęsiuit, cauēs illud, qđ dicit sermo diuinus: Ne laudaueris hoiem ī vita sua, tāquā si diceret: Lauda post vitā magnifica post consummationē. R. Iste est q ante Deum magnas virtutes operatus est, & ois terra doctrina eius repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omniuz populorū. V. Iste est qui cōtempsit vitam mundi, & peruenit ad cęlestia regna. Ipse inter. Gloria. Ipse.

In iij. noct. Aña. Dñe, iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est iustitiā: requiescet in monte sancto tuo. Ps.

Domine, qs habitabit i tabernaculo tuo? aut qs requiescet i mōte sancto tuo?

Qui ingredit sine macula: & operatur iustitiā.

Qui loquitur veritatē i corde suo: q nō egit dolū i lingua sua.

Nec fecit proximo suo maluz: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos:

Ad nihilū deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam nō dedit ad vsuram: & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hec: non commouebitur in eternum.

Gloria. Aña. Dñe iste sanctus habitabit in tabernaculo tuo: operatus est iustitiā, requiescet in mōte scrō tuo. Aña. Vitā petijt a te, & tribuisti ei dñe: gloriā & magnuz decorē imposuisti super eū: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Ps.

Domine in virtute tua letabitur rex: & sup salutare tuum exultabit vehementer:

Desiderium cordis eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniaz preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Vitam petijt a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum: & in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem impones super eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.

Quoniā rex sperat in domino: & in misericordia altissimi non

commouebitur:
Inueniatur manus tua oibus inimicis tuis:dextera tua inueniat omnes,qui te oderunt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui:dominus in ira sua conturbabit eos,et deuorabit eos ignis.
Fructum eoz de terra perdes: et semen eorum a filys hominū.
Quoniam declinauerunt in te mala:cogitauerunt cōsilia, quę non potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum: in reliquys tuis pręparabis vultum eorum.
Exaltare dñe in virtute tua: cantabimus, et psallemus virtutes tuas.
Gloria. Añ. Vitā petijt a te, et tribuisti ei domine: gloriam et magnū decorē imposuisti super eū:posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide pretioso. Añ. Hic accipiet benedictionē a domino: et misericordiam a Deo salutari suo:quia hęc est generatio quęrentium dominum. Psalmus.

Domini ē terra et plenitudo eius:orbis terrarum,et vniuersi qui habitant in eo.
Qz ipse sup maria fundauit eū:et sup flumina pparauit eum.
Quis ascēdet in mōtē dñi:aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocēs manib⁹,et mūdo corde:q nō accepit i vano aiaz suā, nec iurauit in dolo pximo suo.
Hic accipiet benedictionem a domino:et misericordiaz a deo salutari suo.
Hęc est generatio quęrentium eū:quęrentiū faciē dei Jacob.
Attollite portas principes vestras:et eleuamini portę ęternales,et introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię:dñs fortis,et potēs,dñs potēs in prelio.
Attollite portas principes vestras:et eleuamini portę ęternales,et introibit rex glorię.
Quis est iste rex glorię:dñs virtutum ipse est rex glorię.
Gloria. Añā. Hic accipiet benedictionem a dño:et misericordia Deo salutari suo: quia hęc est generatio quęrentium dñm.
℣. Tu es sacerdos in ęternum.
℟. Secundū ordinē Melchisedech. Pater noster. A vinculis. Iube domne. Euangelica.

Lcō j. euā. Bm Matthęū. L. vij.

In illo tpe:Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens,vocauit seruos suos, et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

Lectio sancti euāgelij,fratres carissimi, solicite pōsiderare nos admonet: ne nos, q plus cęteris in hoc mundo accepisse aliquid cernimur,ab auctore mūdi grauius inde iudicemur. Cum enim augent dona, rationes etiaz crescunt donor. Tanto ergo esse humilior atq ad seruiēdū Deo promptior qs que debet ex munere,quanto se obliga

obligatiorē esse conspicit in red dēda ratione. Ecce, homo qui peregre proficiscitur, seruos vocat, eisq; ad negociū talenta partitur. Post multum vero tē poris positurus cum eis ratio nem reuertitur: bene autē ope rantes pro apportato lucro re munerat, seruum vero a bono opere torpentē damnat. ℟. Amauit eum dñs, ⁊ ornauit eum: stolā glorię induit eum. Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eum dominus lori cam fidei, ⁊ ornauit eum. Et ad portas. Iube. Cuius fe stum. Lectio octaua.

Quis itaq; est iste homo q peregre pficiscit, nisi Redēptor noster, qui in ea carne, quā assumpserat, abijt in cęlū? Carnis enim locus propri9 ter ra est: quę quasi ad peregrina ducitur, dum per Redemptorē nostrū in cęlo collocat. Sed ho mo iste, peregre proficiscens, ser uis suis bona sua tradidit: quia fidelibus suis spiritualia dona concessit. Et vni quidem dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij vero vnum. Quinq; etenim sunt corporis sēsus, videlicet, vi sus, auditus, gustus, odoratus, ⁊ tactus. Quinq; igit talētis, do nū quinq; sensuum, idest exterio rū scientia exprimitur. Duobus vero intellectus: ⁊ operatio de signantur. Unius autē talenti nomine intellectus tantummo do designatur. ℟. Sint lumbi vestri pręcinti, ⁊ lucernę arden tes in manibus vestris. Et vos similes hominibus expectanti bus dominum suum: quādo re uertatur a nuptijs. ℣. Uigilate ergo qa nescitis qua hora dñs vester venturus sit. Et. Iube. Ad societatem. Lectio nona.

Sed is qui quinq; talēta acceperat, alia quinq; lu cratus est: quia sunt nonulli, q etsi interna ac mystica penetra re nesciunt, pro intentione ta men ęternę patrię docent recta quos possunt de ipsis exteriori bus quę acceperunt: dumque se a carnis petulantia, a terre narum rerum ambitu, atque vi sibilium voluptate custodiunt, ab his etiam alios admonen do compescunt. Et sunt nonnul li, qui quasi duobus talentis ditati, intellectum atq; ope rationē percipiunt: subtilia de internis intelligunt, mira in ex terioribus operantur. Cumque ⁊ intelligendo ⁊ operando alijs prędicant, quasi dilatatum de negocio lucrum reportant.

Ad Laudes, ⁊ per horas. Ana.

Ecce sacerdos magnus, q i diebus suis placuit deo, ⁊ inuentus est iustus. ps. Dñs regna. 8. cum rel. Ana. Nō est inuētus similis illi, qui cōserua ret legē excelsi. Ana. Ideo iure iurando fecit illū dñs crescere i plebem suā. Ana. Sacerdotes Dei benedicite dñm: serui dñi hymnū dicite Deo, halleluia.

Ana

Aña. Serue bone, ⁊ fidelis, intra in gaudiũ dñi tui. Cap. Ecce sacerdos magnus. 513. Hym.

Iesu redemptor omnium,
Perpes corona presulũ,
In hac die clementius
Nostris faueto precibus.

Qui sacri qua nominis
Confessor almus claruit:
Huius celebrat annua
Deuota plebs solennia.

Qui rite mundi gaudia
Huius caduca respuens,
Cum angelis celestibus
Letus potitur premijs.

Huius benignus annue
Nobis sequi vestigia,
Huius precatu seruulis
Dimitte noxam criminis.

Sit Christe rex pyssime
Tibi, patriq; gloria,
Cum spiritu paraclito,
Et nũc ⁊ in perpetuum. Amẽ.

℣. Iustum deduxit dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnũ Dei. Ad Bñs. Antiph. Euge serue bone, ⁊ fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, dicit dominus. Ad iij. Ca. Ecce sacerdos. 513. ℟. Amauit eum dominus, Et ornauit eum. ℣. Stolam glorię induit eum. Et. ℣. Elegit eum dñs sacerdotem sibi. ℟. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

Ad Sextam. Capitulum.

Non est inuẽtus similis illi: q cõseruaret legẽ excelsi, ideo iureiurando fecit illũ dñs crescere in plebẽ suam. ℟. Elegit eum dominus Sacerdotẽ sibi. ℣. Ad sacrificandum ei hostia laudis. ℟. Tu es sacerdos.

Ad Nonam. Capitulum.

Vngi sacerdotio, ⁊ habere laudẽ in noie ipsius, ⁊ offerre illi incẽsũ dignũ in odorẽ suauitatis. ℟. Tu es sacerdos, In ęternũ. ℣. Secundũ ordinẽ Melchisedech. In. ℣. Iustũ deduxit dñs per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnũ Dei. Ad Vespe. Aña. Ecce sacerdos, vt su. cũ rel. ď lau. ps. Dixit 52. cũ rel. de dñica. loco vlt. ď ps. Memento. 56. Ca. ⁊ Hy. vt su. in i. Vesp. ℣. Iustũ deduxit dñs per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnũ dei. Ad Mag. Aña. Amauit eũ dñs, ⁊ ornauit eum, stolam glorię induit eum, ⁊ ad portas paradisi coronauit eũ. Seq. Aña. ď ad Mag. in ij. vespro solis summis Pontificib⁹.

Dũ esset summus põtifex terrena non metuit, sed ad celestia regna gloriosus migrauit.

Si occurrat celebrari festũ plu. Põt. ⁊ pf. Oĩa fit vt sup. sed in oratione, ⁊ sermone, ꝗ dñr in singulari dicant i plurali: Et i i. noc. legunt seq. lcões ď Scriptura: De libro Ecclesiastici. Lectio j.

Laudem⁹ viros gloriosos, ⁊ parentes nostros in generatione sua. Multam gloriã fecit dominus, magnificentia sua a seculo. Domi/

minantes in potestatibus suis, homines magni virtute, ⁊ prudentia sua preditis, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum, ⁊ imperantes in presenti populo, ⁊ in virtute prudentie populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, ⁊ narrantes carmina scripturarum. ℟. Euge serue bone. fol. 514. Lectio secunda.

Homines diuites in virtute, pulchritudinis studiū habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriā adepti sunt, ⁊ in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: ⁊ sunt quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint, ⁊ nati sunt quasi non nati, ⁊ filij eorū cum ipsis. ℟. Ecce sacerdos. 514. Lec. iij.

Sed illi viri misericordie sunt, quorum pietates non defuerunt: ⁊ cum semine eorum permanet bona hereditas, ⁊ nepotum ipsorū semen in testamēto stetit ⁊ filij eorum propter illos vsq; in eternum manēt: semen eorum ⁊ gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorū in pace sepulta sunt, ⁊ nomē eorum viuet in generationē ⁊ generationem. Sapientiam ipsorū narrent populi, ⁊ laudem eorū nunciet Ecclesia. ℟. Jurauit dñs, ⁊ non penitebit eum. 514.

Alie lectiones pro Pontifice, ⁊ Confessore, in secūdo nocturno. Sermo s. Maximi epi. Le. iiij.

Beati patris N. merita in tuto posita securi magnificemus: qui gubernaculū fidei viriliter tenens, anchorā spei trāquillam in statione cōposuit, ⁊ plenā celestib⁹ diuitijs, ⁊ eternis mercibus nauē optato i litore collocauit: qui ctra oēs aduersarios scutū timoris Dei tandiu infatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perueniret. Quid enim fuit totus vite illius cursus, nisi vnus cum vigili hoste conflictus? ℟. Inueni Dauid. 515. Le. v.

Quātis hic cecis, a via veritatis errantib⁹, ⁊ de summa iam in pfundum rupe pendentibus, amissum reddidit visum, ⁊ illum quo Christus videtur reparauit intuitū? quantorum auribus surdis, ⁊ infidelitatis obturatione dānatis, ad percipiēdam vocem celestium mandatorum, preciosum infudit auditū, vt vocāti Deo ad misericordiā responderet per obedientiam? Quantos intrinsecus vulneratos, angelici oris arte ⁊ orōnum ab infirmitate curauit? ℟. Posui adiutorium. 515. Lectio vi.

Quantos per longam incuriam peccati labe resolutos, ⁊ quanta lepre contagione perfusos, castigationib⁹, exhortationi-

tationibus, expiando, Deo inse operante mũdauit? Quantorũ animas viuentes in corpore, iã defunctas, & delictorũ mole obrutas ac sepultas, ad emẽdatioñe tãq̃ ad lucẽ vocando, Deo resuscitauit: vt vsi sui admirãdus imitator, iã mortuas deo, e ɔtrario mortificet vitali morte pctõr. ℟. Iste ẽ q ante. f. 516.

Lcõ s. euãg. sm Matth. Le. vij.

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis: Uigilate, q: nescitis qua hora dominꝰ vester venturus sit. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarij epi.

Et ignorantiam illã diei omnibus taciti, nõ sine vtilis silentij rationẽ esse scitemꝰ vigilare nos dñs propter aduẽtum furis admonuit, & orationum assiduitate detentos, oibꝰ preceptorum suorum operibus inherere. Furem enim esse ostendit zabulum, ad detrahẽda ex nobis spolia peruigilem, & corporum nostrorum domibus insidiantem, vt ea, incuriosis nobis & somno deditis, consiliorũ suorũ atque illecebrarum iaculis perfodiat. Paratos igitur esse conuenit: quia diei ignoratio intentam solicitudinem suspense expectationis exagitat. ℟. Amauit. 517. Lectio octaua.

Quisnam est fidelis seruꝰ & prudẽs: quẽ constituit dñs sup familiã suã? Quanquã in cõmune nos ad indefessã vigilãtie curã adhortetur, specialem tamen populi principibus, idest epis: in expectatione aduẽtuque suo solicitudinẽ mãdat. Hunc enim seruum fidelem atque prudentem, prepositũ familie significat, cõmoda atq̃ vtilitates cõmissi sibi populi curantem: qui si dicto audiens, & preceptis obediens erit, idest si doctrine opportunitate & veritate infirma confirmet, disrupta cõsolidet, deprauata conuertat, & verbum vite in eternitatis cibũ alende familie dispendat, atq̃ hec agens: his q̃ iminorans deprehendatur, gloriam a dño tãquam dispensator fidelis, & villicus vtilis consequetur: & sup omnia bona constituetur, idest, in dei gloria collocabitur: quia nihil sit vltra quod melius sit. ℟. Sint lũbi. f. 517. Lect. ix.

Quod si contuens longam Dei patientiã, que in pfectum humane salutis extẽditur, aduersum conseruos insolescet, & seculi malis vitijsque se tradet, presentium tantum curã in cultu ventris exercens: despe rata die dominus adueniet, eũque a bonis que spopõderat, diuidet: portionemq̃ eius cũ hypocritis in pene eternitate constituet: quia aduentum desperauerit: quia mandatis nõ obtemperauerit: quia presentibus studuerit: quia vita gentium vixerit: quia desperatione iudicij cõmissam sibi familiam fame, siti, cede vexauerit.

Pro

PRO DOCTORIBVS

Lectiones seq. leguntur in festis Doctorū. Officiū aūt fit de Cōfessoribus Pōtificibus, vel non Pontificib⁹ pro qualitate festi.

De libro Ecclesiastici. Lect. i.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiēs, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conseruabit: & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarū conuersabitur. In medio magnatorū ministrabit, & in conspectu prēsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in omnibus tentabit. Lectio secunda.

Cor suū tradet ad vigilādū diluculo, ad dn̄z qui fecit illum, & in cōspectu altissimi deprecabit. Aperiet os suuz in oratione, & p delictis suis deprecabit. Si enim dn̄s magn⁹ voluerit, spiritu intelligentię replebit illum: & ipse tanquaz imbres emittet eloqa sapiētię suę, & in oratione confitebitur domino: & ipse diriget consilium ei⁹, & disciplinam: & in absconditis suis consiliabitur. Lectio iij.

Ipse palā faciet disciplinā doctrinę suę, & in lege testamenti dn̄i gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam ei⁹, & vsque in seculuz non delebitur. Nō recedet memoria ei⁹, & nomē eius requiretur a generatione in generationem. Sapientiā eius enarrabunt gentes: & laudem eius nunciabit Ecclesia.

Ex libro Moralium sancti Gregorii Pape. Lectio quarta.

Quid post Orionas hyadū nomine, nisi doctores sanctę Ecclesię designant? qui sub ductis martyribus, eo iam tempore ad mundi notitiam venerunt, quo fides clarius luceret: & repressa infidelitatis hyeme: altius per corda fidelium sol veritatis caleret: qui remota tēpestate persecutionis, expletis lōgis noctibus infidelitatis, tunc sancte Ecclesię exorti sunt, cum ei iam per credulitatis vernuz lucidior annus aperitur. Lect. v.

Nec immerito doctores sancti hyadum nuncupatione signantur. Gręco quippe eloquio hyetos pluuia vocatur & hyades nomen a pluuijs acceperunt, q2 ortę, proculdubio umbres ferunt. Bene ergo hyadum appellatione doctores expressi sunt, qui ad statum vniuersalis Ecclesię quasi in celi faciem deducti, super arentē terram humani pectoris sanctę predicationis imbres fuderūt. Si enim pdicationis sermo pluuia nō esset, Moyses minime dixisset: Expectet sicut pluuia eloquiuz meum: & nequaquaz per Isaiam veritas diceret: Manda

dabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. Atque hoc quod paulo ante protulimus. Quam ob rem prohibite sunt stelle pluuiarum. Lectio sexta.

Dum ergo hyades cum pluuijs veniunt, ad celi spatia altiora ducitur sol: quia apparente doctorum scientia, dum mens nostra imbre predicationis infunditur, fidei calor augetur: et fula terra ad fructum pficit, cu lumē huius signi in celo apparuerit: quia vberius frugem boni operis reddimus, dum per sacre eruditionis flammam in corde clarius ardemus, Dumq; per eos diebus singulis magis magisq; scientia celestis ostendit, quasi interni nobis luminis vernum tempus aperitur vt nouus sol nostris mentibus rutilet: et eorum verbis nobis cognitis seipso quotidie clarior nitet. Urgēte etenim mūdi fine, superna scientia proficit, et largius cum tempore excrescit.

Lcō s. euag. bm Matth. L. vij.

In illo tpe: Dixit Jesus discipulis suis: Uos estis sal terre: qd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Et reliqua.

Homilia s. Augustini episcopi.

Ostēdit dñs fatuos esse iudicandos, qui tēporaliu3 bonorum vel copiā sectātes, vel inopiā metuētes, amittūt eterna, que nec dari possunt ab hoīb⁹, nec auferri. Itaq; si sal infatuatus fuerit, in quo salietur: idest si vos per quos condiendi sunt quodammodo populi, metu persecutionum temporalium amiseritis regna celorum: qui erunt homines, per quos a vobis error auferratur, cu3 vos elegerit Deus, per quos errorē auferat ceterorum? Lectio viij.

Ergo ad ad nihilu3 valet sal infatuatū: nisi vt mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Non itaq; calcatur ab hominibus qui patitur persecutionem: sed qui persecutionē timēdo infatuatur. Calcari enim nō potest, nisi inferior, sed inferior non est, qui quāuis corpore multa i terra sustineat, corde tamē fixus in celo est. Lectio nona.

Uos estis lux mūdi. Quo modo superius dixit sal terre, sic nūc dicit lumē mundi. Nā neq; superius ista terra accipienda est, quā pedib⁹ corporis calcamus, sed hoīes qui i terra habitant, vel etiam peccatores quorū condiendis, et extinguendis putoribus, apostolicū sale3 dñs misit in mundū: et hic mundum, nō celum et terra3, sed homines qui sunt in mundo, vel diligunt mūdū, oportet intelligi. quib⁹ illuminādis apostoli missi sunt. Non potest ciuitas abscondi supra montē posita, idest fundata super insignē magnāq; iustitiam, quā significat etia3 ipse mons, in quo disputat Dñs.

In

IN NATALITIIS Confess. non Pontific.

Ad Vesperas. Antiphona.

Dñe qnq;.521. cũ rel. de Lau. ps. Dixit do.52. cũ rel. loco vlt. Laudate dñm omnes.54. Cap.



Beat⁹ vir q inue/t⁹ est sine macula: ⁊ q post aurũ nõ abijt, nec sperauit i pecunię thesauris. Quis est hic? ⁊ laudabim⁹ eũ: fecit enĩ mirabilia i vita sua. Hy⁹. Iste ↄfes.514. i cõi ↄfess. Põti. ℣. Amauit eũ. Ad M. Añ Similabo eũ viro sapiẽti, q ędificauit domũ suã supra petrã. Pro doctorib. Añ. O doctor optime ecclię sctę lumẽ, beate N. diuinę legis amator deprecare pro nobis filiũ Dei. Oro.

Adesto dñe supplicationibus nostris: quas in beati N. confessoris tui solennitate deferim⁹: vt qui nostrę iustitię fiduciaz non habemus, ei⁹ qui tibi placuit precib⁹ adiuuemur. Per dominum. Alia. Oratio.

Deus, qui nos beati N. cõfessoris tui annua solennitate lętificas: cõcede propitius: vt cuius natalitia colimus, etiã actiones imitemur. Per dñm.

Si fuerit Abbas. Oratio.

Intercessio nos qs dñe bti N. abbatis cõmẽdet: vt q nris meritis nõ valemus, ei⁹ patrocinio assequamur. Per dñz.

Ad Mat. Inuit. Hymn. ad noc. Añę, ⁊ psal. vt sup. in cõi cõfes. Pont. Inuit. Regem confesso. vt sup. Hym. Iste cõfesso2.514. Aña. Beatus vir qui. vt sup. 514. ℣. Amauit euz dominus. ⁊ ornauit eum. ℟. Stolam glorię induit eum. Pater noster. ℣. Et ne nos. Exaudi dñe. Iube domne. Benedictione.

De libro Sapientię. Lectio i.

Iustus si morte pręoccupatus fuerit, i refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neq; anno2uz numero cõputata. Cani autẽ sũt sensus hominis, ⁊ ętas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilectus: ⁊ viuẽs inter peccatores trãslatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, ⁊ inconstantia concupiscentię transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tpa multa. Placita enĩz erat deo anima eius: ppter hoc pperauit educere illuz de medio iniquitatum. ℟. Euge serue bone ⁊ fidelis, q2 i pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Intra i gaudiũ dñi tui. ℣. Dñe, quinq; talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinq; super lucratus sum. Intra. Iube. Vnigenitus. ℟. ℟.

D ppuli

Populi aũt videntes, et nõ intelligentes, nec ponẽtes in precordys talia: quoniam gratia dei, et misericordia in sanctos eius, et respectus in electos illius. Condemnata autem iustus mortuus viuos impios: et iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, et nõ intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, et quare munierit illum dominus. Videbunt eni et contemnet eum: illos autem dominus irridebit. Et erũt post hec decidentes sine honore: et in cõtumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam dirũpet illos inflatos sine voce: et commouebit illos a fundamentis: et vsque ad supremum desolabuntur. ℟. Iustus germinabit sicut liliũ. Et florebit in eternũ ante dñm. ℣. Plantatus in domo dñi in atrys domus dei nostri. Et flo. Iube. Spiritus sancti. Le. iij.

Et erunt gementes, et memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorũ suorum timidi, traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorũ. Tunc stabũt iusti in magna cõstantia aduersus eos q se angustiauerunt, et qui abstulerũt labores eorũ. Videtes turbabuntur timore horribili, et mirabuntur i subitatione insperate salutis, dicentes intra se, penitẽtiã agentes, et pre angustia spirit' gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, et in similitudinẽ impropery. Nos insensati vitã illorũ estimabamus insaniã, et finẽ illorũ sine honore. Ecce quomodo computati sũt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorũ est. ℟. Iste cognouit iustitiã, et vidit mirabilia magna, et exorauit altissimũ. Et inuentus est in numero sanctorum. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi, et peruenit ad celestia regna. Et inuẽtus. Gloria. Et in.

In secundo nocturno. Añe. Inuocantem exaudiuit. 514. ℣. Os iusti meditabitur sapientiã ℟. Et lingua eius loquetur iudicium. P nr. ℣. Et ne nos. Ipsius pietas. Iube. De' pater.

Sermo s. Iohã. Chryso. Le. iiij.

Beati N. dies cuius hodie memoriam celebramus, ad ipsi' benefactorum enarrationem linguam nostram euocauit: siquidem hodie beatus ille ad tranquillam omnisque perturbationis expertem vitam translatus est, eoque nauigium appulit, vbi deinceps nõ poterit metuere naufragiũ, nec vllam animi delectionẽ aut dolorem. Et quid mirũ est, si locus ille purus est ab oĩ molestia animi: cũ Paulus hominibus adhuc in hac vita degentibus loquens dicat: Semp gaudete, sine intermissione orate. ℟. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina eius repleta est.

Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ℟. Iste est qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad celestia regna. Ipse in. Iube. Christus perpetue. Lectio v.

Quod si hic, vbi morbi, vbi insectationes, vbi prematurae mortes, vbi calumnie, vbi inuidie, vbi desperationes, vbi ire, vbi cupiditates, vbi innumerabiles insidie, vbi quotidiane sollicitudines, vbi perpetua, sibique coherentia mala sunt, innumeros ex omni parte dolores afferentia, Paulus dixit fieri posse, vt semper gaudeamus: si quis paululum ex rerum mundanarum fluctibus erexerit caput, vitamque suam recte moderetur, composueritque: multo magis, postquam hinc demigrauerimus, facile compotes erimus eius boni, cum hec omnia sublata fuerint, aduersa valetudo, morbi, peccandi materia, vbi non est meum ac tuum, frigidum illud verbum, et quicquid est malorum in vitam nostram inuehens, innumeraque gignens bella. ℟. Amauit eum dominus, et ornauit eum, stolam glorie induit eum. Et ad portas paradisi coronauit eum. ℣. Induit eum dominus loricam fidei, et ornauit eum. Et Iube. Ignem sui. Lectio vi.

Quamobrem maximopere gratulor huius sancti felicitati, quod quanquam translatus est, atque hanc que apud nos est, ciuitatem reliquit: tamen in alteram transijt ciuitatem, nempe Dei: et digressus ab hac Ecclesia, ad illam peruenit, que est primogenitorum descriptorum in celis: ac relictis hisce festis, transiit ad celebritatem angelorum. Etenim quod et superne sit ciuitas, Ecclesia, ac celebritas, audi Paulum dicentem: Accessistis ad ciuitatem Dei viuentis, ad Ierusalem celestem, et multorum millium angelorum frequentiam: et Ecclesiam primitiuorum. ℟. Iste homo perfecit omnia que locutus est ei Deus, et dixit ad eum: ingredere in requiem meam: Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. ℣. Iste est qui contempsit vitam mundi: et peruenit ad celestia regna. Quia. Gloria pat. Quia. In tertio noctur. Aña. Domine iste sanctus. vt sup. 516. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius. Pf nr. A vinculis. Iube. Euangelica. Lco 5. Euang secundum Lucam. L. vij.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Sicut lumbi vestri precincti, et lucerne ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Pape.

Sancti euangelij, fratres carissimi, vobis aperte est lectio recitata: sed ne aliquibus ipsa eius planities alta fortasse videatur, eam sub breuitate transcurrimus, quatenus eius expositio ita nescientibus fiat cogni-

te, ut tamen scientibus non sit onerosa. Quia viris luxuria in lumbis sit, feminis in vmbilico, testatur dñs, qui de diabolo ad beatum Job loquitur dicens: Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. ℟. Iste homo ab adolescentia sua meruit infirmos curare. Dedit illi dñs claritaté magnā, cęcos illuminare, & demones effugare. ℣. Ecce homo sine querela verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanés in innocétia sua. Dedit. Iube. Cuius. L. vii.

A Principali igit sexu, lúborum noie luxuria desi gnatur, cum dñs dicit, Sint lúbi vestri pręcincti. Lúbos enim pręcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarcta mus. Sed quia minus est mala nō agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare: protinus additur: Et lucernę ardétes in manibus vestris. Lucernas quippe ardétes i manibus tenemus, cū per bona opera proximis nostris lucis exempla mōstramus: de quibus profecto operib⁹ dñs dicit: Luceat lux vestra corā hominib⁹, vt videat opera vestra bona, & glorificent patrem vestrū, qui in cęlis est. ℟. Sint lumbi vestri pcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris. Et vos similes hominibus, expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs. ℣. Vigilate ergo qa nescitis, qua hora dñs vester venturus sit. Et. Gloria. Et. Iube. Ad societatem. Lectio ix.

Uos auté sunt quę iubent, & lúbos restringere, & lucernas tenere: vt & munditia sit castitatis in corpore, & lumé veritatis in operatione. Redépto ri etenim nostro vnū sine altero placere nequaqȝ potest: si aut is q bona agit, adhuc luxurię inquinaméta nō deserit: aut is q castitate pręeminet, necdū se p bona opa exercet. Nec castitas ergo magna é sine bono opere, nec bonū opus est aliquid sine castitate. Sed si vtrunqȝ agitur: restat vt, quisquis ille est, spe ad supernam patriam tendat, & nequaquam se a vitijs pro mūdi huius honestate contineat.

Ad Laudes, & per Horas. Aña.

Domine, qnqȝ talenta tradidisti mihi, ecce alia qnque superlucratus sū. Ps. Dñs regna. 8, cū rel. Aña. Euge serue bone in modico fidelis, intra in gaudium domini tui. Aña. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiā suam. Aña. Beatus ille seruus, quem cum venerit domin⁹ eius, & pulsauerit ianuam, inuenerit vigilantem. Aña. Serue bone & fidelis, intra in gaudiū domini tui. Cap. Beatus vir, qui inuentus. 520. Hymnus.

Iesu corona celsior
Et veritas sublimior

Qui

Qui confitenti seruulo
Reddis perenne premium.
Da supplicanti cetui,
Obtentu huius optimi,
Remissionem criminum,
Rumpendo nexum vinculi.
Anni recurso tempore,
Dies illuxit lumine,
Quo sanctus hic de corpore
Polum migrauit prepotens:
Hic vana terre gaudia,
Et lutulenta predia,
Polluta sorde deputans,
Ouans tenet celestia.
Te Christe rex pyssime
Hic confitendo iugiter
Calcauit hostem fortiter,
Superbum ac satellitem.
Virtutum actu, et fide,
Confessionis ordine,
Ieiuna membra deferens
Dapes supernas obtinet.
Proinde te pyssime.
Precamur omnes supplices,
Ut huius almi gratia
Nobis remittas debita.
Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Una cum sancto spiritu.
In sempiterna secula. Amen. ℣. Iustum deduxit dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnum Dei. Ad Bndi. Ana. Euge serue bone, et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Ad iii. Cap. Beatus vir qui inuentus. 520. ℟. b. Amauit eum dominus, Et ornauit eum. ℣. Stolam glorie induit eum. Et. Glo. Amauit. ℣. Os iusti meditabitur sapientiam. ℟. Et lingua eius loquetur iudicium.

Ad Sextam. Capitulum.

Iustus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo, ad dominum qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprecabitur. ℟. bre. Os iusti Meditabitur sapientiam. ℣. Et lingua eius loquetur iudicium. Meditabitur. Gloria. Os iusti. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius. *eccl. 39.*

Ad Nonam. Capitulum.

Iustum deduxit dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, et compleuit labores illius. ℟. Lex Dei eius In corde ipsius. ℣. Et non supplantabuntur gressus eius. In. Gloria. Lex. ℣. Iustum deduxit dominus per vias rectas. ℟. Et ostendit illi regnum Dei. *sap. 10.*

Ad vesp. Ana. Domine quinque talenta. vt sup. cum rel. de Laud. Psalmi, Cap. et Hym. vt inf. Vesp. ℣. Iustum deduxit. Ad Mag. Ana. Hic vir despiciens mundum, et terrena triumphans, Diuitias celo condidit, ore, manu.

Alie lectio. pro Confess. non Pontif. Ex libro Moralium sancti Gregorij Pape. Lectio quarta.

Deridetur iusti simplicitas. Huius mundi sapientia est, cor machinationibus tegere, sensum

 verbis

verbis velare: que falsa sunt, vera ostendere: que vera sunt, falsa demonstrare. Hec nimirum prudentia vsu a iuuenibus scitur: hec a pueris precio discitur: hanc qui sciunt, ceteros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciunt, subiecti et timidi in alijs mirantur: quia ab eis hec eadem duplicitas iniquitatis munimine palliata diligitur, dum mentis peruersitas, vrbanitas vocatur: hec sibi obsequentibus precipit, honorum culmina querere, adepta temporalis glorie vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere: cum virtutis possibilitas deest, quicquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare. ℟. Iste est qui ante. 520. Lectio quinta.

At contra, sapientia iustorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire: vera vt sunt, diligere: falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tolerare, quam facere: nulli iam iniurie vltionem querere: pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hec iustorum simplicitas deridetur: quia ab huius mundi sapientibus puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur ab eis, proculdubio stultum putatur: et quicquid i opere veritas approbat, carnali sapientie fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas iniurijs cōtumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem querere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam prebere? ℟. Amauit. 521. Lectio sexta.

Lampas contempta apud cognationes diuitū. Sepe contingit, vt elect⁹ quisque, qui ad eternam felicitatem ducitur, continua hic aduersitate deprimatur: non hunc rerū abūdātia fulciat, nō dignitatū gloria honorabilē ostēdat, nulla ei obsequētiū frequētia suppetat, nulla hunc humanis oculis vestium pompa componat: a cunctis vero despicabilis cernitur, et huius mundi gloria indignus estimatur: sed tamen ante ocul ti iudicis oculos virtutib⁹ emicat, vite meritis corruscat: honorari metuit, despici non refugit, corpus cōtinentia affligit, sola in animo dilectione pinguescit, mentem semper ad patientiā pparat, et erectus p iustitia, de pceptis cōtumelijs exultat, afflictis ex corde compatitur, de bonorum prosperitatibus, quasi de proprijs letatur: sacri verbi pabula in mente solicitus ruminat, et inquisitus quodlibet eloqui dupliciter ignorat. ℟. Iste homo perfecit. fol. 521.

L.cō

Lcō S. euāg. scdm Lucā. L. viij.

c.12. In illo tempore: Dixit Iesus discipulis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Et reliqua.

Hom. venerabilis Bedę presbyt.

Pusillum gregem electorū uel ob comparationē maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis deuotionem nominat: quia videlicet ecclesiam suam, quantalibet numerositate iam dilatatā, tamen vsque ad finem mundi humilitate vult crescere, & ad promissum regnum humilitate peruenire. Ideoque eius labores blāde cōsolatus, quā regnū Dei tantum quęrere pręcipit, eidem regnum a patre dandum cōplacita benignitate pmittit. ℟. Iste hō ab adolescentia. 521. L. viij.

Vendite quę possidetis, & date eleemosynā. Nolite, inquit, timere, ne propter regnū Dei militātibus huius vitę necessaria desint: quin etiā possessa propter eleemosynam uendite: quod tunc digne fit, qñ quis semel pro dño suis oibus spretis, nihilominus post hęc labore manuū, vnde & victum trāsigere, & eleemosynā dare queat, operat. Unde gloriat apostolus, dicens: Argentū & aurū, aut vestē nullius concupiui, sicut ipsi scitis: qm ad ea quę mihi opus erant, & his qui mecum sunt, ministrauerunt manus istę. Omnia ostēdi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos. ℟. Sint lumbi. 521. Lec. iij.

Facite vobis sacculos qui non veterascunt, eeleemosynas videlicet operando, quarum merces in ęternum maneat. Ubi nō hoc pręceptum esse putandum est: ut nihil pecunię reseruetur a sanctis, vel suis scilicet, vel pauperum vsibus suggerendę: (cum & ipse dominus, cui ministrabant angeli, tñ ad informādam Ecclesiam suā loculos habuisse legatur, & a fidelib⁹ oblata conseruās, & suorum necessitatibus, aliisq; indigentibus tribuens) sed ne Deo propter ista seruiat, & ob inopię timorem iustitia deseratur. Tu autem domine miserere nostri.

IN NATALITIIS Virginum.

Ad Vesp. Añā. Hęc est uirgo sapiens. 526. cum rel. de Laudibus. Psal. Dixit dominus. 52. Laudate pueri. 53. Lętatus sum. 55. Nisi dñs. 55. Lauda Ierusalem dñm 60. Capitulū.

1. Cor. 10. Fratres, Qui gloriatur, i domino glorietur: nō eni qui se ipsum cōmēdat, ille pbatus est, sed quem Deus commendat. Hymnus.

Iesu corona virginum,
Quē mater illa cōcepit,
Quę sola virgo peperit,

Hec nota clemens accipe:
Qui pascis inter lilia,
Septus choreis uirginum,
Sponsas decorans gloria,
Sponsisque reddens premia.
Quocunque pergis uirgines
Sequuntur, atque laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosque dulces personant.
Te deprecamur largius,
Nostris adauge sensibus
Nescire prorsus omnia.
Corruptionis uulnera.
Laus, honor, uirtus, gloria
Deo patri, et filio,
Sancto simul paraclito
In seculorum secula. Amen.
℣. Specie tua et pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, et regna. Ad Mag. Ant. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi dominus preparauit in eternum. Oratio.
Deus, qui inter cetera potentie tue miracula, etiam in sexu fragili uictoriam martirii contulisti: concede propitius: ut qui beate N. uirginis et martyris tue natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per dominum nostrum Jesum Christum. Alia Oratio.
Indulgentiam nobis domine beata N. uirgo et martyr imploret: que tibi grata semper extitit, et merito castitatis, et tue professione uirtutis. Per dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, Qui tecum uiuit et regnat in vnitate.

Alia Oratio pro uirg. nō mart.
Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beate N. uirginis tue festiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dnm.
Si fuerint plures in utrisque uel ad Mag. Ant. Prudentes uirgines aptate uestras lampades: ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. ℣. Adducentur regi uirgines post eam: ℟. Proxime eius afferentur tibi. Oratio.
Da nobis, quesumus domine Deus noster, sanctarum uirginum, et martyrum tuarum N. et N. palmas incessabili deuotione uenerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequijs. Per dnm.
Ad Matu. Inuit. Regem uirginum dominum, Venite adoremus. Ps. Venite. Hymnus.
Virginis proles, opifexque matris,
Virgo quem gessit, peperitque uirgo,
Virginis festum canimus trophęum,
Accipe uotum.
Hec tua uirgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilem domare
Corporis sexum, domuit cruentum,
Corpore seclum.
Unde nec mortem, nec amica mortis
Seua penarum genera pauescens.
Sanguine fuso meruit secreta
Scandere celi.

Huius

Huius obtentu Deus alme nostris
Parce iã culpis, vitia remittẽs,
Quo tibi puri resonemus almũ
Pectoris hymnum.
Gloria patri, genitęq; proli,
Et tibi compar vtriusq; semper
Spirit° alme, deus vnus omni
Tempore secli. Amen.

In festo virginis tãtũ, & mar. tã
tũ, & nec virginis nec mar. Inci
cipiat ab eo loco Huiᵘ obtẽtu.
In j. noc. Aña. O quã pulchra
est casta generatio cum clarita
te. ps. Domine dñs noster. 541.
Regre offo paruo B Marie.
Aña. Ante torum huius virgi
nis frequẽtate nobis dulcia cã
tica dramatis. ps. Celi enar. 541
Aña. Reuertere, reuertere Su
namitis: reuertere, reuertere, vt
intueamur te. ps. Domini est
terra. 541. ℣. Specie tua, & pul
chritudine tua. ℟. Intende, p
spere procede, & regna. Pater
noster. Exaudi domine Jesu.
Jube. Benedictione ppetua.
De epistola prima beati Pauli
Apostoli ad Corinthios. Lc. j.

c.7. De virginibus preceptum domini non habeo: consilium autem do tãquam misericordiam consecutus a domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse, propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli querere solutionem. Solutus es ab vxore? noli querere vxorẽ. Si autem acceperis vxorem, non peccasti: & si nupserit virgo non peccauit: tribulationem tamen carnis habebũt huiusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fratres: tempus breue est: Reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquã non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mũdo, tanquam non vtantur. Preterit enim figura huius mundi.

℟. Ueni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi dominus preparauit in ęternum, pro cuius amore sanguinem tuum fudisti. Et cum angelis in paradisum introisti. ℣. Ueni electa mea, & ponam in te thronum meum: quia concupiuit rex speciem tuam. Et cum.

Si nõ fuerit martyr. di seq. ℟. Ueni electa mea, & ponã in te thronum meum. Quia concupiuit rex speciem tuã. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde, pspere procede, & regna. Quia.

Jube. Unigenitus. Lectio ij.

Qui sine vxore est, solicitus est quę dñi sunt, quomodo placeat deo. Qui autẽ cũ vxore est, solicitus est quę sunt mũdi, quõ placeat vxori: & diuisus est. Et mulier innupta, & uirgo, cogitat q̃ dñi sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Quę autẽ nupta est, cogitat quę sunt mundi

Volo autem vos sine solicitudine esse.

mundi, quomodo placeat viro. Porro hoc ad vtilitatem vestrã dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatẽ prębeat sine impedimento dñm obsecrandi. ℟. Diffusa est gratia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in ęternum. ℣. Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna. Propterea benedixit. Tu autem. Tube. Spiritu sancti. Lectio tertia.

Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, et ita oportet fieri, quod vult faciat: non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firmius, non habens necessitatem, potestatẽ autem habens suę voluntatis, et hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam: benefacit. Igitur, et qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: et qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit. Quod si dormierit vir eius, liberata est a lege: cui vult nubat, tantum in domino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium. Puto autem, quod et ego spiritum Dei habeam. ℟. Specie tua, et pulchritudine tua, Intende, prospere procede, et regna. ℣. Diffusa ẽ grã in labiis tuis, propterea benedixit te De⁹ in ęternum. Intende. Glo. Inten.

In ii. noct. Añ. Specie tua, et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna. ps. Eructauit cor. 542. Añ. Adiuuabit eã Deus vultu suo: Deus in medio eius non cõmouebitur. ps. Deus noster, refu. 542. Añ. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem. Psalm.

Magnus dñs, et laudabilis nimis, in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuersę terrę: mons Siõ latera Aquilonis, ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges terrę congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi viderẽt sic, admirati sunt conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores, vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.
Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutũ: in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in ęternum.
Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio tẽpli tui.
Secundum nomẽ tuum deus: sic et laus tua in fines terrę: iustitia plena est dextera tua.
Lętet mõs Siõ, et exultẽt filię Iudę: propter iudicia tua dñe.
Circũdate Sion, et cõplectimini eã: narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute

eius,

eius, ꝛ distribuite domos eius: vt enarretis in progenia altera. Quoniã hic est Deus Deus noster in eternum, ꝛ in seculum seculi: ipse reget nos in secula. Gloria. Aña. Aque multe non potuerũt extinguere charitatẽ. ℣. Adiuuabit eã Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nõ cõmouebitur. Pater noster. Ipsius pietas. Iube. Deus pater.

Sermo s. Ambrosii epi. L. iiij.

Quoniã hodie natalis est virginis, inuitat nos integritatis amor, vt aliqd de virginitate dicamus: ne veluti trãsitu quodam perstricta videatur, que principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis virginitas, quia ꝛ in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. Quis autem humano eam posset ingenio comprehendere? quam nec natura suis inclusit legibus: aut quis naturali voce complecti, quod supra vsum nature sit? E celo accersiuit, quod imitaretur in terris. Nec immerito viuendi sibi vsum quesiuit e celo, q sponsum sibi inuenit in celo. ℟. Propter veritatem, ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiã. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, ꝛ pulchritudine tua, intende, prospere procede, ꝛ regna. Et de. Iube Christus perpetue. L. v.

Haec nubes, aera, ãgelos, sideraqꝫ trãsgrediẽs, verbum Dei in ipso sinu patris inuenit, ꝛ toto hausit pectore. Nã quis tantum, cũ inueuerit relinquat boni? vnguentum enim exinanitum est nomen tuum: propterea adolescentule dilexerũt te, ꝛ attraxerunt te. Postremo nonne magnum est illud? quoniam que nõ nubunt, neque nubentur, erunt sicut angeli Dei in celo. Nemo ergo miretur si angelis comparentur, que angelorum dño copulantur. ℟. Dilexisti iustitiam, ꝛ odisti iniquitatem. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitie. ℣. Propter veritatem ꝛ mansuetudinem, ꝛ iustitiam. Propterea. Iube. Ignem sui L. vi.

Quis igitur neget hãc vitã fluxisse de celo? quam non facile inuenimus in terris, nisi postquam Deus in hec terreni corporis mẽbra descendit, tunc in vtero virgo concepit, ꝛ verbum caro factũ est: vt quod caro factum est, caro fieret Dei. Dicet aliquis: Sed etiam Elias nullius corporei coitus fuisse ꝑmixtus cupiditatibus inuenitur. Ideo ergo curru raptus ad celum, ideo cum dño apparet in gloria, ideo dominici venturus est precursor aduentus. ℟. Offerentur regi virgines post eam, proxime eius Offerentur tibi in letitia, ꝛ exultatione. ℣. Spẽ tua, ꝛ pulchritudine tua, intende, prospere procede, ꝛ regna. Offerentur. Gloria.

In iij. noc. Aña. Nigra sum, sed formosa

formosa filię Jerusalē, ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculū suū. Ps. Cantate. f. 542. Ant. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorum tuorum: oleū effusum nomē tuū. Ps. Dñs reg. exul. 543. Ant. Ueni spōsa Christi, accipe coronam, quam tibi dñs preparauit in eternum. Ps. Cātate dño. f. 543. V. Elegit eā deus, et preelegit eā. R. In tabernaculo suo habitare facit eam. Pater noster. A vinculis. Iube. Euangelica lectio. Lect. s. euā. sm Matth. cū s. viij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnū celorū decem virginibus, que accipientes lampades suas, exierūt obuiam sponso, et sponse. Et reliqua.

Omelia S. Gregorij Pape.

Sepe vos, fratres carissimi, admoneo praua opera fugere, mundi huius inquinamenta deuitare: sed hodierna sancti euangelij lectione cōpellor dicere, vt et bona que agitis, cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod a vobis rectum geritur, fauor aut gratia humana requiratur. ne appetitus laudis subrepat, et quod foris ostenditur, intus a mercede euacuet. Ecce enim redēptoris voce decē virgines, et oēs dicunt virgines, et tamē intra beatitudinis ianuā non oēs recepte sunt, qa earum quedā, dum de virginitate sua glorīā foris expetūt, in vasis suis oleū habere noluerunt. R. Hec est virgo sapiens, quam dñs vigilantem inuenit: que acceptis lampadibus sumpsit secū oleum. Et veniente domino itroiuit cū eo ad nuptias. V. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Et Iube. Cuius, vel Quarum. Lectio octaua.

Sed prius querendum nobis est, quid sit celorum regnum, aut cur decem virginibus comparetur, que etiā virgines prudentes et fatue dicantur. Dum enim celorum regnum constet, quia reproborum nullus ingreditur, etiā fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed sciendū nobis est, quod sepe in sacro eloquio regnū celorum presentis temporis ecclesia dicitur, de quo alio in loco dñs dicit. Mittet filius hominis angelos suos, et colligēt de regno eius oia scādala. Neqz enim in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueniri scādala poterunt que colligantur. R. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. V. Prudentes virgines, aptate vestras lampades. Ecce. Gloria. Ecce. Iube. Ad societatem. Lect. ix.

In quinqz autem sensibus corporis vnusquisqz subsistit. Geminatus autē quinarius denarium pficit. Et qa ex vtroqz sexu fidelium multitudo colligitur, sancta ecclesia decem virginibus

ginibus ſimilis eſſe denūciatur. In qua quia mali cū bonis, ⁊ re probi cum electis cōmixti ſunt, recte ſimilis virginibus pruden tibus ⁊ fatuis eſſe perhibetur. Sunt namque plerique conti/ nentes, qui ab exteriori ſe appe titu cuſtodiunt, ⁊ ſpe ad interio ra rapiuntur, carnem macerāt, ⁊ toto deſiderio ad ſupernam patriam anhelant, ęterna prę/ mia expetūt, pro laboribus ſuis recipere laudes humanas no/ lunt. Hi nimirum gloriam ſuā non in ore hominum ponunt, ſed intra conſcientiam conte/ gunt. Et ſunt plerique qui cor/ pus per abſtinentiam affligunt, ſed de ipſa ſua abſtinentia hu/ manos fauores expetunt.

Ad Laudes ⁊ per [illegible] horas. Aña.

Hac eſt virgo ſapiens, ⁊ vna de numero prudētū. Ps. Dñs reg. 8. [illegible] Aña. Hęc eſt virgo ſapiens, quam dñs vi/ gilantē inuenit. Aña. Hec eſt quę neſciuit torū in delicto, ha bebit fructū in reſpectione ani marū ſanctarū. Aña. Ueni ele cta mea, ⁊ ponam in te thronū meū, hal. Aña. Iſte eſt ſpecioſa inter filias Ieruſalē. Cap. Fra tres, qui gloriatur. 523. Hym. Ieſu corona virginum. 523. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te Deus in ęternum. Ad Ben. Aña. Simile eſt regnū cęlorū homini negociatori quęrēti bonas mar garitas; inuēta vna precioſa, de dit oīa ſua, ⁊ comparauit eam. Ad iij. Cap. Fratres, q gloriat. 523. ℟. Specie tua, Et pulchri tudine tua. ℣. Intēde, proſpere procede, ⁊ regna. ℣. Adiuuabit eā Deus. ℟. Deus in medio.

Ad Sextam. Capitulum.

Æmulor enim vos Dei ę/ mulatione: deſpōdi enim vos vni viro virginem caſtā ex/ hibere Chro. ℟. Adiuuabit eā Deus vultu ſuo. ℣. Deus in medio eius nō commouebitur. Deus. ℣. Elegit eam Deus. (2. Cor. 10.)

Ad Nonam. Capitulum.

Domine Deus meus exal taſti ſuper terram habita tionem meam, ⁊ pro morte de/ fluente deprecata ſum: inuoca/ ui dominum patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, ⁊ in tem pore ſuperborū ſine adiutorio. ℟. Elegit eam Deus, Et prę/ elegit eā. ℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eā. Et. ℣. Diffu/ ſa eſt gra in labijs tuis. ℟. Pro pterea bñdixit te De⁹ i ęternū. (Eccli 51.)

Ad Veſp. oīa vt in primis veſp. vſque ad ℣. Diffuſa eſt gratia. Ad Mag. Aña. Ueni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi dñs pręparauit in ęternum.

¶ Suffragia [illegible] pro virginibus. In v. r. [illegible] m[illegible] ac in mart. vñ [illegible] et vt infra.

De libro Eccleſiaſtici. Lectio I.

Confitebor tibi dñe rex, ⁊ collaudabo te Deum Saluatorē meū, cōfite/ bor

bo: nomini tuo: quoniam adiu/ tor ꝛ protector factus es mihi, ꝛ liberasti corpus meum a per/ ditione, a laqueo linguę iniquę, ꝛ a labijs operantiū mendaciū: ꝛ in conspectu astantiū factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundū multitudinem mi sericordię nominis tui, a rugiē/ tibus pręparatis ad escam, de manibus quęrentium animam meam, ꝛ de multis tribulatio/ tionibus, quę circundederunt me. A pręssura flammę quę cir/ cundedit me, ꝛ in medio ignis nō sū ęstuata: de altitudine vē tris inferi, ꝛ a lingua coinquina ta, ꝛ a verbo mēdacij, a rege ini quo, ꝛ a lingua iniusta. L ec.ij.

Laudabit vsq; ad mortem aīa mea dn̄m, ꝛ vita mea erat appropinquans in inferno deorsū. Circūdederunt me vn/ diq;, ꝛ nō erat qui adiuuaret. Respiciens erā in adiutoriū ho minū, ꝛ non erat. Memoratus sū misericordię tuę dn̄e, ꝛ coope rationis tuę, q̄ a seculo sunt: q̄m eruis sustinētes te dn̄e, ꝛ liberas eos de manibus gentiū. L. iij.

Exaltasti super terrā habi tationem meā, ꝛ pro mor te defluente deprecata sum. In uocaui dn̄m patrem dn̄i mei, vt nō derelinquat me in die tribu lationis meę, ꝛ in tēpore super/ borū sine adiutorio. Laudabo nomē tuū assidue, ꝛ collaudabo illud in confessione, ꝛ exaudita est oratio mea: Et liberasti me de perditione, ꝛ eruisti me de tempore iniquo. Propterea cō/ fitebor, ꝛ laudem dicam tibi, ꝛ benedicam nomen domini.

In secundo nocturno.

Ex libro S. Cypriani martyris de habitu virginum. Lect. iiij.

Nunc nobis ad virgines ser mo est: quarum quo subli mior glīa, maior ꝛ cura est. Flos est ille ecclesiastici germinis, de cus atq; ornamentū gratię spiri tualis, lęta indoles, laudis ꝛ ho noris opus integrum atque in corruptum, Dei imago respon dens ad sanctimoniam domi/ ni, illustrior portio gregis Chri sti: Gaudet per illas, atque in illis largiter floret ecclesię ma/ tris gloriosa fęcunditas, quan/ toque plus copiosa virginitas numero suo addit, gaudium matris augescit. Ad has loqui/ mur, has adhortamur affectio/ ne potius q̄ potestate: nec q̄ ex tremi ꝛ minimi, ꝛ humilitatis nostrę admodum conscij aliqd ad censurā licētię vindicemus, sed q̄ ad solicitudinem magis cauti plus de diaboli infestatio ne timeamus. Lectio quinta.

Nec inanis hęc cautio est, ꝛ vana formido, quę ad sa lutis viā consuluit, q̄ dn̄ica ꝛ vi talia pręcepta custodit, vt q̄ se Christo dicauerint, ꝛ a carnali cōcupiscētia recedētes, tā car/ ne, quā mente se Deo vouerint, cōsummēt opus suū magno prę mio destinatū, nec ornari iā aut placere

placere cuiquā nisi dño suo studeant, a quo & mercedē virginitatis expectent, dicēte ipso. Nō oēs capiunt verbū, sed illi quibus datū est. Sunt enim spadones, q ex vtero matris nati sūt: & sunt spadones, qui coacti sūt ab hominibus: & sunt spadones qui seipsos castrauerunt ꝓpter regnuȝ celorum. Lectio sexta.

Denuo quoque per hanc angeli vocem continentię munus ostenditur, virginitas prędicatur. Hi sunt qui cuȝ mulieribus se non coinquinauerunt: virgines enim permanserunt: hi sunt, qui sequuntur agnum quocunque ierit. Nec enim tantum masculis cōtinentię gratiam dñs repromittit, & fęminas pręterit: sed qm̄ fęmina viri portio est, & ex eo sūpta atque formata est, in scripturis fere oībus ad protoplastū Deus loquitur: quia sunt duo i carne vna, & i masculo simul significat & fęmina. Qđ si Chřm continentia sequitur, & regno Dei virginitas destinatur: quid est illis cū terreno cultu & cū ornamentis, quibus duȝ hominibus placere gestiunt, Deuȝ offendunt? In iij. noc. Hom. in euā. Accesserunt ad Jesuȝ Phar. fo. 378. q habet sup. in festo s. Agathe.

IN FESTO SANCTAE, martyris tantum, & nec virgi. nec mart. vel Sanctarum Mulierum. Ad Vesperas. Antiph. Dū esset rex. 528. cū rel. de laudib. psal. qui supra in cōi Virg.

Pro martyre tantum. Capitul. ecc. 51.

Confitebor tibi dñe rex & collaudabo te deū Saluatorē meū: cōfitebor nōi tuo, qm̄ adiutor, & ꝓtector factus es mihi, & liberasti corpus meum a perditione.

Pro nec virgi pñe nec mar. Cap. Mulierē forte. vt is. 529. Hy.

Huius obtentu Deus alme nostris.
Parce iā culpis vitia remittēs:
Quo tibi puri resonem⁹ almū
Pectoris Hymnum.
Gloria patri, genitęque proli:
Et tibi compar vtriusque semꝑ
Spūs alme, Deus vnus omni
Tempore secli. Amen.

Et dicitur in vtrisq; Vesp. & Mat. & Laudi. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, & regna. Ad Magnificat. Aña. Veni sponsa Christi: accipe coronam, quam tibi dñs pręparauit in ęternuȝ.

Pro vna martyre tantu. Or.

Deus, qui inter cętera potentię tuę miracula, etiā i sexu fragili victoriā martyrij cōtulisti: concede propitius: vt q beatę N. martyris tuę natalitia colimus, per eius ad te exēpla gradiamur. Per dominuȝ.

Pro pluribus martyribus. Or.

Da nobis, quęsumus domine Deus noster, sanctaruȝ martyrum tuarum N. & N. vt supra.

Pro nec virgine nec mar. Oio.

Exaudi nos deus salutaris nr: vt sicut de btē N festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Laudemus Deum nostrum, In cōfessione beatę N. ps. Venite.

Hym Huius obtentu. vt sup.

In j. noc. Ana. O quā pulchra est casta generatio cū claritate. ps Dñe dñs nr. 541. Aña. Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabit me. ps Celi enar. 541. Aña Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te. ps. Dñi est 541. ℣. Specie tua & pulchritudine tua. ℟ Intēde, pspere pcede, & regna. ℟ f ni. Exaudi. Iube. Benedictione.

Lect. primi noct. pro marty. in legunt vt sup. Confitebor. 526.

Pro nec vg. nec m. vt sequunt.

De Parabolis Salomonis. L. j.

Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri sui, & spolys nō indigebit. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitę suę. Quesiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarū. Facta est quasi nauis institoris, de longe portans panem suum. De nocte surrexit, deditque prędam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Considerauit agrum, & emit eum, de fructu manuum suarum plantauit vineam: accinxit fortitudine lumbos suos: & roborauit brachium suum.

Si fuerit martyr, dicat ℟ ptmū ℟ Veni spōsa Chri. vt su. 524

Si nō fuerit martyr, dic. ℟. ℟.

Veni electa mea, & ponam in te thronū meū: Quia concupiuit rex speciē tuā. ℣. Specie tua & pulchritudine tua, intēde, pspere pcede, & regna. Quia. Iube. Unigenitus. Lectio ij.

Gustauit, & vidit qm̄ bona est negociatio eius: nō extinguetur in nocte lucerna ei⁹. Manū suā misit ad fortia, & digiti eius apprehenderūt fusum. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperē. Nō timebit domui suę a frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Stragulatam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Nobilis in portis vir eius, quādo sederit cum senatoribus terrę. Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananęo. ℟. Diffusa est gratia in labijs tuis: Propterea benedixit te deus in ęternum. Spē tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. Propterea. Iube. Spiritus sancti. Lectio tertia.

Fortitudo & decor indumētū ei⁹, & ridebit in die nouissimo, Os suū aperuit sapiē

tię

tię, & lex clementię in lingua eius. Considerauit semitas domus suę, & panem ociosa non comedit. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prędicauerunt: vir eius, & laudauit eam. Multę filię congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia, & vana est pulchritudo, mulier timens dominum ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eā in portis opera ei⁹. ℟. Specie tua, & pulchritudine tua. Intende, prospere procede, & regna. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in ęternum. Intende. Gloria patri. Intende. In ij. noct. Aña. Spē tua, & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna. ps. Eructauit cor. 542. Aña Adiuuabit eam Deus vultu suo, Deus in medio eius nō commouebitur. ps Deus noster, refu. 542. Aña. Aquę multę non potuerūt extinguere charitatē. ps. Magnus dñs. 524. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio ei⁹ non cōmouebit. Pater noster. Ipsius pietas. Iube. De⁹ pater. Ex libro Sancti Ambrosij episcopi de Viduis. Lectio iiij.

Agrum hunc Ecclesię fertilē cerno, nūc integritatis flore vernātē, nūc viduitatis grauitate pollentē, nunc etiam cōiugij fructibus redundantē. Nam etsi diuersi, vnius tā agri fructus sunt: nec tanta hortorū lilia, quantę aristę segetū, messium spicę: compluraque spatia camporum recipienda aptātur seminibus, quam redditis nouales fructibus feriantur. Bona ergo viduitas, quę toties apostolico iudicio pdicatur: hęc enim magistra fidei, magistra est castitatis. ℟. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua: intēde, prospere procede, & regna. Et. Iube. Christus perpetuę. Lectō. v.

Vnde & illi q deorū suorum adulteria & probra venerant, cęlibatus, & viduitatis statuere pęnas, vt ęmuli criminū multarēt studia virtutū, specie quidē qua fęcunditatē quęrerēt, sed studio quo ppositum castitatis abolerent. Nam confectis & miles stipendijs arma deponit, & relicto officio qd gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur: vt & ipse exercitię laboribus vitę requiē cōsequatur, & alios spes futurę quietis subeundis faciat operib⁹ prōpriores. Agricola quoque maturior, torquendam alijs stiuā committit, & iuuenili grauatus opere prouidentiā curę senilis explorat. Vitē facilius tondere quā premere, vt iuuenescentem luxuriā reprimat, & adolescentē lasciuiā falce succidat: parcorum quandā partuū castitatem

tatem docēs, et in vitibus expe tendā. ℟. Dilexisti iustitiā, et odisti iniquitatē. Propterea vn xit te deu⁹, deus tu⁹ oleo letitie. ℣. Propter veritatē, et mansue tudinē, et iustitiam. Propterea. Iube. Ignē sui amoris. Le.vi.

Similis huic vidua velut emeritis veterana stipen dijs castitatis, etsi cōiugij arma deponat, domus tñ totius pacē gubernat: etsi vehendis onerib⁹ ociosa, maritandis tamē iunio ribus prouida, vbi cultus vti/ lior, vbi fructus vberior sit, quo rū copia aptior, senili grauita/ te disponit. Itaque si maturiori bus potius quam iuniorib⁹ cō/ mittit ager, cur putes vtiliorē nuptam esse, quā viduam? Qd si persecutores fidei persecuto/ res fuerunt etiam viduitatis, vtiqꝫ fidem persequētibus vi/ duitas non pro supplicio fugiē da est, sed tenenda pro premio. ℟. Fallax gratia, et vana est pulchritudo, mulier timēs deū ipsa laudabitur. ℣. Date ei de fructu manuū suarū, et laudent eā in portis opera eius. Mul. Glo. Mul. In iij noct. Aña. Nigra sum, sed formosa, filie Jerusalem: ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculum suum. Ps. Cātate. f.542. Aña. Trahe me post te: curremus in odorem vnguentorū tuorum: oleum effusum nomen tuum. Ps. Dñs reg. 543. Aña. Veni spon sa Christi, accipe coronā, quā tibi dñs pparauit in eternū. Ps. Cātate dño. 9. f.543. ℣. Elegit eā Deus, et preelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare fa cit eā. Pater noster. A vincu/ lis. Iube. Euangelica lectio. Lcō j. Euag. sm Matth. L.viij.

In illo tpe: Dixit Jesus di scipulis suis parabolā hāc: Simile est regnū celorū thesau ro abscōdito in agro. Et reliq. Homilia Sācti Gregorij pape.

Celorū regnū, fratres ca rissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his, que anim⁹ nouit, surgat ad in/ cognita que non nouit, quate/ nus exemplo visibilium, se ad inuisibilia rapiat, et per ea que vsu didicit, quasi confricatus incalescat: vt per hoc quod scit notum diligere, discat et inco/ gnita amare. Ecce enim regnū celorū thesauro in agro abscon dito comparatur: quem qui inue nit homo abscondit, et pre gau/ dio illius vadit, et vendit vni/ uersa q̄ habet, et emit agrū illū. ℟. Pulchra facie, sed pulchri/ or fide beata es ℣. respuēs mū dum, letaberis cum angelis. Intercede pro omnibus nobis. ℣. Specie tua, et pulchritudi ne tua, intende, prospere pro/ cede, et regna. Intercede. Jube Cui⁹. Lectio secunda.

Qua in re hoc quoque no tandū est, quod inuentus thesaurus abscōditur, vt serue/ tur. Quia studiū celestis deside

rij a malignis spiritib⁹ custodi re nō sufficit, q hoc ⁊ ab humanis laudibus non abscōdit. In pręsenti etenim vita, quasi i via sumus, qua ad patriam pergimus. Maligni autem spūs iter nr̄m quasi quidā latrunculi obsident. Deprędari ergo desiderat, qui thesaurum publice portat in via. Hoc aūt dico, non vt proximi opera nostra bona non videant; cū scriptū sit, Uideant opera vestra bona, ⁊ glorificēt patrē vestrū, qui in cęlis est: sed vt per hoc qđ agimus, laudes extertus nō quęramus. Sic autem fit opus in publico, quatenus intētio maneat in occulto: vt de bono opere proximis prębeamus exemplum: ⁊ tamen p intentionem, qua soli Deo placere quęrimus, semp optemus secretū. ℟. Regnū mundi, ⁊ omnem ornatum seculi contempsi, propter amorē dn̄i mei Jesu Christi: Quē vidi, quē amaui, in quem credidi, quē dilexi. ℣. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera mea regi. Quē. Gloria. Quem. ℟. Uube. Ad societatem. Lectio ix.

Thesaurus autē cęleste est desideriū, ager vero i quo thesaurus absconditur, disciplina studij cęlestis. Quem profecto agrū vēditis oīb⁹, pparat, q voluptatib⁹ carnis renūciās, cūcta sua terrena desideria p disciplinę cęlestis custodiā calcat: vt nihil ia, quod caro blandit, libeat: nihil quod carnalē vitā trucidat, spirit⁹ perhorrescat. Ad Laudes, ⁊ per Horas. Añ. Dum esset rex in accubitu suo, nard⁹ mea dedit odorē suauitatis. ps. Dn̄s reg. 8. cū rel. Añ. In odorē vnguentorum tuorū currim⁹, adolescētulę dilexerūt te nimis. Añ. Jā hyēs trāsijt, imber abijt, ⁊ recessit, surge amica mea, ⁊ veni. Añ. Ueni electa mea, ⁊ ponā in te thronū meū, all'. Añ. Ista ē speciosa inter filias Jerusalē. Cap. Cōfitebor tibi. 527. Hy⁹. Hui⁹ obtētu. ibidem. ℣. Diffusa est. Ad Bñs. Añ. Simile est regnū cęlorum homini negotiatori quęrenti bonas margaritas, inuenta autē vna preciosa, dedit omnia sua, ⁊ comparauit eam. Postea oratio. Ad Primam. Jā lucis. 10. Añ. Dū esset rex. ps. Deus in noie. 10. Absoluto. Laudabit vsq; vt. supra. Ad iij. Nunc scte. 15. Añ. In odorē. ps. Legē pone. 25. Cap. Confitebor fo. 527. ℟. br. Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intende, psspere pcede, ⁊ regna. ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℣. Deus in medio. Ad Sextam. Rector potēs. 16. Añ. Jā hyēs transijt. ps. Defecit in sal. Cap. Liberasti me secūdū multitudinē misericordię nominis tui, a rugientibus pręparatis ad escā, de manibus quęrentium animā meā, ⁊ de multis tribulationib⁹, quę circūdederunt

eccl. 51.

derũt me. ℟. br. Adiuuabit eã. deus vultu suo. ℣. Deus i medio ei' nõ cõmouebit. ℣. Elegit eã. ℟. In tabernaculo. Ad ix. Re rũ deus. 17. An. Ista est specio/ sa. ps. Mirabilia testi. Cap.

Laudabit vsq; ad mortem anima mea dominũ: quo niã eruis sustinentes te: & libe ras eos de manu angustie, domi ne deus noster. ℟. br. Elegit eã deus, Et preelegit eã. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eam. ℣. Diffusa est gratia in la biis tuis. ℟. Propterea benedi xit te. Ad vesp. Ana. Dũ esset rex. 529. cum rel. ps. de vir. Ca. Confitebor. 527. Hymnus Hu ius obtẽtu. 527. ℣. Diffusa est gratia. Ana. ad mag. Ueni spõ sa Christi. vt su. Si fuerint plu res non vir. idem fit offiñ vt su. ¶ Pro nec vir. nec m. offi. fit vt su. p martyre tñ, exceptis his Capitulis, & Orone. Exaudi. Ad vesp. & Laud. & iii. Cap.

ca. 31

Mulierẽ fortẽ quis inue niet? pcul, & de vltimis fi nibus precium eius: confidit in ea cor viri sui, & spoliis non indi gebit. ℟. bre. Specie tua. vt s. Ad sextam. Capitulum.

Manũ suã aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperẽ: nõ timebit domui sue a frigoribus niuis. ℟. bre. Ad iuuabit. vt sup. Ad ix. Cap.

Multe filie congregauerũt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia & na est pulchritudo, mulier ti mens dñm laudabitur. ℟. br. Elegit eam. vt supra.

COMMVNE

Dedicationis Ecclesie.

Ad Vesp. An. Domũ tuã do. cũ rel. de Lau. ps. Dixit do. 52. cũ rel. de dñica, & loco vlti. ps. Lauda Ierusal. 60. Capitulum.



Uidi ci uitatẽ sãctã Ieru salẽ nouã, de scẽdẽtẽ de ce lo, a Deo pa ratã sicut spõ sam ornatam viro suo. Hym.

apo. 21.

Urbs beata Ierusalem,
Dicta pacis visio,
Que construitur in celis
Uiuis ex lapidibus,
Et angelis coronata,
Ut sponsata comite.
Noua veniens e celo
Nuptiali thalamo,
Preparata vt sponsata
Copuletur domino,
Platee & muri eius
Ex auro purissimo.
Porte nitent margaritis
Adytis patentibus:
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob Christi nomẽ
Hic in mundo premitur:
Tunsionibus, pressuris,
Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis
Per manus artificis:
Dispo-

Disponuntur permansuri
Sacris ędificijs,
Gloria & honor Deo.
Usquequaq; altissimo,
Una patri, filioq;,
Inclyto paraclito,
Cui laus est, & potestas
Per immensa secula. Amen.
℣. Hęc est domus domini, firmiter ędificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram.
Ad Magnificat. Antiphona.
Sãctificauit dominus tabernaculum suũ: quia hęc est domus Dei, in qua inuocabitur nomẽ eius, de quo scriptũ est. Et erit nomẽ meũ ibi, dicit dominus.

In anniuersario Dedicationis Ecclesię, & per octauã. Oratio.

Deus, qui nobis per singulos ãnos huius sancti tẽpli tui consecrationis reparas diem, & sacris semper mysterijs repręsentas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta: vt quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur, cuncta se impetrasse lętet. Per do.

ca. 16

In ipso die Dedicationis Ecclesię, & per octauã. Oratio.

Deus, q inuisibiliter oia cõtines, & tñ p salute generis humani signa tuę potentię visibiliter ostẽdis: tẽplũ hoc potẽtia tuę ihabitationis illustra, & cõcede, vt omnes qui huc deprecaturi cõueniũt, ex quacunque tribulatione ad te clamauerint, cõsolationis tuę beneficia consequantur. Per dominum.

Ad Matutinum. Inuitatorium.

Domũ Dei decet sanctitudo, Sponsum eius Christum adoremus i ea. Ps. Uenite f. 1. Hym. Urbs btã Ierusalẽ. vt s. In I. noc. Aña. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę ęternales. Ps. Dñi est terra. 23. Aña. Erit mihi dñs i deũ, & lapis iste vocabit domus dei. Ps. Deus nr, refugiũ. 27. Aña. Aedificauit Moyses altare dño Deo. Ps. Magnus dñs. 27. ℣. Domũ tuã dñe decet sanctitudo. ℟. In longitudine dierum. Pater nr. Exaudi dñe. Iubẽ.

De libro ij. Paralipomenõ. c. 7.

Cum cõplesset Salomon fundens preces, ignis descẽdit de cęlo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas dñi impleuit domũ: nec poterãt sacerdotes ingredi templũ domini, eo q impleuisset maiestas domini templuz dñi. Sed & oẽs filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriã dñi sup domũ: & corruentes pni in terraz super pauimentũ stratũ lapide adorauerunt, & laudauerunt dominum, qm bonus, qm in seculum misericordia eius. Rex aũt & omnis populus immolabant victimas corã dño. Mactauit igitur rex Salomon hostias boũ vigintiduo millia, arietũ centũ viginti millia: & dedicauit domũ dei rex & vniuersus populus. ℟. In dedicatione tẽpli decantabat populus laudẽ,

Et in ore eorũ dulcis resonabat sonus. ℣. Fundata ẽ dom⁹ dñi supra verticẽ montiũ, ⁊ veniẽt ad eã oẽs gentes. Et. Le. ij.

Sacerdotes autẽ stabãt in officijs suis, ⁊ leuitę in organis carminũ dñi, quę fecit Dauid rex ad laudandũ dominum, qm̃ bonus, quoniã in ęternum misericordia ei⁹, hymnos Dauid canẽtes, p manus suas. Porro sacerdotes canebãt tubis ante eos, cunctusq; Israel stabã. Sanctificauit quoq; Salomon mediũ atrij ante templũ dñi: obtulerat enĩ ibi holocausta ⁊ adipes pacificorũ: quia altare ęneũ quod fecerat, non poterat sustinere holocausta, ⁊ sacrificia ⁊ adipes pacificorum. Fecit ergo Salomon solennitatem in tẽpore illo septẽ diebus, ⁊ omnis Israel cũ eo, ecclesia magna valde ab introitu Emath vsq; ad torrentẽ Aegypti. Fecit que die octauo collectã, eo q̃ dedicasset altare septẽ diebus, ⁊ solennitatẽ celebrasset diebus septẽ. ℟. Fundata est domus dñi supra verticẽ montiũ, ⁊ exaltata est super omnes colles: Et venient ad eam omnes gentes, ⁊ dicent, gloria tibi domine. ℣. Venientes autem veniẽt cũ exultatione, portantes manipulos suos. Et. Lectio tertia.

Compleuitq; Salomõ domũ dñi, ⁊ domũ regis, ⁊ oĩa q̃ disposuerat in corde suo, vt faceret in domo dñi, ⁊ in domo sua: ⁊ prosperatus est. Apparuit autẽ ei dñs nocte, ⁊ ait. Audiui orationẽ tuã, ⁊ elegi locũ istũ mihi in domo sacrificij. Si clausero cęlũ, ⁊ pluuia nõ fluxerit: ⁊ mandauero ⁊ pręcepero locustę vt deuoret terrã: ⁊ misero pestilentiã in populũ meũ: cõuersus aũt populus meus, super quos inuocatũ est nomen meũ, deprecat⁹ me fuerit, ⁊ exquisierit faciem meã, ⁊ egerit pęnitẽtiã a vijs suis pessimis, ego exaudiam de cęlo: ⁊ propitius ero peccatis eorum, ⁊ sanabo terrã eo℞. Oculi quoq; mei erunt aperti, ⁊ aures meę erectę ad orationẽ eius, qui in loco isto orauerit. Elegi enim ⁊ sanctificaui locum istũ, vt sit nomen meum ibi in sempiternũ, ⁊ permaneãt oculi mei, ⁊ cor meũ ibi cunctis diebus. ℟. Bñdic dñe domũ istã, q̃ ędificaui noĩ tuo: venientium in loco isto Exaudi p̃ces i excelso solio glorię tuę. ℣. Domine, si conuersus fuerit populus tuus, ⁊ orauerit ad sanctuariũ tuũ. Exaudi. Glo. Exaudi. In ij. noc. Añ. Nõ est hic aliud nisi domus Dei, ⁊ porta cęli. Ps. Quã dilecta ⁊c. Añ. Vidit Iacob scalã, summitas eius cęlos tãgebat, ⁊ descẽdẽtes angelos, ⁊ dixit, vere locus iste sctũs est. Ps. Fundamẽta ⁊c. Añ. Erexit Iacob lapidẽ in titulũ, fundens oleum desuper. Ps. Dñe Deus salutis. ⁊c. ℣. Domus mea. ℟. Dom⁹ orationis vocabitur.

Sermo s. Augustini epi. l. iiij.

Quotiescunque fratres carissimi, altaris vel templi festiuitatem colimus, si fideliter ac diligenter attendimus, et sancte ac iuste viuimus, quidquid i templis manufactis agitur, totum in nobis spirituali reędificatione completur. Non enim mentitus est ille, qui dixit: Tēplū dei sanctū est, quod estis vos: et iterū: Nescitis qz corpora vestra tēplum sunt Spūs sancti, qui in vobis est? Et ideo fratres carissimi, qz nullis pcedētibus meritis per gratiā Dei meruimus fieri tēplū dei: quantū possumus, cum ipsius adiutorio laboremus, ne dominus noster in templo suo, hoc est, in nobis ipsis inueniat, quod oculos suę maiestatis offendat. R. Orantibus in loco isto. Dimitte peccata populi tui Deus: et ostende eis vitam bonā per quā ambulent, et da gloriā in loco isto. V. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph, qui sedes super Cherubim. Dimitte peccata. Lcō v.

Sed habitaculū cordis nostri euacuetur vitijs, et virtutibus repleatur: claudat diabolo, et aperiat Christo, et ita laboremus, vt nobis bonorū operū clauibus ianuam regni cęlestis aperire possimus. Sicut enim malis operibus, quasi quibusdā seris ac vectibus, vitę nobis ianua claudit: ita absqz dubio bonis operibus aperitur. Et ideo fratres carissimi, vnusquisqz cōsideret cōsciētiā suaz: et quando se aliquo crimine vulneratū esse cognouerit, prius orationibus, ieiunijs, et eleemosynis, studeat mundare conscientiā suaz, et sic eucharistiā pręsumat accipere. R. O quam metuendus est locus iste. Uere non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cęli. V. Hęc est domus dñi firmiter ędificata, bene fundata est supra firmam petram. Uere. Lectio vj.

Si enim agnoscēs quis reatum suum, ipse a diuino altari se subtraxerit, cito ad indulgentiam diuinę misericordię perueniet: quia sicut qui se exaltat humiliabitur, ita e contrario, qui se humiliat exaltabitur. Qui enim, sicut dixi, agnoscēs reatū suuz ipse se humiliter ab altari Ecclesię pro emēdatione vitę remouere voluerit, ab ęterno illo et cęlesti conuiuio excōmunicari penitus nō timebit. R. Mane surgens Iacob erigebat lapidem in titulum: fundēs oleuz desuper, votū vouit dño. Uere locus iste sanct^9 est, et ego nesciebā. V. Cumqz euigilasset Iacob de somno, ait. Uere loc^9. In iij. noc. Aña. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cęli commorabitur, Ps. idē. 62. Aña. Templū dñi sanctū est: Dei structura est: dei ędificatio est. Ps. Cātate. 44. Aña. Bñdicta gloria dñi de lo

co sancto suo, haec. ℟. Dñs reg. itra.46. ℣. Hec est domus domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmā petraȝ.

Lcō.5. euang. sm̄ Lucam. L.vij.

ca.19 In illo tempore, ingressus Jesus perambulabat Jericho: et ecce vir nomine Zacheus et hic erat princeps publicanorum, et ipse diues. Et reliqua.

Homilia 5. Ambrosij episcopi.

Zaccheus pusillus, hoc est nullius nobilitatis ingenite dignitate sublimis, exiguus meritis sicut populus nationum, audito domini Saluatoris aduentu, quem sui non receperant videre cupiebat. Sed nemo facile Jesum videt, nemo potest Jesuȝ videre constitutus in terra: et quia non prophetas, non regnum habebat, tanquaȝ formę gratiā naturalis: ascēdit in arborem sycomorum, vanitatem scilicet Judęorum vestigio suo terens, errata quoque corrigens superioris ętatis: et ideo Jesuȝ interioris domus recepit hospitio. ℟. Domus mea, domus orationis vocabitur, dicit dñs: in ea ois qui petit, accipit: et qui querit inuenit. Et pulsāti aperiet. ℣. Petite, et accipietis: qrite, et inuenietis. Et. L.viij.

Et bene ascēdit in arborē, vt arbor bona fructus bonos faceret: ac naturali excisus oleastro, et cōtra naturā insertus bonā oliuā, fructū posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles: quorum ifructuosā gloriam plebs gentiū fide resurrectionis, quasi quadam corporis eleuatione transcendit. Et ecce vir nomine Zaccheus, Zaccheus in sycomoro, cecus in via, quorum alterum dominus miseraturus expectat, alteruȝ mansionis sue claritate nobilitat: alterum sanaturus interrogat, apud alterum se non inuitatus inuitat. Sciebat eniȝ vberē hospity sui esse mercedē: sed tamē etsi nondū vocē inuitātis audierat, iam viderat affectum. ℟. Lapides preciosi omnes muri tui. Et turres Jerusalē gemmis edificabūtur. ℣. Porte Jerusalē ex saphiro, et smaragdo edificabunt, et ex lapide precioso ois circuitus muri eius. Et. L.ix.

Uerū, ne cecū illū tanq̄ fastidiosi pauperū cito relinquis se videamur, et transisse ad diuitē: expectemus eū, qa expectauit et dñs: interrogemus eū, quia interrogauit et Christus. Nos interrogemus, qr nescimus: ille qa nouerat. Nos interrogemus, vt sciamus vnde iste curatus sit: ille interrogauit, vt in vno plures discerenus vnde dominū videre mereremur. Interrogauit enim, vt crederemus, nisi cōfitentē non posse saluari.

Ad Laudes, et per Horas. Ana.

Domū tuam dñe decet sanctitudo in lōgitudine dierū. ps. Dñs reg.8. cū rel. ana. Domus mea, domus orationis vocabitur.

vocabitur. Aña. Hec est domus dñi, firmiter edificata: bene fundata est supra firmã petrã. Añ. Bene fundata est domus dñi supra firmã petrã. Aña. Lapides preciosi oẽs muri tui, & turres Jerusalem gemmis edificabũtur. Cap. Vidi ciuitatẽ. 529. Hym.

Angularis fundamentum
Lapis Christ⁹ missus est,
Qui compage parietum
In vtroque nectitur,
Quem Sion sancta suscepit,
In quo credens permanet.
Omnis illa Deo sacra,
Et dilecta ciuitas,
Plena modulis, in laude,
Et canore iubilo
Trinum Deum vnicumque
Cum fauore predicat.
Hoc in templo summe Deus
Exoratus adueni:
Et clementi bonitate
Precum vota suscipe,
Largam benedictionem
Hic infunde iugiter.
Hic promereantur omnes
Perita acquirere,
Et adepta possidere
Cum sanctis perenniter,
Paradisum introire,
Translati in requiem.
Gloria & honor Deo
Vsquequaque altissimo,
Vna patri filioque,
Inclyto paraclito,
Cui laus est, & potestas
Per immensa secula. Amen.

℣. Hec est domus domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram.

Ad Benedictus. Antiphona.

Zachee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere: at ille festinans descendit, & suscepit illum gaudens in domum suam. Hodie huic domui salus a Deo facta est, halleluiah.

Ad iii. Cap. Vidi ciuita. ℟. br. Domũ tuã dñe, Decet sanctitudo. ℣. In lõgitudine dierũ. Decet. Glo. Domũ. ℣. Locus iste sanctus est, i quo orat sacerdos. ℟. Pro delictis, & pctis ppli.

Ad Sextam. Capitulum.

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus, cum eis erit eorum deus. (apo. 21.) ℟. br. Locus iste sanctus est: In quo orat sacerdos. ℣. Pro delictis, & peccatis populi. In. Glo. Locus. ℣. Hec est domus domini firmiter edificata. ℟. Bene fundata est supra firmam petram.

Ad Nonam. Capitulum.

Et absterget deus oẽm lacrymã ab oculis eorum, & mors vltra nõ erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, q̃ prima abierũt: & dixit q sedebat i throno: ecce noua facio oia. ℟. br. Hec est domus dñi, Firmiter edificata. ℣. Bene fũdata est supra firmã petrã. Fir. Gl. Hec. ℣. Bñ fundata est dom⁹ dñi. ℟. Supra firmã petrã.

 In

In ij. Vesp. Añ. Domũ tuam. vt sup. cũ reliq. ps. Dixit dñs. 52. cũ rel. ꝛ loco vlt. ps. Lauda Je rusalem 60. Cap. Vidi ciuita tez. 529. Hym Urbs beata. ℣. Domum tuaꝫ dñe decet sancti tudo. ℟ In lõgitudine dierũ. Ad Mag. Añ. O quã metuen dus est locus iste: vere nõ est hic aliud nisi dom⁹ dei, ꝛ porta celi.

SECVNDA DIE infra octauam.

Ex tractatu S. Augustini epi scopi super Psalmos. Lec. iiij.

Jerusalem, que ędificatur vt ciuitas. Fratres, quan do dicebat ista Dauid, pfecta erat illa ciuitas, non ędificaba tur. Nescio quam ergo ciuita tem dicit, quę modo ędificat, ad quam currunt in fide lapi des viui: de quibus Petrus: Et vos tanquam lapides viui coędificamini i domũ spiritua lẽ, idest tẽplũ sanctũ Dei. Quid ẽ, Lapides viui coędificamini? Viuis, si credis: si autẽ credis, ef ficeris tẽplũ Dei: qa dicit apo stolus Paulus: tẽplũ enim Dei sanctũ est, quod estis vos. L. v.

Ipsa ergo modo ciuitas ę dificatur, pręciduntur de montib⁹ lapides per manus p dicantium veritatem: conqua drantur vt intrẽt in structuram sempiternam, adhuc multi lapi des in manibus artificis sunt, non cadunt de manibus artifi cis vt possint perfecti coędifica ri in structuram templi. Et er go ista Jerusalẽ, quę ędificatur vt ciuitas: Fundamentũ ipsius Christus est, dicit Apostolus Paulus: Fundamentum aliud nemo potest ponere pręter id quod positũ est, quod est Chri stus Jesus. Lectio sexta.

Fundamentum quando ponitur in terra, desup ędificantur parietes, ꝛ pondus parietum ad ima tẽdit, quia in imo positum est fundamentum: si autem fundamentum nostruꝫ in cęlo est, ad cęluꝫ ędificemur: Corpora ędificauerunt istam structuram quam videtis am plam surrexisse, huius basilicę: ꝛ quia corpora ędificauerũt, fun damentũ in imo posuerũt: quia vero spũaliter ędificamur, fun damentũ nostrũ in summo posi tũ est. Jlluc ergo curramus, ibi ędificemur, qa de ipsa Jerusalẽ dictum est: Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Jerusalem. De Dom. s. Ambro. epi L. vij.

Et confestim, inquit, vidit, ꝛ sequebaẽ eũ magnificãs dñm, ꝛ perambulabat Jericho. Aliter enim non videret, nisi se queretur Chrm, nisi dñm pędi caret, ꝛ nisi seculum pręteriret. Cum diuitibus quoqꝫ in gratiã reuertamur. Nolumus enim of fendere diuites, qa volumus si fieri potest, sanare omnes, ne in cameli cõparatione perstricti, in Zacchęo citius quam opor tuit derelicti, iuste habeant cõ motionis offensam. Lcõ. viij.

Viscant

Discant nō in facultatibus crimē hĕrere, sed in ijs, q vti nesciant facultatibus: Nam diuitię vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumēta virtutis. Diues certe Zacchęus electus a Christo, sed dimidiū bonorū suorū pauperibus largiendo, reddēdo etiā in quadruplū quę fraude sustulerat, (alterum enī nō sat est, nec habet gratiā liberalitas si iniuria pseueret: quia non spolia, sed bona quęruntur) vberiorem mercedem quam conferebat accepit. L. iii.

Et bene princeps inducit publicanorū. Quis enim de se desperet: quando ⁊ iste peruenit cui census ex fraude? Et ipse, inquit, diues. Vt scias nō omnes diuites auaros, Quid sibi vult quod nullius alterius staturā scriptura, nisi huius expressit, qa statura pusillus erat? Vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide. Nōdū enim promiserat cū ascēderet: ⁊ nondū viderat Christū, merito adhuc pusillus. Deniq Johannes magnus, quia ⁊ Christum vidit ⁊ spiritum sicut columbam super Christum manentē, sicut ipse ait: Vidi spiritum descendentē sicut columbam, ⁊ manentem super eum.

QVARTA DIE infra Octauam.

Sermo s. Augustini epi. L. iiii.

Celebritas huius cōgregationis, dedicatio est domus orationis: domus ergo nostrarū orationum ista, domus autem dei nos ipsi. Si domus dei nos ipsi, nos i hoc seculo ędificamur vt in fine seculi dedicemur. Aedificiū, immo ędificatio habet laborē, dedicatio exultationē. Quod hic fiebat, quando ista surgebant, hoc fit modo, cum congregant credentes in Christum. Credendo enim quasi de syluis ⁊ montibus ligna ⁊ lapides pręciduntur: cum vero cathechizantur, baptizantur, formantur, tanquam inter manus fabrorum ⁊ opificum dolantur, colliniantur, complanantur: verumtamen domū domini non faciunt, nisi quando charitate compaginantur. Lectio v.

Ligna ista, ⁊ lapides si non sibi certo ordine cohęrerēt, si nō se pacifice innecterēt, si nō se inuicē, cohęrēdo sibi, quodā modo amarēt, nemo huc intraret. Deniq qñ vides in aliqua fabrica lapides, ⁊ ligna bene sibi cohęrere, secur⁹ intras, ruinā nō times. Volēs ergo dñs Chris intrare, ⁊ in nobis habitare, tanquā ędificando dicebat: Mādatū nouū do vobis, vt vos inuicē diligatis. Mādatū, inqt, nouum do vobis: veteres enim eratis: domū mihi nondū faciebatis, in via ruina iacebatis. Ergo vt eruamini a vŕe ruinę vetustate, vos inuicē amate. L. vi.

Consideret ergo charitas via, ędificari adhuc istam domum

domũ toto, sicut pdictũ est & promissum, orbe terrarũ. Cũ enim edificatur domus post captiuitatem, sicut habet alius psalmus, dicitur, Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Qđ ibi dixit, cãticũ nouũ, hoc dñs dixit, mãdatum nouum. Quid enim habet cãticum nouum, nisi amorẽ nouũ? Cãtare amantis est. Uox huius cantoris feruor est sancti amoris. Amemus, gratis amemus: dñm enim amamus, quo nihil melius inuenimus: ipsum amemus propter ipsum, & nos in ipso, tamen propter ipsum.

De Dom. s. Ambro. epi. L. vij.

Quę aũt turba: nisi imperitę confusio multitudinis, quę verticẽ negt videre sapientię: Ergo Zaccheus quandiu in turba est, non videt Christũ: supra turbã ascendit, & vidit: hoc est, plebẽ iam trãsgressus, in sciẽtiam meruit quam desiderabat aspicere. Pulchre autẽ addidit: Quia illa parte erat trãsiturus dñs: Uel vbi sycomorus, vel vbi crediturus: vt mysterium seruaret, & gratiam seminaret, Sic enim venerat, vt per Iudęos transiret ad gentes. Lec. viij.

Uidit itaqꝫ Zacchęũ sursũ. Iã enĩ sublimitate fidei inter fructus nouorũ operum, velut fęcundę altitudine arboris eminebat. Et quoniam de typo ad moralia deflexim⁹, iter tot credentiũ volũtates dominica die relaxare animũ, festiuitatez admiscere delectat. Zacchęus in sycomoro, nouũ videlicet noui tẽporis pomũ: vt in hoc quoque compleretur illud: Arbor fici produxit grossos suos. L. ix.

Ad hoc enĩ Christus aduenit, vt ex lignis non poma, sed homines nascerẽtur. Legimus alibi. Cum esses sub arbore fici, vidi te. Ergo Nathanael sub arbore, hoc est supra radicem, quia iustus. Radix enim sancta. Sub arbore tamẽ Nathanael, quia sub lege. Zacchęus supra arborem, quia supra legem. Ille domini occultus defensor, hic publicus pędicator. Ille adhuc Christum ex lege quęrebat, iste iam supra legem relinquebat sua, & dominum sequebatur.

QVARTA DIE infra Octauam.

De fer. s. Augustini epi. L. iij.

Attendite in psalmo dedicationis, quę modo cantauimus ex ruina ędificiorũ. Conscidisti saccum meũ: hoc pertinet a ruinã. Quid ergo ad ędificium? Et accinxisti me lętitia. Uox dedicationis. Ut cãtet tibi gloria mea, & non cõpungar. Quis est qui loquitur? in verbis eius agnoscite: si expono, obscurũ est, ergo verba eius dicã: continuo agnoscetis loquentem, vt ametis alloquẽtem. Quis est q dicere potuit, Eruisti domine ab inferis animã meam? Lec. v.

O uius

Cuius anima iam ab infe ris eruta est, nisi de qua dictum est alio loco: Non dere linques aiam meam in inferno? Proponitur dedicatio: & cătatur liberatio, canticum dedicationis domus: & dicitur: Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, & non iucundasti inimicos meos super me. Attendite Iudęos inimicos, qui se putabant occidisse Christum, vicisse tanq̃ inimicum, perdidisse quasi hominem cęteris similem, atq; mortalem. Lectio sexta.

Resurrexit tertia die, & ei⁹ vox est: Exaltabo te dñe qm̃ suscepisti me. Attẽdite apostolũ dicentẽ, ꝓpter quod eum exaltauit. Et non iucundasti inimicos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte iucundabãtur, sed in eius resurrectione, ascẽsione, pręḋicatione aliqui cõpungebant. In eius ergo pręḋicatione, & p apostolorũ cõstantię diffamationẽ aliqui compũgebantur, & cõuertebant: aliqui obdurabantur, & confundebantur: nulli tamẽ iucundabantur. Homi. s. Gregorij papę. L. vij.

Si veraciter esse sapiẽtes, & ipsam Dei sapiẽtiã cõtẽplari appetimus: stultos nos humiliter cognoscamus: relinquamus noxiã sapientiã: discamus laudabilẽ fatuitatẽ. Hinc qppe scriptũ est: Siqs videt inter vos sapiens esse in hoc seculo, stult⁹ fiat, vt sit sapiẽs. Hinc euãgelicę historię verba testantur, quia Zacchęus cum videre pię turba nil posset, sycomorum arborem ascendit, vt transeuntem dominum cerneret. Sycomorus qppe ficus fatua dicit. Le. vij.

Pusillus itaq; Zaccheus sycomorum subijt, & diũ vidit: q: qui mundi stultitiã humiliter eligũt, ipsi dei sapientiam subtiliter cõtẽplant. Pusillitatẽ namq; nostrã ad videndũ dñm turba pręṗedit: q: infirmitatem humanę mẽtis, ne lucẽ veritatis itẽdat, curarũ seculariũ tumultus premit. Sed prudenter sycomorũ ascendimus, si prouide eã quę diuinitus pcipit stultitiam mẽte tenemus. Quid enim i hoc mũdo stultius, quam amissa nõ qrere, possessa rapiẽtibus relaxare, nullã pro acceptis iniurijs iniuriã reddere, immo adiunctis alijs patientiã pręḃere? Le. ix.

Quasi enim sycomorũ nos ascẽdere dñs pręcepit, cũ dicit: Qui aufert q̃ tua sunt, ne repetas: Et rursum. Siquis te p cusserit in dexteram maxillam, pręḃe illi & alterã. Per sycomorũ transiens dñs cernitur, quia p hãc sapientẽ stultitiã etsi nec dũ, vt est, solide, iã tñ per contẽplationis lumen quasi in transitu, Dei sapientia videtur, quã videre nequeunt qui sibi sapiẽtes videnṫ: quia ad conspiciendũ dñm i elata cogitationũ suarũ turba dep̃rehẽsi, adhuc sycomori arborem non inuenerunt.

QVIA

QVINTA DIE infra octauam.

De ser. s. Augustini epi. L. iiij.

Modo, quoniam implētur ecclesię, putamur iucūdari iudęos? Ecclesię ędificantur, dedicantur, implentur: quomodo illi iucundantur? Non solum non iucundantur, sed etiã confunduntur, & impletur vox exultantis: Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, & nō iucundasti inimicos meos super me. Non iucundasti super me: si mihi credant, iucundabis in me. Ne multa dicamus, ad illa quę cantauimus aliquã do veniamus. Quomodo dicit Christus, Cōscidisti saccū meū, & accinxisti me lętitia. Saccus eius erat similitudo carnis peccati. Lectio quinta.

Non tibi vilescat quod ait, saccum meũ. Ibi erat inclusum preciū tuum. Conscidisti saccū meū. Euasimus ad saccū istum. Cōscidisti saccū meū. In passione conscissus est. Quomodo ergo Deo patri dicit: Cōscidisti saccū meũ? Quomodo patri dicit, vis audire, Cōscidisti saccum meū? Quia proprio filio non pepercit: sed pro nobis oibus tradidit illū. Fecit enim per Iudęos nesciētes, vnde redimerent scientes, & cōfunderētur negātes. Nesciūt enim quid boni nobis operati sunt malo suo. Suspēsus est saccus, & quasi lętatus est impius. Conscidit saccū lancea persecutor, & fudit preciū nostrū redēptor. L. vi.

Cantet Christus redemptor, gemat Iudas venditor, erubescat Iudęus emptor. Ecce Iudas vendidit, Iudęus emit, malum negocium egerunt, ambo damnati sunt se ipsos perdiderūt venditor & emptor. Dicat ergo caput nostrũ, dicat pro corpore occiso, & pro corpore dedicato. Dicat, audiamus, Conscidisti saccum meū, & accinxisti me lętitia, idest conscidisti mortalitatem meam, & accinxisti me immortalitate, & incorruptione: Ut cātet tibi gloria mea, & nō cōpungar. Quid est, non compungar: iam cōtra me nō ferat lanceam psecutor, vt nō cōpungar. Christus enim surgens a mortuis, iã nō morit, & mors illi vltra non dñabitur.

Dom. vener. Bedę pro. L. vij.

Quę impossibilia sunt apud hoies, possibilia sunt apud deuz. Ecce enim camelus deposita gibbi sarcina per foramē acus transit, hoc est diues & publicanus relicto onere diuitiarū, contēpto cēsu fraudū, angustã portã arctamq; viam, quę ad vitã ducit, ascēdit. Qui mira deuotione fidei ad videndū saluatorē, quod natura minus habuerat ascensu supplet arboris, atque ideo iuste, quamuis ipse rogare non audeat, benedictionē dominicę susceptionis quaz desiderabat accipit. Lect. viij.

M&

Mystice autē Zaccheus, q interpretat̄ iustificatus, credentem ex gentibus populū significat. Qui quāto curis secularibus occupatior, tāto flagitijs deprimentibus erat factus humilior. Sed ablutus est, sed sanctificatus, sed iustificatus in nomine dn̄i nostri Iesu Christi in spū Dei nr̄i, q itrātē Iericho Saluatorē videre q̄rebat, sed p̄e turba non poterat: q2 gratia fidei, quā mundo saluator attulit, participare cupiebat: sed inolita vitiorū9suetudo, ne ad votū pueniret obstiterat. L. ix.

Eadē nāq turba noxię cōsuetudinis, quę supra cęcū clamantē, ne lumen peteret, increpabat, etiā suscipientem publicanū, ne Iesū videat, tardat. Sed sicut cęcus turbarum voces magis ac magis clamando deuicit, ita pusillus necesse est turbę nocentis obstaculum altiora petendo transcēdat, terrena relinquat, arborē crucis ascendat. Sycomorus namq;, quę est arbor folijs moro similis, sed altitudine pstās, vnde & a Latinis celsa nūcupat̄, ficus fatua dicitur. Et eadem dn̄ica crux, quę credentes alit vt ficus, ab icredulis irridetur vt fatua.

SEXTA DIE infra octauam.

De ser. s. Augustini epi. Le. iiij.

Ergo dū nouā constructionē sanctę huius ecclesię libenter attendimus, quā diuino nomini hodie dedicamus, inuenimus a nobis deberi, & deo nostro maximam laudem, & sanctitati vestrę congruum de diuinę domus ędificatione sermonē. Tunc autem sermo noster congruus erit, si in se aliquid ędificationis habeat, quod vtilitati animarum vestrarum, deo vos interius ędificāte, proficiat Quod hic factum corporaliter videmus in parietib9, spiritualiter fiat in mentibus: & quod hic perfectum cernimus in lapidibus, & lignis, hoc ędificante gratia dei, perficiatur in corporibus vestris. Lectio v.

Principaliter ergo gratias agamus dn̄o deo nostro, a quo ē omne datū optimū, & oē donū pfectū, & ei9 bonitatē tota cordis alacritate laudem9, quoniā ad constituendā istā domum orationis, fidelium suorū visitauit animum, excitauit affectum, surrogauit auxilium: inspirauit necdum volentibus, vt vellent: adiuuit bonę voluntatis conatus, vt facerent: ac p hoc Deus, qui operatur in suis & velle & pficere, pro bona volūtate hęc omnia ipse cępit, ipse perfecit. Lectio sexta.

Et q2 opera bona in cōspectu suo nunq̄ esse permittit inania, fidelibus suis, quib9 operātibus prębuit virtutis suę fauorē, tribuet cōdignā pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agēdę sunt gratię

deo

Deo nostro. Hanc enim Eccle/siã quã fecit nomini suo ꝯstrui, fecit etiam sanctorum martyrũ reliquijs amplius honorari.

De Do.vene. Bedę psb. L.vij.

Et cũ venisset ad locũ, su/spiciẽs Jesus vidit illum. Perãbulãs Jericho Saluator venit ad locũ vbi pręcurrens Zacchę⁹ sycomorũ cõscẽderat: quia missis per mũdũ sui verbi pconibus, in quibus ipse nimi/rum ⁊ loquebat̃ ⁊ ibat, venit ad populũ nationũ, qui passionis eius fide iam sublimis existẽs, etiam diuinitatis eius ardebat agnita facie beati. Suspiciẽs vi dit illũ, qa per gratiã fidei a ter renis cupiditatib⁹ eleuatũ, tur/bisq; infidelibus pręeminentem elegit. Uidere enĩ Dei eligere vel amare est: vnde est illud: O/culi domini super iustos. Nã ⁊ nos quę amamus videre, ab ys, quę execramur, intuitũ festina/mus auertere. Lec.viij.

Uidit ergo Jesus videntẽ le, qa elegit eligentẽ se, ⁊ amauit amantẽ. Hũc sane ordi/nẽ proficiendi, hoc est per fidẽ dñicę incarnationis ad cogni/tionẽ diuinitatis perueniendi, quasi sycomorũ Jesu facieĩ spe culandi doctor egregius osten/dit, cum ait: Non enim iudica/ui scire me aliqd inter vos nisi Chrm Jesũ, ⁊ hũc crucifixum. Iterũq; alijs exꝓbrãs: facti estis, i/gt, qb⁹ lacte opus sit, non solido cibo: Lac infima tẽporarię dis/pensationis, solidũ cibũ ardua ꝑpetuę maiestatis appellãs. L.ix.

Et dixit ad eũ: Zacchęe, fe stinans descẽde: qz hodie in domo tua oportet me mane/re. Et festinans descendit, ⁊ ex/cepit illũ gaudens. Manebat aliquando dñs in domo princi pis Pharisęorũ, hoc ẽ, i Judęo/rũ synagoga docebat: sed quia nõ baptizatũ ante prandiũ, sab batho curanteĩ, publicanos, ⁊ peccatores recipientem, contra auaritiã disputantem, ⁊ cęte/ra digna Deo gerentem lingua venenata carpebant, pertęsus eorum facinora discessit, ⁊ aufu git dicens: Relinquetur vobis domus vestra deserta. Hodie autem in domo pusilli Zacchęi oportet illum manere, hoc est, nouę lucis gratia coruscante in humili credentium nationũ corde quiescere.

SEPTIMA DIE.

infra octauam.

Sermo s. Johã. Chrys. L.iij.

Communis domus eccle sia oium est: atq; ideo cõ/muniter oib⁹, cõfestiĩ cũ itraue rim⁹, pacẽ ꝫm Chri legẽ offeri/mus. Nemo ergo desidia veniẽ/di supsedeat, nemo secularibus suspẽsuĩ aium rebus habeat, cũ iã ad ꝑdicandũ sacerdotes in/trauerint: non enim parua im/minet punitio. Unde ipse opta/rẽ millies domi nostrę cõtẽptus esse, quã in hoc loco pędicãs se mel tãtũmodo nõ auditus: tãto certe

certe mihi hoc quã illud molestiꝰ esse videt, quãto hec domꝰ, quã vestra excellẽtior est. Lec.v.

Nam hic magne nobis sũt possessiones, hic ois spes nostra sita est: omnia, que hic sunt, sublimia certe sunt atque fulgentia: hec mẽsa preciosior multo atque iucundior q̃ tua: hec lucerna magna fidei, oleo hic peruncti a morbo liberati sunt. Arca etiã hec melior quã tua est, magisq; necessaria: non enim preciosas vestes, sed misericordiã inclusam cõtinet: qua qui priuantur, culpa sua priuãtur. Hic & lectulus est valde tuo prestantior: diuinarũ enim scripturarum lectio omni magnifico lecto suauior est. Lectio.vi.

Et certe bene nobiscũ ageret, si nullã aliã domũ preter hanc possideremus, qd dictũ ne graue vobis videatur, recte dictũ tria millia hominum & quinq; millia illi testantur, q domum vnam, & mensam vnã, & animã vnã habuerunt. Totius enim multitudinis credentiũ, inquit, vnum cor erat, & anima vna. Uerum, quoniam nimiũ longe a virtute illoꝝ absumus, p ꝓprias domus seiuncti, saltẽ qñ huc cõuenimus, id oi studio faciamus. Nam etsi aliarum rerũ pauperes sumus, nihilominus cũ huc ad vos intramus, cũ charitate, obsecro. nos suscipiatis: cũq; Pax vobis dicimꝰ: Et cum spũ tuo, non voce soluz sed animo quoq; respondeatis.

De Ho. vene. Bede psb. Lc.vij.

Et cũ viderẽt oẽs murmurabant dicẽtes, quod ad hoiem peccatorem diuertisset. Manifestum est Judeos semp gentium odisse salutem. Scriptum est enim: Sequenti vero sabbatho pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei. Uidentes autem turbas Judei, repleti sunt zelo, & contra dicebant his que a Paulo dicebantur. Et alibi fideles etiam fratres aduersus apostolorum principem disceptabant dicentes: Quare introisti ad viros preputium habentes, & manducasti cum illis. Lec.viij.

Stans autẽ Zaccheus dixit ad dominũ: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: &, si quid aliquez defraudaui, reddo quadruplũ. Alijs calumniantibus hominem peccatorem, ipse Zaccheus stans, id est in ea quam ceperat, fidei veritate persistẽs, non solũ se ex peccatore cõuersum, sed etiam inter perfectos probat esse conuersum: Dicente enim domino, Si vis perfectus esse: vade, vende oia que habes, & da pauperibus: quisquis ante conuersionem innocẽter vixit oia conuersus potest dare pauperibus. Lectio ix.

At qui aliqua fraude sustulit, primo hec iuxta legẽ reddere, deinde qd sibi remãserit

ferit, debetur dare pauperibus. At sic & ipse, qa sibi nil retinet, omnia sua dispergit, dat pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi. Et hęc est sapiens illa stultitia, quam de sycomoro publicam⁹ quasi fructū vitę legerat, rapta videlicet reddere, ꝓpria relinquere, visibilia ꝯtemnere: pro inuisibilibus etiaʒ mori desiderare, seipsum abnegare, & ei⁹, q nec dū videatur, dñi vestigia sequi cōcupiscere.

INOCTAVA DEDI-
cationis Ecclesiæ.

Oia vt in die, pręter lec. ij noc.
Ex Epistola decretali Felicis Papę quarti. Lectio quarta.

Tabernaculū Moysen dño pręcipiēte fecisse, & sacrasse, cum mēsa & altari eius, & cęteris vasis utensilibus, & ad diuinum cultū explendum, legimus: & non solum diuinis precibus ea sacrasse, sed etiam sancti olei vnctione domino iubente pliniſſe nouimus. Qualiter autē hęc facta sint: & quomodo ipsa sacra non alij quam ipsi sacerdotes sacra vnctione delibuti dominoque cum vestibus sanctis sacrati, & leuitę tractabant, ferebant, erigebant, & deponebant, in ipsis institutionibus quę iubente domino per Moysen conscriptę sunt, in lege domini reperitur. Lectio quinta.

Qualiter ergo Dauid regum pyssimus amplificauerit cultum Dei, & templum domini ędificare voluerit, sed propter multū sanguinem, quē effuderat, prohibitus est, & ipse collegerat expensas, Salomon quoq filius eius id ipsuʒ, quod ipse facere optauerat, iubente, & auxiliante domino perfecit. & templum cum altari, & reliqua ad diuinum peragendū cultuʒ consecrauit: in libro Regum legitur. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatē celebrē, & omnis Israel cuʒ eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq ad riuū Aegypti, corā dño Deo nostro septem diebus, & septem diebus, idest quatuordecim diebus, & in die octaua dimisit populos. Lectio sexta.

Solennitates dedicationum ecclesiarum & sacerdotum per singulos annos solenniter sunt celebrandę, ipso domino exemplum dante, qui ad festū dedicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis, eandem festiuitatē celebraturus, venit, sicut scriptuʒ est: Facta sunt encęnia in Ierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Ies⁹ in tēplo in porticu Salomonis. Qđ aūt octo dieb⁹ encęnia sint celebrāda, i libro Regū ꝑfecta dedicatione tēpli reperies. Tu autem.

Lectiones tertij nocturni leguntur, vt supra in die festo.

OFFI

OFFICIVM B. MARIAE. IN SABBATHO.



OMnib' Sabbatis p annum: preterquã in Aduẽt. Quadrages. Quatuor tẽporibus, & Vigilijs, ac nisi festum nouẽ lectionum occurrat: fit Officium de Sancta Maria modo infrascripto.

In vesper. Ferie vj. dñr Psal. feriales in psalt. posit. 58. Cap.

AB initio & añ secula creata sũ: & vsq3 ad futurũ seculũ non desinã: & in habitatione sancta corã ipso ministraui. Hymnus.

AVe maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix celi porta.
Sumens illud aue
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Eue nomen.
Solue vincla reis,
Profer lumen cecis:
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.
Virgo singularis,
Inter omnes mitis:
Nos culpis solutos
Mites fac & castos.
Vitam presta puram,
Iter para tutum:
Vt videntes Jesum,
Semper colletemur.
Sit laus deo patri,
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor vnus. Amen.

℣. Diffusa est grã in labijs tuis.
℟. Propterea bñdixit te deus in eternum. Ad Magnif. Aña.

Beata mater, & intacta virgo, gloriosa regina mundi, intercede p nobis ad dñm. vel alia p varietate tẽporis, vt infra. fol. 538. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

COncede nos famulos tuos, q̃s dñe Deus, ppetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beate Marie semper virginis intercessione, a presenti liberari tristitia, & eterna perfrui letitia. Per dominum nostrum Jesum Christum. vel alia pro tpe. Post orationem fiunt cõme. cõsuete de Aplis & de Pace, vel alie p tpe occur.

Completorium vt in Psalter.

Ad Matutinum Inuitatorium.

Aue Maria gratia plena: Dñs tecum. ℣ Venite. Hymnus.

QVem terra, põtus, ethera, Colunt adorãt, pdicant,

Trinam regentem machinaz
Claustrum Marie baiulat.
Qui Luna, Sol, et omnia
Deseruiunt per tempora:
Perfusa celi gratia
Gestant puelle viscera.
Beata mater munere
Cuius supernus artifex,
Mundum pugillo continens,
Uentris sub arca clausus est.
Beata celi nuncio,
Fecunda sancto spiritu,
Desideratus gentibus,
Cuius per aluum fusus est.
Gloria tibi dñe, Qui natus.
Nocturnū Sabbathi vt i psal.
In fine Nocturni. ℣. Diffusa ē gr̃a in labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deus in eternū.
Pater nr̃. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera nos. Absolutio.
Precibus et meritis beate Marie semp virginis, et omnium sanctorum, perducat nos dñs ad regna celorum. ℟. Amen. ℣. Jube domne benedicere. Benedictio. Nos cū prole pia, benedicat virgo Maria. ℟. Amen. Trime due lectiões de scriptura libri currentis. Tertia vna ex inferius positis per ordinem. i. ℟. Sancta et immaculata virginitas, quibus te laudibus efferam nescio, Quia que celi capere non poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, et bñs fructus ventris tui. Quia.
Pro secunda Lectõne. Bñio.
Ipsa virgo virginum intercedat pro nobis ad dñm. ℟. Amen. ii ℟. Felix namq3 es sacra virgo Maria, et oi laude dignissima, Quia ex te ortus est sol iustitie Christus deus nr̃. ℣. Ora p populo, interueni p clero, intercede pro deuoto femineo sexu; sentiāt oẽs tuuz iuuamen, qcunq3 celebrāt tuā sanctā cõmemorationem. Quia. Glo. Lbis.
Pro iii. le. Bño. Per virginem matrem concedat nobis dñs salutem et pacem. ℟. Amen.
Ad Laudes, et per horas. Aña.
Dum esset rex in accubitu suo, nard⁹ mea dedit odorem suauitatis. ps Dñs reg. 8.
Aña. Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabit me. ps Jubilate 8. Añ. Nigra sum sed formosa filie Jerusalē: ideo dilexit me rex, et introduxit me in cubiculum suum. ps. Deus deus meus 8. Añ. Jam hyems transiit imber abiit, et recessit: surge amica mea, et veni. psalm Benedicite 9. Aña Speciosa facta es, et suauis in deliciis tuis, sancta Dei genitrix. psalm. Laudate dñm de cel. 9. Capi. Ab initio. vt supra. Hymnus.
O Gloriosa domina,
Excelsa super sydera:
Qui te creauit prouide,
Lactasti sacro vbere.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine,
Intrent vt astra flebiles
Celi fenestra facta es.
Tu regis alti ianua.

Et

Et porta lucis fulgida:
Vitam datam per virginem
Gentes redempte plaudite.
Gloria tibi d. ℣. Bñdicta tu i mulierib⁹. ℟. Et bñdictus fructus vētris tui. Ad .b. Añ. Añs. Bñã dei genitrix Maria, vgo ppetua, templum dñi, sacrariū spirit⁹ sancti: sola sine exemplo placuisti dño nostro Jesu Christo: ora pro populo, interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo sexu. vel alia pro varietate tēporis, vt infra notatur. Oratio. Concede nos famul. vel alia vt sup. Deinde fiunt cōme. vt su. f. 6. Ad horas. Hym ni, & Psal. vt in Psalt. & in fin. hymnorum dicitur. Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine. Ad .j. Añ. Dum esset rex. ps. Deus in nomine tuo. 10. Beati immacula. & Retribue. Cap. Regi seculorum. ℟. bre. Christi fili. ℣. Qui natus es d Maria vgi. & alia vt in psalte. Ad Absolonē Cap. In plateis. Ad tertiā. Añ. Leua eius. ps. Legē pone. 16. Cap. Ab initio ℟. br. ℣. b Specie tua, Et pulchritudine tua. ℣. Intēde, prospere pcede, & regna ℣. Adiuuabit eā deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius nō cōmouebitur. Ad sextā Añ. Nigra sum. ps. Defecit. fo. 17. Capitulum.

Et sic in Sion firmata sū, & i ciuitate sanctificata similiter requieui: & in Jerusalē potestas mea: Et radicaui ipopulo honorificato: & in partes dei mei hereditas illius: & in plenitudine sanctorum detētio mea. ℟. b. Adiuuabit eā deus vultu suo. ℣. De⁹. in medio eius non cōmouebit. De⁹. ℣. Elegit eā deus, & pelegit eā. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam. Ad nonam. Añ. Speciosa. ps. Mirabilia 18. Capitl.

In plateis sicut cinnamomum & balsamū aromatizans odorē dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. ℟. b. Elegit eā Deus. Et pelegit eā. ℣. In tabernaculo suo habitare facit eā. Et. ℣. Diffusa ē gratia i labijs tuis. ℟. Propterea bñdixit te deus i eternū. Oro. Cōcede nos famu. vt su. ¶ Ad vesperas, Añe, Psalmi feriales: f. 59. Cap. & reli. oia, si non occur. festū dup. de offic. In fine cōme. cōsuete in Psalt.

POST NATIVITATEM Domini.

ad Purifi. Ad Vesp. Cap. Ab initio. Hymn⁹. Aue maris stella. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis. Ad M. an Magnū hereditatis mysterium. fo. 546. Oro. Deus qui salutis eterne beate Ad Laudes, & per horas. añ. O admirabile. 546. vt infra in officio paruo beate Marie cum reli. de laud.

TEMPORE PASCHALI.

Inuitato. Añis, ps. & versic. addit̄ur halleluia. Et ad Mag. Añ. dicitur Regina celi.

vt infra in offõ paruo b. Marię

¶ Lectiones sequētes dicūtur sin gulis mēsibus i offõ B. Marię in Sabb. ordine subscripto.

MENSE IANVARIO.

Ex epistola s. Ambrosij epi ad Siricium Papam. Lect. iij.

De via peruersitatis pdūtur dicere: Virgo ɔcepit, sed non virgo generauit. Quę potuit ergo virgo cōcipere, potuit virgo generare: cū semp cōceptꝰ pręcedat, partus sequat. Sed si doctrinis ñ credit sacerdotū, credatur oraculis Christi: credatur monitis angelorū, dicētium: Quia non impossibile Deo omne verbum. Credatur Symbolo Apostolorum, quod Ecclesia Romana iteratū semper custodit, et seruat. Audiuit Maria vocem angeli, et quę an te dixerat. Quomodo fiet istud: non de fide generationis interrogans, respōdet postea, Ecce ancilla domini, contingat mihi sm verbum tuū. Te deum. 8.

MENSE FEBRVARIO.

Ex libro s. Hieronymi presbyteri aduersus Iouinianum. L. iij.

Respice in me et miserere mei: quia vnicus, et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatę sunt: de necessitatibus meis erue me.
Uide humilitatem meam, et laborem meum: et dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me.
Custodi aiam meā,et erue me: non erubescā, qm̄ speraui in te.
Innocentes et recti adhęserūt mihi:quia sustinui te.
Libera Deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.
Requiem eternam.
Añā. Delicta iuuētutis meę, et ignorātias meas ne memineris dñe. Añā. Credo videre. Ps.

Dominus illuminatio mea, et salus mea:quē timebo?
Dominus protector vitę meę: a quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.
Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt,et ceciderūt.
Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.
Si exurgat aduersum me pręlium:in hoc ego sperabo.
Unam petij a domino, hāc requiram: vt inhabitem in domo dñi omnibus diebus vitę meę.
Ut videam voluntatem domini:et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscōdito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me:et nunc exaltauit caput meū super inimicos meos.
Circuiui,et immolaui in tabernaculo eius hostiā vociferationis:cātabo,et psalmū dicā dño.
Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te: miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.
Ne auertas faciē tuam a me: et ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.
Quoniā pater meus, et mater mea dereliquerūt me:dominus autem

autem assumpsit me.

Legē pone mihi domine in via tua: & dirige me in semitam rectam propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantiū me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini: in terra viuentium.

Expecta dn̄m, viriliter age: & cōfortetur cor tuū, & sustine dn̄m. Requiem. Añ. Credo videre bona dn̄i in terra viuentiū. ℣. Collocet eos dn̄s cū principib⁹. ℟. Cum principib⁹ populi tui. Pater noster. totū secre. L. iiij.

Job. 13. Responde mihi: quātas habeo iniquitates, & peccata? scelera mea, atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim cōtra me amaritudines, & cōsumere me vis peccatis adolescētię meę. Posuisti in neruo pedē meū, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedū meorū cōsiderasti: Qui quasi putredo cōsumendus sum, & quasi vestimētū, quod comeditur a tinea. ℟. Memento mei De⁹, q̄a vētus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. ℣. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me. Lectio quinta.

Job. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodē statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecū in iudiciū? Quis potest facere mundum de immūdo cōceptū semine? Nonne tu, qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensiū eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui pręteriri nō poterūt. Recede ergo paululū ab eo: vt quiescat, donec optata veniat, & sicut mercenarij dies ei⁹. ℟. Hei mihi dn̄e, q̄a peccaui nimis i vita mea: quid faciā miser? vbi fugiā, nisi ad te de⁹ me⁹? Miserere mei dum veneris i nouissimo die. ℣. Anima mea turbata ē valde, sed tu domine succurre ei. Miserere. Lectio vi.

Job. 15. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me: & abscondas me donec pertrāseat furor tuus, & cōstituas mihi tēpus in quo recorderis mei? Putas ne mortu⁹ homo rursum viuat? Cūctis diebus, quib⁹ nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respōdebo tibi: Operi manuū tuarū porriges dexterā. Tu quidē gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. ℟. Ne recorderis peccata mea dn̄e. Dū veneris iudicare seculū p ignē. ℣. Diri-

℣. Dirige dñe Deus meꝰ in cõspectu tuo viam meã. Dum ve. ℣. Requiem. Dum veneris.

In iij. noct. ꝑ feria iiij. ꝛ Sabbatho. Aña. Complaceat. ps. Expectãs expectaui dñm. 25. Aña. Complaceat tibi domine vt eruas me: dñe ad adiuuandum me respice. Aña. Sana domine. ps. Beatus qui intelligit. 26. Aña. Sana dñe animam meam: quia peccaui tibi. Aña. Sitiuit. ps. Quemadmodũ. 26. Añ. Sitiuit aĩa mea ad Deuȝ fontem viuum, qñ veniã ꝛ apparebo ante faciẽ dñi? ℣. Ne tradas bestijs aĩas cõfitentes tibi. ℟. Et aĩas pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ. Pater nr̃. totũ lect. l. vij.

Job. 17. Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabunt, ꝛ solũ mihi superest sepulcrũ. Nõ peccaui, ꝛ in amaritudinibꝰ moratur oculus meꝰ. Libera me dñe, ꝛ pone me iuxta te, ꝛ cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei trãsierũt, cogitationes meę dissipatę sũt, torquẽtes cor meũ. Noctẽ verterunt in diem, ꝛ rursuȝ post tenebras spero lucẽ. Si sustinuero, infernus domus mea est, ꝛ in tenebris straui lectuluȝ meum. Putredini dixi: Pater meus es: Mater mea, ꝛ soror mea, vermibꝰ. Ubi est ergo nũc pręstolatio mea, ꝛ patiẽtia mea? Tu es dñe Deꝰ meus. ℟. Ue ccantẽ me quotidie, ꝛ non me pœnitentẽ timor mortis conturbat me: Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, ꝛ salua me. ℣. Deus in noĩe tuo saluũ me fac, ꝛ in virtute tua libera me. Quia in. Lectio viij.

Job. 19. Pelli meę consumptis carnibus adhęsit os meum, ꝛ derelicta sunt tãtũmodo labia circa dẽtes meos. Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus dñi tetigit me. Quare psequimini me sicut Deus, ꝛ carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarentur in libro stylo ferreo, ꝛ plumbi lamina, vel celte sculpãtur in silice? Scio enim ꝙ redemptor meus viuit, ꝛ in nouissimo die de terra surrecturus sum, ꝛ rursum circundabor pelle mea, ꝛ in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, ꝛ oculi mei cõspecturi sunt, ꝛ nõ alius. Reposita est hęc spes mea in sinu meo. ℟. Dñe ꝺm actũ meũ noli me iudicare: nihil dignũ in cõspectu tuo egi: ideo deprecor maiestateȝ tuaȝ: Ut tu Deus deleas iniquitateȝ meã. ℣. Ampliꝰ laua me domine ab iniustitia mea, ꝛ a delicto meo munda me. Ut tu. Lec. ix.

Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptꝰ essem, ne oculus me videret. Fuissem, quasi nõ essem, de vtero transla-

translatus ad tumulū: Nūquid nō paucitas dierū meoꝝ finietur breui? Dimitte me ergo, vt plā gā paululū dolorē meū, anq̄uā vadā, ⁊ nō reuertar ad terrā tenebrosā, ⁊ opertā mortis caligine: terrā miserię, ⁊ tenebrarū, vbi vmbra mortis, ⁊ nullꝰ ordo, sed sēpiternꝰ horror inhabitat. ℟. Libera me dn̄e de vijs inferni, q portas ęreas cōfregisti, ⁊ visitasti infernū, ⁊ dedisti eis lumen, vt viderent te: Qui erāt in pęnis tenebrarū. * Clamātes, ⁊ dicētes, aduenisti redemptor noster. Qui. ℟ equiem. Qui.

Seq. ℟. dr solūmō in crastino Oiū scōꝝ, ⁊ qn̄cūq̄ p defunctis dn̄r ix. lcōnes. ℟. Libera me dn̄e de morte eterna i die illa tremēda. Qn̄ celi mouēdi sūt ⁊ terra, Dū veneris iudicare seculū p ignē. * Tremens factꝰ sum ego, ⁊ timeo, dum discussio venerit, atque vētura ira. Qn̄. * Dies illa, dies irę, calamitatis, ⁊ misię, dies magna, ⁊ amara vald Duz. ℣. R egē. Libera.

Ad Laud. absolute incipit. An.

Exultabūt dn̄o ossa humiliata. ps. Miserere mei Deus. 23. An. Exaudi dn̄e. Psalmus.

Te decet hymnus Deus in Sion: ⁊ tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Uerba iniquoꝝ p̄ualuerūt super nos: ⁊ impietatibus nostris tu propitiaberis.

Beatus quem elegisti ⁊ assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuę: sanctum est templum tuū, mirabile in ęquitate.

Exaudi nos deus salutaris noster: spes omnium finium terrę, ⁊ in mari longe.

Preparans montes in virtute tua accinctus potentia: qui cōturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes, ⁊ timebunt qui habitant terminos a signis tuis: exitus matutini ⁊ vespere delectabis.

Uisitasti terrā ⁊ inebriasti eā: multiplicasti locupletare eam.

Flumē Dei repletū est aquis: parasti cibum illorum, quoniā ita est preparatio eius.

Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lętabitur germinans.

Benedices coronę anni benignitatis tuę: ⁊ campi tui replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa deserti: ⁊ exultatione colles accingent.

Induti sunt arietes ouium, ⁊ valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem. An. Exaudi domine orationem meā: ad te omnis caro veniet. An. Me suscepit dextera tua domine. ps. Deus

Deus Deus meus ad te. 8.
A porta inferi. Canticum.

Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.
Quesiui residuũ annorũ meorum: dixi, non videbo dominũ deum in terra viuentium.
Non aspiciam hominem vltra: & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata est & cõuoluta est ante: quasi tabernacula pastorum.
Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me.
Sperabam vsque ad mane: quasi leo, sic cõtriuit omnia ossa mea.
De mane vsque ad vesperã finies me: sicut pullus hirũdinis sic clamabo, meditabor vt colũba.
Attenuati sunt oculi mei: suspicientes in excelsum.
Domine, vim patior, responde pro me: quid dicã? aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.
Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei: corripies me, & viuificabis me, ecce in pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animã meam vt nõ periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui descendunt in lacum veritatem tuam.
Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.
Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cũctis diebus vite nostre in domo dñi.
Requiem. Aña. A porta inferi erue dñe animã meã. Aña. Omnis spiritus laudet dominum. ps. Laudate dominum de celis. 9.
℣. Audiui vocem de celo, dicentem mihi. ℟. Beati mortui qui in dño moriuntur. ... Bñ. Aña.
Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & oĩs, qui viuit & credit in me non morietur in eternum. Deinde Pater noster. totum secret. ps. De profundis. cum precibus, & orationibus vt supra in vesp.

PSALMI GRADVALES.

Dicunt feria iiij. cuiuslibet hebdomade in Quadrag. nõ impedita aliquo festo nouẽ lectõnũ, in Choro ante Matut. vel extra Chorum, pro opportunitate temporis. Et isti primi v. psalmi dicuntur sine Gloria patri. Et in fine vltimi dicit. ℟ equie. Incipitur absolute sine Aña. ps.
Ad dñm cum tribularer. 54.
Leuaui oculos meos.
Letatus sum in his que. 55.
Ad te leuaui oculos meos.
Nisi quia dñs erat in. cum. ℣.
Requiem eternã dona eis dñe,
℟. Et lux perpetua luceat eis

Deinde

Deinde dicitur flexis genibus
Pater noster. secreto. ℣.
Et ne nos. ℟. Sed libera nos.
℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animas eorum.
℣. Requiescat in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Absolve, quesumus domine, animas famulorum, famularumque tuarum, et omnium fidelium defunctorum ab omni vinculo delictorum: ut in resurrectionis gloria, inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen.

Dicta oratione statim dicuntur alii psalmi Graduales, qui sequuntur.
In fine cuiuslibet Psalmi dicitur.
Gloria patri, et filio, et spiritui.
Qui confidunt in domino. 55.
In convertendo dominus.
Nisi dominus edificaverit domum.
Beati omnes qui timent.
Sepe expugnaverunt me.
Quibus finitis dicitur flexis genibus.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. secreto.
℣. Et ne nos. ℟. Sed libera.
℣. Memento congregationis tue.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo. Oratio.

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram: ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tue pietatis clementer absolvat. Per Christum.

Deinde absolute, ut supra. Et in fine cuiuslibet psalmi dicitur. Gloria patri.
De profundis clamavi. 56.
Domine non est exaltatum.
Memento domine David
Ecce quam bonum et quam iucun. 57.
Ecce nunc benedicite dominum.
Ut in fine completorii.
Quibus finitis dicitur flexis genibus.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libera. ℣. Salvos fac servos tuos.
℟. Deus meus sperantes in te.
Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oratio.

Pretende domine famulis et famulabus tuis dexteram celestis auxilii: ut te toto corde perquirant, et que digne postulant consequi mereantur. Per Christum dominum.

SEPTEM PSALMI POENITENTIALES cum Litaniis.

Dicuntur flexis genibus in omnibus sextis feriis Quadragesime, quando officium fit de feria. Litanie autem omissis Septem Psalmis dicuntur in Litaniis maioribus in festo sancti Marci, et in tribus diebus Rogationum. Dicuntur autem in Quadragesima in Choro post Matutinum diei, extra Chorum pro opportunitate temporis. Antiphona. Ne reminiscaris. Psalmus

Domine.



Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
Conuertere domine, et eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubescant valde velociter.
Gloria patri. Psalmus.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.
Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea, erue me a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.
In camo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circumdabit.
Letamini in domino, et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri. Psalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates meę supgresſę sunt caput meum: et sicut onus graue grauatę sunt super me.
Putruerunt et corruptę sunt cicatrices meę: a facie insipientię meę.
Miser factus sum, et curuatus sum vsqȝ in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meum. et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.
Amici mei, et proximi mei: aduersum me appropinquauerũt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de lõge steterunt: et vim faciebant, qui querebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquã surdus nõ audiebam: et sicut mutus nõ aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo nõ audiens: et non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te dñe speraui: tu exaudies me dñe Deus meus.
Quia dixi, nequãdo supgaudeant mihi inimici mei: et dum commouentur pedes mei, sup me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in cõspectu meo semper.
Quoniam iniquitatẽ meã annũciabo: et cogitabo pro pctõ meo.
Inimici aũt mei viuũt, et cõfirmati sunt super me: et multiplicati sunt, q oderũt me inique.
Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me dñe Deus meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meũ: domine Deus salutis meę.
Gloria patri. Psalmus.

Miserere mei Deus: secũdum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniqtate mea: et a pctõ meo munda me.
Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: et peccatum meum cõtra me est semper.
Tibi soli peccaui, et malũ corã te feci: vt iustificeris i sermonibus tuis, et vincas cũ iudicaris.
Ecce enim i iniquitatibus cõceptus sum: et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, et occulta sapientię tuę manifestasti mihi.
Asperges me domine hyssopo et mun-

⁊ mundabor: lauabis me, ⁊ su/
per niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiū ⁊
letitiā: ⁊ exultabunt ossa humi/
liata.
Auerte faciem tuam a pctis
meis: ⁊ oēs iniqtates meas dle.
Cor mundum crea in me deus:
⁊ spiritum rectum innoua i vi/
sceribus meis.
Ne pyciasme a facie tua: ⁊
spm scm tuū ne auferas a me.
Redde mihi letitiā salutaris
tui: ⁊ spū pricipali pfirma me.
Docebo iniquos vias tuas: ⁊
impij ad te conuertentur.
Libera me d sanguinib' De'
Deus salutis mee: ⁊ exultabit
lingua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea apies: ⁊
os meū annūciabit laudē tuā.
Quoniam si voluisses sacrifi/
cium dedisses vtique: holocau
stis non delectaberis.
Sacrificiū Deo spiritus con
tribulatus: cor contritū ⁊ hu/
miliatum Deus nō despicies.
Benigne fac domine in bona
voluntate tua Sion, vt edificē/
tur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificiū iu
stitie oblōnes, ⁊ holocausta: tūc
iponēt super altare tuū vitulos
Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi orationē
meam: ⁊ clamor me' ad
te veniat.
Non auertas faciē tuā a me:
in quacunq die tribulor, incli/
na ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocaue
ro te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus
dies mei: ⁊ ossa mea sicut cre/
mium aruerunt.
Percussus sum vt fenū, ⁊ aruit
cor meum: quia oblitus sum co/
medere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit
os meum carni mee.
Similis factus sum pellicano
solitudinis: factus sum sicut ni
cticorax in domicilio.
Vigilaui: ⁊ factus sum sicut
passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi
inimici mei: ⁊ q laudabāt me
aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquā panē
manducabam: ⁊ poculū meum
cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue:
quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra decli/
nauerūt: ⁊ ego sicut fenū arui.
Tu autem domine in eternum
permanes: ⁊ memoriale tuū in
generatione ⁊ generatione.
Tu exurgens misereberis Sion:
quia tempus miserendi ei', qa
venit tempus.
Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius, ⁊ terre eius
miserebuntur.
Et timebūt gentes nomē tuū
dñe: ⁊ oēs reges terre gl'am tuā.
Quia edificauit dns Sion: ⁊
videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humi/
lium: ⁊ nō spreuit preces eorū.

Scribantur hec in generatio/ne altera: et populus qui crea/bitur laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso san/cto suo: dominus de celo in ter/ram aspexit.
Ut audiret gemitus compe/ditorum: ut solueret filios inter/emptorum.
Ut annuncient in Syon nomen domini: et laudem eius in Jerusalem:
In conueniendo populos in v/num: et reges ut seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue: pau/citatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio die/rum meorum: in generationem et generationem anni tui.
Initio tu domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt, tu autem perma/nes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient.
Filii seruorum tuorum habitabunt: et semen eorum in seculum dirigetur.
Gloria patri. Psalmus.

De profundis clamaui ad te domine: domine exau/di vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino.
A custodia matutina usque ad noctem: speret Israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel: ex om/nibus iniquitatibus eius.
Gloria patri. Psalmus.

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe ob/secrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum ser/uo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris si/cut mortuos seculi, et anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquo/rum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: et in factis ma/nuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me domine: de/fecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam a me: et similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane miseri/cordiam tuam: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua am/bulem, quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis do/mine ad te confugi: doce me fa/cere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me

in terraȝ rectã: propter nomen tuum domine viuificabis me i equitate tua.
Educes de tribulatione aiaȝ meã: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et pdes oẽs, q tribulãt aiam meaȝ: qm̃ ego seruus tuus suȝ.
Gloria patri. An. Ne reminiscaris domine delicta nostra, vel parentũȝ nostrorũ, neq; vindictaȝ sumas de peccatis nr̃is.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de celis Deus: miserere nobis.
Fili Redemptor mundi De⁹ miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis.
Sancta Maria ora p nobis.
Sancta Dei genitrix ora.
Sancta virgo virginum ora
Sancte Michael ora
Sancte Gabriel ora
Sancte Raphael ora
Omnes sancti angeli, ⁊ archãgeli, orate
Omnes sancti beatorum spirituum ordines orate
Sãcte Johãnes Baptista, ora
Omnes sancti Patriarchę, ⁊ Prophetę orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Johannes ora
Sancte Thoma ora
Sancte Jacobe ora
Sancte Philippe ora
Sancte Bartholomeę ora
Sancte Mattheę ora
Sancte Simon ora
Sancte Thadeę ora.
Sancte Matthia ora
Sancte Barnaba ora
Sancte Luca ora
Sancte Marce ora
Omnes sancti apostoli, ⁊ euangelistę orate
Omnes scti discipuli dñi, orate
Omnes sancti Innocentes, orate
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora
Sancti Fabiane, ⁊ Sebastiane orate
Scti Johãnes, ⁊ Paule orat.
Scti Cosma, ⁊ Damiane ora.
Scti Geruasi, ⁊ Protasi orate
Omnes sancti martyres orat.
Sancte Syluester ora
Sancte Gregori ora
Sancte Ambrosi ora
Sancte Augustine ora
Sancte Hieronyme ora
Sancte Martine ora
Sancte Nicolae ora
Omnes sancti pontifices, ⁊ cõfessores orate
Omnes sancti doctores orate
Sancte Benedicte ora
Sancte Antoni ora
Sancte Bernarde ora
Sancte Dominice ora

Sancte Francisce ora
Omnes sancti sacerdotes, et le
uitę orate
Omnes sancti monachi et Ere
mitę orate
Sancta Maria Magdalena
ora pro nobis.
Sancta Agatha ora
Sancta Lucia ora.
Sancta Agnes ora
Sancta Cecilia ora
Sancta Catherina ora
Sancta Anastasia ora
Omnes sanctę virgines, et vi
duę, orate
Omnes sancti et sanctę Dei, in
tercedite pro nobis.
Propiti⁹ esto, parce nobis dñe
Propiti⁹ esto, exaudi nos dñe.
Ab omni malo, libera nos do
mine.
Ab omni peccato, libera nos.
Ab ira tua, libera nos.
A subitanea, et improuisa mor
te, libera nos.
Ab insidijs diaboli, libera nos.
Ab ira, et odio, et omni mala
voluntate, libera nos.
A spiritu fornicationis, libera
nos domine.
A fulgure tẽpestate, libera.
A morte perpetua, libera nos.
Per mysterium sanctę incarna
tionis tuę, libera nos.
Per aduentũ tuum, libera nos.
Per natiuitatem tuam, liber.
Per baptismum, et sanctum ie
iunium tuum, libera nos.
Per crucẽ, et passionẽ tuã, lib.
Per mortẽ et sepulturã tuã, li.
Per sctã Resurrectiõẽ tuã. li.
Per admirabilem Ascensionẽ
tuam, libera nos.
Per aduentum Spiritus san
cti paracliti, libera nos.
In die iudicij, libera nos.
Peccatores, te rogam⁹ audi nos.
Ut nobis parcas, te rogamus.
Ut nobis indulgeas, te roga.
Ut ad verã pęnitentiam nos
perducere digneris, te rog.
Ut ecclesiam tuã sctã regere,
et conseruare digneris, te rog.
Ut domnũ apostolicũ, et om
nes ecclesiasticos ordines, in
sancta religione conseruare
digneris te rogamus.
Ut inimicos sanctę Ecclesię
humiliare digneris, te rog.
Ut regibus et principib⁹ Chri
stianis, pacem, et verã concor
diã donare digneris, te rog.
Ut cuncto populo Christia
no pacem, et vnitatẽ largiri
digneris, te rogamus.
Ut nosmetipsos in tuo sancto
seruitio confortare, et conser
uare digneris, te rogamus.
Ut mentes nostras ad cęlestia
desideria erigas, te rogam⁹.
Ut omnibus benefactoribus
nostris sempiterna bona re
tribuas, te rogamus.
Ut animas nostras, fratrum et
propinquorũ, et benefactorũ
nostrorũ, ab ęterna damna
tione eripias, te rogamus.
Ut fructus terrę dare, et conser
uare digneris, te rogamus.
Ut oĩbus fidelibus defunctis

requiē eternam donare di/gneris, te rogam⁹ audi nos.
Ut nos exaudire digneris, te rogamus audi nos.
Fili Dei, te rogam⁹ audi nos.
Agnus Dei, qui tollis pctā mūdi, parce nobis domine.
Agnus Dei, qui tollis pecca/ta mūdi, exaudi nos dñe.
Agnus Dei, qui tollis pecca/ta mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster. secreto. ℣.
Et ne nos īducas ī tētationē.
℟. Sed libera nos. Ps.

Deus in adiutoriū meū intende: domine ad adiu/uandum me festina.
Confundātur ⁊ reuereantur: qui querunt animam meam.
Auertātur retrorsū, ⁊ erube/scāt: qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescen/tes: q dicunt mihi, euge, euge.
Exultent ⁊ letentur in te oēs, qui querūt te: ⁊ dicāt, semper magnificetur dominus, q dili/gunt salutare tuum.
Ego vero egenus, ⁊ pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus ⁊ liberator me/us es tu: domine ne moreris.
Gloria pri, ⁊ filio, ⁊ spūi sctō.
Sicut erat in principio, ⁊c.
℣. Saluos fac seruos tuos.
℟. Deus meus sperātes in te.

℣. Esto nobis dñe turris for/titudinis. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil pficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Dñe nō sm peccata nostra facias nobis. ℟. Neqʒ sm ini/quitates nras retribuas nobis.
℣. Orem⁹ p Pontifice nro N.
℟. Dominus cōseruet eum, ⁊ viuificet eū, ⁊ beatū faciat eū in terra, ⁊ non tradat eū in ani/mam inimicorum eius.
℣. Orem⁹ p bnfactorib⁹ nris.
℟. Retribuere dignare dñe om/bus nobis bona facientib⁹ pro/pter nomen tuū, vitam eternā.
℣. Orem⁹ p fidelib⁹ defunctis.
℟. Requiem eternam dona eis dñe: ⁊ lux perpetua luceat eis.
℣. Requiescāt ī pace. ℟. Amē.
℣. Pro fratrib⁹ nris absentib⁹.
℟. Saluos fac seruos tuos Deus meus sperantes in te.
℣. Mitte eis domine auxiliū de sancto.
℟. Et de Sion tuere eos.
℣. Dñe exaudi orationē meā.
℟. Et clamor me⁹ ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cū spū tuo. Oremus.

Deus, cui pprium est misereri sē/per, ⁊ parcere: suscipe dprecā/tionē nrām, vt nos, ⁊ omnes fa/mulos tuos, quos delictorū ca/tena constringit, miseratio tue pietatis clementer absoluat.

Exaudi

Exaudi, quęsumus domine, supplicū preces: & cōfitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benignus, & pacem.

Ineffabilē nobis domine misericordiam tuā clementer ostēde, vt simul nos, & a peccatis omnibus exuas, & a pęnis quas p his meremur eripias:

Deus, q culpa offenderis, pęnitentia placaris, preces populi tui supplicantis propitius respice: & flagella tuę iracundię, quę pro peccatis nris meremur auerte.

Omnipotēs sempiterne Deus, miserere famulo tuo pōtifici nostro N. & dirige eū sm tuam clementiam in viā salutis ęternę: vt te donāte tibi placita cupiat, & tota ētute pficiat.

Deus, a quo sancta desideria recta consilia, & iusta sūt opa: da seruis tuis illā quā mundus dare non pōt pacē: vt & corda nra mādatis tuis dedita, & hostiū sublata formidine, tpa sint tua ptectiōe, tranqlla.

Ure igne sci spiritus renes nros, & cor nostrum dñe: vt tibi casto corpoř seruiamus, & mūdo corde placeam⁹.

Fidelium Deus omniū conditor, & redēptor, animabus famulorū famularūq3 tuarum remissionem cunctorū tribue peccatorū: vt indulgentiam, quā semper optauerūt, pys supplicationib⁹ csequant.

Actiones nostras, qs dñe, aspirādo pueni, & adiuuando prosequere: vt cūcta nostra oratio, & opatio, a te semp incipiat, & per te cępta finiat.

Omnipotēs sempiterne Deus, qui viuorum dominaris simul & mortuorū: omniūq3 misereris: quos tuos fide, & opere futuros esse prenoscis: te supplices exoramus: vt pro quib⁹ effundere preces decreuimus, quosq3 vel pręsens seculum adhuc in carne retinet, vel futurū iā exutos corpore suscepit, intercedentibus oibus sanctis tuis, pietatis tuę clemētia, omniū delictorum suorū veniā consequantur. Per dominum.

℣. Dñs vob. ℟. Et cū spū tuo.

℣. Exaudiat nos, oipotens, & misericors dñs. ℟. Amen. ℣.

Et fideliū aię p misericordiā Dei regescāt in pace. ℟. Amē.

ORDO COMMENDATIONIS ANIMAE.

Primum dicūtur Litanię breues in hunc modum.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Sancta Maria ora pro eo
Omnes sancti angeli, & archāgeli orate.
Sancte Abel ora
Omnis chorus iustorū orate
Sancte Abraham ora

Sancte Johannes Baptista ora.
Omnes sancti Patriarche, et prophete orate
Sancte Petre ora
Sancte Paule ora
Sancte Andrea ora
Sancte Johannes ora
Omnes sancti apostoli, et euangeliste orate
Omnes sancti discipuli Domini orate
Omnes sancti Innocentes, orate
Sancte Stephane ora
Sancte Laurenti ora
Omnes sancti martyres orate
Sancte Siluester ora
Sancte Augustine ora
Omnes sancti pontifices, et confessores orate
Sancte Benedicte ora
Sancte Francisce ora
Omnes sancti Monachi, et Eremite orate
Sancta Maria Magdalena ora
Sancta Lucia ora
Omnes sancte virgines et vidue orate
Omnes sancti, et sancte Dei intercedite pro eo.
Propitius esto, parce ei domine.
Propitius esto, libera eum domine.
Ab ira tua libera
A mala morte libera
A periculo mortis libera
A penis inferni libera
Ab omni malo libera
A potestate diaboli libera
Per natiuitatem tuam libera
Per crucem, et passionem tuam, lib.
Per mortem, et sepulturam tuam, libera nos domine.
Per gloriosam resurrectionem tuam libera
Per admirabilem Ascensionem tuam libera
Per gratiam spiritus sancti paracliti, libera
In die iudicii libera
Peccatores te rogamus.
Ut ei parcas, te rogamus.
Kyrie el. Christe el. Kyrie el.
[illegible]

Proficiscere anima Christiana de hoc mundo, In nomine Dei patris omnipotentis, qui te creauit, In nomine Jesu Christi filii dei viui, qui pro te passus est, In nomine spiritus sancti qui in te effusus est, In nomine angelorum et archangelorum, In nomine thronorum et dominationum, In nomine principatuum, et potestatum, In nomine Cherubin, et Seraphin, In nomine patriarcharum et prophetarum, In nomine sanctorum apostolorum et euangelista rum, In nomine sanctorum martyrum et confessorum, In nomine sanctorum sacerdotum, monachorum et eremitarum, In nomine virginum et omnium sanctorum, et sanctarum Dei. Hodie fit in pace locus tuus, et habitatio tua fit in sancta Sion. Per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Deus misericors, deus clemens, Deus qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata penitentium deles, et preteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas, respice propitius super hunc

hunc famulum tuū N. et remis-
sionem sibi omnium peccatorū suo-
rū tota cordis cōfessione poscē-
tē, deprecatus exaudi. Renoua
in eo pyssime pater, quicqd ter-
rena fragilitate corruptum, vel
quicqd diabolica fraude vio-
latū est: et vnitati corporis Ec-
clesię mēbrū redemptionis an-
necte. Miserere dn̄e gemituū,
miserere lacrymarū eius, et nō
habentē fiduciā nisi in miseri-
cordia tua, ad tuę sacramētum
reconciliationis admitte. Per
Chr̄m dn̄m nr̄m. R. Amen.

Commendo te oipotenti
Deo carissime frater, et
ei cuius es creatura cōmitto: vt
cū humanitatis debitum mor-
te interueniēte persolueris, ad
auctorem tuum, qui te de limo
terrę formauerat reuertaris.
Egredienti itaque aię tuę de
corpore, splēdidus angelorum
cętus occurrat: Iudex aposto-
lorum tibi senat⁹ adueniat: Cā-
didatorum tibi martyrum triū-
phator exercitus obuiet. Lilia-
ta rutilantium te confessorum
turma circundet: Iubilantium
te virginum chorus excipiat,
et beatę quietis in finū patriar-
charū te cōplexus astringat: mi-
tis atq; festiuus Christi Iesu
tibi aspectus appareat, q te in-
ter assistētes sibi iugiter interes-
se decernat. Ignores omne qđ
horret in tenebris, quod stridet
i flāmis, qđ cruciat in tormen-
tis. Cedat tibi teterrimus sata-
nas cū satellib⁹ suis: in aduētu
tuo te comitantibus angelis
cōtremiscat, atq; in ęterne no-
ctis chaos immane diffugiat.
Exurgat deus, et dissipent ini-
mici eius, et fugiāt qui oderūt
eum a facie eius. Sicut deficit
fumus deficiāt, sicut fluit cera
a facie ignis, sic pereāt pecca-
tores a facie Dei: et iusti epulē-
tur, et exultent in cōspectu Dei.
Cōfundant igitur et erubescāt
oēs tartareę legiones, et mini-
stri satanę iter tuum impedire
nō audeāt. Liberet te a crucia-
tu Christus, q pro te crucifix⁹
est. Liberet te a morte Chr̄s, q
pro te mori dignatus est. Con-
stituat te Chr̄s filius dei viui
intra paradisi sui semp amęna
vireta, et inter oues suas te ver⁹
ille pastor agnoscat. Ille ab oī-
bus peccatis tuis te absoluat,
atq; ad dexterā suā i electorum
suorum te sorte constituat. Re-
demptorem tuum facie ad fa-
ciem videas: et presens semp as-
sistens, manifestissimam beatis
oculis aspicias veritatem. Cō-
stitutus igit inter agmina bea-
torum, contemplationis diui-
nę dulcedine potiaris in secu-
la seculorum. R. Amen.

Suscipe dn̄e seruū tuū in
locū sperandę sibi saluatio-
nis a misericordia tua. R. Am̄.
Libera dn̄e animā serui tui
ex omnibus periculis inferni, et
de laqueis pęnarum, et ex omni-
bus tribulationibus. R. Amē.

Libera dñe aīaȝ serui tui, sicut liberasti Enoch, ꝛ Eliā de cōi morte mundi. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Noe de diluuio. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Abraham ꝺ Ur Chaldeorum. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Job ꝺ passionibus suis. ℟. Amen.

Libera dñe aiā serui tui, sicut liberasti Isaac ꝺ hostia, ꝛ ꝺ manu patris sui Abrahe. ℟. Amē.

Libera dñe animā serui tui: sicut liberasti Loth de Sodomis ꝛ flamma ignis. ℟. Amē.

Libera dñe animā serui tui, sicut liberasti Moysen de manu Pharaonis regis Aegyptiorum. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Danielem ꝺ lacu leonum. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti tres pueros ꝺ camino ignis ardentis, ꝛ ꝺ manu regis iniqui. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Susannaȝ ꝺ falso crimine. ℟. Amen.

Libera domine animaȝ serui tui, sicut liberasti Dauid ꝺ manu regis Saul, ꝛ de manu Golie. ℟. Amen.

Libera dñe animaȝ serui tui, sicut liberasti Petrum ꝛ Paulū de carceribus. ℟. Amen.

Et sicut beatissimaȝ Theclā, vgīnē ꝛ martyrē tuā ꝺ trib⁹ atrocissimis tormētis liberasti, sic liberar digneris aiaȝ serui hui⁹ ꝛ tecū facias i bonis ꝯgaudere celestibus. ℟. Amen. Oratio.

Commēdamus tibi dñe aiam famuli tui N. precamurq; te dñe Jesu Chr̄e Saluator mundi, vt propter quaȝ ad terram miseri corditer descēdisti, patriarcharum tuorū sinibus insinuare nō renuas. Agnosce dñe creaturā tuam non ex diis alienis creatam, sed a te solo deo viuo ꝛ vero: qa non est alius Deus pter te, ꝛ nō est secundū opera tua. Letifica dñe animam eius i cōspectu tuo, ꝛ ne memineris iniquitatum eius antiquarum, ꝛ ebrietatum, quas suscitauit furor, siue feruor mali desiderij. Licet eñ peccauerit, tamē patreȝ, ꝛ filiū, ꝛ spiritū sanctū nō negauit, sed credidit: ꝛ ȝelum Dei in se habuit, ꝛ deuȝ, qui fecit oīa adorauit. ℟. Amē. Ora.

Delicta iuuentutis, ꝛ ignorantias eius, quesumus, ne memineris domine, sed bm misericordiam tuam memor esto illius in gloria claritatis tue. Aperiantur ei celi, collętentur illi angeli. In regnum tuū domine seruum tuum suscipe. Suscipiat eum sanctus Michael archangelus Dei, q militie celestis meruit principatuȝ.

Ue

Veniant illi obuiam sancti Angeli Dei, et perducant eum in ciuitatem cęlestem Jerusalem. Suscipiat eum beatus Petrus apostolus, cui a Deo claues regni cęlestis traditę sunt. Adiuuet eum sanctus Paulus Apostolus, qui dignus fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo sanctus Johannes electus Dei apostolus, cui reuelata sunt secreta cęlestia. Orent pro eo omnes sancti apostoli, quibus a Domino data est potestas ligandi atque soluendi. Intercedant pro eo omnes sancti Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc seculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad gloriam regni cęlestis, prestante Domino nostro Jesu Christo, Qui cum patre et spiritu sancto viuit, et regnat in secula seculorum. ℟. Amen.

[illegible] Confitemini. 10. [illegible] Beati immac. [illegible] Subuenite sancti Dei: occurrite angeli Domini. Suscipientes animam eius. Offerentes eam in conspectu altissimi. ℣. Suscipiat te Christus, qui vocauit te, et in sinum Abrahę angeli deducant te. Suscipien. ℣. Requiem ęternam dona eis domine, Et lux perpetua. Offerentes. [illegible] Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. [illegible] Pater noster. Et ne nos. ℟. Sed liber. ℣. Requiem ęternam dona ei domine. ℟. Et lux perpetua. ℣. A porta inferi. ℟. Erue domine animam eius. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen. ℣. Domine exaudi. ℣. Dominus vobiscum. Oratio.

Tibi domine commendamus animam famuli tui ℞. vt defunctus seculo tibi viuat: et quę per fragilitatem humanę conuersationis peccata commisit, tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. Amen.

BENEDICTIO MENSAE.

[illegible] Benedicite. [illegible] culi omnium [illegible] in te sperant domine, et tu das escam illorum in tempore opportuno: Aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione. [illegible] loria. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos. ℟. Sed libe.

[illegible]

Benedic domine nos ✠ et hęc tua dona ✠ quę de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum dominum nostrum. ℟. Amen. [illegible] Jube domne benedicere. [illegible] Mensę cęlestis participes faciat nos rex ęternę glorię. ℟. Amen. [illegible] Tu autem domine miserere nobis. ℟. Deo gratias. [illegible] ℣. Confiteantur tibi domine opera tua. ℟. Et sancti tui benedicant tibi. [illegible] loria. ℣. Sicut erat.

[illegible]

Postea Sacerdos dicit.
Agimus tibi gras omnipotens Deus, p vniuersis beneficijs tuis. Qui viuis, et regnas in secula seculoru. Amen. ... Miserere. f. 23. ... Laudate dnm oes gentes. 54. ... Gloria. ... Sicut. Kyrie el. Christe el. Kyrie ele. ... Pater nr. ℣. Et nos. ℟. Sed libera.
℣. Dispersit dedit pauperibus: ℟. Justitia eius manet in seculum seculi.
℣. Benedicam dominu in omni tempore. ℟. Semper laus eius in ore meo.
℣. In domino laudabitur anima mea. ℟. Audiant mansueti, et letentur.
℣. Magnificate dominum mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in idipsum.
℣. Sit nomen domini benedictum. ℟. Ex hoc, nunc, et vsq in seculum. Oremus.
Retribuere dignare domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen sanctum tuum vitam eternam. ℟. Amen.
℣. Bndicamus dno. ℟. Deo gratias. ℣. Fidelium aie p misericordiam Dei requiescat in pace. ℟. Amen. Pater nr. ...
... Deus det nobis sua pacem. ℟. Amen. ...
Benedicite. ... Benedicite. ...
... dent pauperes, et saturabuntur, et laudabut dnm qui requirunt eum: viuent corda eoru in seculu secli. Gloria pa. Sicut erat. Kyrie el. Christe el. Kyrie eleison. ...
... Memoriam fecit mirabiliu suorum misericors et miserator dns: Esca dedit timetib⁹ se. Gloria pa. Sicut.
...
Benedictus De⁹ i donis suis, et sanctus in omnibus operib⁹ suis. Qui viuit, et regnat in secula seculorum. Amen.
... Laudate dnm oes gentes. ...
...
...
Verbum caro factum est, hala. Et habitauit i nobis, hala. Gloria patri. Sicut erat. ... Notum fecit dns, halelu. ... Salutare suum, hala. ... Cantate. 45. ... Laudate dnm oes get. 54.
...
Reges Tharsis, et Insule munera offerent hal. ... Reges Arabu, et Saba dona adducet, hal. ... Gloria

G ria. Sicut erat: In fi. [illegible] Oẽs de Saba venient, bal'. Aurũ, ⁊ tus deferentes, bal'a. G loria. p[illegible] De' iudiciũ. 35. [illegible] ſine nota. [illegible] Chꝛs factus eſt ꝑ nobis obediẽs vſqꝫ ad mortẽ. [illegible] Pater nr. [illegible] Jube dñe. [illegible] Tu aũt. [illegible] Chꝛs factus [illegible] Miſereř. 23. [illegible] Gloria pat. [illegible] Pater nr. [illegible] Reſpice q̃s. [illegible] Qui tecũ. [illegible] Fideliũ animę. [illegible] Pater noſter. [illegible] Deus det nobis ſuam pacem. [illegible] Chꝛs factus eſt pro nobis. Moꝛtem autem crucis. [illegible] Benedicite. Bñdicite. Veſpere aũt Sabbathi, quę luceſcit in pꝛima Sabbathi, bal'a. [illegible] Venit Maria Magdalena, ⁊ altera Maria videre ſepulcrũ: bal'a. [illegible] lor. [illegible] Veſpere aũt. [illegible] loria patri. [illegible] Sicut. [illegible] Laudate dñz oẽs gentes. 54. [illegible] loria pri. [illegible] Kyrie el. [illegible] Xp̃e elei. [illegible] Kyrie ele. [illegible] In die Paſche, ⁊ deinceps

vſqꝫ ad Cenaꝫ ſequentis Sabbathi [illegible] Hec dies quã fecit dominus, balleluia. [illegible] Exultemus, ⁊ lętemur i ea, balleluia. [illegible] loria pri. [illegible] Hec dies quã. [illegible] loria patri. [illegible] Confitemini 10. [illegible] Aſcendit Deus in iubilatiõe, balleluia. Et dominus i voce tubę, bal'a. [illegible] loria patri. [illegible] Aſcendens Chꝛiſtus in altum, balleluia. Captiuã duxit captiuitatẽ, bal'a. [illegible] loria patri. [illegible] Oẽs gẽ. 27. [illegible] Laudate dñm: [illegible] Spiritus dñi repleuit oꝛbẽ terrarũ, bal'a. [illegible] Et hoc qđ continet oĩa ſcientiaꝫ habet vocis. bal'a. [illegible] loria. [illegible] Repleti ſunt oẽs ſpiritu ſcõ, bale. [illegible] Et cęperũt loqui, balel. [illegible] loria. [illegible] Magnus dñs. 27. vel Laudate dñz. [illegible]

ITINERARIVM.

A[illegible] In viã pacis [illegible] Bñdict' dñs De' Iſr. 10. [illegible] lor. [illegible] In viã pacis, ⁊ pꝛoſperitatis dirigat me, [illegible] nos, [illegible] oĩpotens, ⁊ miſericoꝛs dñs, ⁊ Angelus Raphael comitetur mecũ, [illegible] nobiſcum ſit, in via, vt cum pace, ſalute, ⁊ gaudio reuertar, vel

vel reuertamur ad ꝓpria. ℟ Kyrie el. ℣ Christe el. ℟ Kyrie eleis. Pater noster. ℣ Et ne nos indu. ℟ Sed libera nos a malo. ℣ Saluos fac seruos tuos. ℟ Deus meus sperātes i te. ℣ Mitte nobis dn̄e auxilium d̄ scto. ℟ Et de Siō tuer̄ nos. ℣ Esto nobis dn̄e turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. ℣ Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟ Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣ Benedict⁹ dn̄s die quotidie. ℟ Prosperū iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum. ℣ Vias tuas domine demonstra mihi. ℟ Et semitas tuas edoce nos. ℣ Utinā dirigant vię nostrę. ℟ Ad custodiendas iustificationes tuas. ℣ Erunt praua in directa. ℟ Et aspera in vias planas. ℣ Angelis suis Deus mandauit de te. ℟ Ut custodiant te in omnibus vijs tuis. ℣ Domine exaudi orationē meā. ℟ Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣ Dominus vobiscum. ℟ Et cū spū tuo. Oremus.

Deus, q filios Israel per maris mediū sicco vestigio ire fecisti quique tribus Magis iter ad te stella duce pandisti: tribue nobis, quesumus, iter prosperū, tempusq; tranquillum: vt angelo tuo sancto comite, ad eū quo pergimus locum, ac demum ad eterne salutis portum peruenire feliciter valeamus.

Deus, qui Abraham puerū tuū de Ur Chaldeorū eductū, per omnes sue peregrinationis vias illesū custodisti: quesumus, vt nos famulos tuos custodire digneris: esto nobis domine in procinctu suffragium: in via solatiū, in estu vmbraculum, et in pluuia, et frigore tegumentum: in lassitudine vehiculum, in aduersitate presidium, in lubrico baculus, in naufragio port⁹: vt te duce, quo tendimus prospere perueniamus, et demum incolumes ad propria redeamus.

Adesto, quesumus domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone: vt inter omnes vie, et vite huius varietates, tuo semper protegamur auxilio.

Presta quesumus omnipotens Deus, vt familia tua per viam salutis incedat: et beati Johānis precursoris hortamēta sectando, ad eū, quē predixit, secura perueniat dn̄m nr̄m Jesum Christum filium tuū, Qui tecū viuit, et regnat in vnitate spirit⁹ sancti Deus per omnia secula seculorum. ℟ Amen.

℣ Procedamus in pace. ℟ In nomine domini. Amen.

[illegible]